CENCI, Luigi

Tractatus Lud. Cencii... de censibus : totam materiam constituendi, conservandi, & extinguendi annuos census iuxta forman, & stylum etiam in Romana Curia adhiberi solitum... : cui accesserunt... additiones, et S. Rotae Romanae decisiones iam separatim impressae... -- Editio novissima. -- Lugduni : Sumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud, 1658

[36], 408, [76] p., a-e6, *6, A-Z6, 2A-2D6, 2E-2F4, 2G-2L6, 2M4, 2N-2R6, 2S-2T4 ; Fol.

Antep. -- Port. a dos tintas, con marca de los libreros. -- Texto a dos col. -- Contiene: Interpretatio, seu glossa bullae Pii Quinti de censibus / authore Io. Baptista Leonellio..., p. 341-362. Disputationes de censibus / Ludouici Molinae Societatis Iesu..., p. 363-408

1. Derecho canónico 2. Zuzenbide kanonikoa 3. Jurisprudencia eclesiástica 4. Elizako jurisprudentzia I. Leonello, Giovanni Battista, contrib. II. Molina, Luis de (S.I.), aut. III. Iglesia Católica. Rota Romana IV. Interpretatio, seu glossa bullae Pii Quinti de censibus V. Disputationes de censibus VI. Título

R-6312 Enc. perg. -- Ex-libris autógr. en port.: "Ex libris de Don Antona" y en h. de guarda: "Soy de L[icencia]do Don Juan"

R-6312

~~R-6273~~

TRACTATVS
LVD. CENCII
DE
CENSIBVS.

LVD.GUNOT
GENSIBVS

TRACTATVS
LVD. CENCII
IVRISCONSVLTI PERVSINI
DE CENSIBVS,

TOTAM MATERIAM CONSTITVENDI, CONSERVANDI, & extinguendi annuos census iuxta formam, & stylum etiam in Romana Curia adhiberi solitum, Theoricè, & Practicè explicatam continens:

CVI ACCESSERVNT NON MODO ADDITIONES, & S. Rotæ Romanæ Decisiones iam separatim impressæ, sed & aliæ pleraque ab ipso Authore manuscriptæ suis locis repositæ sunt; Necnon Ioan. Baptistæ Leonelij, & Ludouici Molinæ Commentaria ad Bullam Pij V. de Censibus.

Et pro maiori omnium commodo nouus, non mutato antiquo, allegationum ordo adinuentus fuit, omnibus Editionibus accommodatus; Vnà cum duplici Indice, & Quæstionum, & Materiarum.

Opus nunc absolutissimum, & tam publicè in scholis profitentibus, quàm in vtroque foro versantibus apprimè necessarium.


EDITIO NOVISSIMA.



LVGDVNI,
Sumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud.

M. DC. LVIII.
CVM SVPERIORVM PERMISSV.

Ex libris
de Jon Antonio



ILLVSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

D. D. AMEDEO BENTIO

ALBVGNANI COMITI, MONTISFERATI Præsidis, in Sacro autem Pedemontano Senatu secundo, & status suæ Regiæ Celsitudinis Consiliario.

PRIMVM sanè Domitiani Imperatoris inuentum, prudénsque consilium, qui, vt paratas à ciuibus, propriísque militibus insidias, ac mortem præsentem securus effugeret, Sacrum Ioui templum, maximo sumptu, splendidóque apparatu, propè Regias ædes erigere decreuit, & nobiliori in templi loco Dei simulacro collocato, in eius sinu propriam imaginem effingi, & incidi iussit, vt sub tanti Numinis tutela, & cœlesti Asylo constitutus, maxima aduersæ fortunæ discrimina, extremáque vitæ pericula innoxius euitaret. Et Phydias ille Deitatum potius quàm hominum sculptor inclitus, vt nominis, gloriæque suæ celebritatem, vti cœleste aliquod numen à mortalitate vindicaret, expressa Palladis icone, ingenij, & artis miraculo, in medio Deæ clypeo tanta industria, & diligentia propriam imaginem insculpsit, & effinxit, vt omninò impossibile videretur, eam citra Numinis noxam, & totius statuæ excidium, eradi, aut labefactari posse. Hanc verò in omne æuum perennandi gloriam, & semetipsum ab omni periculo illæsum conseruandi cupiditatem, natura rerum omnium magistra, non solùm homines rationis compotes edocuit, verùm etiam viuentibus, & insensibilibus corporibus indidit, vt in Hedera coniicimus, quæ dum solo inuita adhæresci, vel tenuem ventorum flatum leuémque viatorum incursum timet, & in ipso foliorum pallore, mortis pauorem ostendit: at vbi annosis quercubus strictim iungitur, celsósque obeliscos implicat, tunc imminentes temporum iniurias, hyemales algores, æstiuosque calores non pertimescit: sed læta propagine per solida illa fulcra reptans ac serpens, perpetua luxurie viresci, & fœcundat. O admirabile naturæ artificium, & artis naturale inuentum! quo perpetuò vicissitudine Natura Artem, Arsve Naturam æmulatur, lacessit, & expugnat; dum inter vnita hæc dissidia, res mutas loquaces, temporales æternas, mortales immortales intuemur, atque ipsam rerum omnium confectricem vetustatem, quasi illorum famulam, vt quæ robustissima, & firmissima labefactare, & quassare consueuerat, turbato naturæ ordine, ad perpetuitatem, æternámque gloriam viuere cogantur. Hinc Nos pro viribus, vti par est, Artis & Naturæ vestigiis inhærentes, cum optimos lectissimósque Auctores nostris attramentis Circeis veluti balneis in secundam vitam reuocamus, operæpretium semper duximus tantorum Virorum

monumenta, Sereniſſimorum Ducum, Principúmque noſtrorum, aut Purpuratorum Patrum tutelæ committere, quò tutiſſimo aſylo munita, gloriæ, & immortalitatis faciles aditus, ſecuróſque parare ſemper obſeruauimus. Impræſentiarum verò, dùm hic Tractatus Cenſij de Cenſibus ſub prælo premitur, ſummo ingenio, ſummáque doctrina, ac diligentia elaboratus, diuerſis hactenus voluminibus diſperſus, nunc primùm in vnum Corpus, nouámque formam redactus, nouiſſimis eiuſdem Auctoris additionibus propriis locis diſpoſitis, necnon deciſionibus nuſquam antehac impreſſis auctus, & illuſtratus, pari cautela, & conſilio vtendum decreuimus. Quamobrem tam elucubratum Opus, vtile, & forenſi Paleſtræ neceſſarium, in Palladis, & Mineruæ tuæ clypeo, EXCELLENTISSIME PRÆSES, reponimus; in tuóque, tanquam in Iouis ſinu collocamus. Neque enim hic vberrimus Iuris, & ingenij fœtus, vti fœcunda Iouis ſoboles, quæ ob quæſtionum, & altercantium Doctorum diſſidia Palladem; ob eximiam ſcientiarum doctrinarúmque copiam, diuinarum, & humanarum rerum peritiam, Mineruam exhibet, alienæ quàm tuæ tutelæ, & cuſtodiæ dari, tutoríque patrocinio committi debuerat. Quippecùm Tu verum, & germanum iſtorum Numinum ſimulacrum refers, pacis, & armorum tempore, cunctis mortalibus colendum.

Eſt namque vt Palladi, ita & Familiæ tuæ bellicæ virtutis honor, & gloria, ſexcentis ab hinc annis, & vltrà, tot tantíſque Maiorum tuorum egregiis facinoribus illuſtrata; eò clarior, quantò in tam longo ſtemmate nuſquam variata, verùm geminatis fulgoribus auctior agnoſcatur. Et ſicuti ſtipes hic generoſus felici ſorte naſcendi pullulat, ita læta armorum propagine in poſteros, veluti per non degenerem ſobolem producitur, & æternatur. Quamobrem innumeros cataphractorum militum Duces, peditum Tribunos, Sacrorum ordinum Equites, arcium, & prouinciarum Gubernatores militari fortitudine, & ciuili prudentia conſpicuos præterita, & præſentia ſæcula exceperunt, vtique digni, vt immortalitatis gremio inſerantur. Inter quos, vt inter maiora Lumina abſolutiſſimè prælucent, Carolus, Octauius, Franciſcus, Alfonſus, Rudolfus, Theodorus, & Alexander Bentius Venoſæ Prior, omnes Hieroſolymitani Equites præclariſſimi, ad quorum immortalem nominis gloriam hoc vnicum inter plurima virtutum monumenta ſufficiat, eos pro ortodoxæ fidei augmento, & tutela, vitam dirioribus bellorum aſpectibus, nulla occupata mortis formidine obtuliſſe, & impauidos Chriſtiani nominis hoſtium iras, ſanguinis, vitæque glorioſo diſpendio excepiſſe. His non minori laude digni ſuccedunt Pompilius Bentius Sereniſſ. à Sabaudia Infantium Archidapifer. Ludouicus Prætoriæ Cataphractorum Cohortis Præfectus. Ioannes Iacobus Peditum Tribunus, qui in ſæuiori armorum conflictu, mactè animi, pro patriæ ſalute occubuit. Carolus Bentius, quem Henrici Tertij Gallorum & Polonorum Regis beneuolentia, inter familiares ſuos, & intimos rei bellicæ Conſiliarios adſciuit. Tandem Giafredus Dominus Sanctenæ, cuius fidæ cuſtodiæ, & indefeſſæ vigilantiæ, vel præcipuæ Pedemontanæ regionis Ciuitates, & Arces commiſſæ creditæque fuerunt, vti Vercellenſis, Pinerolenſis, Aſtenſis, & Momelianenſis, Arx in Sabaudia munitiſſima quam à Ludouico XIII. Gallorum Rege quatuordecim menſium ſpatio ingenti militum multitudine, inter maxima, & luctuoſa Patriæ diſcrimina, obſeſſam, & vehementiſſimè oppugnatam maxima bellicæ ſtrenuitatis gloria defendit, & liberauit: quod equidem rarum virtutis exemplum eſt, hoſtibus metuendum, Principibus ſuis fidelem, & conſtantem, iis ſe geſſiſſe temporibus, quibus inconſtantia, & infidelitas crimen non habebat. Ideo, vt tantarum virtutum gloria digna laude ad poſteros traduceretur, & vaſſalli omnes, ex ingenti fidelitatis argumento hoc breue documentum caperent, ingenioſiſſimo Regiæ Celſitudinis VICTORIS AMEDEI omni virtutum genere Magni, prudentia verò Maximi, conſilio, præ ipſis ſeruatæ arcis foribus, hoc immortalitati monumentum poſitum.

Æter

Æternat hoc marmor
Fidem illibatam, Fortitudinem illæſam,
D. Giafredi Bentij à Santena Pedemontani;
Qui ſub Victore Amedeo Principe
Miles inuictus,
Acrocorinthum Sabaudiæ
Dignus, Ludouico XIII. Gal. Rege oppugnatore,
Propugnator defendit.
Ferro, igne, peſte, ac demùm auro tentatus
Victorem exercitum excepit infractus,
Reiecit illæſus.
Nec tempore, nec impetu fractus edocuit,
Principem ſuum
Momeliano quid firmius habuiſſe.
Strenuus, qui Arcem vnà cum fide defenderit,
Fœlix, qui fidem vnà cum Arce ſeruarit.
Anno Domini M. DC. XXX.

Et vt defuncti mariti in ſubditos amorem, necnon ipſorum emeriti honoris amplitudinem in coniuge reuiuiſcentem mortales agnoſcerent, Regia CHRISTIANÆ FRANCIÆ Sabaudiæ Ducatus, & Pedemontani Principatus Rectricis ſemper Optimæ Maximæ munificentia, eum inter Torquatos Sacratiſſimæ Annunciatæ Equites cooptauit.

Pauca hæc inter plurima Palladis tuæ præconia commemoraſſe ſufficiat. Maiora nunc Mineruæ ornamenta, noſtrorum, & ſingulorum omnium oculos atque ora ad ſe trahunt, digniora animo quàm calamo. Quippe ex nobiliſſima, & antiquiſſima hac Familia, tanquam ex fœcundo Iouis cerebro, quot Viros natos, tot electas Mineruas in hanc gratam lucis vſuram prodiiſſe, idémque vobis commune Sapientiæ, & Iuriſprudentiæ, quod vitæ principium eſſe conijcimus. Hinc, quid mirum ſi Maiores tui, vt omnium virtutum celſa facto agmine occupare, ita honorum, & dignitatum culmina illuſtrare ſemper conſueuerint; Quare Reipublicæ Cherienſis clauum per continuatam annorum ſeriem, grauiſſima quæque domi, belli, pacíſque negotia peragere, à Patria, & Principibus feuda plurima, tanquam in benè felicitérque adminiſtrati muneris præmium obtinere promeruerunt; Vt ex inueſtituris, ſexcentis ab hinc annis impetratis colligere licet: Nunc à Summis Principibus ad magna conſilia vocati, modò ad maximas expeditiones miſſi, frequentiſſimè in Legationum honorem ad Pontifices Maximos, & Imperatores electi, veluti ad Federicum primum, Ænobarbum in Italiam profectum, Mediolanenſem ditionem ferro incendióque deuaſtantem: necnon ad

Innocentium Quartum Sum. Pontificem Lugduni degentem, & eiusdem Imperatoris insidias fugientem, quo Legationis officio functus est Matthæus Bentius, quem NOBILEM DOMINVM Summus Pontifex in suis diplomatibus, in emeritam virtutum laudem nuncupauit; quo titulo, tunc temporis soli Proceres donabantur.

Legales verò laureas domi vestræ nasci, & hæreditariam vobis esse æqui bonique Artem, Romanáque iura in tuos omnes, veluti per felices traduces transfusa quis est qui non animaduertat? Afcanij enim Bentij memoria I. C. clarissimi in omnem æternitatem propagabitur; qui recto multorum annorum spatio Placentiæ gubernaculo, ab Alexandro Parmense Duce Auditor; indè à Raynutio eius filio primus à secretis Consiliarius, & Ducatus Moderator fuit declaratus: hac potissimum gloria venerandus, quod populorum corda, ob benè integréque administratam Rempublicam, ad gratiam, & obseruantiam prouocauerit. Matthæus Bentius, qui in primis adolescentiæ annis Vlpiani, Papiniani, & Scæuolæ spiritus hausit, cuius doctissimis, & acutissimis iuris responsis, vt se subscriberet Bartholomæus Socinus Iurisprudentiæ fax vibrantissima in maximam gloriam sibi asciuit: Bartholomæus Bentius optimo Sereniſſimi EMANVELIS PHILIBERTI consilio, in prima Cameræ Pedemontanæ computorum erectione inter Auditores connumeratus: Vir summæ integritatis, & ingenij acumine, vt constitutionis verba commemorant.

Sacri pariter Antistites numero non minores, virtutum, & Sanctimoniæ gloria maiores, quos Religionis amor, pietatis ardor, Sanctitatis splendor ad æternam Beatorum sedem euexit: veluti Benignium Bentium Mediolanensem Archiepiscopum publico Summorum Pontificum decreto in Sanctorum ordinem descriptum. Cæsarem Bentium, ad Astensem Episcopatum, & Comitatum optimo iure promotum vt nomine gereret, quam meritis possidebat dignitatem.

Propria hæc tanti generis ornamenta, tantorum Virorum, sagi, togæ, & religionis auctoramentis clara, clariora tamen externis quoque fulgoribus mortalium oculis irradiarunt: & vt gemmæ auro iunctæ plurimi inter mortales fiunt, maioríque in pretio habentur, & prædicantur. Haud aliter generosæ huiusce stirpis inclitus honor, eò glorioſior, & clarior enituit, quo matrimonia frequentius cum Illustrissimis Cisalpinæ ditionis familiis stemmatum antiquitate, & rerum egregiè gestarum claritate præstantissimis contraxerit: veluti cum Illustrissimis Comitibus Lucernæ, Plosascbi de Prouanis, de Ponte, Cribellis, Alciatis, Cacheranis, & aliis sanguinis, & vetustatis celebritate memorandis.

Verum enim verò EXCELLENTISSIME PRÆSES, quis est, qui dispersam in Maioribus tuis armorum, & litterarum gloriam illustriori pompa in te vnitam, fastóſque legales alternato decore fulgentes non videat, & intelligat *TE* verum, & germanum Palladis, & Mineruæ simulacrum. Sunt enim in *TE* morales virtutes, quæ in honestate, probitate, & moribus candidissimis consistunt, quibus tanquam hasta adamantino cuspide armata in lubrico iuuentutis cursu aduersus ætatis illecebras summa fortitudine bella mouebas. Insunt, & intellectuales, quæ in sapientia, doctrina, prudentia, iusti atque iniusti scientia positæ sunt: quibus inter cæteros Bononienſis, Romanæ, & Taurinen. Academiæ alumnos, veluti Phœnix communi omnium voto celebrabaris. Quare id de *TE* quod de Ennio ferebatur, Musas, & Appollineas virgines, ipsamque Astræam germanam Palladis, & Mineruæ sororem tuo amore captas optimo meritóque iure dicere possimus. Sed cum sanguinis nobilitas *TE* ad virtutem excitauerit, virtus ad gloriam elegerit, gloria ad suprema magistratuum culmina extulerit. Ideo vix ex Ephœbis iurisprudentiæ dimissus, in ipso iuuentutis flore, sapientia, & doctrina maturus, cum primum virtutum tuarum merita præueniens prudens Magni Caroli Emanuelis iudicium, *TE* in patrimonij sui Aduocatum elegit: nec priuatum *TE* esse sinit, quem me-

rita

rita ad publica munera vocabant. In hoc campo breui temporis ſpatio exercitatus, ſiue Sereniſſimi, ſiue priuatorum cauſas perorandas ſuſceperis, ſemper ſummam tuam ſapientiam, animi promptitudinem, & eximiam facundiam fora noſtra admirata fuere. His virtutum præmiis ad magiſtratuum celſa promotum *TE* voluit. Nec vna remuneratione contenta eſt Principis gratia, honorem geminat, augmenta promouet: quaſi debeat omne, quod præſtat. Quamobrem Senatorias infulas in *TE* denuò confert, quam ſuſceptam dignitatem propriis virtutibus, & honoribus exornaſti. Tandem vt vberrimæ virtutum ſegeti maior gloria ſuccreſceret, & faſces, ex faſcibus naſcerentur, nuſquam ſatis laudanda, & admiranda inuictiſſimi *VICTORIS AMEDEI* prudentia, vel in ipſa morte de hoſtibus, & mortalitate Victoris Salutienſis Marchionatus, Montisferrati Ducatus Supremi, Secundi verò in Sacro Pedemontano Senatu Præſidis maieſtatem, & gradum in *TE* contulit: quibus in ſupremis magiſtratibus nihil ingenioſa laude dignius habuiſti, quàm in oculis omnium pretioſam ſeruare integritatem, ſacroſque iuſtitiæ tramites ſarta tecta cuſtodiiſſe. Hæc ſi ſanguinis tui claritati, & Maiorum amplitudini deficerent, ſola ad ſplendorem Illuſtriſſimi generis, ad incliti nominis gloriam, ad famæ æternitatem ſufficere poſſent.

Togatam verò tuam Palladem, acumen non tàm in haſta, quàm in ingenio ferentem, quis eſt qui non prædicet, & innatam illam prudentiam, & celeritatem in pertractandis grauiſſimis Reipublicæ negotiis à Maioribus acceptam in *TE* longè feliciori gloria tranſmiſſam non obſeruet? Etenim extremis belli temporibus, quibus iura in armis poſita eſſe videbantur, ſumma quæque rerum, vel ad Sereniſſimorum Ducum noſtrorum majeſtatem, Coronæ incrementum, patriæ ſalutem ſpectantia vtpote intimus, & præcipuus à ſecretis Conſiliarius pertractare conſueuiſti. Quapropter ſi iure, & non ferro de Montisferrati Ducatus cauſa inter Regias Celſitudines noſtras, & Mantuanos Duces Sereniſſimos vertente patrocinanda, ac propugnanda, aut ſuadente Ludouico XIII. Gallorum Rege componenda, aut Claraſci Heroum conuentus, vbi non tantum de eadem controuerſia, verùm de totius Reipublicæ Chriſtianæ tranquillitate, concordia, & felicitate per Summi Pontificis, Imperatoris, Gallorum, & Hiſpanorum Regum, cæterorúmque ſupremorum Principum Delegatos, & Plenipotentiarios agebatur. *TV* Athlantis inſtar tantam negotiorum molem, támque arduum, & ex omni parte Principibus, & totius Reipublicæ Chriſtianæ graue munus, & difficilem prouinciam ſumma cum prudentia, conſilij maturitate, ingenij perſpicacitate, ſolertíque cura peregiſti, & confeciſti, vt pacis indè publicæ capitula firmata ac ſancita fuerint. Quare fas erit, vt poſteritas omnis *TE* pacis moderatorem, Patriæ decus, Generis gloriam, Senatus ornamentum dignis præconiis concelebret.

Accipe igitur *PRÆSES* omni virtutum, gloriæ, & honorum ſplendore CLARISSIME, hunc DE CENSIBVS tractatum, quem in perpetuum noſtri in *TE* amoris cenſum exhibemus. Non ad nominis Tui famam propagandam, quæ tanta eſt, vt terminos neſciat, ſolis propriis circunſcripta encomiis. Patere in tuæ Palladis clypeo, Auctoris, & noſtrorum nomina delineari, & exprimi, ac ſub tuæ ineluctabili haſtæ patrocinio, & fulgore viuere. Tunc enim nobis hæc potiſſimùm tutela, & ſecura quies erit, ſi eam ipſe tuearis. Vale, atque votiuam hanc tui Palladij aris appenſam tabellam in æternum obſequij monumentum conſerua.

H H. Ioan. Dominici Tarini.

HONO

HONORATI LEOTARDI IVRISCONSVLTI NICIENSIS

IN TRACTATVM LVDOVICI CENCII DE CENSIBVS post eius mortem sub auspiciis Excellentiss. D. AMEDEI BENTII Præsidis Taurinensis impressum.



Hoc opus an Cenci? Benti est; agnoscite: fertur
Ille quidem docta composuisse manu.
Sed iam defuncto tineas metuebat, & annos;
BENTIVS hoc legum gloria magna vetat.
Quærere si virtus eadem est, & parta tueri,
Et Cenci, & Benti par erit inde decus.

AMEDEO BENTIO NATALIBVS ILLVSTRISSIMO;

DIGNITATIBVS EXCELLENTISSIMO,
Litteris Sapientissimo,

OMNIBVS GRATO NEMINI INGRATO;
quod
DEDICATVS TRACTATVS DE CENSIBVS
Carmen retrogradum.



OMNIPOTENS geris vt fasces, sunt omnia BENTI
Prospera, subiectis nil malè subsequitur,
Subsequitur malè nil subiectis, prospera BENTI
Omnia sunt, fasces vt geris omnipotens;
Exiguus datur hic census, cui singula censum
Soluere vix possunt ars, stupor, ingenium,
Ingenium, stupor, ars possunt vix soluere censum
Singula, cui census hic datur exiguus,
Officium liber & census dat BENTIA *portans*
Stemmata, permagnis his fretus auspiciis,
Auspicijs fretus his permagnis, stemmata portans
BENTIA, *dat census & liber officium;*
Accipito precor hos census, nunc nomine census
Munera præstantur, nil prece consequimur,
Consequimur prece nil, præstantur munera census
Nomine nunc, census hos precor accipito,
Restitues quoque tu census tunc Maximè PRÆSES,
Dogmata TARINIS *si tua tradideris,*
Tradideris tua si TARINIS *dogmata* PRÆSES
Maximè tunc census tu quoque restitues,
Conspicuus magè fit nobis, & BENTIVS *orbi,*
CENCIVS *his crescens est nouus intereà,*
Intereà nouus est crescens his CENCIVS *orbi,*
BENTIVS *& nobis fit magè conspicuus.*

PETRVS ROITIVS I. C. Taurinen. Colleg.

AD

AD AVCTOREM ET LIBRVM,

HEXASTICON.

NE tua cum tenebris ô Cenci, ſcripta perirent,
Et cenſus ſenſu deteriore ruat.
Præſidium nacti lucent cum ſole labores
Dùm cenſus ſenſum Bentius ipſe fouet,
Ergò liber proſcinde notos vento auſpice pergis;
Præſide præſidio te comitante ſuo.

MATTHÆVS SALLOIT BELGA.

AD ILLVSTRISSIMVM ET EXCELLENTISSIMVM

D. AMEDEVM BENTIVM

Præſidem & Comitem protectorem,

ET CENSIVM DE CENSIBVS AVCTOREM

EPIGRAMMA.

QVID iuuat aſſiduo mentem torquere labore
Si cum morte labor noſter, opúſque perit;
Sic, Cenci, tecum cenſus monumenta iacerent
Ni tibi præſidio BENTIVS ipſe foret
Ille Caſale Ducum cenſus diſtinguere nouit
Claraſci cœtus Secutiæque probant
Ergo tibi cenſus, BENTI, debentur honores
Qui Cenci cenſus viuere poſſe doces.

DISTICHON,

Cum cenſes, Cenci, cenſus, cenſore carebis
Præſidio, Præſes, præmia prima parit.

IOAN. ANTONIVS CASTELLVS A CLARASCO
eiuſdem Præſid. intimus famil.

LVDO

LVDOVICVS CENSIVS BENEVOLO LECTORI.

PRÆCLARE profectò, & ſumma cum laude facere eos, qui Diuini Platonis ſententiam ſequuti, quaſi non ſibi ſolùm nati aliquam diei partem amicis, & Patriæ impertiuntur, fuit ſemper apud prudentes Viros receptiſſimum. Quamobrem cum ab ineunte ætate ad ſtudia bonarum Artium animum non inuitus applicuerim, & grandior factus id vnum ſemper præ oculis habuerim, vt his laborum, & ſtudiorum meorum finis eſſet, qui mihi non iniucundus, aliis verò non eſſet omnino inutilis, & animo mecum ipſe ſæpiùs reputabam quánam ratione id aſſequi valerem. Et licet multa ſeſe mihi perhonorifica, & expetenda offerrent; cæteris tamen omnibus, & ſpontè mea, & aliorum hortatu poſthabitis, me totum Cæſarei, ac Pontificij Iuris ſcientiæ tradere conſtitui: quippe quæ in Patria mea ſemper floruerit, & vbique gentium honeſtiſſima habita fuerit. In quo poſt aliquot annorum ſtudium Deo Opt. Max. benè iuuante, Doctoratus lauream fui conſequutus, & Doctor factus publicè interpretandi munus, quod honorificum, & laudabile fuit omni tempeſtate habitum, auidiſſimè expetiui, ad quod etiam inueterata, ac multorum annorum iam præſcripta conſuetudo, vt quiſquis in hac noſtra Ciuitate Iuriſconſultorum laurea eſſet inſignitus hoc onus ſubiret, me ad id ſummoperè adhortabatur, quod cum ab iis, penes quos Gymnaſij noſtri Peruſini cura, & gubernium tunc temporis reſidebat ſumma cum animi mei alacritate impetraſſem, hanc publicè interpretandi, primum ius Ciuile, mox ius Pontificum, prouinciam per multos annos pro mearum virium imbecillitate ſuſtinui. Quo tempore non potui effugere, quin & pro meorum bonorum, ac affinium, & amicorum tutela Aduocationis munere in grauiſſimis etiam, & capitalibus cauſis ſæpiſſimè functus fuerim. Cùm autem iis horis, quibus mihi à publicis interpretationibus, & à forenſi ſtrepitu vacare permiſſum fuit, turpi otio languere non minus reprehenſibile, quàm pernicioſum exiſtimauerim, cum teſte *Gregor.* quem refert *Luc. de Penna, in l. 1. col. 2. C. de excuſ. artific. lib.* 10. Otia ſint facinorum nutrimenta. Et in otio non ſolum ingenium torpere ſoleat, iuxta illud Ouidianum.

Adde quod ingenium longa rubigine læſum
Torpet, & eſt multò, quam fuit ante minus.

Sed etiam tota vita noſtra vt authoritate Catonis Philoſophici dicit *Guil. de Bened. ad cap. Raynutius, in verbo, Dotem, quam ei dederat, num.* 54. *ad fin. ext. de teſtam.* non inconueniens fui arbitratus *ex Ariſt. Politic. lib.* 8. *cap.* 3. *& Senec. Epiſt.* 84. inter ſtudia grauiora aliquando, animi cauſa; alia iucundiora permiſcere: vt olim feciſſe Scæuolam I. C. ſua tempeſtate eximium, dicit *Valer. Maxim. lib.* 8. *in tit. de otio,* & refert *Guil. de Rened. d. verbo, Dotem, num.* 64. & cum multa quæ ad Cenſuum materiam pertinent ſparſim, & confusè abſque aliquo ordine, & delectu, prout inter ſtudendum ſeſe mihi obuiam faciebant, collegiſſem, & conſeruaſſem: ea potiſſimum mente, & intentione, vt poſſent aliquando in peragendis cauſis vſui, & adiumento, & mihi, & amicis eſſe; illa in vnum quaſi corpus redigere, & certa methodo, & congruo ordine in modum Tractatus aptare in mentem venit, cui cogitationi inhærens nec operis difficultate, nec mearum virium,

quas

quas satis esse infirmas cognosco, & ingenuè fateor, imbecillitate deterius, hanc prouinciam fui aggressus. Et cum post multorum mensium curricula, ea, quæ sparsim, & nulla methodo collegeram, iuxta præscriptum mihi ordinem dispositissem. Ecce ibi obuiam sese mihi faciunt Tractatus multi de hac materia non minus doctè, quàm copiosè, & eleganter à Viris de Legali scientia optimè meritis, & excellentiss. compositi, & conscripti: quos cum perlegissem, & bonam partem eorum, quæ à nobis collecta fuerant ab iisdem tractata, comperiissem, pedem referre, & à cæpto opere desistere decreueram, & illud certè abiecissem; nisi amicorum efflagitationes, cohortationes, & suasiones ab hoc me proposito retraxissent. Opus igitur iam penè desperatum non inuitus resumpsi, memor illius; Nihil dictum, quod non sit dictum prius: & in hanc, in qua comparet, formam aptaui; & qualequale sit in publicam lucem emittere decreui: Non quod mihi persuadeam omnia, quæ ad hanc tractationem pertinent, me plenè collegisse, in hoc breui Tractatu complexum fuisse, & pro dignitate explicasse, (opus enim hoc arduum, ac penè impossibile esse, & ego sensi, & quilibet sani capitis est facilè arbitraturus) sed ea certa spe fretus quod probi, ac studiosi viri laborem hunc nostrum non sint omnino improbaturi, immo æqui boníque facturi, eo saltem nomine, quod pleraque huius nostri Tractatus Conclusiones Sacræ Rotæ Romanæ authoritate confirmare conati sumus. Decisiones multas de materia loquentes, allegantes, quarum aliquas, iis tamen exceptis, quæ in aliquo volumine sub proprij Authoris nomine impressæ reperiuntur, etiam quod ex eis nonnullis alibi sparsim impressæ fuerint, post Tractatum congruo ordine imprimi curaui. Accipe igitur Lector humanissimè hos nostros labores æquo animo, lauda conatum, defectus excusa, & diù viue fœlix.

BIBLIOPOLA
LECTORI.

LIBER hic commendatione non eget; hoc vnum te monitum velim, Editionem hanc nostram Lugdunensem non modò cæteris auctiorem Accessione tum Expositionum Bullæ Pij V. P. M. DE CENSIBVS *; tum quoque nonnullarum Eruditissimi P. Molinæ Theologi S. I. de ipsamet materia Disputationum: sed & elegantiorem, distinctis videlicet Quæstionum, Decisionúmque Rotæ Romanæ Indicibus hactenus confusis, & singulis propriisque Voluminibus, laboris tui subleuandi gratia commodiori ordine restitutis. Vale.*

INDEX
QVÆSTIONVM
HVIVS TRACTATVS,
Nouo & antiquo ordini accommodatus: In cuius limine

BVLLÆ PII V. SIXTI V. ET CLEMENTIS VIII. MM. PP. vt præcipuum totius Operis argumentum ac fundamentum præponuntur & exponuntur.

QVÆSTIO PRIMA.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1.

DE census priuati diuisionibus, & primò de reseruatiuo, & consignatiuo.

QVÆST. II.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *q.* 1 *art.* 2.

De censu perpetuo, & temporali.

QVÆST. III.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 3.

De censu pecuniario, & fructuario.

QVÆST. IV.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 4.

De censu reali, & personali.

QVÆST. V.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 2.

De origine census consignatiui.

QVÆST. VI.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1.

De Etymologia census.

QVÆST. VII.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 2.

De definitione census.

QVÆST. VIII.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 4. *art.* 1.

De qualitate census consignatiui, & an census contractus nominatus, vel innominatus.

QVÆST. IX.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 4. *art.* 2.

Census qualis esse debeat.

QVÆST. X.

aliàs part. 3. *cap.* 1. *quæst.* 4. *art.* 3.

Census temporalis an sit licitus, & de iure permissus.

QVÆST. XI.

aliàs part. 1. *cap.* 1. *quæst.* 4. *art.* 4.

Cen

Cenſus perpetuus an ſit licitus.

QVÆST. XII.

aliàs part.1. cap.1. quæſt.4. art.5.

An Reipublicæ expediat contractum cenſualem admittere.

QVÆST. XIII.

aliàs part.1. cap.2.

De perſonis quæ cenſum imponere poſſunt, vel non.

QVÆST. XIV.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.1.

De domino directo, quis, & quomodo poſſit ſuper re aliena cenſum imponere.

QVÆST. XV.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.2.

Minor, & mulier an poſſint ſuper ſuis bonis cenſum imponere.

QVÆST. XVI.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.3.

Prodigus an ſuper ſuis bonis validè cenſum imponat.

QVÆST. XVII.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.4.

Filiusfamilias an ſuper ſuis bonis validè cenſum imponat.

QVÆST. XVIII.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.5.

Emens rem cum pacto reuendendi, & maritus an poſſit ſuper bonis dotalibus cenſum imponere.

QVÆST. XIX.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.6.

Hæres an poſſit cenſum imponere ſuper reſtitutione ſubiecta.

QVÆST. XX.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.1. art.7.

Cenſus ſuper re communi impoſitus an valeat, & pro qua parte.

QVÆST. XXI.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.2. art.1.

Dominus vtilis an cenſum poſſit imponere, & Vaſſalus ſuper re feudali.

QVÆST. XXII.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.2. art.2.

Emphyteutà an ſuper re emphyteutica poſſit cenſum imponere.

QVÆST. XXIII.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.3. art.1.

Cenſum ſuper re imponere an is poſſit, qui ius aliquod in ea, vel ad eam habet, citra tamen ius directi, vel vtilis dominij, & adminiſtrator bonorum publicorum ſuper illis non poteſt.

QVÆST. XXIV.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.3. art.2.

Clericus an poſſit ſuper bonis ſui beneficij cenſum conſtituere.

QVÆST. XXV.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.3. art.3.

Vſufructuarius an poſſit imponere cenſuum ſuper re cuius habet vſumfructum.

QVÆST. XXVI.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.3. art.4.

Emptor rei cum pacto, quod non acquirat dominium illius niſi ſoluto integro pretio, an poſſit ſuper ea cenſum imponere ante integram pretij ſolutionem.

QVÆST. XXVII.

aliàs part.1. cap.2. quæſt.3. art.5.

Fideicommiſſarius an ante reſtitutionem ſibi

saltem verbaliter factam de fideicommisso puro possit super eo censum imponere.

QVÆST. XXVIII.

aliàs part.1. cap.3.

De rebus super quibus census constitui potest, vel non.

QVÆST. XXIX.

aliàs part.1. cap.3. quæst.1. art.1.

Census fundari, & collocari debet super re immobili, & an super iis quæ pro immobilibus habentur.

QVÆST. XXX.

aliàs part.1. cap.3. quæst.1. art.2.

Census redimibilis an pro re immobili haberi debeat.

QVÆST. XXXI.

aliàs part.1. cap.3. quæst.1. art.3.

Census super censu an constitui, & collocari possit.

QVÆST. XXXII.

aliàs part.1. cap.3. quæst.1. art.4.

Census constitui non potest super mobilibus cuiuscumque generis.

QVÆST. XXXIII.

aliàs part.1. cap.3. quæst.1. art.5.

Census super iuribus incorporalibus constitui non potest.

QVÆST. XXXIV.

aliàs part.1. cap.3. quæst.1. art.6.

Census personalis an sit licitus.

QVÆST. XXXV.

aliàs part.1. cap.3. quæst.2. art.1.

Fundus census debet esse fructifer, cur, & quando talis dicatur.

QVÆST. XXXVI.

aliàs part.1. cap.3. quæst.2. art.2.

Census impositus super fundo non capace integri census an sit in totum nullus.

QVÆST. XXXVII.

aliàs part.1. cap.3. quæst.2. art.3.

Fundus census si pro aliquo tempore non ferat fructus sufficientes, an pensio sit soluenda ex fructibus aliorum bonorum.

QVÆST. XXXVIII.

aliàs part.1. cap.3. quæst.2. art.4.

Census paruus an super re magni redditus imponi possit.

QVÆST. XXXIX.

aliàs part.1. cap.3. quæst.2. art.5.

Plures census an super eodem fundo capace possint imponi.

QVÆST. XL.

aliàs part.1. cap.3. quæst.3. art.1.

Fundus census debet esse certis finibus designatus & an fundari possit super vniuersitate bonorum.

QVÆST. XLI.

aliàs part.1. cap.3. quæst.3. art.2.

Census an fundari possit super pluribus fundis.

QVÆST. XLII.

aliàs part.1. cap.3. quæst.4.

Fundus census debet esse liber.

QVÆST. XLIII.

aliàs part.1. cap.4.

De census impositione, & eius probatione.

QVÆST. XLIV.

aliàs part.2. cap.1. quæst.1. art.1.

Quo

Quo titulo cenſus conſignatiuus poſſit alienari, & in validum transferri.

QVÆST. XLV.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.1. art.2.

Cenſus an alienari poſſit titulo venditionis, & an cenſus de nouo creatus.

QVÆST. XLVI.

aliàs part.2.cap.1.quæſt.1.art.3.

Pretium cenſus debet eſſe certum.

QVÆST. XLVII.

aliàs part.2.cap.1. quæſt.1.art.4.

Pretium cenſus debet eſſe iuſtum, & in quo conſiſtat illius iuſtitia.

QVÆST. XLVIII.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.1. art.5.

Pretium cenſus debet conſtitui in pecunia numerata.

QVÆST. XLIX.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.1. art.6.

Pretium cenſus debet totum, & integrum ſolui in pecunia numerata.

QVÆST. L.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.1. art.7.

Pretium cenſus ſolui debet coram Notario, & teſtibus.

QVÆST. LI.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.1.art.8.

Pretium cenſus fuiſſe integraliter ſolutum coram Notario, & teſtibus quomodo probetur.

QVÆST. LII.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.2.

De fideiuſſore in contractu cenſus adhibendo.

QVÆST. LIII.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.3. art.1.

De pactis in contractu cenſus, & illius venditione prohibitis, quæ ſint pacta quæ appoſita in contractu cenſuali vitiant, & ipſa quoque vitientur, & itidem quæ vitientur, & non vitient contractum.

QVÆST. LIV.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.3. art.2.

De pacto anticipatæ ſolutionis.

QVÆST. LV.

aliàs part.2. cap.1. quæſt. 3. art.3.

Pactum quod caſus fortuiti ſpectent ad venditorem cenſus an ſit licitum.

QVÆST. LVI.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.3. art.4.

De pactis reſtringentibus facultatem alienandi rem cenſui ſuppoſitam.

QVÆST. LVII.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.3. art.5.

De pactis appoſitis aduerſus debitorem cenſus moroſum in illius ſolutione.

QVÆST. LVIII.

aliàs part.2. cap.1. quæſt.3. art.6.

De pacto quod ſolutio onerum ad eum ſpectet, ad quem de iure, vel ex natura contractus non ſpectarent.

QVÆST. LIX.

aliàs part.2. cap.1. quæſt. 3. art.7.

De pactis auferentibus, vel reſtringentibus, facultatem redimendi cenſum.

QVÆST. LX.

aliàs part.2. cap.1. quæſt. 1. art.8.

De pactis inducentibus neceſſitatem extinguendi cenſum.

QVÆST. LXI.

aliàs part.2. cap.1. quæst.3. art.9.

Defendit præsentationis, quod contrahentes intendunt contrahere iuxta formam Bullæ Pij Quinti.

QVÆST. LXII.

aliàs part.2. cap.1. quæst.3. art.10.

De pœna infligenda notario scribenti in contractu census pactum illicitum.

QVÆST. LXIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.1. art.1.

De respicientibus censum, postquam est in esse deductus, & alteri iusto titulo acquisitus, & an fundus census ab eius domino vendi possit.

QVÆST. LXIV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.1. art.2.

De denunciatione facienda domino census, de venditione facienda fundi censuati.

QVÆST. LXV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.1. art.3.

De priuilegio prælationis per Bullam Pij V. concesso domino census.

QVÆST. LXVI.

aliàs part.2. cap.2. quæst.1. art.4.

De iure retractus quod dominus census habet contra emptorem fundi censui suppositi.

QVÆST. LXVII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.2. art.1.

De respicientibus personam domini census, quis eius dominus dicatur, & quis illius fructus exigere possit.

QVÆST. LXVIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.2. art.2.

In census exactione primúsne, an secundus illius emptor præferatur.

QVÆST. LXIX.

aliàs part.2. cap.2. quæst.2. art.3.

Minor, & eius tutor, & curator an possit validè censum exigere.

QVÆST. LXX.

aliàs part.2. cap.2. quæst.2. art.4.

Hæredibus vsufructuarij, an & quando fructus census ab vsufructuario non exacti debeantur.

QVÆST. LXXI.

aliàs part.2. cap.2. quæst.2. art.5.

Fideiussor census, vel correus debendi si emant censum, an possint illum integraliter exigere.

QVÆST. LXXII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.2. art.6.

Dominus census an de illo possit aliquo titulo disponere, & quo.

QVÆST. LXXIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.3. art.1.

Quis teneatur censum soluere, de illo qui censum imposuit, eius hærede, & cessionario.

QVÆST. LXXIV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.3. art.2.

Fideiussor qui accessit in contractu census tenetur ad illius solutionem.

QVÆST. LXXV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.3. art.3.

Fideiussor quando pro conseruatione suæ indemnitatis agere possit.

QVÆST. LXXVI.

aliàs part.2. cap.3. quæst.3. art.4.

Fideiussor census, an possit agere, vt eximatur à fideiussione.

QVÆ

QVÆST. LXXVII.

aliàs part.2. cap.2. quæst. 3. art.5.

Fideiussor census quibus modis remaneat liberatus ab onere isto.

QVÆST. LXXVIII.

aliàs part.2.cap.2. quæst.3.art.6.

Possessor fundi censuati an ad census solutionem teneatur.

QVÆST. LXXIX.

aliàs part.2. cap.2. quæst.3. art.7.

Vsufructuarius an soluere teneatur censum, cui legatus fuit fundus suppositus illum dicto nomine possidens, an hæres proprietarius.

QVÆST. LXXX.

aliàs part.2. cap.2. quæst.3. art.8.

Possidens partem fundi suppositi an conueniri possit in solidum ad integri census solutionem.

QVÆST. LXXXI.

aliàs part.1. cap.2. quæst.3. art.9.

An is, qui aliquando soluit, cogi possit vt in futurum soluat.

QVÆST. LXXXII.

aliàs part.2.cap.2.quæst.4.art.1.

De census solutione, & an ipsa retardetur opposita exceptione nullitatis contractus.

QVÆST. LXXXIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.4. art.2.

Solutio census quo tempore facienda sit.

QVÆST. LXXXIV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.4. art.3.

Solutio census an fieri possit vice pro pluribus annis futuris.

QVÆST. LXXXV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.4. art.4.

Fructus census ex qua moneta solui debeant.

QVÆST. LXXXVI.

aliàs part.2. cap.2. quæst.4. art.5.

Solui quo loco debeat census.

QVÆST. LXXXVII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.4. art.6.

Solutiones census quibus modis probentur.

QVÆST. LXXXVIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.4. art.7.

Fructus ex contractu census nullo an recipi possint.

QVÆST. LXXXIX.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5.

Quibus actionibus, & remediis census exigi valeat.

QVÆST. XC.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.1.

Petitorio iudicio pro censu formali an agi possit, & quid in eo sit probandum.

QVÆST. XCI.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.3.

Pro censu formali an competant remedia possessoria, & quæ.

QVÆST. XCII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.3.

Remedia possessoria pro censu formali cui, & contra quos competant.

QVÆST. CXIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.4.

Quasi possessio exigendi censum quomodo probetur.

QVÆST. XCIV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.5.

Dominus census an ob negligentiam debitoris in soluendo possit propria auctoritate capere fructus rei suppositæ, vel aliorum bonorum pro solutione census hypothecatorum.

QVÆST. XCV.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.6.

Via exequutiua an competat pro exactione annui census.

QVÆST. XCVI.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.7.

Actio personalis cui, & contra quos competat.

QVÆST. XCVII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.8.

Actio personalis in rem scripta datur contra possessorem rei censui suppositæ pro solutione census.

QVÆST. XCVIII.

aliàs part.2. cap.2. quæst.5. art.9.

Actio hypothecaria, & Saluianum interdictum, an, & quando competant pro annuis redditibus censualibus.

QVÆST. XCIX.

aliàs part.3. cap.1. quæst.1. art.....

De interitu, & resolutione census, census totus extinguitur totius fundi suppositi peremptione.

QVÆST. C.

aliàs part.3. cap.1. quæst.1. art.2.

Perempta parte fundi suppositi quomodo extinguatur pars census superimpositi.

QVÆST. CI.

aliàs part.3. cap.1. quæst.1. art.3.

Fundus census si pereat non casu, sed facto domini illius, an census extinguatur.

QVÆST. CII.

aliàs part.3. quæst.2.

Census extinguitur si fundus censuatus efficitur infructuosus.

QVÆST. CIII.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.1.

Census extinguitur redemptione, quomodo redimi dicatur, & quæ requirantur ad effectum vt census dicatur extinctus per redemptionem.

QVÆST. CIV.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.2.

Censum redimere quis possit.

QVÆST. CV.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.3.

An quis possit pro alio censum redimere.

QVÆST. CVI.

aliàs part.3. cap.2. quæst.3. art.4.

Debitor census an aliquo casu cogi possit ad illum redimendum.

QVÆST. CVII.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.5.

An dentur casus, in quibus cesset cursus fructuum census absque eo quod ille redimatur.

QVÆST. CVIII.

aliàs part.3 cap.1. quæst.3. art.6.

An in redemptione census restitui possit pretium in alia specie, quam in pecunia numerata.

QVÆST. CIX.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.7.

Censum reuendere quis teneatur, & possit.

QVÆST. CX.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.8.

Census an inuito eius domino redimi possit per partes, & an hoc fieri possit per pactum.

QVÆST. CXI.

aliàs part.2. cap.2. quæst.1. art.1.

Domi

Dominus quomodo sit interpellandus pro reuenditione census, & quid sit agendum si recuset reuendere.

QVÆST. CXII.

aliàs part.3. cap.1. quæst.3. art.10.

Redemptio census an de necessitate sit probanda per instrumentum.

QVÆST. CXIII.

aliàs part.2.cap.2.quæst.1.art.3.

Census extinguitur si cessat causa ob quam fuit concessus.

QVÆST. CXIV.

aliàs part.3. cap.1. quæst.5.

Census extinguitur si dominus census efficiatur dominus fundi censuati.

QVÆST. CXV.

aliàs part.3. cap.1. quæst.6.

Census extinguitur si declaretur nullus per Iudicis sententiam.

QVÆST. CXVI.

aliàs part.3. cap.1. quæst.7.

Census extinguitur, si venditor illius in re quam supponit habeat ius temporale, & illud expiret.

QVÆST. CXVII.

aliàs part.3. cap.1. quæst.8. art.1.

Census an extinguatur præscriptione, & obligationi illum soluendi an præscribatur.

QVÆST. CXVIII.

aliàs part.3. cap.1.quæst.8. art.2.

Præscriptio in contractu census an prosit quoad fructus decurrendos.

QVÆST. CXIX.

aliàs part.3. cap.2.

De aliquibus quæ ex census resolutione, & post illam consequuntur.

SVMMARIA EXPOSITIONIS BVLLÆ PII V. P. M. de Censibus.

AVCTORE

IO. BAPT. LEONELLIO, I. C. PERVS.

A



E agente contra legem, Gloss. 25.
Alienatione rei censui suppositæ, Gloss. 11.
Alienationis significatione, & quomodo hic accipiatur, Gloss. 13.
In alienatione fundi ipsius census quid obseruari debeat, & ad cuius fauorem, Gloss. 14.
De Augmento census prohibitio, Gloss. 16.
De Augmento, vel impositione census ad fauorem tertij, Gloss. 18.
De Augmento, & decremento census pretij prohibiti, Gloss. 35.

B

Bvlla hæc an liget omnes fideles, Gloss. 37.

C

De causa, & qualitate istius Bullæ, Gloss. 2.
Casibus fortuitis, & periculo census, Gloss. 10.
Census an possit constitui, vt soluatur in alia re, quam in pecunia, Gloss. 19.
Census forma non seruata quid iuris sit, Gloss. 32.
Clausulis non obstantibus, Gloss. 37.
Cognitione iuris per eius circunstantias, Gloss. 38.
Contractibus ante hanc bullam celebratis, quid iuris sit, Gloss. 36.
Contractus census quomodo contra hanc Bullam celebratur, atque cognoscatur, & an aliqua via si illicitus fuerit corroboratur, Gloss. 38. in additione secunda.
Contractus illicitus, & nullus quomodo cognoscatur, Gloss. 3.
Conditionibus ad fundum census requisitis, Gl. 5.
Constitutione noui census super eadem re, Gloss. 17.
Constitutio hæc quomodo respiciat census præsentes, Gloss. 34.

D

De defensione, & diuisione census, Gloss. 1.
Denunciatione facienda à volente extinguere censum, Gloss. 27.
Decremento, & augmento census pretij, Gloss. 35.
Denunciationis reiteratione, Gloss. 29.
Dicta reiteratione facienda, Gloss. 30.
Decisione Bullæ, & illius summaria cognitione, in proœmio.

E

De extinctione census cum pretio, vel alia re in totum, vel pro parte, Gloss. 23.
De Extinctione census cum solutione pretij, Gl. 26.

F

Forma census non seruata quid iuris sit, Gloss. 12.
Fundo census facto infructuoso in totum, vel pro parte, & gloss. 22.

I

De iure cogendi debitorem intra annum pro restitutione pretij, gloss. 28.

L

De legibus seruandis in vno, vel altero foro, gloss. 4.
Lege respiciente futura, & quomodo præterita, gloss. 21.

Liber

Index Capitum.

Libertate dominì in alienando fundum census, & laudimij significatione, Gloss.12.

M

De modo, & vtilitate consequendi pecuniam pro ciuium indigentiis, in additione proæmij.

N

Notarij, & testium præsentia an requiratur in actu celebrationis instrumenti, Glos.7.

O

Obseruari quid debeat in alienatione fundi ipsius census, & ad cuius fauorem, Gl.14.

P

De pacto illicito, vt morosus debitor teneatur ad interesse cum suis ampliationibus, Gloss.15.
Pacto soluendi onera, & diuersorum onerum solutione, Gloss.20.
Pacto cogendi venditorem ad pretium restituendum, Gloss.31.
Pœna imponenda ob formam istius Bullæ non seruatam, Gloss.33.
Pecuniæ qualitate, & illius solutione quoad censum creatum, & creandum, Gloss.6.
Periculo census, & casibus fortuitis, Gloss.10.
Præsentia testium, ac Notarij in actu celebrationis instrumenti requisita, Gloss.7.
Præscriptione obligationis de retrouendendo, Gloss.24.
Pretio numerando integro, & insto, Gloss.8.

Q

De qualitate, & causa istius Bullæ, Gloss.2.

R

De reiteratione denunciæ, Gloss.29.
Reiteratione denunciæ facienda, Gloss.30.
Requisitis ad censum, diuisione Bullæ, & illius summaria cognitione in proœmio.
Requisitis ad fundum census, Gloss.5.
Restituere pretium, an ex pacto cogi venditor possit, Gloss.31.

S

De solutione, & quantitate pecuniæ quoad censum creatum, & creandum, Gloss.5.
Solutionis anticipatæ prohibitione, Gloss.9.
Solutione diuersorum onerum, eorúmque pacta, Gloss.20.

T

Testium, & Notarij præsentia an requiratur in celebratione instrumenti, Gloss.7.

V

Venditor an cogi possit ex pacto ad restitutionem pretij, Gloss.31.
De vtilitate, & modo consequendi pecuniam pro ciuium indigentijs in additione proœmij.

INDEX DISPVTATIONVM De Censibus, LVDOVICI MOLINÆ

Theologi S. I.

DISPVTATIO CCCLXXXI.

CENSVS quid? Et de reseruatiuo Censu. pag. 363

DISP. CCCLXXXII.

Vtrum ex Censu reseruatiuo Alcaualæ gabella debeatur. 365

DISPVT. CCCLXXXIII.

Census consignatiuus quid, & quotuplex sit? p. 367

DISPVT. CCCLXXXIV.

An ex contractu Census consignatiui Alcaualæ gabella debeatur. 371

DISP.

Index Disputationum.

DISPVT. CCCLXXXV.

Vtrum Census realis tam redimibilis, quàm irredimibilis, licitus sit. 372

DISPVT. CCCLXXXVI.

Census ad certum annorum numerum tam realis, quàm personalis, an licitus sit? 378

DISP. CCCLXXXVII.

Licitáne sit emptio Census personalis peremptus. 381

DISPVT. CCCLXXXVIII.

Vtrum emptio vitalitij Census, seu ad incertum annorum numerum licita sit. 385

DISPVT. CCCLXXXIX.

De conditionibus vt Census perpetuus cum pacto de retrouendendo, sit licitus? Vbi etiam Bulla Pij V. quoad primam clausulam exponitur. 387

DISPVT. CCCXC.

Exponuntur quinque clausulæ in eadem Bulla sequentes. 389

DISPVT. CCCXCI.

Aliæ eiusdem Bullæ clausulæ nempe. 7. 8. 9. 10. & 11. declarantur. Et num Census reales sine pacto de retrouendendo in ea comprehendantur. 394

DISPVT. CCCXCII.

Reliquum Bullæ eiusdem exponitur, præter clausulam vltimam. 397

DISPVT. CCCXCIII.

Vtrum Census (præsertim in Castellæ regno) redimi, aut emi ex prioribus emptoribus possint minori pretio quàm fuerint empti? Et num conditio quòd redimi non possint per partes, licita sit? Additur etiam vltima clausula Bullæ Pianæ. 399

DISPVT. CCCXCIV.

Decisio quorundam dubiorum. 402

DISPVT. CCCXCV.

De Censibus multis mensibus post Bullam Pij V. Romæ editam celebratis, sine conditionibus in ea contentis, in Diœcesibus vbi publicata non fuit, & communiter ignorabatur, quid censendum? 404

REFOR

REFORMATIO CONTRACTVVM

DE ANNVIS CENSIBVS CREANDIS, ALIENANDIS, & redimendis. Et declaratio quarumdam dubitationum desuper exortarum.

PIVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI. AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

QVM onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse & in dies celebrari Censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verùm etiam quod deterius est, contrariis omnino pactionibus propterea ardentem auaritiæ stimulum, Legum etiam Diuinarum manifestum contemptum præseferunt, non potuimus animarum, provt tenemur saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam facientes, tàm graui morbo, lætiferóque veneno salutari antidoto non mereri.

Hac igitur nostra Constitutione statuimus, censum, seu annuum reditum creari, constituive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, & de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursum nisi verè in pecunia numerata, præsentibus testibus ac Notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius, recepto integro, iustoque pretio.

Solutiones quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur, nullo modo non valere volumus.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi, rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper, & liberè, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit, volumus dominum Census aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda sit, & per mensem expectari.

Pacta continentia morosum Census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sint, & nulla.

Immo, & Censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.

Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent.

Postremò Census omnes in futurum creandos, non solùm re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extingui. Non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis, aut clausulis concepta sint.

Cùm verò traditione pretij redditus extinguendus erit volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & post denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti posse, & vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quandocumque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuncia de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus etiam quod pluries ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus sequutus fuisset.

Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse omnino prohibemus.

Contractúsque sub alia forma post hac celebrandos fæneratitios iudicamus, & ita illis propterea non

obstanti

obſtantibus,quidquid vel expreſsè,vel tacitè contra hæc noſtra mandata dari, remitti aut dimitti contingat,à fiſco volumus poſſe vendicari.

Hanc autem ſaluriferam ſanctionem nedum in Cenſu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo poſt publicationem conſtitutionis creatus ſit, perpetuò, & in omnibus ſeruari volumus.

Declarantes pretium ſemel Cenſui conſtitutum nunquam poſſe, ob temporum aut contrahentium qualitatem,ſeu aliud accidens,nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri.

Et licet Legem ipſam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes in quos ſub alia forma peruenerunt Cenſus hortamur in Domino, vt ſingulos contractus cenſuræ bonorum Religioſorum ſubiiciant,& animarum ſaluti conſulant.

Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus & ordinationib. Apoſtolicis,Statutis,& conſuetudinibus necnon priuilegiis, & litteris,etiam per quoſcunque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ac etiam nos ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſvis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus Decretis ex quauis cauſa, etiam per modum legis, vniuerſalis, aut alia quomodolibet editis,ſiue in fauorem vniuerſitatum,Communitatum,Collegiorum,Congregationum,Ciuitatum,& locorum conceſſis, approbatis,& innouatis,quibus omnibus & ſingulis, illorũ tenores præſentib⁹ pro expreſſis habentes,quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtræ Conſtitutioni in toto,vel in parte contrarietatẽ,ſpecialiter,& expreſsè derogam⁹,cęteriſq;cõtrariis quibuſcũq;.

Volumus autem,quod,præſentes in Cancellaria, & in acie Campi floræ publicentur,& inter conſtitutiones Extrauagantes perpetuo valituras conſcribantur.

Et quia difficilè foret præſentes ad ſingula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, ac ſigillo alicuius Prælati munitis eadem prorſus fides vbique adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ,vel oſtenſę.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę prohibitionis annullationis ſtatuti mandati iudicij hortationis,derogationis,declarationis,& voluntatis infringere,vel ei auſu temerario contrariare. Si quis autem hoc at tentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſt.eius,ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S.Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo,quingenteſimo ſexageſimonono,quartodecimo Kalendas Februarij Pont.noſtri Anno quarto.

SEQVVNTVR DECLARATIONES dubitationum deſuper exortarum.

Pius Papa V. Ad futuram rei memoriam.

Tsi Apoſtolica Sedes magna adhibita induſtria operam dat,omnia perſpicuè promulgare,vix tamen eſt, vt vnquam ſatis queat vſquequaque cauere, quin ſcrupuloſæ quorundam mentes, nouos illi cenſus inducant, quorum perplexitate,multi in dubium euocantur.

Pridem enim per Conſtitutionem noſtram de Cenſuum creatione inter alia voluimus.Cenſus omnes in futurum creandos non ſolum re,in totum,vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum effecta,ad ratam perire, ſed etiam pro eodem pretio extingui poſſe. Ac pacta continentia moroſum Cenſus debitorem, ad intereſſe lucri ceſſantis,vel ad cambium, vel ſalaria, & expenſas medio creditoris iuramento liquidandas teneri, aut rem Cenſui ſubiectam, ſiue aliquam eius partem amittere,aut aliud ius,ſiue ex eodem contractu,ſiue aliũde acquiſitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto nulla atque irrita eſſe. Cenſum autem, ſeu annuum redditum,non niſi in re immobili,aut quæ pro immobili habetur,ex ſui natura fructifera, atque nominatim certis finibus deſignata ſit. Sed nec cenſum ipſum, niſi verè in pecunia numerata, præſentibus Notario, & teſtibus in actu celebrationis inſtrumenti, non autem prius, recepto integro iuſtóque pretio,creari,conſtituive nullo modo poſſe.

Deinde per dilectum alium Octauium Spinolam Regni Siciliæ Magiſtrum Portulanum hac de cauſa ad nos deſtinatum, accepimus, in dicto Regno Siciliæ ſcrupulum exoriri, an rerumprędictarum infructuoſitas etiam annalis,aut alias temporalis intelligatur.

Et an per nullitatem pactorum,& aliorum prędictorum, etiam ius recuperandi,ſiue repetendi impenſas quas litigando contra moroſos prædictos, aut executores ad eorum loca tranſmittendo, aut alias ex iudicum mandato ſubire oportet,auferatur.

Prætera an tàm pro ipſis expenſis, quàm etiam pro cenſu recuperando contra tertium poſſeſſorem

rem cedi. Et etiam fideiussiones, dari aliáue bona pro prædij Censu grauati euictione,& ipsius Census solutione hypothecari. Denique an Census huiusmodi super pluribus rebus inter se diuisis constitui possit.

Postremo an ad id quod de pecunia numerata dicitur, prohibeat quo minus in dotium assignatione Census creari possit.

Nos hæc discrimina quantum in nobis est tollere cupientes, tenore præsentium declaramus rem infructuosam, quæ tota, vel ex parte infructuosa perpetuo redditur, non autem ex qua fructus, vno, duobus, pluribusve annis, siue tempestate,siue alio casu non proueniunt, salua alia iuris communis dispositione intelligi debere.

Præterea exactionem illarum expensarum prohiberi, quæ ex pacto, vel conuentione tantum inter contrahentes inita,& instrumento Census specialiter appositæ refici promittuntur,non autem ea quæ ex dicti iuris dispositione repetendæ veniunt, & mandato Iudicis adiudicantur.

Cæterum fideiussores dari aliave bona hypothecari pro prædij Census grauati euictione, aut si prædium in alium deuenerit, aut aliquis tertius fideiussor intercesserit, tertium possessorem, vel eius bona obligari minimè prohibemus. Hæc autem omnia pro euictione dumtaxat, non autem solutione pœnæ adiudicari posse intelligimus.

Postremò id dotium assignandarum casu censuum creationem, & Constitutionem prędictam respectu actualis numerationis coram Notario, & testibus faciendæ,locum non habere. Sed in hoc casu Census ipsos etiam pecunia ad manum non habita creari posse declaramus.

Denique vt periculis quæ ex transportatione pecuniarum frequenter in dicto Regno eueniunt occurratur, permittimus, vt si in creatione Census pecuniam ad manum commodè haberi nequierit, illius loco, emptor apocham, siue cedulam bancariam idoneam integri pretij venditori in ipso emptionis actu debeat exhibere.

Constitutione nostra prędicta, tàm in casu dotium, quàm ceteris omnibus in ea contentis, in suo robore permanentibus.

Volumus autem vt præsentium exempla etiam impressa, Notarij publici manu, & Prælati Ecclesiastici, eiusve Curiæ sigillo obsignata eandem illam prorsus, tàm in iudicio, quàm extra illud fidem faciant, quàm ipsamet præsentia facerent, si essent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 10. Iulij, 1570. Pontificatus nostri Anno 5.

S. D. N. D. SIXTI PAPÆ QVINTI

Prohibitio, vendendi, & alienandi castra, fortalitia, & alia bona quæcumque stabilia,& immobilia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apost. licentia, aliis personis quàm vasallis eiusdem Status. Et de prohibitione alienandi.

Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

SOLLICITVDO, paternusque affectus, quo Sedis Apostolicæ subditos prosequimur nos inducunt, vt ex diligenti cura prospiciamus, quæ ad illorum conseruationem Statusque Ecclesiæ vtilitatem, & commodum pertinent. Accepimus siquidem, quod in diuersis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Castris,Nobis, & dictæ Sedis temporali ditioni subiectis extant statuta prohibentia res, ac bona stabilia in forenses, & non subditos alienari.

Nihilominus nonnulli Ciues, & Incolæ Ciuitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum huiusmodi bona stabilia, aliis personis extraneis vendere, & alienare præsumunt in maximum præiudicium, & damnum Ciuium, & Incolarum prædictorum. Quocirca nos considerantes quantum statuta præfata vtilia, & fauorabilia sint, quantumque Reipublicæ interfit dicta bona in illius Ciues, & habitatores conseruari. Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam: sed de nostra mera deliberatione, & certa scientia, statuta huiusmodi etiamsi

non sint in vsu, Apostolica auctoritate tenore præsentium de cætero obseruari mandamus. Et nihilominus, quod perpetuis futuris temporibus, Vniuersitates, Ciuitates, Collegia, feudatarij quicunque, ac personæ cuiusuis status, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis existant, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate, etiam Ecclesiastica, quæ specialem, & indiuiduam mentionem, requireret, præditi sint, nullatenus sine Nostra, & Sedis prædictæ licentia, audeant, seu præsumant Ciuitates, Oppida, Castra, feuda, Iurisdictiones, ac bona quæcumque stabilia, vel immobilia in dicto Statu Ecclesiastico existentia cuiuscumque qualitatis, & valoris, per eos nunc, & pro tempore possessa vendere, permutare, vltra triennium locare, in emphyteusim feudum, liuellum, pignus, seu præcarium concedere, in aliquam Communitatem, Vniuersitatem, Collegium, vel personam extraneam, seu forensem, quæ nobis, & dictæ Sedi, ratione temporalis iurisdictionis Status nostri subdita, & suppositа non sit, vel quæ domicilium legitimè non contraxit in dicto nostro Statu cuiuscumque dignitatis, status gradus, conditionis, & qualitatis existat, etiamsi vt præfertur, Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate etiam Ecclesiastica, quæ specialem, & indiuiduam mentionem requireret præditus sit, Insuper quia decens, & conueniens existit, quod si vendantur, vel permutentur, seu etiam donentur Ciuitates, Castra, & Oppida, multo magis fortalitia, id ad notitiam Principis deducatur, & præsertim si feuda, & iurisdictiones feudales, ea omnia, nec in exteros, nec in alios quoscumque, nisi de expressa præcedente Nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis eadem supradicta licentia vendi, permutari, vel donari valeant. Neque etiam extraneus, aut subditus originarius, bona huiusmodi in dicto Statu habens, & in eo habitans, si ab illo discedat amplius ad ipsum non reuersurus illa retinere possit: sed intra biennium, ex quo ipse demigrauerit ea vendere, seu pro aliis extra dictum Statum existentibus permutare, aut alias transferre in alium immediatè subiectum teneatur, auctoritate, & tenore præsentium de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio perpetuo statuimus, & ordinamus. Licitum tamen erit omni dicti Status habitatori, siue extraneo, siue subdito de bonis suis in eodem Statu positis, vel in consanguineos, vel in alios de dicto Statu non existentes quocumque alio, quàm venditionis, seu permutationis, vel donationis titulo disponere, ac suis etiam ab intestato hæredibus pariter licebit in illis succedere, qui tamen intra triennium, vel in eundem Statum habitatum veniant, vel bona ipsa in alium, seu alios habitatores, & subditos vt præfertur, transferant. Quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiusmodi ex quibuscumque aliis quam venditionis, seu permutationis, aut donationis, huiusmodi causis peruenerint, illaue acquisuerint, censeatur permissum: Bonorum autem præfatorum appellatione, neque census, neque portiones, seu loca Montium, nec mulierum dotes: sed neque Vrbem nostram, quæ communis patria est, cum eius decem passuum millia circuitu volumus comprehendi, filij tamen, & hæredes dictarum mulierum soluto matrimonio, si extranei fuerint, aut in eodem Statu ad habitandum, aut vendendum, seu permutandum, vt dictum est, sint astricti. Decernentes Communitates, Vniuersitates, Collegia, vel personas extraneas, seu forenses huiusmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra earumdem præsentium tenorem alienatorum acquisitiones omnino inhabiles, necnon quoscumque contractus, venditiones, & alienationes, contra huiusmodi prohibitionem quocumque modo, vel causa pro tempore faciendas, nullas & inualidas existere nullumque ius per eas emptoribus attributum esse, seu tribui posse. Necnon omnes scripturas desuper conficiendas, ac inde sequuta quæcumque nullius roboris vel momenti esse, nec ex illis audiri, agi, & excipi posse in iudicio, vel extra, ipsaque bona alienata ad eos ad quos de iure peruenire debent spectare, & pertinere. Sicque per S. R. E. Cardin. etiam Legatos, ac Vicelegatos, necnon Sacri Palatij Apostolici Auditores, Gubernatores, seu illorum Locatenentes, aliosve Iudices, & Commissarios, quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Iudicibus nunc, & pro tempore in toto Statu prædicto existentibus, & eorum cuilibet, vt statutum, & ordinationem, ac alia præmissa perpetuo ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit per censuras Ecclesiasticas, & alia eis bene visa remedia obseruari faciant, & mandent. Non obstantibus nostris de non tollendo iure quæsito, aliisque Apostolicis Constitutionibus, necnon Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, & locorum prædictorum statutis, & consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quacumque alia firmitate munitis, ac etiam immemorabili, & quantocumque tempore pacificè obseruatis, necnon Ciuitatibus, Ciuitatumque iuribus, priuilegiis, exemptionibus, & indultis Apostolicis illis, eorumque dominis prædictis, ac quibusuis aliis per quoscumque Rom. Pont. ac nos, & dictam Sedem quomodocumque, & quotiescumque concessis, confirmatis, & innouatis, quæ omnia illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes omnino tollimus, & abrogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem eadem præsentes, quoniam in Consistorio nostro, & de consilio prædicto promulgatæ sunt, à die datæ ipsarum quoscumque, tam præsentes quàm absentes, & vbicumque etiam extra dictum statum existentes perinde obligare, ac si cuique singulatim intimatæ fuissent. Et nihilominus, vt illæ

amplius

Apostolorum de Vrbe aliisque locis consueris appendi, & in libris dictæ Cameræ describi. Ac etiam volumus, vt ipsarum exempla etiam impressa edantur, ea quæ Notarij publici manu, & sigillo cuiuscumque Curiæ Ecclesiæ, aut personæ, in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignata eam ipsam prorsus fidem vbique locorum in iudicio, & extra illud faciant, quam ipsæ præsentes facerent, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum mandatorum, Statuti, Ordinationis, Decreti, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Romæ apud S. Marcum Anno Incarnat. Dominicæ 1585. Kal. Iul. Pontif. nostri Anno I.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

† Ego Lud. Card. Madrutius.
† Ego N. Card. Senonensis.
† Ego Io. Anton. Episc. Tusc. Card. Sancti Gregorij.
† Iul. Ant. Sãctorius Car. Seuerina.
† P. Card. Cæsius.
† Ego Hier. Card. Rust.
† Ego Io. Hier. Card. Albanus.
† P. Card. Deza.
† Ego Ant. Card. Carafa.
† Io. Ant. Card. SS. Quatuor.
† Io. Bapt. Card. S. Marcelli.
† Aug. Card. de Verona.
† Ego Vin. Card. Montis Regalis.
† Ego M. Card. S. Stephani.
† Scipio Card. Lancelottus.
† Ego Ferd. Card. de Medicis.
† Phil. Vast. Card. Cam.
† Ego Vinc. Card. Gonzaga.
† Ego Fr. Card. S. fortia S. Nicol.
† Alex. Card. de Monte alto.
† Ego M. S. Card. ab Altemps.
† Ego Inn. Aua. Card. de Arag.
† Ego. P. Card. Sanctacrucius.
† Ego Gulielm. Card. Sirletus.
† F. Mich. Bon. Card. Alex.

A. de Alexiis.

Registrata apud Io. Baptistam Secretarium.

ANNO à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1584. Indictione 13. Die verò Mercurij 25. mensis Septembris Pont. Sanctiss. in Christo Patris, & D. N. D. Sixti Diuina Prouidentia Papæ V. Anno primo. Retroscriptæ literæ apostolicæ Affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Ecclesiarum S. Ioan. Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, necnon Cancell. Apost. & in acie Campi floræ, vt moris est per nos Ioan. Butlurault. & Franciscum Baron præfibati Sanctiss. D. N. Papæ Apost. Curs.

Io. Andr. Panizza Mag. Curs.

BVLLA SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS CLEMENTIS PAPÆ VIII.

SVPER REDVCTIONE OMNIVM CENSVVM PER quascumque Communitates, Vniuersitates, Status Ecclesiastici vltra septem pro centenario impositorum posthac ad rationem septem tantum persoluendorum.

Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

QVIA ad subleuationem grauaminum, & commoda populorum nostræ, & Sedis Apostolicæ ditioni in temporalibus subiectorum pertinere dignoscimus in iis libenter auctoritatis nostræ partes interponimus, prout æquitate ipsa, & nostra erga eos paterna charitate suadente conspicimus cum Domino expedire. Sane non sine magna animi nostri molestia accepimus pleraſque Communitates, & vniuersitates, Ciuitatum, Oppidorum, & locorum Status nostri Ecclesiastici ob varias eorum necessitates multos Census vendendo graue æs alienum contraxisse, huiusmodi autem Censuum emptores illos ad rationem non sex, vel septem, sed octo, nouem,

uem, vel decem pro quolibet centenario, & anno fere omnes exigere ſolere. Quare intolerabili onere grauatæ ex reditibus propriis aliquando emptoribus Cenſum ſatisfacere nequeunt.

Nos igitur in premiſſis opportunè ratione aliqua ſaltem ex parte prouidere volentes motu proprio, & ex certa ſcientia omnes, & ſingulos Cenſus hactenus ſuper quibuſcumque rebus immobilibus tàm vrbanis, quàm ruſticis in quacumque prouincia, Ciuitate, Terra, Oppido, Territorio, Diſtrictu, & loco Status Eccleſiaſtici Nobis, & Sedi Apoſtolicæ tàm mediatè, quàm immediatè ſubiectis conſiſtentibus, cuiuſcumque pretij, valoris, qualitatis, quantitatis, & denominationis bona, & Cenſus huiuſmodi extiterint per quaſcumque Communitates, ſeu Vniuerſitates eiuſdem Status, & ditionis, ſeu etiam ſingulares perſonas intuitu tamen illarum, & cum promiſſione idemnitatis ab ipſis Communitatibus ſeu Vniuerſitatibus, quæ pretia Cenſuum huiuſmodi venditorum in ſuos vſus acceperint facta ſeptem pro quolibet centenario, & non quocumque modo excedentes hactenus creatos, conſtitutos, impoſitos, & venditos quoad illorum fructus ex nunc deinceps in futurum perpetuo decurrendos ad rationem ſeptem tantùm pro quolibet centenario, & anno (ſalua tamen dictos cenſus redimendi facultate) auctoritate Apoſtolica tenore præſentium reducimus, & moderamus, ac ipſas Communitates, & Vniuerſitates cenſus prædictos ex nunc perſoluendos, & alios pro eis etiam vti principales principaliter, & inſolidum, ſeu aliàs quouis modo etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ obligatos à ſolutione Cenſuum prædictorum alias quàm ad rationem ſeptem pro centenario, & anno huiuſmodi ad aliquid vlterius pro fructibus in futurum ſoluendum non teneri, nec ad id vigore quarumcumque obligationum, & quibuſuis iuramentis (quæ ipſis Communitatibus, & Vniuerſitatibus prædictos cenſus per ſoluentibus, vt præfertur, & aliis pro eis etiam dicta forma Cameræ obligatis, harum ſerie relaxamus) ſeu aliàs vallatarum, nec ad illarum obſeruationem, & Cenſuum iam impoſitorum ſolutionem vltra prædictam ſummam ſeptem pro quolibet centenario & anno cogi, aut compelli poſſe declaramus, ac ita per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios, etiam Palatij Apoſtolici cauſarum Auditores, & S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, necnon Cutiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ ac Rotæ Auditores, ſeu quoſuis alios Iudices ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicare, ac definiri, & interpretari debere, irritum quoque decernimus, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac quarumcumque Prouinciarum, Ciuitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum Statutis, conſuetudinibus, legibus, & naturis etiam iuramento confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, necnon obligationibus in ampliori forma, fideiuſſionibus, renunciationibus, ac iuramentis præſtitis priuilegiis quoque indultis, & litteris Apoſtolicis etiam per quoſcumque noſtros ac etiam nos quibuſcumque tenoribus & formis ac Romanos Pontifices Prædeceſſores cum quibuſuis clauſulis etiam derogatoriarum derogatoriis, necnon irritantibus decretis ex quauis cauſa etiam per modum legis vniuerſalis, aut alias quomodolibet editis, ſiue in fauorem Vniuerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Ciuitatum, & locorum conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directè, vel indirectè præſenti noſtro Motu proprio in toto, vel in parte contrarientur ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die 1. Maij, 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

M. Veſtr. Barbianus.

S. D. N. D.

S. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA prouidentia Papæ VIII.

INNOVATIO CONSTITVTIONIS

FEL. RECORD. SIXTI PAPÆ V.

De non alienandis bonis ſtabilibus in ſtatu Eccleſiaſtico exiſtentibus in forenſes, & in non ſubditos, ac eiuſdem declaratio, & extenſio.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

ROMANVM decet Pontificem ſuorum Prædeceſſorum Conſtitutiones innouare, ac quandoque eas declarare, & extendere, ne illarum obſeruantia propter aliquorum prauam interpretationem retardetur, vel ob hominum malitiam earundem effectus eludatur. Aliàs ſiquidem fœl. record. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, & ſuorum ac Sedi Apoſtolicæ ſubditorum conſeruationis, Statúſque Eccleſiæ vtilitati, & commodo proſpiceret, accepto quod in diuerſis Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & Caſtris tunc ipſius Prædeceſſoris, nunc noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ temporali ditioni ſubiectis, extabant ſtatuta quædam prohibentia res, & bona ſtabilia in forenſes, & in non ſubditos alienari, quodque nihilominus nonnullis Ciues, & incolæ Ciuitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum huiuſmodi bona ſtabilia aliis perſonis extraneis vendere, & alienare præſumebant in maximum præiudicium, & damnum Ciuium, & Incolarum prædictorum, conſiderans quantum ſtatuta prædicta vtilia, & fauorabilia eſſent, quantúmque Reipub. intereſſet dicta bona apud illius Ciues, & habitatores conſeruari, Motu ſuo proprio ſtatuta huiuſmodi etiamſi non eſſent in vſu de cætero obſeruari mandauit. Et nihilominus quod perpetuis futuris temporibus Vniuerſitates, Ciuitates, Collegia, feudatarij quicumque, ac perſonæ cuiuſvis, ſtatus, gradus, ordinis, qualitatis, & conditionis exiſterent, ac etiam ſi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate, etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret præditi eſſent, nullatenus ſine eiuſdem Prædeceſſoris, & Sedis prædictæ licentia auderent, ſeu præſumerent Ciuitates Oppida, Caſtra, Feuda, Iuriſdictiones, ac bona quæcumque ſtabilia, vel immobilia in dicto Statu Eccleſiaſtico exiſtentia cuiuſcumque qualitatis, quantitatis, & valoris eſſent per eos tunc, & pro tempore poſſeſſa, vendere, permutare, vltra triennium locare, in emphyteuſim, feudum, liuellum, pignus, ſeu præcarium concedere, ſeu transferre in aliquam Communitatem, Vniuerſitatem, & Collegium, vel perſonam extrancam, ſeu forenſem, quæ ipſi prædeceſſori, & Sedi prædictæ ratione temporalis iuriſdictionis ſubdita, & ſuppoſita non eſſent, vel quæ domicilium legitimè non contraxiſſet in dicto Statu cuiuſcumque gradus, conditionis, & qualitatis exiſteret, etiamſi vt præfertur Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quauis auctoritate, & dignitate etiam Eccleſiaſtica, quæ ſpecialem, & indiuiduam mentionem requireret prædita eſſet. Inſuper quia decens, & conueniens erat, quod ſi venderentur, vel permutarentur, aut etiam donarentur Ciuitates, Caſtra, & oppida, multo magis fortalitia, id ad notitiam Principis deduceretur, & præſertim ſi feuda, & iuriſdictiones feudales eſſent, ea omnia nec in exteros, nec in alios quoſcumque niſi de expreſſa precedente dicti Sixti prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis eadem ſupradicta licentia vendi, permutari, vel donari poſſent neque etiam extraneus, aut ſubditus originarius bona huiuſmodi in dicto Statu habens, & in eo habitans ſi ab illo diſcederet amplius ad ipſum non reuerſurus, illa retinere valeret, ſed intra biennium ex quo ipſe demigraſſet, ea vendere, ſeu pro aliis extra dictum Statum exiſtentibus permutare, aut aliàs transferre in alium immediatè ſubiectum teneretur, de Venerabilium fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium conſilio perpetuò ſtatuit, & ordinauit, licitum tamen eſſe voluit omni dicti Status habitatori, ſiue extraneo, ſiue ſubdito de bonis ſuis in eodem Statu poſitis, vel in conſanguineos, vel in alios de dicto Statu non exiſtentes quocumque alio, quam venditionis, ſeu permutationis, aut donationis titulo diſponere, ac ſuis etiam ab inteſtato hæredibus in illis ſuccedere, qui tamen intra triennium, vel in eundem Statorum habitatum venirent, vel bona ipſa in alium, ſeu alios habitatores, & ſubditos, vt præfertur transferrent,

ferrent, quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiusmodi ex quibuscunque aliis, quàm venditionis, seu permutationis, aut donationis huiusmodi causis peruenissent, & qui illa acquisiuissent censeretur permissum.

Bonorum autem prædictorum appellatione, neque portiones, neque loca Montium, neque mulierum dotes, sed neque Almam Vrbem, quæ communis patria est cum eius ad decem millia passuum circuitu comprehendi, filios tamen, & hæredes dictarum mulierum soluto matrimonio, si extranei forent aut ad habitandum in eodem Statu, aut ad vendendum, vel permutandum, vt dictum est, adstrictos esse voluit, decernens Communitates, Vniuersitates, Collegia, vel personas extrancas, seu forenses huiusmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra dictæ Constitutionis tenorem alienatorum acquisitiones omnino inhabiles, necnon quoscumque contractus, venditiones, & alienationes contra huiusmodi prohibitionem quocunque modo pro tempore faciendas nullas, & inualidas existere, nullúmque ius per eas emptoribus attributum esse, seu tribui posse, necnon omnes scripturas desuper conficiendas, ac inde sequuta quæcumque nullius roboris, vel momenti esse, nec ex illis audiri, agi, & excipi posse in iudicio, vel extra, ipsaque bona alienata ad eos ad quos de iure peruenire debent, spectare, & pertinere, ac aliàs prout latius in eiusdem Sixti prædecessoris literis sub dat. Kal. Iulij Pontificatus sui, anno primo expeditis continetur.

Cùm autem, sicut experientia docuit, posteaquam prædictæ Sixti prædecessoris litteræ emanarunt, nonnulli Status nostri Ecclesiastici habitatores, & subditi prætextu permissionis in dicti Sixti prædecessoris literis contentæ, quod minorum omni dicti Status Ecclesiastici habitatori, siue extraneo, siue subdito licitum sit de bonis suis stabilibus in eodem Statu Ecclesiastico existentibus quocumque alio, quàm venditionis, seu permutationis, & donationis titulo disponere, vel in consanguineos, vel in alios de dicto Statu non existentes, qui tamen intra triennium vel in eundem statum habitatum veniant, vel bona ipsa in alium seu alios habitatores non ignorent in prædicta Sixti prædecessoris permissione iuxta verisimilem illius mentem illos tantum comprehendi, qui in eundem Statum Ecclesiasticum habitatum, vel venire verisimiliter venturi sunt, nihilominus dictas Sixti prædecessoris litteras perperam interpretantes, illarumque & aliarum etiam Rom. Pont. Prædecessorum nostrorum Constitutionum contra ipsos quouis modo disponentium effectum eludere conantes, & illarum fraudem, siue amore, siue odio in suos, & alios moti, siue alia quauis ratione ducti de suis bonis stabilibus in eodem Statu Ecclesiastico existentibus, non solum in consanguineos, & alios de dicto statu non existentes priuatos, sed in quascumque etiam Communitates Vniuersitates, Collegia, ac Principes extranei huiusmodi, ad quas, & quos dicta bona de iure peruenire non possunt, & qui alioqui prædictis bonis non indigent, eadem bona in fraudem legis consequentes illa, vel alia illorum loco personis ad dicta bona obtinenda incapacibus, & inhabilibus, via scilicet, confidentiaria, aut alia ratione tribuant, & in illas transferant, atque ita euenire possit, & eueniat vt dictæ personæ incapaces, & inhabiles, id quod per se, ac directè obtinere non valent per interpositam personam, & indirectè consequi, sperent & consequantur contra verisimilem dicti Sixti Prædecessoris intentionem, qui ex prædictis, atque aliis etiam causis animum suum tunc mouentibus in permissione superius expressa de ipsis Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegiis, & Principibus extraneis prædictis specificam mentionem non fecit, sed illas, & illos in dicta permissione non comprehensas, neque comprehensos esse censeri voluit. Nos ad quos potissimum spectat Prædecessorum nostrorum Constitutiones non solum innouare, sed etiam dubia, quæ super illis emergunt, declarare, & hominum malitiis, ac fraudibus occurrere, attendentes ad nostrorum, & eiusdem Sedis subditorum quietem, & tranquillitatem, & ad bonorum eorundem subditorum penes ipsos conseruationem id magis pertinere, necnon etiam ipsius Status nostri Ecclesiastici vtilitati, & commodo, ac etiam securitati maximè conuenire, quibus præcipuè rationibus idem Sixtus prædecessor vt supra dictum est, ad præmissa statuenda motus fuit & ad omnem ambiguitatem tollendam dictam Sixti prædecessoris Constitutionem innouemus, declaremus, atque extendamus, & ampliemus, ac alia infrascripta ad Status nostri Ecclesiastici, nostrorúmque & Apostolicæ Sedis subditorum commodum, vtilitatem, & securitatem spectantia necessaria, & oportuna statuamus his, ac aliis iustis, & rationabilibus causis adducti super præmissis oportune prouidere volentes, & eiusdem Constitutionis Sixti Prædecessoris tenorem, ac si ad verbum insererentur præsentibus pro expressis habentes, habita super his cum Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de illorum consilio, & assensu, ac motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine Constitutionem dicti Sixti prædecessoris auctoritate Apostolica tenere, ac de cætero ab omnibus, ad quos spectat, inuiolate obseruari volumus. Insuper de consilio, & assensu motu scientia, ac potestatis plenitudine similibus declaramus quascumque Communitates, Vniuersitates, & Collegia, quæ extra Statum Ecclesiasticum existunt, & Ecclesiastica non sunt, necnon etiam quosvis Principes extraneos etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque auctoritate, & dignitate, quæ specialem, & indiuiduam mentionem requireret, præditos,

etiamsi

etiamsi illi aliàs Nobis, & dictæ Sedi ratione feudi, aut ex alia causa subditi sint, qui nimirum in propriis ditionibus, vel alibi degentes in eundem Statum Ecclesiasticum, vel habitatum venire non possunt, vel verisimiliter venturi non sunt, aut si aliquando venerunt, vel venient recedere tamen solent, & postea etiam verisimiliter non reuersuri inde recesserunt, aut recedent bona aliqua stabilia non solum in finibus eiusdem Status Ecclesiastici, & iuxta terminos, ac limites ditionum eorumdem Principum, sed etiam in quacumque alia eiusdem Status Ecclesiastici parte, & in ipsa Vrbe existentia, necnon Census, aliaque bona ac iura quæ pro stabilibus habentur, (non tamen officia Rom. Curiæ, nec portiones, & loca Montium) cuiuscumque illa quantitatis, qualitatis, & valoris sint nullo venditionis, permutationis, donationis, aut alterius contractus, præterquam ex causa dotis inter viuos titulo, ac ne quidem ex testamento, codicillis, legato, fideicommisso, donatione ex causa mortis, aut ex alia dispositione in vltima voluntate quorumcumque testatorum, aut de bonis stabilibus, & aliis supradictis contra præmissa in ipsorum fauorem aliàs disponentium facta, vel facienda acquirere, illáque habere, retinere, & apprehendere hactenus potuisse, neque deinceps posse.

Et nihilominus Constitutionem eiusdem Sixti Prædecessoris ad quæcumque etiam genera contractuum præterquam vt præfertur ex causa dotis, & dispositionum inter viuos, ac etiam ad testamenta, codicillos legata, fideicommissa, donationes causa mortis, & alias vltimas voluntates huiusmodi, vt præfertur, factas, & faciendas, auctoritate Apostolica tenore præsentium extendimus, & ampliamus, ac neminem ex habitatoribus, & subditis Status nostri Ecclesiastici cuiuscumque ille dignitatis, gradus, ordinis & conditionis, vt supra dictum est, fuit de suis bonis stabilibus; & aliis supradictis contra formam constitutionis dicti Sixti Prædecessoris, & præsentis declarationis, & extensionis nostræ disponere potuisse, ac ipsas Respub. Communitates, Vniuersitates, Collegia, extra dictum Statum Ecclesiasticum existentia, & non Ecclesiastica, necnon Principes extraneos huiusmodi ad bonorum stabilium, & aliorum supradictorum acquisitionem fuisse, & esse omnino inhabiles, nullúmque ius illis in quos dicta bona iura, & alia supradicta prætextu eiusdem permissionis hactenus translata fuerunt, seu in futurum transferri contigerit acquisitum fuisse, aut acquiri posse, sed ipsa bona stabilia, iura, & alia supradicta quoad dispositiones iam factas ad eos, ad quos illa de iure si disponentes ab intestato decessissent, & dispositiones huiusmodi factæ minimè fuissent peruenire debuissent, & deberent spectasse, & pertinuisse, ac spectare, & pertinere, seruata in reliquis forma Constitutionis eiusdem Sixti prædecessoris, necnon instrumenta, contractus, testamenta, legata, codicillos, donationes, & alias quascunque dispositiones in illas, & illos quovis titulo, vt præfertur factas, & faciendas siue etiam Principes prędicti aliquo consanguinitatis, seu affinitatis vinculo ipsis disponentibus coniuncti sint, siue non, & inde sequuta quæcumque fuisse, & esse nulla, & nullas, nulliúsque roboris, & momenti, ac instrumenta & scripturas desuper edita, & editas, siue edenda, & edendas, etiam iuramento vallata, & vallatas similiter fuisse, & esse nulla, ac nullius roboris, & momenti, nullámque fidem fecisse, & facere, nec ex illis audiri, agi, & excipi potuisse, & posse in iudicio, & extra.

Et vlterius tabelliones publicos, ac nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios etiam ex numero participantium, & alios quoscúmque de huiusmodi instrumentis, & aliis dispositionibus supradictis se rogare, aut illa conficere nullo modo potuisse, & posse. Quinimò eos ipsa instrumenta, & scripturas iam facta, & factas teneri infra mensem à die publicationis præsentium computandum nobis, & Sedi, ac Cameræ Apostolicæ reuelare, & cum effectu exhibere.

Habitatores præterea, & subditos nostros prædictos, vt præfertur in futurum disponentes pœnas amissionis dictorum bonorum, & aliorum supradictorum, ita quod Sedes, & Camera Apostolica eo ipso possit illa propria auctoritate capere, & penes se retinere, viuentibus ita disponentibus, ipsis vero defunctis eadem bona, & alia supradicta, de quibus dispositum fuerit ad eos, ad quos de iure, si disponentes ab intestato decessissent, vel dispositiones huiusmodi si factæ non fuissent, peruenire debent, omnino perueniant: tabelliones verò, & Notarios etiam ex numero participantium, & alios quoscumque prædictos instrumenta, & scripturas huiusmodi conficientes, seu iam facta, & factas, vt præfertur, non reuelantes, & exhibentes pœnam quoque falsi, ac priuationis tabellionatus, & Notariatus etiam ex numero participantium huiusmodi, & aliorum officiorum, quæ obtinent ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, & alia exercenda, eo ipso incurrere decernimus.

Cæterum declaramus dispositiones tàm factas, quàm pro tempore faciendas earum Rerumpublicarum, Communitatum, Vniuersitatum, Collegiorum extra Statum Ecclesiasticum existentium non Ecclesiasticorum, necnon in Principum extraneorum huiusmodi fauorem ad quos tempore obitus disponentium illorum bona, alias de iure si disponentes ipsi ab intestato decessissent peruenire debuissent, seu deberent in præsenti nostra Constitutione non esse, nec fore comprehensas, pro ea tamen rata, in qua dictæ Respublicæ, Communitates, Vniuersitates, Collegia, & Principes præfati de iure communi, vel alias ab intestato tempore mortis dictorum disponentium, & non ante fuissent, & essent successuri, & tunc quoque volumus seruari formam Constitutionis dicti Sixti Prædecessoris, quod scilicet, Respublicæ, Communitates, Vniuersitates, Collegia &

Princi

Principes præfati teneantur intra triennium bona ipſa in habitatores dicti Status Eccleſiaſtici transferre.

Volumus autem, vnicuique priuato, ſiue noſtro, & Status noſtri Eccleſiaſtico ſubdito, ſiue extraneo liberum, ac licitum ſit, in Alma vrbe noſtra, quæ communis patria, & nationum omnium domicilium eſt, cum eius ad decem millia paſſuum circuitu, non ſolum officia Romanæ Curiæ, & portiones, ac loca Montium, ſed quæcumque bona ſtabilia, & alia quæ ſtabilium loco habentur, tàm ex quocumque genere contractus, quàm ex quauis diſpoſitione in vtima voluntate, ac etiam ab inteſtato acquirere, habere, retinere, & apprehendere poſſe, iuxta Conſtitutionis dicti Sixti Prædeceſſoris continentiam, & tenorem.

Inſuper, vt malitiis etiam, & fraudibus, quæ in ſimilibus excogitari, aut fieri poſſent, occurramus, Motu, & auctoritate ſimilibus inhibemus quibuſcumque ſubditis Status noſtri Eccleſiaſtici ſupradictis, cuiuſcumque ſimiliter dignitatis, vt præfertur fuerint, ne de cætero aliqui, eorum audeat, vel præſumatur ſeſe, aut Ciuitates, oppida, Terras, Caſtra, fortalitia, Iuriſdictiones, feuda, res, & bona ſtabilia in quacumque eiuſdem Status Eccleſiaſtici parte exiſten. quouis modo ſubmittere, vel ſupponere alicui protectioni, defenſioni, commendationi, ſiue commendigiæ, ſaluæ guardiæ, ſubmiſſioni, ac confœderationi, ſeu etiam cuſtodiæ Rerumpublicarum, Communitatum, Vniuerſitatum, Collegiorum extra dictum Statum Eccleſiaſticum exiſtentium, ac Principum extraneorum ſupradictorum cuiuſcumque pariter dignitatis vt præfertur, fuerint, aut eorum Capitaneorum, & militum, ſeu vt ſubmiſſiones, aut alia præmiſſa fiant auctores eſſe, aut conſenſum præſtare, ſub confiſcationis ipſarum Ciuitatum, Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, Iuriſdictionum feudorum, & bonorum ſtabilium ſupradictorum, & aliorum quorumcumque Cameræ Apoſtolicæ ipſo iure applicandorum, necnon criminis læſæ maieſtatis, & rebellionis in primo capite eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis pœnis, quam nihilominus in ſupradictis omnibus caſibus verè, & realiter, & ipſo facto incurriſſe, & incurrere per præſentes declaramus.

Præterea, vt ſubditorum noſtrorum vtilitati, ac Status Eccleſiaſtici tranquillitati magis conſulamus, quod de cætero nullus ex ſubditis Status noſtri Eccleſiaſtici prefatis, aliquas fideiuſſiones, cautiones, promiſſiones, & obligationes pro Rebuſpublicis, Communitatibus, Vniuerſitatibus, Collegiis, quæ extra Statum Eccleſiaſticum exiſtunt, & Eccleſiaſtica non ſunt, necnon pro principibus extraneis quibuſcumque ſupradictis, ſeu illorum, ac alicuius eorum contemplatione, & intuitu facere, dare, & præſtare, ac alias quoquo modo ſeſe, eorumque Ciuitates, Oppida, Terras, Caſtra, Iuriſdictiones, feuda, res, & bona ſtabilia ſupradicta in quacumque eiuſdem Status Eccleſiaſtici parte, ac in ipſa etiam Vrbe exiſtentia, ac iura eidem quouis modo competentia, & alia bona, quæ loco ſtabilium habentur, vt præfertur, ad ipſos quouis modo ſpectantia, tam pro eis, & aliquo eorum, ac eorum, vel alicuius eorum intuitu, & contemplatione, ad fauorem quorumcumque extraneorum, vel etiam ſubditorum eiuſdem Status noſtri Eccleſiaſtici, quàm pro aliis quibuſvis, & aliorum quorumcumque intuitu, ac contemplatione, ad fauorem, & commodum ipſorummet Principum, extraneorum, & aliorum ſupradictorum obligare, & hypothecare, aut etiam bona quæcumque ſtabilia, & alia ſupradicta in commendam, aut in erectionem commendarum alicui ex militiis regularibus quibus Reges, aut Principes extranei Nobis, & Sedi Apoſtolicæ non immediatè ſubiecti in adminiſtratores, ſeu Magnos Magiſtros deputati ſolent concedere, aut vt concedantur aliquo modo conſentire ſine expreſſa precedente Noſtra, & Rom. Pontificis pro tempore exiſtentis licentia, ſub pœna amiſſionis dictorum bonorum contra tenorem preſentium, vt prefertur obligatorum, & conceſſorum eo ipſo ſimiliter incurrenda & Sedi, ac Cameræ Apoſtolicæ applicanda poſſit, & valeat, ita quod in caſu contrauentionis eidem Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ liceat viuentibus ſupradictis, ita obligantibus, & concedentibus dicta bona capere, & penes ſe retinere, illis verò defunctis ad eos, ad quos de iure peruenire debent, omnino peruenianr quodque tabelliones, & Notarij etiam ex numero participantium, & alij quicumque prædicti ſuper præmiſſis ſcripturas, & inſtrumenta conficientes pœnas priuationis officiorum, quæ obtinent, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, & alia exercenda eo ipſo incurrant, & nihilominus fideiuſſiones, cautiones, obligationes, hypothecæ, necnon conceſſiones, & conſenſus prædicti per ipſos, vt præfertur, faciendæ, & præſtandi reſpectiuè, ſint nullæ, & nulli, ac nullius roboris, & momenti nec alicui quouis modo profint, aut ſcripturæ, & inſtrumenta ſimiliter ſuper præmiſſis conficienda fidem faciant, vel ex illis audiri, agi, vel excipi poſſit in iudicio, vel extra perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, ſicque, & non aliter per quoſcumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere irritúmque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, mandantes eiſdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, ac Iudicibus nunc & pro tempore in toto Statu Eccleſiaſtico prædicto exiſtentibus, & eorum cuilibet, vt declarationem extenſionem, decretum, inhibitionem, præceptum, & mandatum ſtatutum, & ordinationem

noſtram

noſtram huiuſmodi in eodem Statu Eccleſiaſtico ab omnibus ad quos ſpectabit perpetuo obſeruari mandent, & faciant contradictores quoſcumque opportunis iuris, & facti remediis appellatione poſtpoſita compeſcendo, Non obſtantibus noſtra de non tollendo iure quæſito, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon quibuſcumque fideicommiſſis purificatis, & purificandis, ac vltimis voluntatibus, donationibus, pactis quibuſcumque, ac legibus etiam municipalibus, necnon Vrbis, & aliarum Ciuitatum, Terrarum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici, etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ac priuilegiis, gratiis, & indultis eiſdem Rebuſpublicis, Communitatibus, Vniuerſitatibus, & Collegiis extra dictum Statum Eccleſiaſticum exiſtentibus, & non Eccleſiaſticis, necnon Principibus extraneis, ac etiam militiis præfatis quorumcumque Ordinum regularibus, ac Almæ Vrbi, necnon Populo Romano, & quibuſcumque Ciuitatibus, Terris, & locis Nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſubiectis, etiamſi tales eſſent quæ ſub generali expreſſione non venirent: ſed de illis ſpecialis, & indiuidua mentio habenda foret, in genere, vel ſpecie, & ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & quibuſuis etiam derogatoriarum derogatoriis; aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum hactenus quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus; necnon omnibus illis, quæ prædictus Sixtus Prædeceſſor in ſuis litteris prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem, vt præſentes, quæ in Conſiſtorio noſtro, & de fratrum noſtrorum conſilio, & aſſenſu prædicto promulgatæ ſunt quoſcunque tam præſentes, quàm abſentes, & vbicumque etiam extra Statum noſtrum Eccleſiaſticum exiſtentes, perinde obligent, & arctent, ac ſi vnicuique eorum nominatim intimatæ fuiſſent; Et nihilominus, vt illæ magis innoteſcant, mandamus eas Valuis Eccleſiæ S. Ioann. Lateranen. & Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in Acie Campifloræ appendi, & publicari, ac etiam volumus, vt earum exemplis, etiam impreſſis manu Notarij publici, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituræ muniris, eadem prorſus fides vbique locorum in iudicio, & extra habeatur, quæ ipſiſmet præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram confirmationis, innouationis, declarationis, extenſionis ampliationis, decretorum, inhibitionis, præcepti, mandatorum, voluntatem, Statuti, & ordinationis infringere, vel ei auſu temerario contrariare. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo primo Pridie Non. Iulij Pontificatus noſtri Anno decimo.

✠ Ego Clemens Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

†
†
† Iul. Ant. Epiſc. Card. Prænestinus S. Seuerinæ.
† Hier. Epiſcop. Sabinen. Card. Ruſt.
†
† Alex. Epiſc. Alban. Card. Floren.
†
† Ego Ant. Maria Cardin. Saluiatus, tit. S. Mariæ Tranſtiberim.
† Ego Aug. tit. S. Marci Card. Veron.
† Sim. Cardin. de Terranoua, titul. S. Laurentij in Lucina.
† Ego Dominicus, titul. S. Chriſogoni Cardinal. Pinellus.
† Ego Fr. Hieronym. Card. Aſculanus, tit. S. Marię ſuper Mineruam.
† Ego Ant. Maria, tit. S. Prax. Card. Gallus.
†
† Ego Anton. tit. S. Steph. in Monte Cælio Card. Saulius.
† Ego Euangeliſta, tit. S. Matthęi in Merulan. Card. Cuſentinus.
†
†
† Ego Camillus, tit. SS. Ioan. Pauli Presb. Cardin. Burgheſius.
† Ego Cæſar, tit. SS. Nerei, & Achilei, Presb. Card. Baronius.
† Ego Laurentius tit. S. Laurentij in pane, & perna, Presbyt. Card. Blanchettus.
†
†
† Ego Franciſcus, tit. S. Thomę in parione, Presb. Card. Mantica.
†
† Ego Pompeius, tit. S. Balbinę Presb. Card. Arigonius.
†
†
†
† Ego Dominicus titul. S. Petri in Monte Aureo Presb. Card. Tuſcus.
†
† Ego Arnald. tit. S. Euſebij Card. Oſſarus.
† Ego P. Æmilius Presb. Card. S. Marcelli.
†

† Ego

† Ego Martinus, tit. SS. Marcellini, & Petri Card. de Camerino.
† Ego Fr. Gregorius Cardin. de Mont'Elparo, tit. S. Auguſtini.
† Ego Paulus, tit. S. Ceciliæ Presbyter, Cardin. Sfondratus.
† Ego Benedictus, tit. S. Priſcæ Presbyter Cardin. Iuſtinianus.
†
† Ego Franciſcus Maria tit. S. Mariæ in Aracæoli Card. à Monte.
† Ego Octauius tit. S. Alexij Presbyter Card. Parraucinus.
† Ego Hier. Card. Matthæius, tit. S. Pancratij.
†
† Ego Flamin. tit. S. Mariæ de Pace, Card. Platus.
†
† Ego Lutius Card. Saxus, tit. SS. Quirici, & Iuliæ.
† Ego Franciſcus Maria, tit. S. Bartholomæi in Inſula Card. de Senis.
†
†

† Ego Sicilius, tit. S. Saluatoris in Lauro Presbyt. Card. Antonianus.
† Ego Rob. tit. S. Mariæ in Via Presbyter. Cardin. Bellarminus.
† Ego Bon. tit. S. Blaxij de Annullo Presb. Card. Bonuſius.
†
†
† Ego A. S. Laurentij in Damaſo Diac. Card. Montaltus S. R. E. Vicecancell.
†
†
†
† Ego Ant. Didac. Mard. SS. Quatuor Coron.
† Ego P. S. Nicolai in carcere Diac. Cardin. Aldobrand. S. R. E. Cam.
† Ego Cynthius Diac. Card. S. Georgij.
† Ego Bart. S. Mariæ in Porticu Diac. Card. Cæſius.
† C. S. Angeli in foro piſcario Diac. Card. Peretrus.
†
† Ego Ioan. Baptiſta Sanctæ Mariæ in Coſmedin. Diac. Card. Detus.

M. Veſtrius Barbianus.

A. De Alexij.

ANno à Natiuitate Domini milleſimo ſexcenteſimo primo, Indictione decima quarta, die verò ſeptima menſis Septembris, Pontif. Sanctiſſ. in Chriſto patris, & D. N. D. Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno Decimo. Retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicarum S. Ioan. Lateranen. & S. Petri Principis Apoſtolorum per nos Catherinum Menandi, & Laërtium Cecchettum Apoſtolicos Curſores, &c.

AVGVSTINVS BRACCHERIVS *Mag. Curſ.*

Regiſtrata apud MARCELLVM *Secretarium.*

LVDO

LVDOVICI CENCII V. I. D. IN TRACTATVM DE CENSIBVS PREFATIO

CENSVVM Materia licet amplissima sit, & latissima, ex quo non tàm ad priuatum, quàm ad publicum ius pertineat vt animaduertunt. *Scribemes variis in locis, & signanter* Didac. Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 7. num. 1.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. qu. 2. num. 8.* Ludouic. Mol. *in suo tract. de contract. par. 2. disput. 381. num. 1.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. comm. 2. §. 2. num. 54. & seq.* Brunor. à Sole, *in suis quæst. Legal. quæst. 1. num. 1.* Federic. Mart. *in suo tract. de iure censu. cap. 2. num. 1. & aly passim*, dum censum distribuunt in publicum, & priuatum. Quia tamen nostri propositi est in hoc tractatu non de publico, sed de priuato censu differere, & non de qualibet priuati census specie, sed dumtaxat de consignatiuo, vtpote, qui frequentior, & vsitatior inter homines sit, & circa quem quotidiè contractus exerceantur, & in foro assiduæ contentiones exoriantur: ideò, antequam ad ipsam tractationem condescendam, operæ pretium esse duxi, vt ordinem, quo in toto hoc tractatu sim vsurus, in primis indicarem, & quasi digito demonstrarem, cum teste Baldo in Procem. Digestor. antequam ad scientiam perueniatur, bene sit methodum, & ordinem docendi præscribere.

Opus igitur hoc nostrum in tres principales partes esse distribuendum existimaui, ea adductus ratione: quia sicut cæteræ res humanæ illius sunt conditionis, vt ortum habeant, vitam, & interitum, eodem etiam modo hunc nostrum Censum consignatiuum, ortũ, vitam, & interitũ habere animaduerti: ortũ quidem dum creatur, & imponitur; vitam dum in alium transfertur, & penes illius dominium permanet; interitum dum resoluitur, & extinguitur. Et propterea, cum census iste in triplici statu considerari posse videatur, videlicet nascens, viuens, moriens, ideò congruum esse arbitratus sum, vt illius tractationem in tres separatas, & distinctas partes secarem, & distribuerem; Vt in prima parte de iis ageretur, quæ ad ortum, & creationem census pertinere viderentur. In secunda de iis, quæ ad illius vitam, & progressum attinerent. In tertia, & vltima, de illius extinctione, & interitu tractaretur. Vt autem dilucidatiori, & faciliori methodo omnia explicarentur, fuit quælibet pars in certa capita diuidenda, & quodlibet caput in quæstiones, & illæ in articulos, prout occasio tulit, & res ipsa expostulare visa est.

Primam autem partem in quatuor principalia capita distinguendam esse duxi, in quorum primo quasi per modum euidentialium, & prolegomenon agetur de Censu ipso, qui creandus, & constituendus est.

In secundo de personis, quæ Censum imponere, & constituere intendunt.

In tertio de rebus, super quibus Census constituendus, & collocandus est.

In quarto de ipsamet census impositione, & constitutione.

De censu consignatiuo.

HOc primum caput quatuor habet Quæstiones, quibus vniuersa, quæ ad huius cõtractus censualis præcognitionem sunt necessaria, explicabuntur.

In prima afferetur vna census priuati diuisio, & eius membra explicabuntur, & aliæ census consignatiui subdiuisiones recensebuntur.

In secunda accedendo propius ad rem ipsam, census consignatiui originem inuestigabimus.

In tertia de illius definitione, & etimologia tractabitur.

In quarta qualis sit contractus iste demonstrabitur.

De census priuati diuisionibus, & primo de reseruatiuo, & consignatiuo.

QVÆSTIO I.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 1. ar. 1.

Quæstio ista quatuor similiter habet articulos.

IN primo diuidiur census priuatus in reseruatiuum, & consignatiuum, & quomodo quilibet constituatur, & vnus ab altero differat, aperitur.

In secundo subdiuiditur census consignatiuus in perpetuum

perpetuum, & temporalem, & quomodo vterque constituatur breuiter demonstratur.

In tertio affertur alia diuisio Census consignatiui, vt alter sit pecuniarius, & alter fructuarius, & de censu fructuario aliqua scitu digna referuntur.

In Quarto assignatur alia diuisio census consignatiui, qua secatur in realem, & personalem.

SVMMARIA.

1 *Census vox, est æquiuoca.*
2 *Æquiuoca sunt dividenda.*
3 *Census alter publicus, alter priuatus.*
4 *Census priuatus alter retentiuus, alter consignatiuus.*
5 *Census retentiuus quomodo constituatur, secundum aliquos horum opinio reprehenditur, num. 7. Saluatur, num. 12.*
6 *Census reseruatiuus quomodo constituatur secundum alios, quos author sequitur.*
8 *Dominij directi, & vtilis concursus in eadem persona, & eiusdem rei, iure non conceditur eodem tempore.*
9 *Dominus is verè est, qui rei directum habet dominium.*
10 *Quasi dominus ille dicitur, qui habet dominium vtile.*
11 *Dominus eiusdem rei eodem tempore quis esse non potest proprie, & improprie.*
Dominium vtile respectu directi habet se ad instar seruitutis.
Consolidato vtili dominio cum directo non duplex sed vnicum est dominium plenum.
Dominium directum, & vtile non possunt eodem tempore in eadem persona considerari respectu eiusdem rei.
12 *In censu reseruatiuo potest transferri dominium directum retento, vtili penes concedentem.*
13 *Census reseruatiuus capitur pro contractu libellario & emphyteuticario.*
14 *Contractus emphyteuticus, & libellarius, ex communi vsu loquendi confunduntur, & vnus pro alio vsurpatur.*
15 *Census reseruatiuus in multis differt ab emphyteuticario, & contractu libellario.*
16 *Censu in reseruatiuo nullum ius remanet penes eum qui rem concedit.*
17 *In emphyteusi transfertur dumtaxat vtile dominium.*
18 *Censu in reseruatiuo ob cessationem in solutione etiam per mille annos res non incidit in commissum.*
19 *Emphyteuta cessans soluere Canonem cadit à iure suo.*
20 *Census reseruatiuus, vt differat à consignatiuo.*
21 *Census consignatiuus quomodo constituatur.*
22 *Census in consignatiuo, quid concedatur domino census.*
23 *Censu in consignatiuo dominium, & possessio fundi censuati, remanet penes imponentem.*
24 *Dominus census videtur contrahere quandam communionem, & quasi societatem cum domino fundi censiti.*
25 *Dominus census non retrahit fundum censitum ab illius domino venditum.*
26 *Dominus fundi censiti, tenetur ad onera realia ratione possessionis rei impositæ.*
27 *Collecta imposita super bonis immobilibus solui debet pro anno censu, sed an in loco vbi sita est res supposita, an vbi est destinata solutio census, resolvitur n. 29.*
28 *Census dicitur consistere in loco vbi sita est res supposita, quia illi rei cohæret.*

1 QVoniam † ista vox, & iste terminus Census, est æquiuocus, cum de pluribus censuum generibus intelligi possit, vt præter alios docet, Feder. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 1. & 2.* & Gaspar. Roderic. *de an. . . dit. lib. primo quæst. 2.* Ideò tractaturus de censu consignatiuo, necessarium existimaui, vt illum ab aliis censuum speciebus distinguerem: nulli † enim eorum quæ æquiuoca sunt 2
respondere simpliciter conuenit, vt admonet Arist. *lib. secundo* Elenchor. *cap. 2. & reassumit.* Roderic. *dict. quæst. 2. in princip.* Omissa autem ea censuum diuisione, quæ † censum secat in publicum, & priuatum, cum non de publico; sed de priuato sermo nostet futurus sit, & ad priuatum veniens, eam dumtaxat priuati census diuisionem referendam esse sum 3
arbitratus, per quam scribentes illum † in consignatiuum, & reseruatiuum distribuunt. Conrad. *in suo tractat. de contract. quæst. 72. in 7. supposit.* Bened. Bon. *de censibus art. 9. num. 25.* Ludouic. Molina, *in tract. de contract. disput. 381. num. 2.* Ludouic. Lopez *in suo instruct. negociant. libro primo cap. 54. versicu. præterea.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 107. num. 4. & sequent.* Ioan. Baptist. Lup. *ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Comm. 2. §. 2. num. 56.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. institt. libr. 10. quæst. 1 num. 2.* Leonard. Less. *de iustit. & iure lib. 2. cap. 22. dubitat. 2. numer. 4.* Mich. Salon. *de contrac. & commerc. humanæ in titul. de censibus, art. 1. num. 2.* Ioan. Azor. *Institut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 2. in princ.* Gregor. *de valent. in suis commentar. Theological. tom. 3. Disput. 5. quæst. 22. de censibus, punct. 1. versic. denique notandum.* Feder. Martin. *d. cap. 2. num. 18. & seq.* Roderic. *d. quæst. 2. sub num. 1.* hæc enim ad institutum nostrum maximè conducit, non quod de vtroque membro tractare constituerim, sed vt nonnullis breuiter de reseruatiuo censu præcognitis, tractatum de consignatiuo Deo fauente aggrediamur.

Census † autem reseruatiuus, vel retentiuus ille 5
dicitur de quo loquitur. *Imper. in l. fin. C. de rer. permut. & Papa in cap. ad audientiam, ext. de præsc. & in cap. constitutus, & ibi* Gloss. *in verbo, iuxta ratam.* Abb. *& alij, ext. de religios. domibus,* & constituitur cùm quis tradit rem suam alicui, transferendo in eum omne dominium directum, & vtile, cum onere quod teneatur soluere tradenti singulis annis certum quid pro censu, Didac. Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 7. n. 1. versicu. sic, & census dicitur,* Franc. Connan. *Comment. iur. ciuil. lib. 7. cap. 12. num. 11. in fine.* Gugliel. Redoan. *in suo tractat. de reb. eccles. non alien. in rubr. de constit. tum. cens. num. 2.* Foller. *in sua Pract. censuali, in verbo, huiusmodi, num. 5.* Conrad. *in d. 7. supposit.* Domin. Soto, *de iust. & iure, lib. 6. quæst. 5. art 1.* Aymo. Grauet. *consil. 217. num. 4.* Menoc. *d. præsumpt. 107. num. 4. & consil. 983. num. 12. & seq. lib. 10.* Vrsil. *ad Afflict. dec. 80. num. 5.* Iul. Clar. *in sua Pract. in §. emphyteusis, quæst. 1. vers. contractus autem* Leonard. Less. *d. dubitat. 2. num. 4.* Rota *in Roman. Casalis turris vergatæ 20. Martij 1623. coram* R. P. D. *Pirouano quæ est poss. tract. Decis. 431. n. 21.*

Vel & melius constituitur † cum quis tradit rem 6
suam alicui, transferendo in accipientem omne ius, quod ipse tradens habet, nullo iure sibi reseruato, præterquam recipiendi annuum censum, vt dixit. Bart. *in l. 1. §. 1. num. 4. ff. de public. & vectigal.* Soc. Sen. *consil. 167. sub num. 6. vers. tunc dicitur contractus censualis, lib. 2.* Ias. *cons. 63. num. 1. lib. 1.* Ruin. *cons. 160. num. 3. 6. & seq. lib. 1.* Bertachin. *in suo tract. de gabell. in Prælud. num. 8.* Cassan. *ad consuetud.* Burgun. *Rubr. 11. in prin.* Aurel. Corbul. *in suo tract. de Iur. emphyt. Cans. 15. sub non solut. can. limit. 33. num. 1.* Brunor. à Sole *in suis quæst. legalib. quæst. 1. num. 3.* Ludouic. Lopez *d. cap. 54. vers. præterea.* Ludou. Molin. *d. disput. 381. num. 2.*

Inaduertenter enim videntur loquuti illi † qui 7
dixerunt in accipientem transferri dominium directum, & vtile, vt animaduertit, Bero *in cap. 1. num. 71. extr. de restit. in integr.* existimans impossibile esse vt quis eiusdem rei eodem tempore in alium transferat dominium directum, & vtile, tum quia concursus † dominij directi, & vtilis eodem tempore in 8
eadem

eadem persona respectu eiusdem rei in iure non conceditur. *l. possideri §. ex pluribus in fine & ibi glos. ff. de acquiren. poss.* Ruin. *cons. 7. num. 4. lib. 5.* tum quia ille
9 qui habet † directum dominium est verè dominus. Ias. *in l. traditionibus num. 10. C. de pact.* Franc. Ripa *in rubr. extr. de caus. possess. & proprier. num. 42. & seq.*
10 ille verò qui habet † vtile dominium dicitur quasi dominus, Bald. *in c. 1. §. 1. circa prin. de inuest. de re alien. fact. in usib. feud.* Ias. *in §. omnium num. 61. instit.*
11 *de act.* & impossibile est, † vt quis eodem tempore eiusdem rei sit dominus vere, & non vere, propriè, & non propriè *l. 1. ff. si ager. vectig. vel emphyt. per* Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua n. 57. per text. in d. l. possideri §. ex pluribus ff. de acquir. poss.* [cuius conclusionis ea potest reddi ratio, quia vtile dominium respectu directi se habet ad instar seruitutis, quia per ipsum incommodatur directum, sicut incommodatur proprietas per seruitutem] *vt notat* Ias. *& alij in l. si tibi homo 88. §. fin. ff. de leg. 1.* & propterea consolidato vtili dominio cum directo non potest dici, quod in vna, eademque persona concurrat vtile, & directum dominium, sed vnicum dumtaxat plenũ *l. si hæres institutus in prin. ff. ad* Trebell. *l. 3. §. si ex pluribus ff. de acquir. possess. l.* Stichum *§. additio. & ibi hoc declarat.* Castr. *ff. de solut. & pulchrè etiam* Cran. *cons. 293. num. 11. quem refert, & sequitur* Iacobus Cancer. *variar. resolut. lib. 3. cap. 4. de seruit. num. 202. cum duobus seq.* vbi dicunt in eadem persona non posse considerari dominium directum, & vtile, eo quod dominium vtile recognoscat directum, & illi seruiat, & res sua nemini seruire possit *l. vti frui. ff. si vsufr. petat.*] Nisi
12 dicamus, quod ij, † qui asserunt per istum contractum transferri in accipientem dominium vtile, & directum, non sentiunt, quod eodem tempore ex eodem contractu transferatur vtrumque dominium eiusdem rei sed quod transferatur directum, si is, qui rem tradit, reseruato sibi annuo censu, erat dominus directus; si autem tradens erat dumtaxat dominus vtilis, transferatur tantum vtile: si autem habebat dominium plenum, transferatur omne ius, nullo iure penes concedentem remanente. Quod videntur sensisse. Bon. *d. art. 9. num. 25. vers. secundum genus & art. 13. num. 30. ad fin. & num. 31.* Surd. *cons. 162. num. 4. lib. 2.* Ioan. Bapt. Lup. *d. §. 2. num. 57.* & si qui alij sunt, qui simpliciter dixerunt per hunc contractum transferri in accipientem rem ipsam, non exprimentes quod transferatur directum, vel vtile illius dominium. Omnes tamen in hoc conueniunt, quod per istum contractum quilibet transferat cum ipsa re quam tradit vniuersum ius quod in ea habet, ita hunc modum explicat. Cassan. *d. rubr. 11. in princ. num. 1.* [Licet autem regulare sit quod in hoc censu reseruatiuo transferatur omne dominium, & omne ius nihil tamen repugnat, quin in eo possit transferri dominium directum retento penes ipsum concedentem vtili, *vt latè per bonas rationes resoluit* Rota *in illa Romana Casalis turris vergatæ coram* R. P. D. Pirouano 29. *Ianuarij* 1614. *post tract. decis. 425. num. 6. cum seq.*]

13 Licet autem † huius census Vox, & denominatio conueniat etiam contractui Emphyteuticario, & libellario, *vt auctoritate* Soc. Sen. *cons. 50. num. 7. lib. 4. dicit* Honded. *cons. 71. num. 8. lib. 2. & placuit* Roderico *d. q. 1. sub num. 1. vers. quidam sunt redditus Emphyteutici.* § Rota *in dicta Romana Casalis turris vergatæ post tract. dec.*
14 *425. num. 20.*] contractus tamen Emphyteuticus † & libellarius, (qui iuxta communem vsum loquendi non differunt, sed vnus pro altero promiscuè vsurpatur. *cap. 1. Quib. mod. feud. amit. in usib. feudor.* Bon. *ut d. tract. de censib. artic. 50. num. 80. & multorum auctoritate dicit* Clar. *in d. §. Emphyteusis, quæst. 1. num. 1. refert* Menoch. *cons. 291. sub num. 7. lib. 3.*)[Mantic. *d. lib. 22. tit. 3. num. 4. vbi alios allegat*]specie distinguuntur à contractu censuali, *vt post* Soc. Sen. *cons. 167. num. 6. lib. 2. &* Mantic. *d. tit. 3. num. 9. dixit* Rota *in d. Romana Casalis turris vergatæ, post tract. decis. 425. num. 1.*] in multis differunt † ab hoc censu reseruatiuo, vt late prosequitur. Euerard. *in sua Topica Legali in loco ab Emphyteusi ad cens. num. 2. & sequitur* Brunor. à Sole *in dd. suis Quæst. legal. quæst. 5. per tot.* Felician. de Solis *in suis Commentar. de censib. tom. 1. in proœm. num. 11.* Mich. Salon. *in d. suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 2. num. 3. & seqq.* Roderic. *in d. suo tract. de anno. reddit. lib. 2. quæst. 22.* Feder. Martin. *in d. suo tract. de Iure censuum, cap. 1. num. 79. & seq. & alij aliis in locis*, duæ autem sunt præcipuæ, & notabiliores differentiæ secundum omnes. 15

Vna est, † quod in contractu censuali penes eum 16
qui rem tradit, nullum omnino ius remanet super ipsa re, præterquam ius consequendi annuam pensionem, & responsionem, quam sibi reseruat; per contractum † vero Emphyteuticum, & libellarium trans- 17
fertur dumtaxat vtile dominium, Menoch. *d. cons. 291. num. 5. & seq. & alij multi relati* à Feliciano *d. num. 11. quibus addi potest* Leonard. Less. *d. dubitat. 2. num. 5.* Roderic. *d. quæst. 22. num. 5. & seq.* Seraph *dec. 1195. num. 1. part. 1.*

Altera vero differentia est quam considerant communiter *Glos. & Doct. in cap. constitutus ext. de Religios. domib. & in cap. ad audientiam, extr. de præscrip.* & maximè *Imol. num. 4.* Cassan. *d. Rubr. 11. in princ. num. 5.* Aurel. Corbul. *d. limitat. 33.* Rodetic. *d. quæst. 22. num. 9. & seqq.* & alij alibi, videlicet, † quod in contractu cen- 18
suali ob non solutionem census nunquam res concessa incidit in commissum, etiamsi is qui censum soluere tenetur, cessaret per mille annos à solutione, vt præter supra allegatos dicit Ruin. *cons. 160. num. 6. & 7. lib. 1.* Ioan. Fab. *in §. adeo, num. 13. Instit. de locat.* Bon. *in d. tract. de censib. art. 46. num. 76.* In † Emphyteusi verò cessatio 19
duorum, vel plurium annorum facit rem concessam in commissum cadere *l. 2. C. de Iure Emphyt. Auth. qui rem, C. de sacrosanct. Eccles. potuit, ext. de locat. & in dd. locis communiter not. Scribentes*, Bon. *d. tract. art. 47. num. 77.* Federic. Martin. *d. tract. de Iure censu cap. 1. num. 197. & cap. 7. num. 105. & seqq. & præter istos refert alios multos* Felician. *in d. Proœm. num. 17. & latissimè hanc materiam prosequitur* Corbul. *d. causa. 15. ob non solut. Canon.* Vbi constituit regulam cum 45. Ampliationibus. 41. Limitationibus, & 14. Quæstionibus. [Alias duas differentias inter censum reseruatiuum, & emphyteusim refert, & prosequitur, Iacob. Graff. *decis. casuum cons. part. 1. cap. 118. nu. 9. cum duob. seqq.*

Differt † autem census iste reseruatiuus à consigna- 20
tiuo. Quia in constitutione census Reseruatiui vt dictum est, transfertur in accipientem omne ius quod habet tradens, nullo iure penes eum remanente præter recipiendi annuam pensionem, vt vltra supra allegatos, bene dicit Roderic. *d. quæstione 22. nu. 5.* In census autem † consignatiuo, (qui ex mente, Marc. An- 21
ton Peregrini *consil. 97. num. 4. & 5. lib. 1.* dupliciter constituitur. Primo, præcedente venditione fundi pro pecunia præsenti, cum retroacceptione eiusdem rei ad Emphyteusim, & libellum sub annua pensione ad certam rationem expressam pro quolibet centenario, & anno, de quo cum apud nos non sit in vsu, nisi secundum naturam census reseruatiui, agere non constituit: altero modo constituitur, cum quis imponit, & creat super bonis suis certam aliquam pensionem alteri soluendam, *secundum* Bon. *d. tract. art. 6. num. 18. & d. art. 9. num. 25.* Ioan. Bapt. Lup. *d. §. 2. num. 58.* Ludouic. Lopez, *d. cap. 54. vers. præterea, in fine.* Mich. Salon. *d. art. 3. controuers. 1. num. 1.*) is † ad quem transfertur 22
census efficitur quidem dominus, vel quasi illius iuris percipiendi illam annuam pensionem, & responsionem constitutam, & sibi assignatam, Quo † vero 23
ad bona super quibus, vel quorum fructibus pensio

ipsa constituta, & imposita est, nullum ius acquirit; nec quo ad proprietatem, nec quo ad possessionem. Cravet. *d. cons.* 217 *num.* 4. *vers.* 2. Conrad. *d. q.* 72. *in* 7. *suppos.* Foller. *in d. verbo, huiusmodi, num.* 2. Bon. *d. tract. ars.* 6. *num.* 18. *& d. art.* 9. *num.* 25. Navar. *in suo tract. de usur. num.* 137. Surd. *d. cons.* 162. *num.* 4. *&* 8. Stephan. Gratian. *decis.* March. 20. *num.* 9. Menoch. *d. Præsumpt.* 107 *num.* 5. *vers.* 2. *& num.* 15. *& cons.* 983. *num.* 16. *lib.* 10. Soto *d. quæst.* 5 *art.* 1. Ludouic. Molina *d. disputat.* 383. *num.* 8. Mich. Salon. *d. controuers.* 1 *num.* 1. *vers.* 4. *si proprius, & infra, vbi hoc pluribus comprobat* Fernand. Rebell. *d. lib.* 10. *quæst.* 1. *num.* 6. *&* 9. Leonard. Less. *d. dubitat.* 2. *num.* 5. *vers. consignatiuus*, Ioann. Gutier. *pract. quæst. lib.* 2. *cap.* 168 *num.* 6. Gregor. de Valent. *in suis Commentar. Theological. tom.* 3. *disputa.* 5. *quæst.* 22. *de censib. punct.* 1. *in vltimis verbis* Bene. Roderic. *d. tract. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 3. *num.* 6. Peregr. *consil.* 10. *num.* 16. *lib.* 3. *plenè* Ludouicus Velazquez, de Auendan. *post hæc scripta visus, in suo tract. de censib. Hisp. cap.* 1. *num.* 9. *& seq.* [*hanc opinionem sequitur etiam & alios allegat* Mari. Giurb. *decis. Regn. Sicil.* 79. *num.* 8. *part.* 1. *& comprobat.* Cæsar. Manent. *in suo tract. de Iur. contract. Lintl. pecun. constit. q.* 1. *pact.* 4. *num.* 32. *& vers. tandem dico & num.* 33. *& seq.* ponderando omnes constitutiones Summorum Pontificum census, & annuos redditus permittentes,] *& dicit* Rota *in vna Romana census* 30. *Octobris* 1602 *coram* Illustriss. Cardinali Mellino *quæ est post tract. decis.* 1. *num.* 2. *eadem* Rota, *quæ hunc locum allegat decis.* 501. *num.* 5. *post tract. coram* R. P. D. Virili *in illa Romana, seu Sabinensi census* 17. *Nouembris* 1628 *& in vna Romana nullitatis census* 9. *Decembr.* 1603. *coram* Illustriss. Cardinali Lancelotto, *quæ est ibidem decis.* 2. *num.* 5. vbi additur, quod hoc est ex natura contractus censualis.

Propter quam rationem Ioan. Gutier. *d. lib.* 2. *c.* 162.
24 dicebat, quod licet † inter dominum census, & dominum fundi, super quo census ipse fundatus, & collocatus est, dici possit contracta quædam communio, &
25 societas, ratione † tamen d. communionis, & quasi societatis in iis locis in quibus ex forma statuti, vel ex consuetudine præscripta daretur sociis ius retrahendi rem sibi cum venditore communem non posset retrahere ab emptore fundi censuati, fundum illum pro eodem pretio, quo fuit per illius dominum venditus, talia enim statuta, & consuetudines intelligi debent de societate, & communione in ipsa proprietate, & dominio, non autem in fructibus, & redditibus, qualis est illa, quæ ex contractu censuali inter emptorem, & venditorem insurgit. Quam sententiam amplectitur, & confirmat. Ludouic. de Auendan. *in dict. tract. cap.* 86. *num.* 6. *& 7. & cap.* 89. *num.* 10. *&* 11.

Et propter eandem rationem Stephanus Gratian. *d.*
26 *decis.* March. 20. *affirmabat*, quod † impositor census teneatur ad collectas, quæ imponuntur ratione rei, & fructuum, ex fundo super quo censum imposuit, & collocauit, quod placuerat etiam Navar. *in d. tract. de usur. num.* 132. *&* Paulo Comitulo è Societate Iesu. *Respons. Moral. lib.* 3. *q.* 38. *num.* 4. *&* Ioan. Azor. *instit. Moral. par.* 3. *lib.* 10. *cap.* 15. *vers. dubia quæstionis est*, Surd. *d. cons.* 162. *num.* 25. *in fine, & seq. lib.* 2. *& latè* Menoch. *d. cons.* 983. *num.* 11. *& seqq. lib.* 10. M. Anton. Peregrin. *cons.* 19. *num.* 16. *& consil.* 20. *num.* 18. *lib.* 3. *latè* Ioan. Francisc. Leonis *in suo Thesauro Eccles. part.* 2. *cap.* 15. *de censib. num.* 40. *cum multis seq. vbi respondet contrariis, & alij relati à* Ioan. Bapt. Costa, *de Portion. Rat. q.* 170. *in principio. Quibus addi potest post hæc scripta visus* Mart. Bonacin. *in suo tract. de contract. disput.* 3. *q.* 4. *puncto vnico, num.* 30. [quicquid contrarium nitatur defendere. Manent. *d. pact.* 4. *num.* 44.]

Nec refert quod aliter sensisse videatur Boccat. *in suo tract. de Censib. part.* 2. *num.* 49. *Quem sequuntur* Alcibiad. Lucarin. *I.C. Senens. obseruat. pract. lib.* 1. *Academ.* 5. *obseruat.* 3. *num.* 12. *& alij relati à* Ioan. Bapt. Cost. *in tract. suo de Porc. & Rat. qu.* 170. *in fine*, dum concludunt dominum census esse subiectum collectis illius loci, in quo situs est ager super quo census collocatus est. Isti † enim non sunt intelligendi de collectis quæ imponuntur ratione ipsius agri super quo fundatus est cen- 27
sus, sed de collectis, quæ imponuntur soluendæ, vel generaliter, ratione quorumcumque bonorum immobilium, vel indefinitæ ratione bonorum immobilium: nam cum possidentes annuos census dicantur possidere bona immobilia, *vt dicemus, infra quæst.* 30. *alias par.* 1. *capit.* 3. *quæst.* 1. *articul.* 2. non videtur incongruum affirmare, quod teneantur ad collectas debitas ratione ipsorummet censuum; illas autem soluere de- 28
bent in loco vbi situs est ager censui suppositus, quia † agro census cohæret & ratione d. cohærentiæ iure dici potest, quod ipse quoque census sit de loco in quo situs est ager, cui census ipse cohæret, *ex not. infra d. q.* 30. *seu art.* 2. *num.* 3. *& seq.*

Vltra quod † *Boccat. & Alcibiad.* opinio redditur 29
valdè dubia ex resolutione facta in Rota, *coram bon me.* Cardinali Lancellotto *in vna Auenionensi, Carpentoractensi seu Cauallicensi Collectarum* 9. *Martij* 16. *Maij, &* 27. *Iunij* 1583. *quæ in fine tract. est decis.* 1. *per tot.* vbi concluditur, quod collecta ex censu solui debeat in loco vbi destinata est solutio responsionis, non vbi sita sunt bona censui subiugata. Quam opinionem firmauerat antea. Aret. *consil.* 10. *num* 2. *ad fin.* Cassan. *Ad Consuet. Burgund.* Rubr. 2. §. 1. *in text.* ex appartiens la confiscation, *sub num.* 10. *refert.* Steph. Grat. *Discept. Forens. tom.* 1. *cap.* 29. *num.* 2. *& seq.* & horum auctoritate esse recedendum ab opinione *Boccat.* existimo.

SVMMARIA.

1 *Census consignatiuus alter temporalis, alter perpetuus.*

2 *Census ideo dicitur temporalis, quia vitam habet ad tempus constitutam.*

3 *Census ideo dicitur perpetuus, quia ex sui natura aptus est habere vitam perpetuam.*

[*Census ante Bullam Pij V. poterat constitui irredimibilis.*]

4 *Tam ex parte emptoris census, qui non potest pacisci, vt aliquo tempore census redimatur.*

5 *Quam ex parte venditoris, qui cogi non potest ad redimendum.*

6 *Census non ideo minus dicitur perpetuus, ex quo redimi potest ad libitum debitoris.*

7 *Perpetuum an quid sit, spectatur tempus præsens, non quod potest in futurum contingere.*

8 *De annuis redditibus, qui debentur quousque volet debitor, indicatur prout de his, qui in perpetuum debentur.*

[*Concessa ad beneplacitum concedentis reputantur perpetua.*]

[*Ruin. cons.* 82. *num.* 9. *l.* 2. *reprehenditur.*]

[*Census dicitur perpetuus, quia aptitudine est talis, licet possit quandocumque redimi.*]

9 *Pecunia est de rebus, quæ vsu consumuntur.*

10 *In contractu census non consideratur redditus, qui annuatim soluitur, sed ius illum percipiendi.*

11 *Census temporalis ille est, qui conceditur vel ad certum & determinatum tempus, vel*

12 *Ad tempus indeterminatum, puta ad vitam alicuius personæ, etiam plurium.*

13 *Constitui potest tam ad vitam ementis, quam vendentis.*

14 *Census constitutus ad vitam alicuius, dicitur vitalitius, & cur.*

De Censu perpetuo, & temporali.

QVÆSTIO II.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 1. ar. 2.

POstquam diximus de censu reseruatiuo ea, quæ pro introductione materiæ visa sunt necessaria, consequens est iuxta præmissum ordinem, vt ad censum consignatiuum veniamus, & aliquas illius diuisio-
1 nes afferamus, Quarum vna est † vt alter sit perpetuus, alter temporalis., Conrad. *in suo tract. de contract. quæst. 72. in 3. & 4. suppos. 10. de Iust. & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 1.* Ludouic. Molin. *in suo tract. de contract. part. 2. disputat. 383. num. 13. circ. fin.* Thom. Bon. *insign. in tract. de censib. cap. 2. sub num. 13. vers. 5.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pact. inter. empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. num. 59.* Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 1. sub num. 2. vers. denique diuiditur*, Federic. Mart. *in suo tract. de iur. censu. cap. 2. num. 13.* Pro cuius
2 diuisionis intelligentia sciendum est, quod † census non ideo dicitur temporalis, quia ad libitum redimi possit, cum potiùs sit irredimibilis, & ideo sit permissus, & licitus, quia nullo tempore redimi possit, vt dicemus infrà *quæst. 10. aliàs hac eadem part. 1. cap. 1. quæst. 4. art. 3.* Sed quia non habet vitam perpetuam, sed limitatam ex consensu contrahentium, vt paulò inferius dicetur.

3 Prout alter † non dicitur perpetuus ex eo quod nullo vnquam tempore redimi possit quia licet ante Bullam editam à Pio V. super forma creandi census ex partium voluntate, & conuentione constituti census duraturus perpetuo, & qui nullo vnquam tempore redimi posset, vt resoluit Rota *coram R. P. D. Verospio. 9. Decembris 1621. In vna Romana census, post tract. decis. 394. per tot. & sequitur* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 5. cap. 985. num. 10. & seq.* attamen post promulgationem dictæ Bullæ secundum communem vsum ita constituitur, vt ad voluntarem imponentis sit redimibilis, vt disposuit Pius V. in d. sua Bulla quem propterea Scribentes aliquando redimibilem appellant, sed quia creatur, & imponitur vt perpetuò viuere possit tàm
4 † ex parte emptoris census, qui nec tacitè, nec expressè potest cum illius venditore pacisci, & conuenire vt census aliquo tempore redimatur, & extinguatur repugnante d. Constitutione Piana, & nos infra latè explicabimus *quæst. 60. & quæst. 107. aliàs part. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 8. & par. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 5.*
5 quam † ex parte eius, qui censum imposuit, & alteri concessit, cui licet liberum sit semper, & quandocumque illum redimere, & extinguere, vt expressè disponitur *in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extran. comm. & per* Pium V. *in d. sua Const. & dicit* Paris. *cons. 60. num. 13. l. 1. & nos dicemus, d. par. 2. c. 1. quæst. 13. art. 7.* non ideò
6 minus † dici debet perpetuus, cum constituatur vt vitam perpetuam, vel saltem longissimæ durationis habeat, Ruin. *cons. 82. & num. 2. & 3. lib. 2.* bene in puncto Bon. *in suo tract. de Censib. art. 14. num. 32. & art. 15. num. 38. vers. vlterior, & num. 39.* Tiber. Decian. *cons. 59. num. 10. lib. 1.* Federic. Martin. *in d. suo tract. de iur. censu. cap. 2. num. 14. Quibus addo post hæc scripta visum* Ludou. de Auendan. *in suo tract. de censib. Hispan. cap. 54. num. 9.* etenim ad effectum, de quo agimus sufficit, quod ex parte emptoris, & domini census, & ex natura ipsius contractus perpetuo viuere possit. *arg. l. sufficit, & ibi not.* Ias. *num. 2. ff. de condict. indeb. l. iuris peritos, ff. de excusat. tutor.* Glos. 1. *in c. fin. in verbo, perpetuos, & ibi* Gemin.
7 *num. 8. de Rescript. in 6.* Bon. *d. art. 14. num. 32. & d. art. 15. num. 38. in fine.* Nam † ad cognoscendum an quid sit perpetuum, debet attendi tempus præsens, non quid possit in futurum contingere, vt post Cin. *in l. vltim. in prima oppos. C. de sentent. pass. dixit* Decian. *d. cons. 59. num. 11.* Follet. *in sua pract. censual. in verbo huiusmodi num. 33.* Tiraq. *de Retract. lign. §. 1. glos. 6. num. 8. in fine*, Surd. *decis. 204. num. 10.* [Gratian. *discept. Forens. tom. 4. cap. 885. num. 29. & 30.*] Vnde cum tempore impositionis, & venditionis census non possit taxari, nec præscribi tempus intra quod redimi, & extingui debeat, sed illud relinquendum sit in mero arbitrio, & voluntate venditoris, absque dubio dici debet perpe-
8 tuus, nam † de his annuis redditibus, qui ad beneplacitum debitoris, & donec ipse volet debentur iudicatur prout de his, qui debentur in perpetuum Ruin. *d. cons. 82. num. 3. lib. 2.* cuius authoritate idem dicit Ioan. Anton. Caner. *super Extrauag. volente, §. successiuè, num. 15. fol. mihi 164.* [& propterea licet iste annuus census possit modico tempore durare, & etiam possit esse perpetuus, debet in dubio perpetuus iudicari, vt in simili argumentatur Dec. *cons. 204. num. 5. auctoritate* Bart. *in l. iuxta peritos, in prin. ff. de excus. tutor.* & alibi de iis, quæ conceduntur ad beneplacitum, nam licet ad nutum concedentis reuocari possint, tamen in dubio perpetua reputantur. Bart. *in l. de pupillo. §. si quis ipsi Pistori. num. 13. ff. de nou. oper. nunc. quem sequitur* Alex. *ad ipsum* Bart. *in l. pars litterarum ff. de iudic. benefacit text. in cap. si delegatur de rescript. in 6.* Nec repugnat Ruin. *d. cons. 82. num. 9. lib. 2.* dum dicit, quod hoc non procedit quando militat præsumptio in contrarium cum vna præsumptio tollat aliam. *l. diuus ff. de restit. in integr.* & in terminis census dicit intrare præsumptionē iuris, quòd licet ipsius venditor possit illius redemptionem diu differre, cum talis redemptio pendeat ab eius voluntate, sit tamen præsumendum quod sit breui tempore redempturus, vt euitet damnum, quod patitur ex solutione dictæ annuæ præstationis, *arg. l. cum de indebito ff. de prob. & l. si cum aurum. ff. de solut.* Quoniam vt ex parte venditoris census dicatur perpetuus, non consideratur effectus ipse, quod diu duret, vel breui tempore redimatur, sed sola aptitudo, & possibilitas, quod diù durare possit, & quod ipse cogi non possit ad illum redimendum, vt paulo supra dictum est.]

Nec ex eo, quod census constituatur soluendus in
9 pecunia numerata, quæ † est de rebus quæ vsu consumuntur, *l. rogasti, ff. si certum petat.* sequitur, quod
10 census non possit dici perpetuus. Quoniam † non debet considerari pecunia, quæ soluitur, sed ius illam percipiendi, quod venditur, & conceditur, vt dicemus infra sæpius, & maximè *quæst. 45. aliàs part. 2. c. 1. quæst. 1. art. 2.* quod licet sit redimibile, non propterea desinit esse perpetuum, vt dictum est.

Census igitur temporalis ille dicitur, qui ex conuentione contrahentium limitatam, & præscriptam habet durationem, & ratam; Iste autem potest duobus modis constitui, & imponi. Primo † ad certum, &
11 determinatum tempus, puta ad quinque, decem, vel alium certum numerum annorum. Secundò ad tempus incertum, & † indeterminatum ex aliquo futuro
12 euentu declarandum, & determinandum, vel ad vitam alicuius certæ, & determinatæ personæ, vt distinguit Federic. Martin. *in d. suo tract. de iur. cens. c. 2. num. 15.* siue constituatur ad vitam vnius personæ, siue ad vitam plurium, vt potest etiàm cum pacto vt vna præmoriente, alteri superuiuenti soluatur totus, & integer, si credimus Baldo *consil. 154. lib. 2. & cons. 292. num. 4. lib. 5.* Cumano *cons. 181.* dum loquuntur de huiusmodi censu constituto, & vendito ad vitam plurium. Et in puncto confirmat Ludouicus Auendan. *d. tract. cap. 20. num. 6.* [*Et post alios amplectitur*, Ioan. Petr. Fontan. *de pact. nuptial. lib. 1. clausul. 4. Glos. 18. part. 3. num. 99. & hanc sententiam probauit.* Rota *coram* R. P. D. Virili *in vna Bononien. Saluiani 25. Iunij 1629. post tract. dec. 514. num. 10.*]

*num.*10.] Prout constitui etiam potest, & vendi durare tam † ad vitam ementis, quàm ad vitam venditoris, vt declarauit Paul. Comitol. *in suis respons. Moral. lib. lib. 3. quæst. 25. num. 2.* Et iste † census appellatur à Doctoribus Vitalitius, vel quia ad vitam accipientis durat. Ludou. Molina *d. tract. disp.* 385. *num.* 14. Mich. Salon. *d. tr. de censib. art. 5. num.* 1. vel quia illo emi soleant reditus in annuum victum, vt explicat Molina *d. num.* 14.

SVMMARIA.

1 *Census consignatiuus alter pecuniarius, alter fructuarius.*
2 *Census pecuniarius est cum venditur ius percipiendi annuam responsionem in pecunia numerata.*
3 *Census pecuniarius non potest solui in alia specie recusante creditore.*
4 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.*
[*Concessa censentur ea, quæ non reperiuntur expressè prohibita.*
5 *Census fructuarius est cum venditur ius percipiendi certam annuam responsionem in fructibus.*
6 *Census iste est licitus.*
7 *Limitatur de Iure Regio Hispaniæ, & num.* 17.
[*Census fructuarius quando iure Regio Hispaniæ sit reducendus ad pecuniarium.*
8 *Etiam post Bullam Pij Quinti.*
9 *Census fructuarius non potest solui in pecunia inuito creditore.*
10 *Fructus in censu fructuario solui debent tempore recollectionis ipsorum.*
11 *Debitor census fructuarij non tenetur fructus asportare ad domum creditoris.*
12 *Census fructuarij iustum pretium quomodo declarandum sit.*
[*Pretium medium attendi debet in illius liquidatione*]
13 *Libro officialis publici creditur.*
14 *Pretium rei venditæ, an sit iustum attenditur tempus initi contractus.*
[*Census vt correspondeat fructibus fundi censiti est attendendum tempus impositionis.*]
15 *Census fructuarius non debet reduci ad pecuniarium ob augmentum valoris fructuum contingens tractu temporis.*
16 *Princeps potest Census fructuarium ad pecuniarium reducere.*
17 *Iustitia contractus attenditur iuxta tempus illius celebrationis.*
18 *Recipiens pecuniam pro fructibus sibi debitis, non præiudicat sibi in futurum.*
19 *Limit. si ex partium conuentione census fructuarius sit reductus ad pecuniarium.*

De Censu Pecuniario, & Fructuario.

QVÆSTIO III.

aliàs par. 1. *cap.* 1. *qu.* 1. *ar.* 3.

1 ALia sequitur Census consignatiui diuisio per
1 quam distribuitur † in pecuniarium, & fructuarium, Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in titul. de censib. art.* 1. *sub num.* 2. *vers. diuiditur tertio.* Federic. Martin. *in suo tract. de Iur. Cens. c.* 2. *num* 17. *& c.* 4. *num.* 104. *& seq.* [Ioan. Garzias *de expens. ac meliorat. cap.* 9. *num.* 73.] & alij plerique ex infra allegandis. Pecuniarius † autem est cum venditur Ius percipiendi
2 certam annuam responsionem in pecunia numerata, qui † propterea solui non potest in alia specie, si dominus Census recuset, cum regulare sit, quod † aliud pro alio inuito creditore solui non possit *l.* 2. *§. mutui datio, & ibi glos. dat concordantes, ff. si cert. per.* licet eo volente id non censeatur prohibitum [in aliqua bulla, & ea videntur concessa, quæ non reperiuntur expressè prohibita, vt in puncto considerat. Ioan. Bapt. Madius *in suo tractatu. quem inscripsit. Censuum requisit. & instrumenti forma circa 6. quæst. n.* 1. Quod tamen recipiendum est,] dummodo neque maior, neque minor census soluatur. Ioan. Azor. *Instit. Mor. part.* 3. *lib* 10 *c.* 20. *q.* 2. [*& declarauit* Mad. *d. num.* 1. *in fin. vers. dummodo tamen.*]

3 4

Fructuarius † verò census est cum inter contrahentes expressè agitur, vt vendatur, & ematur Ius percipiendi certam quantitatem fructuum, id exprimitur in contractu, & ad illud directè, & omninò respicit contrahentium intentio, quæ † species contractus fuit
5 6 omni tempore habita pro licita à Doctoribus, & signanter ab Innoc. *in cap. in ciuitate sub num.* 2. *extra de Vsur.* Laurent. de Rodulph. *in tract. de Vsur. q.* 13. *sub n.* 47. Marian. Socin. *sen. ad Rubr. extra de Vsur. num.* 101. *ad medium vers. vnde non facit.* Nauar. *in suo tract. de Vsur. num.* 104. *qui de communi,* Boccat. *in suo tract. de censib. part.* 2. *n.* 9. *& part.* 3. *n.* 52. Bened. Bon. *in simili tract. de censib. art.* 64. *n.* 97. Surd. *in suo tract. de aliment. tit.* 9. *q.* 11. *n.* 3. Leonard. Less. *in suo tract. de Iust. & iur. lib.* 2. *cap.* 22. *dubitat.* 5. *n.* 36. *vers. notandum tertiò, & n.* 37. Gregor. de Valent. *comment. Theolog. tom.* 3. *disput.* 5. *q.* 22. *de censib. punct.* 3. *per tot.* Francisc. Melanen. *decis Regn. Sicil. lib.* 2. *decis.* 6. *per totum* Federic. Martin. *d. c.* 4. *n.* 104 *& seq. vbi alios allegat* Gasp. Roderic *in suo tract. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 12. *n.* 1. *Et his addi potest* Ludou. Velaz. de Auend. *in suo tract. de censib. Hisp. c.* 46. *n.* 9. Et † licet ipse id neget li- 7
cere de iure regio Hispanorum, propter expressam Regis Constitutionem, qua cauetur ne Census iste in frumento vel alia specie soluendus constituatur, immo etiamsi ab antiquissimo tempore foret constitutus, reduci debeat ad pecuniarium, [Hoc tamen procedit si census fructuarius constituatur ad rationem vnius pro quatuordecim, & infra, secus autem si fuerit constitutus ad rationem vnius pro vinginti; & sic ad rationem annuæ responsionis in fructibus quinque pro centenario, & anno, vt bene deducit. Garz. *d. cap.* 9. *n.* 77. *in fin. & n.* 78.] Iure tamen nostro census iste permittitur, vt concludunt *prædicti doctores.* Etiam † post *Bul-* 8
lam Pij V. editam super forma creandi census, cum de hoc censu fructuario constitutio præfata nihil definierit, vt animaduertit Ioan. Azor. *d. c.* 20. *n.* 1. Qui † si- 9
militer non poterit de consensu creditoris solui in pecunia numerata, licet si ille contradicat, si omnino soluendus in eadem specie fructuum, in qua constitutus, & venditus fuit, Mich. Salon. *d. tit. de censib. art.* 3. *controuers.* 1. *sub n.* 1. *vers.* 1. *quasi communem.* Christophor. Torniel. *consil.* 48. *num.* 8. *& 9. lib.* 1.

Illa † autem quantitas fructuum, quæ in hoc censu 10
fructuario solui debet, soluenda erit tempore collectionis, videlicet, si census sit in frumento illud erit soluendum in æstate rempore triturationis in area; Vinum tempore vindemiarum in vase, seu canali, vel vasi, si census fuerit constitutus in vino, si verò in oleo tempore recollectionis olei in pristino, seu molendino), vt per bonas rationes deducit Boccat. *in d. tract. de censib. par.* 3. *n.* 53. [*& nos diximus infra q.* 82. *seu part.* 2. *cap.* 2. *q.* 4. *art.* 1. *n.* 1. *& ibidem in addit.*]

Non † enim debitor, tenetur deferre ad domum sui 11
creditoris dictas quantitates fructuum debitas, etiam quod sint eiusdem fori; sed creditor debet accedere, vel mittere vt à debitore capiat, & tollat suo proprio sumptu, & periculo, *vt per text. in l.* 1. *§. licet autem, ff. de peric. & commod. rei vendit. & authoritate,* Pauli de Cast. *in l. item illa, in fin. princ. ff. de constitut. pecun. dicit* Gasp. Roderic.

Roderic. *in dict. suo tract. de amr. reddit. lib. 2. q. 6. n. 3.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. comment. 2. §. 1. num. 46.*

Cùm autem res quælibet vendi debeat iusto, & æquabili pretio, idem quoque concludendum est, necessariam esse in venditione huius census fructuarij, prout etiam requiri in venditione census pecuniarij dicemus infra *q. 47. vel part. 2. c. 1. q. 1. art. 4.*

12 Ideò quæri potest quomodo † cognosci, & statui possit iustum pretium huius nostri census fructuarij, cùm non semper idem sit, & vniformis valor fructuum, sed aliquando pluris, & aliquando minoris valeant, *arg. l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid.* Pro cuius difficultatis resolutione aduertendum est, quod licet census iste imponi debeat habita ratione ad communem fructuum æstimationem, & valorem currentem de tempore impositionis illius ad Guid. Pap. *decis. 516. sub num. 2.* Nauar. *in tract. de vsur. num. 120* Iste tamen valor non consistit in puncto indiuisibili, nec restringendus est ad pretium temporis impositionis census, sed regulandus est ex pretio aliquot annorum retro decursorum, puta decem ex mente Ioan. Azor. *d. cap. 20. quæst. 3. &* Boccat. *d. tract. part. 2. n. 9. vers. sed quomodo imponitur* (Gaspar. *autem* Roderic. *d. tract. lib. 1. quæst. 6. num. 16. & seq.* sentit habendam esse rationem ad quindecim, vel viginti annos) vt facto calculo communis pretij dictorum præteritorum annorum compensato pretio magno vnius anni cum minore aliorum annorum, reperiatur pretium mediocre, secundum quod census iste constituendus, & vendendus erit. [nam regulare est, quod quando plura vnius rei reperiuntur pretia debeat attendi medium, vt in liquidatione pretij fructuum dixit Rota *in recollectis per* Farinacc. *decis. 196. sub num. 4. & decis. 479. num. 4. in fin. part. 2.*] Quod commune, & medium pretium, non erit admodum difficile reperire in ijs locis, in quibus est de publico deputatus officialis ad adnotandum pretia frumenti, & bladorum currentia in foro publico singulis Nundinis. provt contingit in
13 Ciuitate mea Perusina, cum † libro huiusmodi officialis sit adhibenda fides, vt fuit resolutum Rota *coram* bem. mem. Cardinali Seraphino *decis. 1245. n. 8. part. 2. l. & coram.* R. P. D. Manzanedo *in vna Marceratensi liquidationis fructuum 30. Octobris 1613. quæ est decis. 479. num. 3. in recollect. per* Farinac. *part. 2. & in vna Perusina liquidationis fructuum coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano 12. *Ianuarij* 1608. quæ inter eius decisiones impressas est *decis. 430. num. 3. vers. respectu verò.*]

Cæterùm si post census constitutionem, & venditionem valor fructuum adeò excreuerit, vt inde resultet iniquitas, & iniustitia contractus, quia fortè excedit pretium in emptionem d. census erogatum, dubitatum fuit: An census ipse debeat reduci ad pecuniam numeratam, quæ iustè respondeat pretio, quo census ipse emptus fuit.

In qua quæstione licet [Cæsar. Manent. *in suo tract. de Iur. contract. Liuellar. pecun. constitut. quæst. 1. part. 4. num. 28.* fuerit in sententia affirmatiua quod debeat fieri reductio ad debitum modum.] Ego tamen pro resolutione huius difficultatis considerabam, quod ad cognoscendum læsionem, & pretij modicitatem in contractu non est respiciendum tempus præsens, &
14 quanti res ipsa vendita de præsenti valeat, sed id † tempus quo contractus fuit celebratus, & iuxta illius temporis valorem res vendita æstimanda sit, *l. si voluntate in fine, C. de rescind. vendit. c. cum dilecti, extr. de empt. & vendit.* Glos. *in c. ad aures. in verbo, aut forte tunc extr. de reb. Eccles. non alien.* Bart. *in l. 2. numer. 16. C. de rescind. vendit. & ibi* Cagnol. *num. 218. vers. non obstat, & numer. 238.* Rol. *consil. 59. numer. 35. lib. 1.* Stephan. Lamberteng. *in suo tract. de contract. eor.* Glos. *5. min. 21.* Barz. *decis. 123. num. 10.* Honded. *cons. 31. num. 48. lib. 1.* [*& voluit* Rota Lucens *apud* Anton. Monach. *decis. 20. numer. 7. vers. neque obstat.* Et in materia census an ille correspondeat fructibus fundi subrogati spectandum esse tempus, quo contractus fuit celebratus, dixit, Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. num. 28. post* Ruin. *cons. 161. n. 25. lib. 1. &* Rim. Iun. *cons. 461. n. 28. vers. nec quicquam seq. lib. 4. & semit.* Alex. *cons. 40. n. 4. lib. 1.*]

Si † census iuxta valorem, & æstimationem fructuum, quæ currebat tempore impositionis, & venditionis, bona fide emptus fuit, nec potest in d. contractu habita ratione ad illud tempus, considerari iniquitas, & iniustitia pretij propter prætensam iniustitiam, & iniquitatem resultantem ob contingens augumentum pretij fructuum, non erit diminuendus & reducendus ad pecuniarium, sed soluendus prout, constitutus, & venditus fuit, vt post discussionem concludit Nauar. *in dicto suo tract. de Vsur. n. 120. sequitur* Boccat. *d. p. 2. num. 9.* Federic. Martin. *d. cap. 4. num. 113.* hanc eandem sententiam amplectitur. Antonius Monachus *decis. Lucens. 20. n. 7. vers. neque obstat, post hæc scripta visus.* Gaspar. Roderic. *d. lib. 1. quæst. 7. numer. 23. & seq.* respectu temporis præteriti, licet *numer. 25.* improbet respectu temporis futuri. Quod futurum tempus
16 ego acciperem postquam forte Princeps † suo Edicto & Constitutione faciat, quia tunc illam seruandem esse dicunt etiam, Nauar. & Boccat. *locis citatis, & ipse* Roderic. *d. quæst. 7. numer. 29.* Et in terminis istis possent procedere dicta per Ludouic. de Auend. *d. tract. cap. 47.* dum nititur comprobare Census fructuarios esse reducendos ad pecuniarios: Fundat enim ipse hanc suam intentionem super lege Regia, qua dicta reductio præcipitur; cessante enim Regia Constitutione, adhuc viget ratio considerata supra *numero 13.* cui non bene, meo iudicio, respondet. Auend. *d. capite 47. numer. 14.* cum non versemur circa contractum emptionis, & venditionis Census, qui momento explicatur, sicut emptio, & venditio aliarum rerum frugiferarum. Et ideò, sicut venditiones præfatæ ob augmentum, vel diminutionem contingentem in fructibus, non rescinduntur, nec reducuntur ad æstimationem iuxta tempus contingentis augmenti, vel diminutionis, sed † iustitia contractus at-
17 tenditur iuxta tempus venditionis, vt diximus *dict. num. 13.* Ita etiam dicendum est in emptione, & venditione census fructuarij, quod non debet alterari propter augmentum, vel diminutionem pretij fructuum.

Sed posset in dubium reuocari An † creditor Cen-
18 sus fructuarij recipiendo illum per aliquod tempus in pecunia numerata, sibi præiudicet in futurum, quominus possit eum exigere in illa specie, & quantitate fructuum, in qua fuit ab initio constitutus, & venditus? Et nullum sibi facere præiudicium verius est, si non sit decursa legitima præscriptio, *cap. olim causam, vbi* Glos. Abb. *& alij, extr. de censib.* Bald. *in suo tract. de præscript. in 4. par. quarta part. princ. quæst. 5. & 7. & alios refert.* Torniel. *d. cons. 48. n. 7. & versic. sed difficultas.* Qui
19 tamen *num. seq.* contrarium † firmat, si Census fructuarius fuerit de consensu ipsarummet partium ad pecuniarium reductus; authoritate Curtij iunior. *cons. 108. col. 5. n. 18. &* Neuiz. *cons. 11. col. 2. num. 7. in fine.* Ex quibus tamen subiungendum videtur, quod apparere debet de expresso partium consensu, quod fuerit facta huiusmodi reductio Census de fructuario ad pecuniarium.

SVMMARIA.

1 *Census alter realis, alter personalis.*
2 *Census realis est ille, qui imponitur super re immobili.*

3 *Census personalis est, qui constituitur super sola persona.*
4 *Census personalis constituitur vel super sola persona impotentis, vel super persona extranea, puta serui, & nunc.*
6 *Dummodo sit vtilis, & fructifera.*

De Censu Realis, & personali.

QVÆSTIO IV.

aliàs par. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 4.

1 TERTIAM Census consignatiui diuisionem afferunt Scribentes. Quod † alter sit realis, alter vero personalis vt aliis omissis diuidit. Io. Medina *in Cod. de rebus per vsuram acquisit. q. 12.* Dominic. Soto *de Iustit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. & refert.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure Census. c. 2. n. 16.*

2 Realis † census ille est, qui imponitur super re aliqua immobili, fructifera, & certis finibus designata, puta Prædio, Vinea, Domo, & his similibus, de quo loquitur, *Martin. V. Calixt. III. Pius V.* & alij Pontifices, qui super forma creandi Census Constitutiones ediderunt, vel per suas Extrauagantes hunc contrahendi modum approbauerunt. Et de quo nos in toto hoc Tractatu actuti sumus.

3 Personalis autem † census est, qui super sola persona constituitur, vt supradicti Doctores dicunt.

Iste autem personalis census potest duobus modis institui, & imponi, & quidem primò, Quando quis
4 obligat † se simpliciter ad solutionem alicuius certæ annuæ pensionis, vel in pecunia numerata, vel in fructibus, absque eo, quod illa annua responsio sit fundata super aliquo fundo certo, & limitato, sed super sola ipsiusmet debitoris obligatione personali, vel adiecta simpliciter hypotheca suorum bonorum.

5 Secundo † modo constituitur Census personalis, quando responsio quæ conceditur, fundatur super aliqua persona extranea, puta serui, vt non obscurè dixit Innoc. *in cap. in Ciuitate, sub n. 2. extr. de vsur.*

6 Dummodo † tamen talis persona sit vtilis, & industriosa, & cuius opera sit commoda, secus si sit debilis, inutilis, & infructuosa, vt declarant Io. Azor. *Inst. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 5. q. 1. vers. secunda.* Mich. Salon. *de contract. & commerc. human. in tit. de Censib. art. 3. controuers. 5. n. 6. & 7.* Federic. Martin. *d. tract. cap. 4. n. 26. iunctis iis, quæ dicit ibid. n. 41.*

Sed quoniam de hoc censu personali sumus latius dicturi *d. q. 3. art. 6.* vbi disputabimus An Census personalis ex natura contractus sit licitus, & an post Constitutiones Pontificias, & maximè Pij V. possit sustineri saltem in iis locis, vbi dicta Constitutio nec publicata, nec vsu recepta fuit, ideò ad ibi dicta recurrendum est.

SVMMARIA.

1 *Origo rei est in primis inuestiganda.*
2 *Census consignatiuus fuit cognitus ante tempora Martini V. secundum aliquos.*
Sed reprobentur num. 4.
3 *Marc. Anton. Eugenius I. C. Perusinus laudatur.*
4 *Census consignatiuus manauit à Consuetudine.*
5 *Census consignatiuus fuit cognitus ante Clemen. V. vt volunt alij.*
6 *Clemens V. fuit assumptus ad Pontificatum Perusiæ anno 1305.*
7 *Clem. Exiui de Paradiso, §. cumque annui redditus, de verbor. signific. Intellectus aliquorum.*
8 *Qui intellectus ab auctore reprobatur.*
9 *Census consignatiuus fuisse cognitum ante Iustinianum, volunt alij.*
10 *Dissenserunt tamen nonnulli.*
11 *Auctor tamen affirmatiuam sententiam confirmat.*
12 *Conciliantur opiniones distinctione.*
13 *Contractus censualis ante Iustinianum erat informis.*
14 *Contractus Censualis formam recipit à Martino V. & à Pio V.*
15 *Contractus Censualis potest dici vno respectu de iure gentium, & ciu.*
16 *Iuris gentium quid esse dicitur, etiam quod fuerit adinuentum longe post ciuitates conditas.*
17 *Contractus vnus diuerso respectu dici potest de iure gentium, & de iure ciuili.*
18 *Acceptilatio, quia est ab omnibus gentibus recepta, dicitur de iure gentium.*
19 *Quia tamen recepit formam à stipulatione, dicitur creatura Iuris ciuilis.*
20 *Stipulatio est adinuenta de iure ciuili.*
21 *Emphyteusis diuersis respectibus dicitur creatura iuris gentium, & ciuilis.*
22 *Matrimonium respectu coniunctionis maris, & fœminæ dicitur de iure naturali.*
Respectu autem consensus est de iure gentium, n. 24.
Respectu verò solemnitatum est de iure positiuo, numero 25.
23 *Matrimonium perficitur consensu.*
24 *Contractus fere omnes sunt de iure gentium.*
25 *Testamentum diuersis respectibus dicitur, vel de iure gentium, vel de iure ciuili.*

De origine Census Consignatiui.

QVÆSTIO V.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 3. ar. 2.

CVM de re quapiam dicturo nefas esse videatur 1
origine non repetita illotis (vt aiunt) manibus protinus materiam tractare, vt dixit Caius I. C. *in l. 1. ff. de orig. iur.* Ideò † sequutus auctoritatem, & exemplum illius *in l. 2. in princ. ff. eod. titul.* necessarium esse arbitratus sum, vt de Censu consignatiuo tractaturus, in primis, & ante omnia illius originem inuestigarem. In qua quidem indagatione ob varias Scribentium opiniones, difficillimum esse existimo aliquid certi constituere, nedum de aliquo vero, & determinato istius contractus initio (cum vsque ab anno 1423. diceretur manasse à consuetudine, cuius initij memoria non extabat, vt paulo inferius dicemus) sed an quidem fuerit cognitus ante tempora Summorum Pontificum, an potius fuerit ex illorum Constitutionibus introductus.

Nam aliqui in ea fuerunt opinione, quod contractus iste esset omninò incognitus ante tempora † 2
Martini huius nominis Papæ V. qui Pontificatum rexit de anno 1423. Iste enim Papa per suam *Constitutionem, quæ est prima sub tit. de empt. & vend. inter extrauag. commun.* contractum hunc approbauit, & sub certa forma seruari solita, seruari decreuit; Cuius Constitutionem confirmauit Calixtus huius nominis Papa III. vt apparet, *in cap. 2. eod. tit. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* & hanc opinionem amplexus fuit *Marc. Antonius Eugenius Conciuis meus*, † vir vndequaque insignis, & in patrio Perusino Gymnasio Iuris ciuilis primus, deinde Iuris Pontificij interpres celeberrimus, & in foro Aduocatus eximius, & eminentissimus, in suo *cons. 100. n. 34. lib. 1. quem*

sequitur

sequitur Felician. de Solis *in suis Commentar. de Censib. tom.1.lib.1.c.1.n.18. & tomo 2. eod. lib.1.& c.1.n.1.& 2.* Sed hæc opinio eorundem Martini, & Calixti Constitutionibus refellitur, dum in illis asseritur hunc contractum eo tempore fuisse valde frequentem, &
4 emanasse † rationabili consuetudine per tempus immemorabile,& cuius initij memoria non extabat obseruata,& legitime præscripta; ex qua assertione satis manifestè coniicitur contractum istum non fuisse à dictis Pontificibus introductum, sed longè ante illorum tempora fuisse cognitum.

5 Et propterea alij fuerunt in ea sententia, quod † contractus iste fuerit cognitus non solum tempore Martini V. & sic de anno 1423. verùm etiam tempo-
6 re Clem V. qui † fuit ad Pontificarum assumptus in hac Perusina Ciuitate de anno 1305. & regnauit annos octo,menses decem,& dies vigintiquinque,quam sententiam amplexi sunt multi ex *interpretibus, in c.in Ciuitate, ext. de vsur. moti per text. in Clem.* Exiui de Paradiso, §. *cúmque annui redditus,de verb. signific. vbi idem* Clemens V. *auctor dictæ Constitutionis* de huius-
7 modi annuis redditibus mentionem facit, † cui *text.* licet respondeat Eugenius *d.conf.*100. *numer.*34. quem commmendat Felician.*d.tom.*2.*lib.*1.*cap.*1.*num.*3. quod non loquatur de censu pecuniario, sed de annuo reditu, quem ex bonis immobilibus, & eorum fructibus singulis annis percipitur. Iste tamen intellectus
8 † non videtur recipiendus: cùm enim ibi Papa generaliter loquatur, debet generaliter intelligi, non autem restringi ad annuos redditus fructuarios, *vulg.l.*1. §.*& generaliter, ff.de leg.præst.* & maxime quia eadem viget ratio conseruandi paupertatem in fratribus Seraphici Confessoris Francisci,ab illo Sanctissimo Patriarcha tam anxiè affectaram,si prohibeantur annui redditus fructuarij,ac si prohibeantur pecuniarij, per ea, quæ dicentur infra hac, *eadem par.cap.*3.*q.*1.*art.*2. Ergo dicendum est mentem,& intentionem Clem.V. dum in dicta sua Constitutione confirmauit paupertatem iniunctam, & imperatam fratribus sub tanto Patriarcha militaturis, & prohibuit ne habeant annuos redditus, fuisse prohibere annuos redditus tàm fructuarios, quàm pecuniarios, per reg. *l.*4.§.*10-ties, ff.de damno infecto,*& per consequens quòd in dicta Clem. *Exiui de Paradiso*; §. *cúmque annui reditus*, satis clarè colligatur eo tempore fuisse cognitum contractum istum Censualem,per quem isti annui redditus acquiruntur.

Alij verò in ea fuerunt opinione, quod † contractus iste fuerit cognitus etiam ante tempora Iustiniani Imperatoris,quam sentiunt Anch.*consil.*30.*num.*6.Conar.*var.resolut.lib.*3.*cap.*7.*num.*3.*vers.*5. *hac pars*, Gasp. Roderic.*in suo tract.de ann.reddit.lib.*3.*quæst.*3.*à num.*7. *vsque ad fin. quæst. & plures alij per tex.in* §. *quoniam, vers.licebit*,Auth.*vt hi qui oblig.se habere perbib. res minor*, vbi Imperator meminit de emptione annui redditus ex minorum pecuniis facienda, & per alia iura, cum hac eadem sententia pertranſiuit *Bened. Bon. in suo tract.de Censib.art.*5.*n.*17.

10 Et licet † ab ea dissentiat. Franc.Sarmient.*Selectar. interpretat. lib.*7. *cap.*1. *numer.*17. Ludouic. Molina *in suo tract.de contract.part.*2.*disputat.*383. *num.*8. *vers.cur*
11 *autem.* Illa † tamen videtur satis probabiliter posse confirmari auctoritate eiusdem *Iustiniani Imperat. in Nouella* 160.de qua meminit Decian.*cons.*2.*n.*69. *in fine,& num.*70.*lib.*1.Felician.*in dictis suis Comment.tom.*1. *lib.*2.*cap.*1.*numer.*18.*ad fin. & tom.*2. *eod.lib.*1.*& cap.*1. *numer.*1. Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc,human,in tit.de Censib. art.*1.*dum tractat.de origine Census,&* Gasp.Roderic.*d.quæst.*3.*num.*7.*& seq.post hæc scripta visus.*

In illa enim *Nouella Constitutione Iustinianus* recensset, Quod cum Aphrodiensis Reip. Pater, ideſt defensor, & Patronus, & Primores eiusdem Ciuitatis magnam vim pecuniæ haberent collectam ex legatis eidem Ciuitati factis,ne illa inutilis, & sterilis omnino maneret,sed necessitatibus Ciuium,salua sorte deseruiret,sub tali forma illam distribuere sanxerunt, vt possent quicunque vellent illius participes fieri, ea lege, vt qui sortem aliquam reciperet,non compelleretur ad eam restituendam, donec vellet,sed ita, vt quamdiu illam apud se retineret,certum aliquem annuum redditum Ciuitati penderet. Ex qua historia videtur satis apertè colligi, hunc Censum consignatiuum longè ante tempora Iustiniani Imperatoris originem,& initium habuisse,ponderando multipliciter verba dictæ Nouellæ Constitutionis, prout facit Roderic.*d.num.*7.*& seqq.* [*cum qua sententia videtur transire etiam* Ludou.Velazq. Auendan. *in suo tract.de censibus Hisp.cap.*16,*n.*1.]

Ego verò in hac opinionum varietate, ita posse, rem definiri sum arbitratus,si diuersis respectibus, & respectu diuersorum temporum hunc contrahendi modum consideremus. Si † enim respiciamus pri- 12
mum illius principium, non improbabiliter dici posse existimo, illum fuisse introductum antiquissimis temporibus, exemplo forte. d.Reip. Aphrodisiensis, & continuo vsu successiuis temporibus fuisse vsu receptum, non solum tempore Martini V. & ante eum Clem. pariter V verum † etiam ante tempora Iusti- 13
niani Imperatoris per iura allegata, sed extitisse rudem; & informem,vt fere omnia in eorum principio esse solent, cum non reperiamus ante Martini V. illi aliquam certam formam fuisse datam. Si vero † con- 14
sideremus eundem contractum respectu eius formæ, quæ dat esse rei, *l.* Iulianus *ff. ad exhiben. cum vulgat.* crederem non malè sensisse eos, qui volunt illum fuisse introductum tempore Martini V. Iste enim Papa hunc contrahendi modum approbauit, & sub certa regula, & cum certa forma illum celebrari sanciuit. Quam postea Pius huius nominis Papa V. perfectiori quodam modo perpoliuit, & seruandam esse imperauit per suam Constitutionem editam de anno 1568. 14. Cal. Februar. quam per aliam suam Constitutionem promulgatam die 10. Iunij 1570. occasione quarundam difficultatũ excitatarum in aliquibus eius partibus, declarauit. Quæ ambæ Constitutiones sunt in *Bullario nouiter impresso, inter Bullas eiusdem Pontificis numero* 79. & pro faciliori omnium commoditate habentur impressæ supra in principio tractatus. Supradictis † igitur diuersis respec- 15
tibus iste Censualis contractus potest dici creatura iuris positiui, tam Ciuilis, quam Canonici,sed quoniam fuit hominum moribus receptus, & apud omnes gentes in vsu frequenti positus, potest dici quod sit de Iure gentium, vt sentit Bon. *in d.suo tractatu de censibus, articul.*24.*numer.*50. Id enim † Iuris gentium 16
dicitur quod omnibus gentibus consentaneum, & vsile existit,& hominum intellectui, & naturali rationi congruit, etiam quod fuerit adinuentum longè post Ciuitates conditas. Vacon. *declarat, Iur. ciuil, l.*1.*cap.*5.*ad fin.* Anton.Pinell. *ad Rubr.C.de rescind. vendit.part.*1.*cap.*1.*num.*7.*& non dissensit.* Felician.de Solis, *in dictis suis Commentar.de Censibus,tomo* 1. *lib.*1. *cap.*1. *num.*17.*ad fin.*

Nec † incongruit, quod vnus contractus diuersis 17
respectibus dicatur creatura Iuris gentium, & Ciuilis, nam in multis contractibus id euenisse dignoscimus. Nam † acceptilatio licet ratione quadam natu- 18
rali apud omnes gentes peræque videatur recepta, & ideo iuris gentium eam esse dicat. I. *C. in l.an inutilis.* §. *fin.ff. de acceptil.latè* Socin.iun.*ad Rubr. ff. de verbor. oblig.numer.*153. *& seq.* Quia † tamen recipit formam 19
à stipulatione, qua concipitur §. *item per acceptionem, instit. quib. mod. toll. oblig.* nemo negauerit verè illam

dici

20 dici posse introductam fuisse de iure ciuili, cùm † stipulatio sit iuris ciuilis, *l. 1. §. si quis ita, & ibi not. Scribent.*
21 *communiter, ff. de verbor. obligat.* Hoc † idem dici potest contracta Emphyteutico, quod sit iuris gentium, quia fuit ab omnibus vsu receptus, licet fuerit adinuentus, & formam receperit à iure ciuili, §. *adeo & ibi Doctor. ff. de locat.* Bon. *d. tract. art. 49. num. 79.* Matrimonium
22 † similiter apud Legistas respectu coniunctionis maris & fœminæ est de iure naturali. *Inst. de iure natur. gent. & ciuili, in princ. l. 1. §. ius naturale ff. de inst. & iure c. ius naturale, 1. distinct. & comprobat.* Tom. Sanchez *in suo tract. de Matrim. lib. 2. disput. 2. num. 2.* Ratione autem
23 consensus, quo † Matrimonium perficitur. *leg. nuptias, ff. de reg. iur. cap. tua ext. de sponsal.* dicitur esse de iure
24 gentium, quo † omnes ferè contractus sunt adinuenti, *l. ex hoc iure. ff. de inst. & iure, l. iuris gentium, ff. de pact. §. ius autem gentium, inst. de iure natural. gent. & ciuil.* Ra-
25 tione † autem formæ, & solemnitatum dicitur esse iuris positiui. *Glos. & Doctor. inst. de iure naturali gent. & ciuili in princ. vbi* Aret. *num. 4. & in d. l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. obligat.* deducit Sanchez *d. lib. 2. disput. 5.* vbi docet quæ sit materia, & quæ forma matrimonij.
26 Idipsum † de testamento, licet non sit contractus, dicit, Bart. *in l. interdum num. 7. ff. de cond. indeb.* Iul. Clar. *in sua pract. §. testamentum q. 2.* Surd. *consil. 147. num. 8. lib. 1. & alij multi, quos refert* Fernand. Vasq. *de succeff. creation. lib. 1. §. 1. num. 1. versic. tertia.* Quod posset etiam exemplificari in aliis contractibus, quos ne longior sim, quam par est, missos facio.

De Etymologia Census.

QVÆSTIO VI.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 3. ar. 1.

TErtia sese nobis iuxta præmissum ordinem offert quæstio, in qua de census consignatiui definitione agendum est, quæ duobus est explicanda articulis.

In primo videbimus Census Etymologiam.

In secundo illius definitionem.

SVMMARIA.

1 *Definitio vna quid nominis, altera quid rei.*
2 *Definitio, quid nominis, est oratio interpretatiua significationis nominis.*
3 *Definitio, quid rei, substantiam rei definitæ demonstrat.*
4 *Definitio, quid nominis, debet præcedere cognitionem, quid rei.*
5 *Census propriè dicitur à censendo, idest ab æstimando.*
6 *Census nomine venit solutio, quæ fit Principi in signum subiectionis.*
7 *Census nomen fuit applicatum censui consignatiuo.*
8 *Census vox, secundum aliquos impropriè applicatur censui consignatiuo.*
9 *Immo quod propriè defendit auctor.*
10 *Proprietas vocis, sumitur à communi vsu loquendi.*
11 *Item ab auctoritate legislatoris.*
12 Bart. *in l. Labeo, num. 4. ff. de supellect. leg. declaratur.* Bart. *in l. omnes populi, num 59. ff. de iustit. & iure, intellectus.*

1 QVoniam tàm apud Philosophos, quàm apud nostros Iurisconsultos definitio † est duplex, vna quid nominis, altera, quid rei, vt ex nostris tradit, Sebast. Medic. *in tractatu de diffinit. q. 2. n. 3.* Cagnol. *in l. omnis definitio. n. 3. ff. de reg. iur.* Guerrin. Pis. *in suo tract. de feudis in Prælud. circa diffinitionem, quid nominis, in princ.* & definitio, quid nominis, explicat sonum, & significatum vocis, & est † oratio 2
interpretans significatum vocis, Sebastian. Medic. *d. quæst. 2. num. 8.* Cagnol. *loco cit. num. pariter. 8.* Definitio † autem quid rei, substantiam, & essentiam rei defi- 3
nitæ demonstrat. Glos. & Doct. *in l. 1. ff. de testam. & in d. l. omnis definitio, & alibi passim.* & cognitio † quid 4
nominis debet præcedere cognitionem quid rei, *argum. l. 1. in princ. ff. de orig. iur. & in l. in princ. ff. de pact.* Sebastian. Medic. *d. num. 3. & pluribus demonstrat.* Cagnol *in d. l. omnis definitio, num. 10.* Ludouic Lopez *in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 54. vers. igitur.* Ideò nemini mirum esse debet, quod hunc articulum, in quo de Etymologia vocis, census, agendum est præmiserimus sequenti articulo, in quo de illius definitione est pertractandum.

Pro huius autem articuli expeditione præmittendum est, quod illa æstimatio, quæ antiquitus fiebat, vt ex ea dijudicari posset quantum quisque pro tributo, & aliis publicis oneribus soluere teneretur secundum veram, & propriam vocis significationem Census † à censendo ideft ab æstimando dicebatur, 5
l. forma, ff. de Censib. cum aliis adductis per Didac. Couar. Variar. *resolut. lib. 3. cap. 7. num. 1.* Foller. *in sua Pract. Censuali, in verbo, huiusmodi, num. 1. & seq.* Ludouic. Lopez, *d. cap. 54. post prin. vers. igitur,* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 1. num. 3. & 4. & in art. 4. num. 14.* Dominic. Soto, *de Inst. & iure, lib. 6. q. 5. art. 1. vers. q. præsens.* Ludouic. Molina, *in suo tract. de Contract. par. 2. disput. 381. num. 1.* Boninsign. *in tract. de Censib. cap. 1. num. 1. 10.* Bapt. Lup. *ad leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. n. 54.* Aluar. Valasch. *in suo tract. de iure emphyt. q. 32. num. 1.* Federic. Martin. *in tract. de iure censuali, cap. 1. num. 3.* Felician. *de Solis, in suis Comment. de* Censib. *tom. 1. in* Procem. *à n. 4. & seq.* Brunor. à Sole, *in suis quæst. leg. alib. q. 2. num. 1. & 2.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Instit. lib. 10. q. 1. num. 1.* Leonard. Less. *de Instit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 1. num. 1.* Mich. Salon. *de contract. & commerc. human. in tit. de* Censib. *act. 1. num. 1. in princ.* Io. Azor. *instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 1.*

Quod nomen † fuit deinde accommodatum ad il- 6
lam annuam solutionem, quæ singulis annis stata die in signum subiectionis, & imperij solui consueuit, *c. recipimus, ext. de Priuileg.* In qua significatione fuisse acceptum in Euang. *Matth. cap. 22.* cum D. N. Iesus Christus fuit interrogatus, an liceret Censum dare Cæsari, affirmant aliqui ex supracitatis Doctoribus.

Et inde posteà factum fuit, vt ab omnibus pro- 8
miscuè, & distinctè eadem vox † per quandam similitudinem cæpta fuerit vsurpari pro annua pensione, & responsione, quam quis super suis bonis imponit, & collocat alteri soluendam, quem Censum consignatiuum nuncupari diximus supra *quæst. 1. art. 1. num. 21.* vt plerique ex supra relatis animaduertunt, & præter eos Greg. de Valent. *Comment. Theologicor. tom. 3. disput. 5. quæst. 22. de censib. puncto 1. in princ.* Federic. Marc. *d. cap. 1. num. 18.* Et licet hæc † vsurpatio impropria, & abusiua videatur, Couar. *d. cap. 7. n. 1. ad fin.* Aluar. Valasch. *d. q. 32. sub num. 7. vers. verum, & num. 8. post princ. in illis verbis, sed cum dixerimus,* Surd. *consil. 162. num. 5. lib. 2. & non dissentiat* Ioan. Bapt. Lup. *d. §. 2. num. 55. in fin.*

Quia tamen iste annuus redditus, & hæc annua res- 9
ponsio ab antiquissimo tempore fuit sub nomine Census appellata, & quidem rectè vt dicit *Feder. Martin. d. c. 1.* dicendum est, quod non impropria & abusiua, sed immo propria sit huiusmodi vocis huius significatio.

Regulare † enim est, vt verborum proprietas su- 10
matur, & æstimetur ex communi, & vulgari vsu loquendi *l. cum de lanionis, §. asinam molendinariem, ff. de fundo*

de fundo instruc. & instrumento leg. l. Labeo. *ff. de supellect. leg. cap. ex litteris, ext. de sponsal.* Rebuff. *in rubr. ff. de verb. signif. vers. tertio consuetud.* Tob. Non. *insignis iuris interpres, & olim concinis meus, in §. fin. num. 6. institut. de obligat. & pulchrè explicauit* Poëta Venusinus *in sua Poëtica his versiculis.*

Multa renascentur, quæ iam cecidere cadéntque.
Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus.
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi,

Vt animaduertebat in proposito. Felician. de Solis, *in d. proœmio, num.* 30. Quod multo magis dicendum est in casu nostro, in quo vox ista census, fuit pro hac annua responsione vsurpata, non solùm ab imperitis, & vulgaribus hominibus, sed etiam ab ipsis Legumlatoribus. Videmus enim quod Martin. V. & Calixtus III. in suis Constitutionibus, in quibus circa hanc annuam responsionem statuerunt, eam appellauerunt sub nomine census, *in cap. 1. & 2. de empt. & vendit. in Extrauag. commun.* Idem fecerunt Nicol. V. Gregor. III. Pius Quintus & alij Summi Pontifices, quotquot sunt qui huius annuæ responsionis impositionem, & venditionem per suas Bullas approbauerunt, illique certam formam præscripserunt, hunc contrahendi modum sub nomine census nuncupauerunt nam non est nouum pro-
11 prietatem † vocis desumi etiam ab auctoritate Legumlatorem, scilicet, si ab eis in aliqua lege, Vox, secundum aliquem significationem capiatur, vt docet *Bart.* quem alij communiter sequuntur *in l. omnes populi, num. 59. ff. de iust. & iure.* Vnde necesse est fateri hanc esse propriam huius vocis significationem, *ex not. per* Alciat. *in lib. 1. de verbor. signific. col. 3. in in princip.* Rebuff. *in l. Tuguri, ad fin. ff. eod. tit.*

Et per consequens huic conclusioni nullo modo repugnat. *Bart. in d. l.* Labeo, *sub num.* 4. vbi videtur sentire, quod ex communi vsu loquendi non propria, sed impropria verbi significatio desumatur, eius
12 † enim theorica intelligenda est, vt procedat in communi vsu loquendi vulgi, & priuatorum hominum, non autem de communi vsu loquendi peritorum, & Legumlatorum, de quo nos loquimur.

Nec etiam dicatur, quod Bart. *in d. l. omnes populi, num. 59.* loquatur dumtaxat, quando Iurisconsultus in aliqua lege exprimit aliquid esse proprie tale, vt videtur colligi ex legibus ibi ab ipso allegatis. Hoc
13 † enim *Bart.* non dicit, nec est credendum quod dicere voluerit, esset enim contrarius sibi ipsi *in d. l.* Labeo *num.* 4. & repugnatet communi illi conclusioni, quod communis vsus loquendi peritorum tribuat proprietatem verbis, vt dictum est ex allegatis *supra num.* 10. *& maximè.* Non. *d. num. 6. quibus addatur.* Alex. *cons.* 82. *num.* 15. *lib.* 3.

SVMMARIA.

1 *Census consignatiui nouo definitio.*
2 *Ius in definitione census, stat loco generis.*
3 *In censu non venditur annua responsio, sed ius consequendi illam.*
4 *Finis contractus censualis est, percipere annuam pensionem.*
5 *Responsio, hæc vox in definitione comprehendit tàm censum fructuarium, quàm pecuniarium.*
6 *Definitio debet conuerti cum suo definito.*
7 *In contractu census non venditur res censuata.*
8 *Super, hæc particula significat qualitatem rei inhærentẽ.*
9 *Nemo potest super re propria ad sui commodum ius imponere.*
10 *Censum super re propria nemo potest ad sui vtilitatem creare.*
11 *Census consignatiuus in quo differat ab emphyteusi.*
12 *Census acquiritur quocunque titulo habili ad transferendum dominium, &* num. 15.
13 *Census est transmissibilis ad hæredes actiuè, & passiuè.*
14 *Ius census est cessibile ex vtraque parte.*
16 *Rei censuatæ dominium, & possessio remanet penes imponentem.*
17 *Definitio, vt bona sit, quæ requirantur.*
18 *Definitio omnis est in iure periculosa.*
19 *Disputationes circa definitiones, vt plurimum sunt inutiles.*

De Definitione Census.

QVÆSTIO VII.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 3. ar. 2.

VIdimus in præcedenti articulo Etymologiam huius vocis, Census, sequitur vt ad illius definitionem, quoad quid rei veniamus. Et licet variis modis per Scribentes, tàm iuris ciuilis, quàm Pontificij, & per Summistas variis in locis census definiatur: attamen, quoniam definitiones per eos excogitatæ vel conueniunt tantum censui fructuario, vel non applicantur censui consignatiuo, de quo nos loquimur, vel minus plenè, & sufficienter naturam, & quidditatem illius demonstrant: ideò omissis aliorum definitionibus, cogitaui an posset nouiter definiri, vel describi potiùs in hunc, qui sequitur modum. Quod † census consignatiuus sit, *Ius percipiendi responsionem super re alterius, iusto modo acquisitum, ad hæredes, & successores quoscunque transiturum, manente re apud imponentem.* Ex qua, meo quidem iudicio, satis clarè, & sufficienter colligi potest, quæ sit natura, & substantia huius nostri census consignatiui: ita breuiter singula definitionis verba percurrendo, & ponderando. 1

Dicitur in primis quod est *Ius*, quod † in hac de- 2
finitione consideratur non solum vti genus, quod tàm de redditu isto, quàm etiam de actione, de seruitute, de dominio, & aliis à redditu diuersis prædicatur, vt animaduertit. Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 13. num. 24.* sed etiam ad demonstrandum essentiam, & substantiam rei definitæ. Quia † in isto contractu non conceditur ipsa res, quæ 3
censui subiicitur, nec responsio, quæ annuatim soluitur, sed ius percipiendi, & consequendi illam, vt declarat Leonard. Less. *in suo tractatu de iust. & iur. lib. 2. cap. 22. dubitat. 1. num. 2.* Ioann. Azor. *inst. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 2.* Federic. Martin. *d. num. 24. & seq. Et hanc sententiam latè comprobant* Ludouic. de Auend. *in suo tract. de censibus Hisp. cap. 17. num. 9. & sequentibus, &* Sigismundus Scaccia *de commerc. & camb. §. 1. quæst. 1. num. 174. versic. & quod in contractu, post hæc scripta visi, & nos dicemus infra. quæst. 45. aut part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num.* 8.

Et conformatur exemplo hæreditatis, & vsusfructus, nam hæreditas non est pecunia, vel bona hæreditaria, sed successio in vniuersum ius, *l. nihil aliud, & ibi* Gloss. *ff. de verb. signific.* Item vsusfructus non sunt res ipsæ alienæ, quibus quis vtitur, fruitur, sed est Ius vtendi, fruendi rebus alienis, *Instit. de Vsufruct. in prin.* & sic dici potest de aliis similibus.

Sequitur in definitione *Percipiendi*, quod † verbum 4
denotat finem, & scopum illius Iuris, ostenditque Ius illud in perceptione responsionis consistere, vt post Conradum *dixit* Federic. Martin. *d. cap. 1. num. 33.* vbi per multos numeros demonstrat, quod per illud verbum, contractus census deregitur differre à

Mutuo,

Mutuo, Pignore, & aliis quibusdam contractib.

Additur in eadem definitione *Responsionem* sponsionem, vt † in ea comprehendatur tàm census pecuniarius, quàm fructuarius, vt de verbo, pensionem, quo definitione census vsus fuit. Roderic. *d. q. 3. num. 5. verſidixit etiam*, ipſemet adnotauit, definitio 6 † enim debet complecti quamlibet speciem rei definitæ, vt cum suo definito, conuertatur, iuxta *text. in l. 1. §. dolum ff. de dolo Doctor. in l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Et propterea iure, & merito*, Felician. de Solis *in ſuis Comment. de cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 7. & tom. 2. lib. 1. & cap. 4. num. 1.* reprehendebat quosdam, qui definientes censum, dicebant illum esse emptionem, & venditionem, qua emitur, & venditur Ius quoddam præsens ad certos fructus percipiendos, cum definitio ista non conuertatur cum suo definito sed conueniat tantum censui fructuario, & non complectatur alias census consignatiui species.

Fuit addium in eadem definitione nostra verbum, 7 & particula, *super*, addemonstrandum, quod † in contractu censuali non venditur res ipsa, super qua census constituitur, & imponitur, nec transfertur illius dominium, vt diximus supra *eodem. cap. 1. quæſt. 1. art. 1. num. 23. & ſeqq. & fuit reſolutum in* Rota *ſæpius, & ſignanter, coram* Illustriſſ. Card. Mellino 30. *Octobris* 1602. *in illa Romana cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ. 1. num. 2. & in una Romana fideicommiſſi de Iacobutiis 5. Octobris* 1608. *coram* Illustrissimo Card. Ludouisio, *quæ ibidem eſt deciſ. 4. num. 5.* [*& in una Forolivienſi cenſus 25. Februarij* 1622. *coram* R. P. D. Manzanedo, *poſt tract. deciſ. 365. num. 2.*] sed quod per dictam impositionem contrahitur solùm hypotheca super dicta re, vt dicemus infra *quæſt. 23. ſeu hac eadem part. 1. cap. 2.* 8 *q. 3. art. 1.* Nam illa † particula, *super* importat qualitatem quandam rei inhærentem, puta hypotecam, & obligationem bonorum. Bart. *in l. fundus num. 1. ff. de aur. legat.* Roman. *conſil. 388. n. 2. & ibi latè.* Mandos. Rebuff. *in l. appellatione parentis, col. 2. verſic. ſuper hac dictione ff. de verbor. ſignific.* Surd. *conſ. 112. num. 91. lib. 1. & ferè in puncto conſil. 163. num. 10. lib. 2.* Rot. *diuerſ. deciſ. 210. par. 1.*

Diximus in definitione, Re alterius, quoniam istud ius, quod per impositionem census contrahitur, est reale, vt dicemus infra *d. q. 23. aut hac eod. par. 1. cap. 2.* 9 *q. 3. art. 1.* & nemo † potest super re propria ius reale ad sui commodum constituere, *arg. l. neque pignus, & ibi glo. & Doctor. ff. de reg. iur. l. rem propriam, ff. de verb. oblig.* 10 & in puncto, quod † super re propria census constitui non possit ad commodum, & vtilitatem ipsiusmet, constituentis voluit Leonard. Leſſ. *d. dubitat. 1. num 3.* Federic. Martin. *d. ap. 1. num. 74. & ſeqq. & fuit dictum in* Rota *coram* Illustrissimo Card. Ludouisio *in una Romana cenſus, 26. Nouembr.* 1604. *quæ eſt poſt tract.* 11 *deciſ. 5. num. 9.* Et per † hæc verba contractus censualis distinguitur à contractu emphyteutico, in quo percipitur pensio ex re propria, vt animaduertit. Federic. Martin. *d. cap. 1. num. 79. & ſeqq.*

Sequitur in eadem definitione, *Iuſto modo acquiſitum* Quia licet † ius istud acquiri possit quocunque titulo habili ad transferendum dominium, vt dicetur 12 infra *q. 44. par. 2. cap. 1. q. 1. art. 1.* vt tamen acquisitio dici possit legitimè facta, & sit valida, multæ concurrere debent circunstantiæ, & à multis abstinendum est pactis illicitis, & reprobatis, vt videbimus latè hac ead. *part. 1. cap. 2. & 3. per tot. & par. 2. cap. 1. q. 3. per totum.*

Subiicitur in definitione, *Tranſeuntium ad hæredes.* 13 Quoniam ius † istud est de sui natura trãsmissibile ad hæredes, tàm ex parte imponentis, quàm ex parte acquirentis, & sic tàm actiuè, quàm passiuè, vt demonstrabitur infra *d. part. 2. cap. 2. quæſt. 2. art. 1. & 5. num. 36.*

Additur in definitione, *Et ſucceſſores quoſcunque.* Quoniam † ius istud est ex parte vtriusque cessibile, 14 vt dicetur infra *q. 34. & 75. aliàs hac part. 1. c. 3. q. 1. art. 6. num. 18. & d. part. 2. cap. 2. q. 3. art. 3.*

Nam transfertur, & acquiritur † quocunque titulo 15 singulari, puta, donationis, cessionis, legati, & similibus, vt dicemus *q. 44. ſeu d. part. 2. c. 1. q. 1. art. 1. & 2.*

Dicitur vltimo loco. *Manente re penes imponentem,* quia † per impositionem, & translationem census nec 16 possessio, nec dominium rei censui suppositæ, & super qua fuit census constitutus, & impositus in emptorem, vel alium quemcunque dominum census transfertur vt dictum fuit infra ead. *q. art. 1. num. 23. & ſeqq.* Rota *in illa Ancontana cenſus coram* R. P. D. Ambrosio *de Iuris Rotæ Prouinciæ Marchiæ Auditore ſub 31. Octobris 1622. dec. 499. num. 13. vbi hunc locum refert.* Ex quibus quam clarissime apparere existimo, quod supra considerata definitio census consignatiui, seu magis descriptio à nobis nouiter excogitata, naturam, & substantiam huius nostri census plenè, & sufficienter explicat, & complectitur. Non autem arbitratus sum circa eam pluribus insistendum esse, aut inuestigandum, an sit bona, & concepta iuxta regulas Philosophorum relatas per Doctores nostros *in l. 1. ff. de acq. poſſ. in d. l. omnis definitio, ff. de reg. iur. Inſtit. de teſta. in prin. & alibi paſſim.* Videlicet, † an conuertatur cum ipso censu de- 17 finito. An alteri quam illi conueniat. An contineat genus, & specificas differentias, & alia similia, tum quia perspectissimum habeo, quod † omnis definitio 18 est in iure periculosa, & vix est, ne quælibet subuerti possit, vt dicebat I. C. *in d. l. omnis definitio.* Et exclamant vbique scribentes, tum † quia disputationes, 19 quæ circa definitiones fiunt, vt plurimum, aut nullam, aut certè modicam afferre solent vtilitatem, vt dicebat Alex. *in rubr. C. de indic. num. 1. in fine, & repetit.* Iul. Clar. *in ſua Pract. crimin. §. fin. q. 12. in princ.*

De qualitate cenſus conſignatiui, & an cenſus ſit contractus nominatus, vel innominatus.

QVÆSTIO VIII.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 4. ar. 1.

SVpereſt quarta quæstio explananda pro complemento huius primi capitis, in qua agendum est de qualitate census consignatiui, & quinque articulis explicatur.

Primus an contractus census sit nominatus, vel innominatus.

Secundus, census imponendus qualis esse debeat, & quod certus.

Tertius, census temporalis an sit licitus.

Quartus, census perpetuus an sit permissus.

Quintus, an in casibus permissis expediat Reipublicæ admittere contractum censualem.

Licet enim circa hanc quæstionem videatur necessaria indagatio, an census fructuarius, & personalis sit licitus, quia tamen de fructuario diximus supra, *hoc primo, c. 1. q. 1. art. 3. nunc q. 3.* dum Censum consignatiuum, in pecuniarium, & fructuarium diuisimus, Tractatus autem personalis census videtur aptiori loco explicandus, dum de bonis super quibus census imponi, & constitui potest tractabitur infra hac eadem *1. p. cap. 3. quæſt. 1. art. 6. ſeu quæſt. 34.* ideò ad locum hunc articulum reiicere constitui.

SVMMA

SVMMARIA.

1 *Contractus census manauit à consuetudine.*
2 *Contractus, qui manant à consuetudine sunt innominati.*
3 *Contractus census est nominatus, & infra.*
4 *Emptio, & venditio est contractus nominatus,*
5 *Species propriè ineſt suo generi.*
6 *Genus verificatur in qualibet eius specie.*
7 *Genus repræsentatur propriè in qualibet eius specie.*
8 *Generis qualitas omnes eius species qualificat.*
9 *Census acquiritur omni titulo habili ad transferendum dominium.*
10 *Contractus, qui habet proprium, & speciale nomen est nominatus.*
11 *Stipulatio est contractus nominatus.*
12 *In contractu census non est locus pœnitentiæ.*
13 *Pœnitentia non datur in contractu nominato, secus in innominato.*

IN hoc articulo licet prima consideratione videretur concludendum contractum censualem, de quo
1 agimus, ea ratione, quia † manauit à consuetudine per tempus immemorabile obseruata, & legitimè prescripta, *ca. 1. & 2. de empt. & vendit. inter extrauag. comm. & dicemus supra huic est quæst. 5. hoc 1. cap. quæst. 2.* non nominatum, sed innominatum esse auctoritate. Bald. *in rub. C. de rer. permut. num 2.* dum concludit con-
2 tractum † emphyteuticum, & feudalem, quia à consuetudine manarunt esse innominatos.

Contrariam tamen sententiam veriorem esse communiter concludunt interpretes, & signanter. Valasc. *in suo tract. de iure emphyt. quæst. 9. num. 1. & 6.* Felician. de Solis, *in suis commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap 2. num. 7.* Fernan Rebell. *in suo tract. de oblig. Iustit.*
3 *lib 10. quæst. 1. num. 16.* qui contractum † censualem esse nominatum affirmant duplici ratione, & quidem Prima, quia iste contractus est species quædam emptionis, & venditionis, vt dicit Rebell. *d. n. 16.* [quod comprobat Moneta *in suo tract. de commut. vlt. vol. cap. 2 num. 36.* auctoritate, & ratione, auctoritate quidem Molin. *de iust. & iur. tract. 2. disput. 383. &* Ioan. Guttierez, *lib. 2 pract. qu quæst. 168. qui testatur de communi.* Ratione autem quia *constitutiones Martini V. & Calix-* III. de eodem censu disponentes sunt collocatæ *sub titulo de empt. & vendit. inter extrauagantes communes*, nam lex debet semper intelligi iuxta naturam tituli sub quo situata est. *l. imperatores, & ibi* Bart. *& alij ff.*
4 *de in diem addition.* & propterea sicut † emptio, & venditio est contractus nominatus, *l. iuris gentium, in princ. ff. de pact.* eodem modo contractus censualis de-
5 bet esse, & censeri contractus nominatus, quia † species propriè ineſt generi, *l. cum quedam, la prima, ff. de leg. 2.* Bart. *in rub. ff. solut matr num. 12. & seqq.* Bald. *in*
6 *l. 2. sub. n. 2. C. de iur. aur. ann.* & † genus verificatur in qualibet eius specie, Bart. *& alij in l. 1. ff. si cert. pet.*
7 & in † qualibet specie verè, & propriè repræsentatur, *l. si quid earum. §. inter emptum, ff. de leg. 3.* & generis
8 qualitas † omnes eius species qualificat. Bero. *conſ. 128. num. 12. lib. 2.*

Cæterùm quoniam hæc ratio non est generalis, sed respicit dumtaxat censum, qui alienatur titulo em-
9 ptionis, & venditionis, census † aurem conceditur, & acquititur non solum titulo emptionis, & venditionis, verùm etiam quolibet alio titulo habili ad transferendum dominium, vt dicemus infra *q. 44. aliàs par. 2. cap. 1. q. 1. art. 1.* non videtur quod ex ea de necessitate possit inferri, quod contractus census generaliter sumptus sit contractus nominatus.

10 Quamobrem altera redditur ratio, quia † scilicet dictus contractus fuit sortitus proprium, & speciale census nomen, *arg. d. l. iuris gentium, in princ. ff. de pact.* Bart. Bald. *& alij in d. Rubr. C. de rer. permut. per quam rationem* Doctor *in Rubr. ff. de verb. oblig. maximè.* Castr. Alex. Ias. *& alij communiter, vt de communi testatur* Ripa, *n. 51.* Alciat. *n. 25.* Paris. *n. 62.* Verius, *n. 251.* pro-
11 bant stipulationem † esse contractum nominatum. Propter quam rationem, cum sit generalis, complectens omnem census consignatiui speciem, transeundum censeo cum hac posteriori opinione, maximè quia istud nomen census huic contractui propriè conuenire diximus supra *quæst. 6. olim hoc 1. cap. quæst. 3. art. 1. num. 9. & seqq.*

Ex qua vt dicebat Rebell. *vbi supra nu. 17.* sequitur † 12
quod in hoc contractu non possit esse locus pœniten-
tiæ, quæ in omnibus † contractibus nominatis dene- 13
gatur. Et regulariter conceditur in innominatis, *d. l. iuris gentium in princ. & §. igitur nuda & ibi* Bart. *& communiter omnes, ff. de pact. l. si pecuniam, ff. de condict. ob caus. & scribentes passim alias in locis.*

SVMMARIA.

1 *Census constitui debet iuxta formam Bullæ Pij V.*
2 *Census constitutus, aliter quam disponat Bulla Pij V, reputatur fœneratitius.*
[*Census constitutus, non seruata forma Bullæ Pij V. super censibus, est fœneratitius, si omittatur forma in substantialibus secus si in naturalibus ipsius contractus.*
3 *Census constitui debet certus*, num. 16.
4 *Venditio ratione incertitudinis rei vendite vitiatur.*
5 *Incerta res possideri non potest.*
6 *Possessio omnis transfertur per constitutum.*
7 Limita, *si res quam quis constituit pro alio possidere sit incerta.*
8 *Iuramentum habet vim specialis expressionis.*
Non tamen specialissimæ, & individuæ, num. 13.
9 *Iuramentum in contractu census non requiritur de necessitate.*
10 *Incertitudo suppletur iuramento, quia venit certificanda arbitrio boni viri.*
11 *Iuramentum non supplet defectum certitudinis requisitæ pro forma.*
12 *Forma debet adimpleri specificè, & non per æquipollens.*
14 *Census certitudo requiritur pro forma.*
15 *Proœmium demonstrat causam finalem.*
17 *Venditio certæ partis quotitatiuæ fructuum valet.*
18 *Venditio census differt à venditione fructuum ratione incertitudinis.*

Census qualis esse debeat.

QVÆSTIO IX.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 4. ar. 2.

LIcet propositus articulus non magnam habere videatur difficultatem, & quod possit vnico verbo explicari, videlicet quod census † debeat constitui iux- 1
ta formam traditam à Pio V. in sua Bulla super forma creandi census cùm census ita cõstitutos validos & legitimos plurios declarauit. Rota. *& signanter in vna Romana Census, de Caualleriis, 26. Iunij 1596. coram* bon. mem. Penia, *qua est post tract. decis. 6. num. 3. & in vna Romana census 23, Iunij 1608. coram* Illustriss. Card. Ludouis. *quæ est ibid. dec. 7. in primis verbis, & in aliis causis, &* versa vice, si Census † aliter constituatur, sit nullus, & fœneratitius, vt resoluit Rota *in vna Leodiensi Census, 11. Decembris 1596. coram* bon. mem. Corduba, *quæ est ibidem dec. 8. num. 5.* cum ita expressè reperiatur sancitum in dicta

in dicta Constitutione. *in vers. contractúsque sub alia forma post hæc celebrandos fœneratitios iudicamus*, [intelligendo tamen si forma non seruetur in iis, quæ respiciunt substantiã dicti contractus, secus autem si omittatur respectu eorum, quæ non substantialia contractus, sed tantum naturalia respiciunt, vt non obscurè sensit. Rota *coram* Card. Seraph. *decis.* 1413. *n.* 3. & nos diximus infra *quæst.* 59. *seu par.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 7. *n.* 36.] quam seruandam esse ab omnibus, & in quocunque loco dicemus infra *q.* 34. *vel hæc ead. par.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *art.* 6. *num.* 38. *cum multis seqq.* Attamen inter alia quæ Sanctissimus ille Pontifex seruari mandauit, disposuit etiam in vers. *immo censum* augeri, & quod census debeat esse semper idem, ex qua parte non obscurè colligi posse videtur, quod census, & annua præstatio, quæ vendi debet sit certa, & optima sanè ratione, quoniam cùm vt plurimum census iste imponatur vendendus, ideò ne dari possit de illius nullitate,
3 necesse † est constituatur census omni certitudine tam ratione loci, in quo fundatur, vt dicemus *quæst.* 40. *seu cap.* 3. *quæst.* 3. *art.* 1. quam ratione pretij, quo venditur, vt dicemus infra *quæst.* 56. *seu part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 3. quam ratione quantitatis ipsius census, qui constituitur, & venditur, vt paulò inferius dicetur alias
4 talis venditio esset nulla, cùm contractus † venditionis ratione incertitudinis vitietur, *lib.* 3. §. *incertam, vbi* Bart. *& communiter alij, ff. de acquir. poss.* Ozasch. *decis. Pedemont.* 34. *num.* 32. Magon. *decis. Lucensi.* 20. *num.* 13. *decis.* 21. *num.* 1. Surd. *cons.* 168. *num.* 48. *lib.* 2.
5 Prout etiam ratione † incertitudinis rei possessio non sustinetur. Dec. *cons.* 226. *num.* 8. Ruin. *consil.* 136. *num.* 8. *& cons.* 144. *num.* 2. *lib.* 1. Paris. *cons.* 55. *num.* 4. *& consil.* 59. *num.* 22. *lib.* 1. Et propterea, Tiraq. *in suo tract. de constit. poss. part.* 3. *limitat.* 19. *num.* 1. dicebat, quod
6 licet † per constitutum transferatur in Constitutarium omnis possessio, tàm ciuilis, quàm naturalis, *lib. quod meo, vbi* Bart. *& alij ff. de acquir. possess.* attamen
7 † quando res, quam quis alieno nomine se possidere constituit, est incerta, ex tali constituto nulla transfertur possessio, & xane opinionem communiter teneri à scribentibus testatum reliquit. Paris. *d. num.* 22. Surd. *cons.* 225. *num.* 13. *lib.* 2.

8 Nec obstat, quòd † de iure Canonico virtute iuramenti sustineatur venditio non obstante incertitudine, cum iuramentum habeat vim specialis expressionis, Cephal. *cons.* 159. *num.* 10. *&* 18. *lib.* 2. *& consil.* 558. *n.* 85. *lib.* 4. Menoch. *consil.* 93. *n.* 28. *& seq. lib.* 1.

9 Quoniam præterquam † quod in contractu census, prout nec in reliquis non requiritur de necessitate iuramentum, Ant. Gabr. *de Consue. conclus.* 3. *in* 2. *limit. nu.* 24. ita vt indistinctè, & absolutè dici possit, per iuramentum suppleri talem incertitudinis defectum, respondetur etiam, ideo de iure canonico iuramentum
10 supplere † vitium incertitudinis, quia illa venit postea verificanda, & certificanda arbitrio boni viri, vt notat. Archidiac. *in cap. sunt nonnulli* 1. *q.* 1. *quem sequitur, & commendat.* Alex. *in l.* 1. *n.* 28. *ad finem, ff. solut. matr.* Ias. *in l. triticum n.* 4. *ff. de verborum obligat. & alij multi relati à Seraph. in suo tractatu, de priuileg. iuramen. priuileg.* 86. *nu.* 2. & 3. & propterea † hoc non potest trahi ad illum casum, in quo certitudo requiritur pro
11 forma, Barbat. *cons.* 55. *lib.* 2. *post quem* Tiraq. *de legib. connub. l. fin.* Glos. 7. *n.* 158. Forma † enim debet adimpleri specificè, & non per æquipollens, iuxta *not. per* Doct. *in l.* 1. *ff. de liber. & posthum. maximè* Ias. *n.* 15. *& seq.* Horat. Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 324. *nu.* 183. *& seqq.* prout per æquipollens adimpleretur, si posset suppleri per iuramentum, vt dixit Grat. *resp.* 15. *nu.* 15. *lib.* 1. & facit, quia licet † iuramentum habeat vim specificæ expressionis, non tamen habet vim specialissimæ, & individuæ, Tiraquel. *post alios ad l. si vnquam in præfatio nu.* 30. *C. de reuocand. donat.*

sed quod Census, & annua præstatio, seu responsio vendenda debeat † esse certa, fuit pro forma dispositum à Pio V. *in d. vers. Immo, & censum augeri, & cap. pleraque alia*, vt dicemus infra *cap.* 1. *quæst.* 2. scilicet ad tollendam omnem vsurariam suspicionem, vt colligitur ex procemio ipsius, ex quo † causa finalis dispositionis elicitur, Barr. *in l. fin. ff. de hæred. instit.* Cephal. *cons.* 571. *nu.* 50. *lib.* 4. 14 15

Meritò dicendum est, quòd † ad effectum, vt constitutio, & venditio census sustineatur, debeat in sui principio imponi, & creari certus, *argum. l. nec emptio, ff. de contrah. empt. & in puncto dicebat* Anchar. *cons.* 30. *num.* 5. *& seq.* 16

Nec obstat, quod dicitur esse † de iure permissam venditionem certæ partis quotitatiuæ fructuum alicuius prædij, quæ est incerta ratione quantitatis, propter quam rationem. Gregor. de Valent. *commentar. Theologic. tomo* 3. *disputat.* 5. *q.* 22. *de censib. puncto* 3. *vers. secundo etiam post* Conrad. *de contract. q.* 79. quem allegat, dicebat posse vendi censum fructuarium incertum ratione quantitatis, quoniam ea, quæ dicunt. *Conrad. & Gregor.* procedunt quidem in venditione ipsorummet fructuum, in casu autem nostro non venduntur fructus, sed ius percipiendi certam pensionem in fructibus, quando census, qui constitutus est fructuarius, vel ius percipiendi certam pensionem in pecunia numerata, quando fuit constitutus census pecuniarius. Et maximè † differunt inter se venditio fructuum, & venditio iuris percipiendi annuam pensionem, & responsionem in fructibus, vel pecunia numerata. Nam prima sustinetur etiam, quod non sit expressa certa quantitas fructuum, qui venduntur, modo exprimatur pars quotitatiua, quæ venit in venditione. Secunda verò requirit certitudinem quantitatis responsionis, quæ percipi debet, vt egregiè docuit Surd. *consil.* 162. *num.* 24. *& seq. lib.* 2. [*quicquid contra eum inuehat.* Cæsar. Manent. *in suo tractat. de Iur. contract. l. vell. pecun. constitut. quæst.* 1. *pact.* 4. *num.* 43. *vers. tandem*, ea ratione, quod pensio censualis possit aliquando ob casus fortuitos diminui, vel etiam in totum annihilari quod falsum esse demonstrauimus infra *quæst.* 37. *iam hac part.* 1. *cap.* 3. *quæst.* 2. *art.* 3.] 17 18

SVMMARIA.

1 *Census, qui conceditur ad tempus certum, secundum aliquos est valdè suspectus de vsura.*
[*Census temporalis constituitur vel ad tempus certum, vel ad incertum.*
2 *Maximè, si illius emptor intra illud tempus aliquid vltra sortem recipiat.*
3 *Et multo magis, si breui tempore est finiturus.*
4 *Et ab hoc censu benè est se abstinere.*
5 *Est tamen licitus, &* num. 9.
[*Mulier potest emere censum vitalitium absque solemnitatibus remissiuè.*
6 *Saltem de rigore iuris.*
7 *Iustificatur autem, quia venditor non potest cogi ad restituendum pretium.*
8 *Et pactio contraria est illicita.*
9 *Bulla Pij V. super censibus intellectus.*
10 *Census ad certum tempus concessus omni caret suspicione, si emptor verisimiliter in dicto tempore, vel vltra sortem possit recipere.*
11 *Emptor census ad tempus certum constituti potest ratione interesse aliquid vltra sortem percipere.*
12 *Dummodo ab initio tempore venditionis declaretur, quod illud plus datur loco interesse.*
13 *Census vitalitius est de iure licitus.*
14 *Etiam de iure canonico.*

Etiam ad vitam ementis, num. 17.

15 *Votum captandæ alienæ mortis iura abhorrent.*
Et declaratur hoc, vt num. 21. & seqq.

16 *Picus Mirandulanus fuit trucidatus à venditore census vitalitij.*

18 *Census vitalitius iustificatur ex incertitudine vitæ eius ad cuius vitam emitur.*

[*Contractus alioquin parum licitus ratione incertitudinis sustinetur remissiuè.*

19 *Successio filiorum ad bona parentum non improbatur ex eo, quod possint mortem illorum appetere.*

20 *Descendentes in successionibus habent primum locum.*

21 *Votum captandæ mortis, si non proueniat ex natura actus, sed ex accidenti, non vitiat dispositionem.*

22 *Votum captandæ mortis non vitiat dispositionem factam de certis bonis, sed tantum de omnibus.*

23 *Votum captandæ alienæ mortis non est considerabile quando dispositio fit cum consensu eius, de cuius mortis captandæ voto agitur.*

24 *Census vitalitius est valdè periculosus.*

25 *Census vitalitius redditur nullus, si non adhibeantur debitæ circumstantiæ.*

26 *Pretium census vitalitij debet perpetuò acquiri vendenti.*

27 *Census vitalitij iustum pretium quomodo cognoscatur.*

[*Census vitalitij iustum pretium pendet à communi hominum, & loci consuetudine, & obseruatione.*

28 *Emens censum vitalitium ea intentione, vt aliquid vltra sortem lucretur non est intus in conscientia, sed bene in foro exteriori.*

29. *Census vitalitius rescinditur ob læsionem vltra dimidiam iusti pretij, secus si incidat læsio intra dimidiam.*

30 Limit. *si ista læsio intra dimidiam contingat ex accidenti.*

31 *Contractus non sunt æstimandi ab euentu.*

32 *Prædia fructifera cursu annorum reddunt ex fructibus, vltra eorum valorem.*

33 *Census ad tempus incertum tunc sunt liciti, cum incertitudo pendet à casu, vel à natura.*

34 *Census constitutus pro defensione Castri, tanquam constitutus ad tempus incertum, extinguitur diruto Castro.*

Census temporalis an sit licitus, & de Iure permissus.

QVÆSTIO X.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 4. ar. 3.

FVit aliquando dubitatum an census consignatiuus esset de Iure licitus, & permissus, tam si sit temporalis, quam si sit perpetuus, de vtroque est videndum.

Licet autem disputatio ista respectu census temporalis non multum facere videatur ad nostrum institutum, quod principaliter versatur circa censum perpetuum. Nihilominus quia ea, quæ de temporali dicenda sunt, videntur etiam posse conferre ad declarationem eorum, quæ de perpetuo dicenda veniunt, idcirco non ab re me facturum existimaui, si aliqua breuiter de censu temporali in hoc articulo infererem, dicturus de perpetuo in sequenti articulo.

[Cùm autem census iste temporalis duplicitèr constitui soleat, videlicet, vel ad certum, & determinatum tempus, vel ad incertum, vt diximus supra *q. 1. hoc eodem c. 1. q. 1. art. 2. n. 11. & 12.* de vtraque specie aliqua breuiter subiiciam, & primò de censu imposito ad tempus certum, &] licet non desint, qui dicant illum esse valde suspectum † de vsuraria prauitate, vt Nauar. *in suo tract. de vsur. num. 71. vers. Quintum, & alij relati à* Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3 controu. 22. sub num. 1. vers. his tamen non obstantibus*, & quod suspicio † augeatur, si emptor dicti census in cursu temporis præfixi, aliquid vltra sortem recipiat. Nauar. *d. num. 71.* Thom. Boninsign. *in suo tract. de censib cap. 1. num. 8.* Sot. *de iustit. & iure, lib. 6. q. 5. art. 2. ad fin.* Eoque † magis suspicio crescat, quo citius, & breuiori tempore totum pretium, & sors ipsa integraliter recipitur, Couar. *var. Resolut. lib. 3. cap. 7. num. 4.* Boninsig. *d. num. 8.* Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. disput. 386. n. 3. vers. si tamen.* Et propterea † consulant, vt ab hoc contrahendi modo Christiani homines se abstineant, quin affirment vtile fore illum à Rep. relegare, & abiicere. Couar. *d. num. 4.* Boninsig. *d. n. 8.* Salon. *vbi supra.* Illum tamen † licitum esse contendunt. Anchar, *consil. 30. n. 5. & 9.* Marian. Soc. *sen. ad Rubr. extr. de vsur. num. 103. ad med. versic. ego arbitror.* Conrad. *in suo tract. de contract. quæst. 80. per tot. vbi nonnullis rationibus id confirmat.* Nauar. *d. num. 71.* Felician. de Solis *in suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 8. vbi pluribus hoc idem comprobat, & respondet contrariis* Mich. Salon. *d. controuers. 22. maximè num. 1. & 2. vbi latè hanc sententiam confirmat, & remouet contraria,* Ioan. Azor. *Institu. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 4. vers. altera sententia & cap. 17. quæst. 8. per tot. multos refert* Bernar. Greu. *in suis annotat. ad* Andr. Gail *Pract. Obseruat. lib. 2. concl. 8. num. 2.* Quibus addo post hæc scripta visos, Martinum Bonacinam, *de contractibus disput. 3. quæst. 4. puncto vnico, num. 17. &* Ludouic. de Auend. *de censib. Hispa. cap. 20. num. 22. & seqq. qui hoc comprobat, & respondet contrariis* (Ioan. Petr. Fontanella *de pact. nuptial. clausul. 4. gloss. 18. par. 3. num. 98. latè* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 156. per tot.* vbi maximè differit, an liceat mulieribus hunc censum vitalitium emere absque solemnitatibus statutariis, & per multas rationes concludit pro affirmatiua.] Immo ipsemet. Couar. *d. num. 4.* Sot. *q. 5. art. 2. in 2. conclus.* Boninsig. *& alij*, qui ab hoc contractu abstinendum consulunt, illum † de rigore iuris, & Iustitiæ non posse reprobari affirmant.

Iustificatur † autem contractus iste ex eo potissimum quod venditor huiusmodi census non tenetur, nec aliquo tempore cogi potest sortem, & pretium illius restituere, vt fatentur. Couar. *d. num. 4. vers. nam cum venditor*, Boer. *dec. 44. num. 37.* Boninsig. *d. n. 8.* Felician. *sub nu. 8. vers. neque obstant, & infra.* Emanuel Rodriq. *in sua Summa Casuum Conscientiæ, tom. 1. cap. 44. in princ. & 2. conclus.* & propterea † si vendatur ea lege, & pactione, vt lapso termino præfixo restituenda sit sors ipsa principalis, quæ ab initio data fuit, & vlterius pro fructibus dictæ sortis certum quid, illicitum esse contractum, tanquam in fraudem vsurarum factum, deducit Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. q. 4. num. 5.* & est verissimum, quia eo casu non conueniret cum *Constitutione Pij V. super forma creandi census*, ex quo non esset cõstitutus, & collocatus super aliqua re immobili, certa, & fructifera, vt necesse esse ex mente, Laurent. de Rodulph. & Medina, *affirmat.* Sigism. Scacc. *post hæc scripta visus, de commerc. & camb. §. 1. q. 1. nu. 202. vers. Extende hoc requisitis, & n. 243.* ita vt si res illa non sit capax dicti annui redditus, constitutio dicti census non teneat nisi pro ea parte, pro qua res illa supposita esset capax, vt declarat. Scacc. *d. q. 1. n. 300.* sed tantùm super obligatione personali impositoris census, & fideiussorum, quatenus præstarentur, quod non admitti in contractu census infra demonstrabitur, *q. 34. olim par. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 6.*

Ex alio etiam apparet licitus iste contrahendi modus, quoniam census nullo vnquàm tempore redimi potest. Neque hoc repugnat d. Constitutioni Pij V. qua

reprobantur census omnes personales, quia † illa loquitur duntaxat de cēsibus redimibilibus ad libitum venditoris, iste autem census temporalis de quo agimus, est omninò irredimibilis, ita vt nullo vnquam tempore redimi possit, & propterea licet sit personalis, non tamen comprehenditur sub prohibitione d. Bullæ, vt animaduertit Rodriquez, *d.cap.4.in 2.concl.* Federic. *in suo tract. de iure cens. cap. 6. num. 214. post* Ludou. Molin. *de contract. part. 2. disput. 282. num. 4.* [*& latè defunctis* Rota, *in una Bononien. Saluiani coram* R. P. D. Virili *25. Iunij 1629. post tract. decis. 514. num. 4. & 5.*] *quidquid contrarium defendere conetur.* Auend. *d. cap. 20. num. 5. vers. ad quintum argumentum.*

10 Et absque dubio licitus † censendus erit contractus iste, & omnis omnino cessabit iniusta usurarum suspicio, si tempore venditionis census verisimiliter potest apparere, quod emptor illius ex fructibus solutionibus nil vltra pretium datum sit recepturus. Conrad. *d. q. 80. in 4. concl.* Couar. *d. num. 4.*

11 Non erit † tamen reprobandus iste contractus ex eo quod emptor census cursu temporis præfixi sit recepturus aliquid vltra sortem ratione sui interesse, ob lucrum cessans, vel ob damnum emergens, modo arbitrio boni viri intra limites iusti moderaminis contineatur. Couar. *d. num. 4.* Nauar. *d. tract. de usur. num. 71.* Felician. *d. num. 18. ad fin.* Rebell. *d. num. 5. vers. dixi. Si*

12 tamen † hoc interesse in pactum deducatur, & exprimatur quod ob tale interesse ita inter partes fuit conuentum si credimus Ludou. Molin. *d. disput. 386. num. 2. vers. neque tunc, &* Rebell. *d. vers. dixi, ibi, quod tamen semper.*

Circa aliam speciem census temporalis, qui imponitur, & venditur duraturus ad incertum, & indeterminatum tempus, & vt plurimum ad vitam vnius vel

13 plurium personarum, quod † sit contractus licitus non inuiti fateri debemus, ita enim voluerunt magis communiter scribentes. Old. *cons. 207.* Anchar. *d. cons. 30. num. 5. & 9.* Castr. *cons. 290. lib. 1.* Ias. *in l. 1. num. 63. C. de Summa Trinit. & fide Catho.* Socyn. sen. *d. Rubr. ext. de usur. num. 103. in fine qui testatur de communi.* Natta *cons. 498. num. 13. lib. 3.* Boer. *d. decis. 44. num. 35. & seqq.* Capic. *decis. 159. num. 16.* Couar. *d. c. 7. n. 3. vers. Item, & hæc* Conrad. *d. tract. de contract. quæst. 18. vbi latissimè*, Sor. *d. quæst. 5. art. 2. concl. 2. & in fine eiusdem articuli*, Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 14. n. 34. & seq.* Molina, *d. tract. de contract. disputat. 388.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. de pact. inter empt. & vendit. comment. 2. §. 2. num. 61. & commens. 5. §. 4. num. 96.* Felician. de Solis, *in dictis suis Comment. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 10. vbi hanc conclusionem egregiè comprobat, & à contrariis defendit, & tomo 2. lib. 1. cap. 8. num. 5. vers. quocirca, & vers. ex quo infero*, Andr. Gail. *pract. observat. lib. 2. observat. 8. num. 1. & seq.* Gregor. de Valent. *Commentar. Theologicor. tom. 3. disputat. 5. quæst. 22. de censib. puncto 4. in princ. fusissimè.* Surd. *in suo tract. de aliment. tit. 9. quæst. 11. num. 2. & per tot. qui multos referens, de magis communi testatur*, Brunor. à Sole *in suis Quæst. Legal. quæst. 1. num. 4. & seqq.* Ludou. Lopez *in suo tractatu, de contract. lib. 1. cap. 55. vers. tandem, vbi per tres conclusiones hunc articulum explicat, communem dicit* Mich. Salon. *d. tit. de censib. art. 5. num. 3. vers. communis autem, vbi multos allegat, & eam nonnullis rationibus confirmat, & contrariis respondet, eandem opinionem dicit communem* Fernand. Rebell. *d. lib. 10. quæst. 4. num. 1.* Paul. Comitol. è Societate Iesu, *in suis respons. Moral. lib. 3. quæst. 25. vbi multos pro vtraque parte congerit*, Leonard. Less. *in suo tract. de Iust. & iure, lib. 3.*

* *cap. 22. dubit. 8. num. 40. & cum ea transiit etiam* Rota *in una Romana Societatis num. 29. Ianuarij 1601. coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *quæ post tract. est decis. 9.*

num. 12. Quæ conclusio procedit non solum de iure

14 *ciuili*, † sed etiam de iure Canonico. Bal. *in l. si pater puellæ, num. 3. C. de inoffic. testam.* Salyc. *in l. si eo tempore, num. 3. C. de usur. & plerique ex iis, quos supra citauimus.* [*Et plures allegans comprobat* Rota *in dicta Bononiensi Saluiani coram* R. P. D. Virile *num. 2.*]

Et cum iste census constitui, & vendi possit duraturus tam ad vitam emptoris, quàm ad vitam venditoris, vt diximus *d. q. 2. art. 2. num. 13.* quod constituitur ad vitam venditoris sic licitus, nulla est apud Scribentes controuersia, vt dicit *Comitol. d. quæst. 25. num. 4.* sed de constituto ad vitam emptoris dat dubitandi occasionem, *l. fin. C. de pact.* Quia scilicet ex eo oriri potest desiderium mortis ipsius emptoris quod iura † abhor- 15
rent, *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. obligat. x. dispendia, & cap. ne captanda ext. de conces. prabend.* Immò non improbabilis oriri posse suscipiendi ansa, ne venditor census impatiens longioris vitæ emptoris, mortis ejus naturalis, diem expectare nequiens, violenta morte illius necem procuret, vt contigisse Pico † Mirandulano, refert Surd. *d. quæst. 11. num. 30.* 16
in fine.

Cæterùm † quod etiam constitutus ad vitam em- 17
ptoris sit licitus, expresè defendit *Comitol. d. quæst. 25. num. 3.* Ioan. Azor. *lib. 10. cap. 17. quæst. 7.* & tacitè sentiunt omnes illi, qui censum vitalitium licitum esse concedunt, & defendunt. Iustitia autem huius contractus inde maximè pendet, † quia dubius, & incertus est 18
euentus, & finis durationis eiusmodi census, Couar. *d. vers. Item & hæc*, Ludouic. Molina, *d. disputatione 388. num. 1. & 4.* Ioan. Bapt. Lup. *d. comment. 3. §. 4. num. 96.* Andr. Gail. *d. observat. 8. num. 3.* Surd. *d. q. 11. num. 2.* Ludouic. Lopez *d. vers. tandem de vltimo concl. 2. vers. sed nihilominus & concluf. 3.* Capic. *d. decis. 195. num. 16. qui refert* Bald. *ita tenentem cons. 334. lib. 6.* Fernand. Rebell. *d. q. 4. num. 1. vers. fundamentum*, Ioan. Azor. *d. cap. 17. q. 7. vers. sed communis*, Gasp. Roderic. *in suo tract. de annu. redditib. lib. 1. quæst. 5. num. 5.* Castracan. *in suo tractatu de societ. offic. cap. 4. num. 28. 51. & 52. & in terminis dicit* Auend. *d. cap. 20. num. 2. vers. 2.* Ioan. Petr. Fontanell. *d. par. 3. num. 103. vbi alios allegat, & infra latè demonstrat plures contractus aliàs parum licitos ratione incertitudinis fulciri, & licitos fieri.*

Nec ex eo quod insurgere possit votum captandæ alienæ mortis, contractus iste est reputandus illicitus, quoniam neque etiam ex eo quod filij possint parentibus mortem desiderare, dum illis succedere debeant, huiusmodi † successio à legibus improbatur, immo 19
descendentibus † primum locum in huiusmodi suc- 20
cessionibus iura concedunt. §. 1. *Instit. de hæredit. quæ ab intest. defer.* §. 1. Auth. *de hæred. ab intest. veniens.* Neque ex eo quod proprietarius possit desiderare mortem vsufructuarij, vel fideicommissarius mortem hæredis grauati iura improbant vsusfructus constitutionem, & fideicommissa, vt considerat. Paris. *cons. 1. num. 12. lib. 1.* quem refert. Castracan. *d. cap. 4. num. 47.* vbi hoc obiectum bene tollit, & dictis per eum addi potest quod cum in isto contractu votum † hoc, & desi- 21
derium alienæ mortis non proueniat ex actu ipso, & ex natura contractus, sed contingat potius ex accidenti extrinseco, videlicet ex depraua hominis voluntate non potest, nec debet influere in ipsum contractum, ita vt illum reddat improbum, & illicitum, vt in puncto respondent Marian. Socin. *in d. Rubr. ext. de usur. num. 103. vers. nec depraua intentio*, Surd. *d. quæst. 11. num. 3. vers. nec obstat, & num. 4. in fine, & num. 5.* Felician. de Solis, *dd. Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 19. vers. ad quartum*; cum tale vitium non sit contractus, sed contrahentium. Ludou. Molin. *disput. 388. in fin.* Felicia. *d. cap. 7. in fine.*

Secundò respondetur, quod † in hoc vitalitio cen- 21
su non agitur de dispositione vniuersali omnium bonorum, nec de hæreditate, sed de dispositione particulari certorum bonorū, & non per viam vltimæ voluntatis,

tatis, vnde non potest damnari ex eo quod videatur præbere occasionem alienam mortem appetendi, & desiderandi: eo enim casu occasio desiderij alienæ mortis non habetur in consideratione, Alex. *in d. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 4. & 14. ff. de verb. oblig.* Parisi. *cons. 26. num. 84. lib. 2.* Dec. *cons. 225. col. penult. sub num. 4. vers. concludenda, & cons. 655. num. 10. vers. secundo verò,* Ias. *cons. 173. vers. sed præmissis, & vers. 3. in termin. lib. 4. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta, num. 17.* Aymo. Crauet. *cons. 19. num. 7. lib. 1.* Natt. *cons. 474. num. 3. in fine, & num. seq. lib. 2.* Gozadin. *cons. 87. num. 17.* Rimin. iun. *cons. 580. num. 16. & seqq. lib. 5.* Tob. Noni. *cons. 43. n. 2.* Andr. Gail. *Pract. Obser. l. 2. obser. 126. n. 8 qui testatur de communi,* Ruin. *cons. 7. num. 5. & 18. lib. 3. & cons. 112. num. 8. lib. 4* Rub. Alexan. *cons. 95. sub num. 3.* Abb. *cons. 18. sub num. 3. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 51. num. 19. & 32.* Menoch. *qui multos congerit, cons. 92. num. 44 lib. 1.* Surd. *d. quæst. 11. num. 4.* Marca brun. ab Anguill. *cons. 6. per tot, & ita in propriis terminis respondet* Gasp. Roderic. *d. quæst. 5. num. 5.*

Tertiò etiam possumus respondere ex mente Auendan. *d. cap. 10. num. 5. vers. Ego tamen considero*: quod cum in † venditione dicti census accedat consensus eius, de cuius mortis voto captando agitur non possit impugnari ea ratione, quòd præbeat occasionem captandæ alienæ mortis. *arg. l. fin. C. de pactis.*

Non inficior † tamen quin iste contrahendi modus sit valdè periculosus, & ab eo magis quam fieri possit sit abstinendum, tum ad tollendum omnem peccandi occasionem, vt dicebat Surd. *d. quæst. 11. num. 30. in fine*, tum propter difficultatem contrahendi cum debitis circunstantiis. † Quæ si in illius celebratione omittantur, contractus redditur nullus, & inualidus. Tiraq. *de retractu consanguin. §. 1. gloss. 6. num. 16.* Conrad. *de contract. quæst. 81. conclu. 2. vers. & si quæras.*

Requiritur † enim primo pro validitate dicti contractus, quòd pecunia quæ in emptionem huius census erogatur, perpetuò vendenti acquiratur, ita vt nunquam danti veniat restituenda. Couar. *d. lib. 3. var. resolut. cap. 7. num. 3. vers. item, & hæc, & dixit.* Rota *in Ulla Romana Societatum 29. Ianuarij 1601.* quæ est post. *Tract. dec. 9. num. 12. & sub num. 15. quam resolutionem sequuta est eadem* Rota *coram* R.P.D. Panphilio *in vna Romana societatis officij 14. Ianuarij 1613 quæ est post* Zacch. *de societ. officij decis. 61. num. 12. vers. præsertim, quia ibi de hac decisione coram* Illustriss. Card. Mellino *fit mentio, & eandem conclusionem firmauit ead.* Rota *in vna Foroliuiensi societatis 13. Ianuarij 1614. coram* R.P.D. Damasceno, *quæ est apud Zacch. eod. tract. dec. 48. num. 15.* Quia si ex pacto esset aliquando restituenda emptori, contractus esset omnino illicitus. Dec. *cons. 123. col. 2. vers. tertio in prædicto casu,* Ludouic. Molina *d. disputat. 388. num. 6. vers. illud admonuerim,* Ioan. Bapt. Lup. *d. Comm. 2. §. 2. num. 65.* Brunor. à Sole, *in suis Quæst. Legal. quæst. 1. num. 5. qui testatur de communi, optimè comprobat.* Surd. *d. quæst. 11. num. 19.* Gasp. Roderic. *d. quæst. 5. sub num. 5. vers. nec posset hic cadere. vsura, & diximus supra hac ead. quæst. num. 7.* respectu census, qui venditur ad certum, & determinatum tempus.

Secundò requiritur † vt census iste alienetur recepta congrua pecuniarum quantitate, iuxtà ea, quæ post alios animaduertunt. Gregor. de Valent. *in suis commentar. Theologic. tom. 3. disput. 5. quæst. 22. de censib. puncto 5. in 1. conclus.* Federic. Martin. *in suo tract. de Iure censu. cap. 5. num. 159. & seqq. &* Roderic. *d. quæst. 5. n. 9.* quale autem sit iustum, & æquabile pretium huius census vitalitij nulla certa regula tradi, & constitui potest, sed solet communiter pendere à communi hominum, & loci consuetudine & obseruatione *vt post* Couar. *var. resol. l. 3. cap. 9. num. 7.* Andr. Gaill. *pract. obser. lib. 2. obser. 8. num. 5.* Felician. *de solis in suis comment. de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 1. num. 30. & 21. dicit* Ioan. Petr. Fontanell. *d. pær. 3. num. 101.* Medin. *in sua summ. tom. 2. C. de reb. per vsur. acquis. quæst. 14. vers. itaque, & infra* Iacob. Graff. *dec. 117. num. 26. lib. 2.* Illud autem in primis obseruandum est vt ætas ementis præcipuè spectetur.

Nam habenda ratio est, vt attenta ætate, & complexione eius ad cuius vitam census emitur, & quantitatem pecuniarum, quæ pro dicto censu exponitur, insurgat verosimilis coniectura super Iustitia contractus, nam minoris valet census si ematur ad vitam senis, vel valetudinarij, quàm si ematur ad vitam iuuenis, robusti, & sani, quoniam eo minus valet, quo mors eius, ad cuius vitam emitur, citius timeri probabiliter potest, vt animaduertit Ludouic. Molina, *dicto n. 6. vers. illud vero* Mich. Salon *de iust. de censibus art. 5. controuers. vnica, num. 2. vers. sed quamuis, ad fin.* Bernard. Greu. *ad* Andr. Gail. *Pract Obser. lib. 2. concl. 8. n. 8.* qui alios allegat. Vnde si is ad cuius vitam census emitur, sit adeo iuuenis, vt verisimiliter possit tanto tempore viuere, quod ex responsionibus annuis eiusdem census percipiat tot fructus, & pecunias, quæ non solùm ascendant ad capitale, quod fuit in emptionem dicti census erogatum, sed multo plures, vtique contractus esset valdè suspectus non ex parte sui, sed ex intentione expendentis pecunias quoniam appareret, quod voluit cum suis pecuniis vltra modum lucrari. Vnde † secundum bonam conscientiam non posset illas retinere, licet in foro exteriori & iudiciali non posset compelli ad earum restitutionem, quia non est vsura realis, sed mentalis. Bald. *in l. si ea pactione, num. 1, & ibi* Cin. *num. 2.* Paul de Castr. *num. 2 C. de vsur. idem* Bald. *in l. si pater puellæ, num. 3. & ibi.* Cin. *num. 1.* Paul de Castro, *num. 2.* Ias. *num. 1. C. de inoff. testam. Idem* Castr. *cons. 290. sub n. 4. lib. 1.* Dec *d. cons. 123. col 2. vers. Secundo ad illud,* Brunor. à Sole, *in dd. suis Quæst. Legal. q. 1. n. 10. vers. contrarium, & num. seq.* Quod si † tempore impositionis, & venditionis d. census habito respectu ad ætatem eius, ad cuius vitam emitur, & ad quantitatem pecuniarum, quæ in illius emptione erogatur, possit insurgere dubium, & suspicio læsionis vltra dimidiam iusti pretij, vtique contractus rescindi posset ex remedio *l. 2. C. de rescind. vendit.* secùs verò si læsio esset citra dimidiam iusti pretij, Fulgos. *in d. l. si pater puellæ*, sequitur. Conrad. *d. quæst. 81. ad fin. 2. conclus. circa circunstantiam Quomodo* Couar. *d. cap. 7. numer. 3. vers. Item & hac,* Surd. *d. quæst. 11. num. 29.*

Cæterùm † si is, ad cuius vitam census comparatus fuit tantum vixit, quòd vtilitas quam ex dict. censu percepit, excesserit quantitatem pecuniarum quam in illius emptionem eroganerat, & sic ab euentu incidat enormissima læsio, vtique non potest euentus iste alterare naturam contractus, nec potest esse locus repetitioni solutorum, Oldrad. *d. cons. 207.* Bald. *cons. 154. lib. 2. & cons. 210. num. 1. lib. 3.* Paul. de Castro *in l. de fideicommisso, n. 3. & ibi* Ias. *sub num. 2. C. de transact.* Marian. Soc. *in d. Rub. ext. de vsur, n. 103. in fine.* Natt. *cons. 498. num. 13. lib. 3. cum aliis cumulatis à* Surdo *d. 11. num. 8* Bernard. Greu *ad* Gail. *d. conclus. 8. n. 7.* Roderic. *d. quæst. 5. num. 5. in fin.* Nam † contractus non sunt æstimandi ab euentu, vt subiungit. Surd. *d. quæst. 11. num. 9. Idem* Surdus *cons. 202. sub num. 13. vers. Ratio autem. lib. 2.* & in foro Iudiciali hanc sententiam veriorem esse confirmat. Brunor. à Sole, *dict. quæst. 1. num. 7. & seq.*

Et bene facit quod † hoc etiam contingere potest in emptionibus prædiorum fructiferorum, ex quorum fructibus multorum annorum, capitur maior quantitas pecuniarum, quam in eorum emptionem fuerit expensa, vt in puncto animaduertit Inn. *in cap. in Ciuitate num. 2. vers. solue licet ext. de vsur.* Marian. Soc.

d. num. 103. in fin. Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 14. num. 34. Sequitur, & alios allegat.* Martin. Bonacin. *d. q. 4. puncto vnico. num. 6. vers. hanc colligunt.* Admittunt enim communiter Scribentes quod iustum pretium prædij fructiferi colligatur ex fructibus quod ex eo in viginti annos percipitur, quando enim in viginti annis fructus prædij æquant sortem illum esse iustum dicti prædij pretium concedunt, vt videbimus infra *par. 2. cap. 1. q. 1. art. 3. nunc q. 46.*

Quando † autem census concedituꝛ ad aliquod in-
33 certum, & indeterminatum tempus ex aliquo futuro euentu, non tamen per alicuius mortem certificandum ego aliud desiderarem pro validitate contractus: videlicet quod casus ille, & futurus euentus non penderet à voluntate debitoris-census, puta donec ipse duxerit vxorem, vel sub alia conditione, cuius purificatio, & euentus in propria ipsiusmet voluntate consisteret, quoniam tunc facili negotio posset fieri fraus, ex qua resultaret iniustitia contractus quæ, vt supra dictum fuit, consistit in incertitudine futuri euentus [vt benè considerat Marcus Anton. Berarduc. *in sua summa corona par. 2. cap. 8. de vsur. in titul. de vsur. circa contract. Censual. n. 7. vers. verum determinatio.*] *not. per* Ioan Bapt. Lup. *dict. § 2. n. 64. vers. sed aduertendum*, sed
34 penderet à natura vel à fortuna, puta si census † constituatur, & assignatur pro tuitione & munitione alicuius Castri, vel fortalitij, eo enim casu videtur impositus duraturus donec Castrum, vel fortalitium in rerum natura perdurauerit, & sic finis ipsius census, & illius extinctio pendet à casu, & à fortuna. Ruina enim, & destructio Castri, seu fortalitij non est certa, sed incerta & indeterminata, pendens à fortuna, vel à natura. Et ideo talem impositionem census esse validam, & illum fore soluendum, donec Castrum seu fortalitium reperietur in rerum natura, & non vltra, colligitur ex *Romano consil. 417. num. 4.* Crauett. *cons. 318. num. 18. & cons. 499. num. 21. lib. 3.* Tiraq. *in tract. de cauſ. ceſſant. par. 1. num. 217.* dum affirmant cessare obligationem soluendi censum destructo, & penitus eradicato Castro, seu fortalitio, quod & nos dicemus infra *quæst. 113. seu par. 3. cap. 1. quæst. 4.*

Et hæc pauca de censu temporali in hoc articulo quasi digito indicasse sufficiat, cætera namque quæ ad illius iustitiam, & substantiam pertinere, ex Doctoribus supra allegatis petenda sunt, qui cumulatissimè hanc materiam pertractant.

SVMMARIA.

1 *Census consignatiuus perpetuus est licitus*, & num. 15.
2 *Etiam in foro Ecclesiastico, & de iure Canonico. Ampliatur, vt habeat locum etiam in censu fructuario*, & num. 16.
3 *Constitutiones Pontificiæ sunt seruandæ, etiam quod non sint clausæ in corpore iuris.*
4 *Censualis contractus est vbique gentium receptus, & vsitatus.*
5 *Obseruantia generalis iustificat contractum.*
6 *Etiam quod aliàs de iure non subsisteret.*
7 *Societates officij sunt licitæ, propter generalem obseruantiam.*
8 *Obseruantia longæua facit licitum id, quod de se esset illicitum.*
9 *Contractus recepti à viris grauibus, & timoratæ conscientiæ, reputantur liciti.*
10 *Cessat enim in eis omnis prauæ suspicio vsuræ.*
11 *Consuetudo contra ius naturale, & Diuinum, non excusat.*
12 *Censualis contractus est ex se licitus, & approbatus.*
13 *Consuetudo longæua habet vim legis.*
14 *Consuetudo præsumitur introducta sciente, & patiente Principe.*
17 *Contractus quem faciunt illicita pacta in eo appesita, non est censendus illicitus ex se.*
18 *Illatio non fit ex diuersis.*

Census perpetuus an sit licitus.

QVÆSTIO XI.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 4. ar. 4.

POstquam in superiori articulo vidimus in quibus casibus sit licitus census consignatiuus ad tempus certum, vel incertum concessus: sequitur vt videamus an sit licitus census perpetuus. In quo iuris articulo licet non defuerint, qui nonnullis apparentibus rationibus (quas referre, & refellere, non minus inutile, quam laboriosum esset) census huiusmodi impositionem illicitam esse, & reprobatam existimauerint, & ab hoc contractu abstinendum consulant, & signanter Gaspar. Caballin. *ad Constit.* March. *lib. 1. cap. 17. num. 2. versicul. ille autem.* Magis † tamen communiter impositionem præfati cen- 1
sus licitè fieri posse censuerunt Oldrad. *cons. 207. num. 1.* Anchar. *cons. 30. num. 5. & seqq.* Conrad. *in suo tract. de contract. quæst. 72. & quæst. 75.* Paris. *cons. 60. num. 13. lib. 1.* Tiraq. *de retractu. Lignag. § 1. glos. 6. num. 15.* Bursat. *cons. 214. num. 3. lib. 2. qui de magis communi testatur, prout facit etiam* Ripa. *lib. 1. respons. in tit. de constit. respons. 4. num. 6.* Decian. *cons. 2. num. 67. vers. 2. & infrà lib. 1.* Soto, *de Iust. & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 1. in 1. & 2. conclus.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 1. in 1. & 2. conclus.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 5. num. 17. in fine,* Franc. Viu. *in sua Silua com. opin. par. 3. opin. 1042. vbi multos allegat.* Thesaur. *decis. 154. num. 1. & 2.* Virgin. Boccac. *in suo tract. de censib. part. 3. n. 5.* Ludouic. Molina *in suo tract. de contract. disput. 382. n. 6. latissimè* Felician. de Solis *in suis comment. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 2. & seqq. qui septem rationibus hoc confirmat,* Ludouic. Lopez *in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 56. qui satis luculenter eandem sententiam comprobat,* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. q. 2. n. 2.* Leonard. Less. *de Iust. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 4. num. 15.* Mich. Salon. *de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3. controuers. 2. sub num. 2. vers. oppositum*, vbi multos allegat., non solùm ex numero Doctorum iuris Cæsarei, & Pontificij, sed etiam ex Theologis, & profitetur eam vti veram, & certissimam tenendam esse, *& num. 6. vers. Secunda conclusio*, eandem sententiam pluribus confirmat. Gregor. de Valent. *Commentar. Theologicor. tom. 3. disput. 5. q. 22. de censib. puncto 1. vers. hoc posito,* Bernar. Greu. *ad* Andr. Gail. *Practic. Obseruat. lib. 2. conclus. 7. num. 3. & seq.* vbi plures allegat. Ioan. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 4. vers. altera sententia,* vbi multos hanc opinionem tenentes citat, & affirmat, de ea amplius absque temeritate, & errore non posse, dubitari eandem amplectitur, & comprobat. Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 1. c. 4. num. 16. & seqq.* Confirmat hoc multis rationibus Nicolaus Intrigliol. *super Bulla de censib. q. 3. per tot. &* Martin. Bon. *in suo tract. de contract. disp. 3. q. 4. puncto vnico, n. 13.*

Quam † opinionem veram esse etiam secundum 2
Ius Canonicum sensit Conrad. *d. q. 72.* in prima conclusione. Quæ placuit etiam Nicol. Intrigliol. *d. q. 3. &* Auend. *in tract. de censib. Hispan. c. 16. num. 12.* vbi illam pluribus comprobat, & respondet contrariis *& cap. 19. n. 2. & seqq.* [Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul. 4. glos. 18. par. 2. n. 3.*] Et ex eo maxime conuincitur vera, quòd iste censualis contractus fuit pro licito

approbatus

approbatus à Martino V. Calixto III. Nicolao V. Paulo III. Pio V. Gregorio XIII. & forte aliis Pontificibus, [per quam rationem Censum impositum
* ante promulgationem Bullæ Pij V. defendit Rota *coram* bon.mem.Penia,*in una Vrbeuetana census*,31.*Maij*, 1591.quæ est post *Tract.decis.*10.*num.*1.Et licet horum Pontificum Constitutiones non videantur habere rationem generalem, sed fundatæ potius videantur super particulari ratione; videlicet super consuetudine locali, præscripta etiam per Prælatos, & timoratæ conscientiæ homines obseruata,& ideo non videantur habere vim legis,vt dicebat Alciat. *cons.*3. *num.*20.
3 *lib.*1. nihilominus † illas esse omnino seruandas tanquam ius commune, & ligare omnes tenendum est, cum sint promulgatæ ab iis,qui legis vniuersalis condendæ facultatem habebant, & illarum ratio verè sit generalis,vt animaduertit.[Conrad.*de contract.tract.*4. *quæst.*3.*in* 3.*concluſ.*] & Anchar.*d. cons.*30.*n.*1. & *seq.* Natta *cons.*498.*n.*17.*in fine,& numer.*18. & *seq.*& *n.*23. *lib.*3.Rip.*d.respons.*4. *num.*5. Couar. *Var. resolut.lib.*3. *c.*7.*n.*2.*verſ.*6.Pariſ.*conſil.*75.*n.*26. & 30.*lib.*4. Nauarr. *in ſuo Commentar. de vſur.ſub num.* 106. Theſſaur. *d.deciſ.*154.*n.*2.& *ſub num.*4.Surd.*conſil.*162.*n.*24.*lib.*2. *cum aliis multis relatis à Feliciano de Solis, in dd. ſuis Commentar.de cenſib.tomo* 1.*lib.*1.*c.*1.*n.*19.& *c.*7.*n.*2.*verſ.Poſtremo*,& multò magis,quia fuerunt gloſſatæ,& commentatæ à doctiſſimis viris, & de *Extranag. Martini V. & Calixti III. dicit Teſſaur.d.deciſ.*154.*num.*2. & de quarum auctoritate multa cumulat.Mich.Salon. *d.tit. de cenſib. art.*3.*controuerſ.*1. *n.*1. *verſ. denique circa*, vbi pluribus conuincit has Constitutiones vim vniuersalis legis habere.
4 Et eo † magis reputari debet licitus contractus iſte censualis, quo fuit receptus,& frequentatus non solùm per totum ſtatum Eccleſiaſticum, ſed per totum
5 fere orbem,propter quam generalem † obseruantiam illum esse licitum iure merito debemus affirmare,arg. *l.ſi quis fugitiuus. §.apud Labeonem.ff. de edilit. edict.* & per hanc rationem ita concludit Oldrad. *d.conſ.*207. *num.*7.Grat.*conſ.*39.*num.*4.*lib.*2.& *cenſuit* Rota *in dict.*
* *Vrbeuetana cenſus coram bon. mem. Penia*, que est post
6 *Tract.deciſ.*10.*n.*2. Nam † ob consuetudinem contractus,qui ex se esset illicitus, reputatur licitus, & validus,vt deducit Io.de Amicis,*conſ.*154.*n.*18.& *in puncto* Tiraquel.*de Retractu conuention.in fi.tit. num.*131.Decian.*d.conſ.*2.*num.*80.& *ſeqq.lib.*1.vbi bonis rationibus deducit, propter hanc generalem obseruantiam non solùm saluari contrahentes à penis impositis contra
7 vsurarios, sed etiam validari † ipsum contractum; Prout per eandem rationem.Castracan.*in ſuo tract.de ſocier.offic.c.*4.*n.*19. & *ſeqq.* dicebat esse licitum contra-
8 ctum societatis officij.Nam obseruantia † per tot annos continuata, operatur, vt etiam id quod de Iure non subsistit debeat haberi pro licito,& de facto obseruari, *l.qui habebat*, §.1. *ff. de manumiſſ. teſtat.* & *ibi*
9 Glos.Alex. *conſ.*8. *num.*2. *lib.*6. Maximè † quia huiusmodi contrahendi modus fuit receptus, & vsitatus, non solum ab hominibus vulgaribus, & plebeis, verùm etiam à viris grauibus, & timoratæ conscientiæ, etiam à Prælatis S. R.E. *arg. l.*3. §.*fin. cum ſua Gloſ.ff. de eo quod certo loco*, & *facit* optimè Tiraq. *vbi ſupra*, *n.*132.Ias.*in l.*1.*in* 2.*lectura*,*n.*41.*in fin.C. de Sacroſ. Ec-*
10 *cleſ.*Ex hoc enim videtur † cessare omnis siniſtra suspicio fœnoris,& vsurarum,vt dicunt Ias. *& alij allegati*,& sequitur Alciat.*d. conſ.*3. *numer.*29. *arg.c.illo vos, in fine*, *tex.de pignor. & c.niſi eſſent, ext. de prabend.* &
* *hanc rationem amplectitur etiam* Decian. *d.conſ.*2. *n.*83. & *ſequitur* Rota *in d.Vrbeuetana cenſus,n.*3.
11 Nec obstat quod † huiusmodi consuetudo versetur circa materiam vsurariam, & sic contra Ius natu-
* rale,& diuinum,& propterea non excuset. Bero *conſil.*167.*numer.*10. *lib.*1. & *in puncto voluit* Rota *in una Vrbeuetana cenſus, coram* bon. mem. Gypsio, 6. *Iunij*, 1594. quæ est post *Tract.deciſ.*11. *num.*2. & *ſeqq.*& *in eadem cauſa coram eodem*,13.*Februarij*,1595. *quæ eſt ibi-* *
*dem deciſ.*12.*num.*3.& *in d.Romana Societatum*,29 *Ia-* *
nuarij, 1601. *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *quæ eſt ibidem deciſ.*9.*num.*24. Quoniam respondetur, negando quod nos simus in materia vsuraria, cum contractus censualis de quo agimus, sit ex se licitus, & per Summos Pontifices approbatus, vt in *c.*1.& 2. *de empt.& vendit.inter Extranag. commun. per Martinum V.& Calixtum III.*& per alios,vt dictum fuit.Et licet † ex pactis illicitis possit aliquando reddi nullus, 12
& fœneratitius hoc tamen non est habendũ in consideratione, ad effectum, de quo agimus, vt dicemus paulo inferius in responsionibus ad contraria. Vltra quam quod sola longissima consuetudo circa huiusmodi censuales contractus recepta vniuersaliter ab omnibus credentibus se non facere contractum vsurarium, posset contractum sustinere,& illum licitum efficere, ad doctri. Bart. *in l.ſi quis ſit fugitiuus*, §.*apud Labeonem*,*n.*1.*ff.de edilit.edict.*Grat.*conſ.*39.*num.*4.*lib.*2. Couarr.*ad tit.de ſponſ.part.*2.*c.*7.§.1.*ſub n.*5.& *diximus ſupra num.*5.

Cum itaque à longissimo,immo ab immemorabili tempore contractus iste fuerit ab omnibus frequentatus, consuetudo † ista tam longo temporis cursu 13
munita,vim legis habere debet, *l.de quibus*, *vbi* Bart. & *communiter alij*, *ff. de legib.* & multò magis † quia 14
præsumitur ita obseruatam fuisse sciente,& patitente Summo Pontifice, Alex. *conſ.*24.*n.*17. *lib.*5. Quamobrem † ab hac opinione nefas est recedere,cum iam 15
diu in rem trànsierit iudicatam vt dicit Tiraq. *d. Gloſ.*6.*num.*15.Couar.*d.c.*7.*num.*3.Io.Bapt.Lup.*ad l.*2. *C.de pact.inter emptor.& vendit.comment.*2.§.2.*n.*60.*in fine*, Io.Azor. *in d.cap.*4. *verſ. altera ſententia.* Quæ †, 16
amplianda est, vt procedat non solùm in censu pecuniario,sed etiam in fructuario,vt firmant Mich.Salon. *dict.controuerſ.*2.*n.*6.*in princ.concluſ.* Leonard. Leſſ. *in ſuo tract.de Iuſtit. & iure,lib.*2.*c.*22. *de cenſib. diſput.*5. *n.*36.& *comprobat* Stephan.Bertrand. *conſil.*62.*per tot.* & *ſignanter n.*3.*lib.*2.

Fundamenta autem eorum qui contrariam opinionem sustinere conati sunt, possunt iudicio meo facili negotio fere omnia vnica responsione submoueri, quod scilicet † maior pars eorum, qui contra- 17
riam partem tuentur, habuit contractum istum pro illicito, ob iniustitiam pactorum, vel pretij interuenientem tempore quo census alienatur; nos autem quærimus an sit licitus contractus iste respectu suimet, ideſt an possit licitè constitui, & creari, dummodo seruata forma per Summos Pontifices tradita constituatur, & sic an contractus iste sit licitus ex sui propria, & primordiali natura, non autem an reddatur illicitus,& fœneratitius ex accidenti, & ob deprehensum factum contrahentium, quæ cum sint diuersa, non potest † de vno ad alterum recte infe- 18
ri, *l.* Papinianus *exuli*, *ff. de minor. l. naturaliter*, §. *nihil commune*, *ff.de acquir.poſſeſſ.* Iniustitia enim pactorum, & pretij interueniens tempore alienationis census non potest reddere illicitum contractum in genere, sed dumtaxat illam particularem census impositionem, & venditionem, in qua d. iniustitia interuenit.

Aliis autem quibusdam rationibus, quæ pro contraria negatiua opinione solent considerari sigillatim respondent, Felician.*in dd.ſuis Commentar. de Cenſib. tomo* 1.*lib.*1. & *cap.*7.*numer.*3.& Mich.Salon. *d.controuerſ.*2.*ſub num.*6.*verſ. nunc,ad argumenta*, ad quos ne pigeat recurre.

SVMMARIA.

1 *Contractum censualem permittere, quod Reip. non expediat volunt aliqui.*
2 *Contrariam sententiam probat Auctor.*
3 *Contractus censuales confert ad sublevanda pauperum, & maximè negociantium necessitates.*
4 *Contractus census fuit adinuentus pro communi hominum vtilitate.*
5 *Contractus censualis est approbatus à Principibus Ecclesiasticis, & secularibus.*
6 *Contractus non sunt metiendi ab euentu.*
Iniquitas contrahentium non facit vt contractus debeat censeri iniquus ex se, & ex sui natura.
[*Causa remota non attenditur sed id quod principaliter agitur.*

An Reip. expediat contractum censualem admittere.

QVÆSTIO XII.

aliàs par. 1. cap. 1. qu. 4. ar. 5.

QVONIAM dici consueuit, quod non omne quod est licitum expedit, fuit propterea dubi-
1 tatum, an eo ipso quod contractus † censualis tam ad tempus, vel terminatum, vel indeterminatum, quàm vt debitor perpetuò teneatur, est licitus, & de iure approbatus, sequatur quod Reip. expediat illum admittere. In quo articulo licet non desint, qui hunc contrahendi modum esse detestabilem, & à Rep. eliminandum dicant, affirmantes quod omnia ferè damna, quæ ex vitio vsuræ pullulant, ex hoc censuali contractu proficisci; & inde exhauriri amplissima patrimonia, homines in dies ex alieno grauari, & onerari, multásque lites quotidie exoriri asserant, indéque fieri vt multi homines, qui pecuniis affluunt, cessent ab honestis negotiis, & laboribus, multóque otio torpeant.

2 Ego tamen crediderim Reipu. † valde expedire hunc contrahendi modum non solum tolerare, & conniuentibus oculis permittere, sed etiam expressè approbare ad communem hominum vtilitatem, vt aliàs per suas *Constitutiones regiſtratas in cap. 1. & 2. de emptione, & vendit. inter Extrauag. communic. fecerunt*, Martinus V. & Calixtus III. *scilicet* ad † sub-
3 levandas quotidianas pauperum, & maximè negociantium necessitates, & vt possit quilibet sibi prouidere de pecuniis, quibus propriis indigentiis subuenire valeat, cùm enim in dies refrigescat hominum charitas, & vix vnus inter centum reperiatur, qui sine vsuris pecunias indigenti amico mutuari velit, & licet salubrius sit indigenti pecuniis bona vendere, quam illas sub vsuris recipere, vt dicit Salic. *in l. fi. §. ipsum autem, C. de bonis, quæ liber.* vbi affirmat quod plures vidit consumptos, qui contrarium fecerunt; cum tamen aliquando non expediat pro paranda pecunia res stabiles vendere, aliquando etiam non sit admodum facile emptorem reperire, nisi forte cum maximo detrimento, & iactura rei familiaris, vt animaduertit etiam Ludouicus de Auend. *post hæc scripta visus, in suo tract. de censib. Hispan. cap. 38. n. 13.* & vsuræ sint omni iure prohibitæ. Quis neget valdè expedire Reip. hanc contrahendi speciem admittere? Et hac ratione affir-
4 mandum est hoc † negociationis genus pro communi hominum vtilitate fuisse adinuentum, & introductum, longa præscriptáque consuetudine receptum, per diuersos Principes † temporales tanquam licitum, & communi vtilitati deseruiens fuisse, sæpe in suis ditionibus, & Prouinciis confirmatum pariter & approbatum, per Summos Pontifices *in d. extrauag. 1. & 2. de emp. & vendit.* & aliis eorum Constitutionibus, licitum, & iuri conforme declaratum, vt scilicet subsidio præsentis pecuniæ occurreretur præsentibus Ciuium necessitatibus vt considerabat Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. iustit. lib. 10. q. 1. n. 22.* & propter eandem rationem Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 1. q. 6. n. 34.* sentire visus est, quod contractus iste non solum sit probandus ob publicam vtilitatem, sed etiam ob hominum necessitatem, [& hoc genus * contrahendi esse valdè vtile venditoribus censuum deducit. Io. Bapt. Madi. *suo tract. quem inscripsit Censuum requisita & instrum. form. circa vigesimum primum quæsitum n. 1. & seqq.*]

Neque debet ab hac opinione nos retrahere, quod ex hoc contractu exoriantur occasiones de pauperationis familiarum, quia licet † iste idem effectus etiam 6 cum maiore ciuium iactura, & detrimento sequatur ex venditione bonorum immobilium, nemo tamen sani capitis dixerit contractum emptionis, & venditionis esse Reip. pernicioſum, & ab ea eliminandum, licet circa illum mille fallaciæ, & dolus multiplex quotidie committatur, vt respondet Io. à Medina, *in Codic. de restitut. in cap. de censib. quo ad eorum emption. ad quintum sequitur* Felician. *in suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 3. vers. postremo denique*, addentes dictam rationem debere potiùs suadere, & mouere Principes, vt in dicto contractu aliquem ponant modum quam contractum ipsum conuincere vsurarium, & pernicioſum, cùm vt supra dictum fuit hac eadem *q. 4. art. 3. num. 31.* contractus non sint ab euentu accidentali æstimandi. Alia verò incommoda quæ dicuntur insurgere ex hoc contractu hominum vitio potius, quam iniquitati contractus tribuenda & accepto ferenda sunt. Quis enim ne in honestis negotiis prohibet hominibus diuitiis, & pecuniis affluentibus † se ipsos exerceant & si omnia, quæ hominum cul- 7
pâ vitio veruntur essent damnanda, vtique multa deberent damnari, quæ licet honestissima, & sancta sint, eorum tamen occasione non tamen ab illis oblata, sed hominum iniquitate accepta vitia committuntur, vt respondet Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. imit. de censib. art. 3. controuers. 2. num. 6. versic. in confirmatione. Et hanc eandem sententiam respondendo contrariis tuetur* Couar. *var. resolut. lib. 1. capite 7. numero 3. vers. secunda ratio.* [Nec ex eo quod * ex contractu præsertur occasio depauperandi familias, contractus ipse reputari debet illicitus, & reprobandus. Hoc enim cum occasionaliter, non principaliter contingat, non debet haberi in consideratione, *si quis causam ff. si cert. pet. gloss. fin. in cap. quamuis de pact. in 6. & in cap. de cætero, de homicid.* istæ enim causæ remotæ, & occasiones cum habeant se ad esse, & non esse, non sunt attendendæ *gloss. fin. in lib. 3. §. ex pluribus ff. de acquir. possess. can. de occidendis 27. quæst. 5.*]

Cùm autem habeamus Summorum Pontificum, & in primis Pij V. Constitutiones, & Principum secularium maximè in Hispania, & Gallia sanctiones, quibus datur forma seruanda in celebratione huius contractus, tam respectu conditionum, & pactorum, quam respectu certi, & determinati pretij, quibus constitui, & vendi debeat huiusmodi annua responsio, non est quod Medina, & Felicianus desiderent.

SVMMARIA.

1 *Cognito vno ex contrariis, cognoscitur reliquum.*
2 *Intellige respectu eorum, quæ sunt de directo contraria, vel quando contrarietas est circa substantiam, secus aliàs.*

De personis, quæ censum imponere possunt, vel non.

QVÆSTIO XIII.

aliàs par. 1. cap. 2.

1 LICET regulare sit quod † cognito vno ex contrariis, cognoscatur & reliquum, *l. 1. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. Inst. eod. tit. in princ.* Doctor. *communiter in rubr. ff. de acquir. possess.* Socin. Iun. *consil. 110. num. 9. lib. 2.* Roland. à Valle *consil. 16. num. 3. lib. 3.* & propterea videatur superfluum tractare de personis, quæ censum imponere non possunt, quia eo ipso quod cognouerimus quæ sint personæ quæ imponendi censum facultatem habent, videatur quod debeat sequi cognitio earum, quæ illum imponere, & constituere nequeunt, nihilominus, vt plenior, & clarior propositæ materiæ doctrina haberi possit, cum respectu personarum multa contingant in contractu, circa census impositionem, quæ non sunt ad inuicem de directo contraria, nec inter ea adest diuersitas circa
2 substantiam, sed circa accidentia, quibus casibus † regula supradicta non procedit Bart. *in l. inter stipulantem, §. Sacram. numer. 4. ff. de verb. oblig.* Angel. Art. *in d. princ. Instit. qui sunt sui vel alieni iur.* ideo volui aliqua breuiter de vtroque genere personarum, non tamen distinctè, & separatim, sed vt occasio ferret, & ordo mihi propositus requirere videbitur permiscere. Personas autem quæ censum imponere possint, vel non, sub tripli ei consideratione accipiendas esse duxit. Aliqua enim habent dominium plenum rei super qua census constituendus est. Aliquæ autem habent tantum vtile. Aliquæ tandem habent dumtaxat ius in re, vel ad rem. Et propterea Caput istud totidem Quæstionibus explicandum esse sum arbitratus, vt in

Prima agatur de iis personis, quæ habent dominium plenum, vel saltem directum rei super qua censum volunt imponere.

Secunda complectatur eas personas, quæ habent dictæ rei solum vtile dominum.

Tertia versetur circa eas, quæ habent dumtaxat ius in re, vel ad rem, citra tamen ius directi, vel vtilis dominij.

De dominio directo, quis, & quomodo possit super re aliena censum imponere.

QVÆSTIO XIV.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 1.

QVONIAM ex iis personis, quæ in re aliqua directum habent dominium, nonnullæ habent dominium perpetuum, aliquæ verò certo casu resolubile, vel tempore fini tutum, aliæ autem licet habeant perpetuum, est tamen illis cum alia persona commune ideo est de omnibus per septem articulos videndum.

Primus erit de eo qui est verè dominus, & habet rerum suarum absolutam, & liberam administrationem, & ibi an quis super re aliena possit validè censum imponere.

Secundus de iis, quibus propter ætatem, vel sexum est rerum suarum interdicta libera administratio.

Tertius est de iis, qui ratione prodigalitatis prohibentur bona propria liberè administrare.

Quartus de iis, qui ratione subiectionis, & Patriæ potestatis non possunt liberè contrahere.

Quintus de eo, qui habet rei dominium resolubile ex pacto, puta emptor cum pacto retrouendendi, vel alio.

Sextus de eo, cuius dominium finiri debet, vel lapsu temporis, vel aduentu conditionis, puta hæres grauatus fideicommisso.

Septimus de eo, qui habet rem cum alio communem.

SVMMARIA.

1 *Censum super re is potest imponere, qui est illius dominus.*
Amplia 1. etiam quod habeat dicta rei nudam proprietatem. & num. 15.
Amplia 2. etiam quod eius dominium sit aliquo casu resolubile, & num. 18. *remissimè.*
2 Suus a, um, *hoc relatiuum designat dominum.*
3 Is, ea, id, *hoc pronomen est relatiuum, & personale.*
4 *Impositio census super re arguit, quod imponens sit illius dominus.*
[*Censum super re imponere non potest, nisi illius dominus.*]
5 *Dominium rei censitæ debet esse penes imponentem tempore impositionis census.*
[*Census impositus super re aliena non conualidatur ex dominio superuenienti: sufficit tamen, quod tempore impositionis res supposita communi opinione credatur esse imponentis.*
[*Census non consueuit imponi super rebus ab alio possessis.*
[*Argumentum à solitis validum est in iure.*
[*Dominium est difficilimæ probationis.*
[*Census super re communi inter plures imponi non potest nisi accedat consensus omnium.*]
6 *Censum super re aliena, nemo potest imponere.*
7 *Census fundatus super re aliena, est nullus.*
8 *Limitatur, si accedat consensus domini.*
9 *Licet aliqui negent, etiam cum consensu domini posse imponi.*
[*Intellige si census imponatur super tota re, secus si super aliqua illius parte, quia tunc sufficit consensus eius, qui in illa parte ius habet.*
[*Declara, vt sufficiat consensus tacitus resultans ex præsentia, & taciturnitate tempore impositionis.*
[*Census fundatus super re sibi donata cum pacto resolutiuo est validus, & legitimus.*]
10 *Consentiens imponenti censum super re sua, potest petere releuationem ab imponente.*
11 *Impositio census super re aliena, domino rei non præiudicat.*
12 *Præiudicat tamen imponenti, vt teneatur ad interesse.*
13 *Emens scienter censum impositum super re aliena absque domini consensu, non potest sine peccato fructus percipere.*
Idem si ignorauit, & postea resciuit, à die scientiæ.
14 *Emens ignoranter censum super re aliena impositum, potest absque peccato fructus illius percipere.*
[*Census super re aliena imponi non potest.*
... impositus super re aliena sine consensu domini dicitur

tur esse absque fundo.

Fructus ex censu nullo exigi non possunt.

Dominus census impositi super re aliena licet non possit exigere fructus tanquam fructus census, potest illos exigere ratione interesse, sed contrarium defendit Auctor.

Emptor re euictâ potest consequi interesse siue sciat, siue ignoret rem sibi venditam esse alienam.

Emens scienter censum impositum super re aliena non potest exigere fructus illius nec tanquam fructus, nec ratione interesse.

Amplia etiam quod ab initio hoc ignorauerit, sed scientia ex post facto supernenerit, nam à die scientiæ non potest consequi interesse.

Limita si tempore emptionis conuenit cum venditore quod omni casu teneatur ad damna, & interesse.

Maximè si conuentio fuit firmata iuramento.

Emens scienter rem alienam si illa euincatur nullum potest prætendere interesse.

Interesse non debetur ex credito nisi precedente mora debitoris.

Boccacc. de censib. lib. 2. n. 44. declaratur.

Decis. Rotæ 785. coram Seraph. declaratur.

Emens ignoranter censum impositum super re aliena potest durante ignorantia exigere illius fructus.

Limita postquam resoluit censum esse impositum super re aliena.

Bona fides suffragatur ad fructuum acquisitionem.

Immo sufficit malam fidem abesse.]

16 *Census non constituitur super fructibus rei, sed super re ipsa.*

17 *Dominus directus potest imponere censum super re quam alteri concessit in feudum, vel emphyteusim contra Auendanum.*

1 FIrmissima est in iure nostro conclusio, à qua nemo dissentit, quod † habens directum, & plenum rei dominium, potest super ea censum imponere, & constituere. Quæ fundata est super *Constitutionibus* Martini V. & Calixti III. *registratis in c. 1. & 2. de emptione, & vendit. inter Extrauag. commun. in verbis illu. Super bonis suis*, quo ad Constitutionem Martini, ponde-
2 rando illud relatiuum, *suis*, quod † dominium, & proprietatem designat, §. *sic itaque Instit. de action.* Glos. *in c. quo iure, in verbo mea*, 8. *dist.* Rimin. iun. *cons. 392. num. 38. lib. 4.* Quo verò ad Constitutionem Calixti,
3 ponderando ea verba, *Super eorum bonis*, nam illud † Relatiuum, *eorum*, est personale, *l. 1. §. si autem, C. de cad. tollen.* Dec. *cons. 262. num. 1.* & propterea in dicta Constitutione designat, quod res, super quibus imponendus est census, pertinere debeat ad ipsammet personam, quæ vult censum imponere; & hanc conclusionem benè comprobat Bened. Bon. *in suo tract. de Consib. art. 23. num. 48. & seq.* Domin. Soto, *de iust. & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 1. in 2. conclus.* Felician. de Solis, *in suis Commen. de censib. tomo 1. lib. 2. cap. 2. num. 1.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. 4. num. 78.* & illam
* videtur simpliciter amplexa Rota *in illa Romana nullitatis census, 9. Decembris, 1602. coram* Illustriss. Cardinali Lancellotto, quæ est post *Tract. decis. 2. n. 5.* dum
4 ibi dicitur, quod † impositio census præsupponit in imponente dominium rei, super quæ censum imponit, & *coram* bon. mem. Cardinali Seraphino *decis. 142. num. 5. part. 1.* dum imponentem censum super re, præsupponit illius dominium, [& quod super re censum imponere non possit, nisi illius dominus confirmet. Mari. Muta, *decis. Regni Sicilia 77. n. 21.*]

5 Dominium † autem istud (cum agatur de subiugatione rei certæ, & certis finibus designatæ, vt dicemus *infr. hac eadem part. 1. cap. 5. q. 3. art. 1. seu q. 40.*) debet probari de ipso tempore impositionis census, *l. & quæ nondum 5. quod dicitur, in princ. ff. de pignor. l. ante omnia*, & *ibi* Glos. *ff. de probat.* Nicol. Intrigliol. *super Bulla, de cens. quæst. 38. num. 13.*

[Quod adeo verùm esse dicit Mari. Giurb. *decis. eiusd. Regni Sicil. 24. num. 1. versicul. nec superueniens*, vt superueniens dominium in impositore census non valideat impositionem antea factam; sed necesse sit, quod imponens sit dominus fundi tempore impositionis, quod multis similibus comprobat *ibi num. 2. & seqq.* Et videtur benè confirmari ex eo, quod aliàs dixit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo *in vna Casalensi domus 12. Ianuarij 1612.* quæ *in recollect. per* Farinac. *dec. 369. num. 3. par. 1.* quod subiecta materia suadet, quod possessio fundi, cui census imponitur, sit penes imponentem, cùm non soleat census imponi super rebus ab alio possessis, nam id, quod ibi Rota dicit respectu dominij quod fundus, super quo census imponitur debeat esse in dominio imponentis, cum non soleat census imponi super rebus alienis, sed super iis, quæ sunt in dominio ipsius imponentis, vt experientia demonstrat, & in iure validum est argumentum à solitis. *l. vel vniuersorum ff. de pignor. act. non. l.* Titianus *ff. quod cum eo.* Verùm quoniam dominium est difficillimæ probationis: vt dicunt Doctores passim, & signanter in *l. cum res C. de probat.* & in aliis locis relatis a] Mascar. *de Probat. vol. 1. cõclus. 535. n. 1. &* ab aliis. *Ideo* Nouar. *cons. 5. circa med. in fin. de censib.* dicebat quod ad effectum, vt census sustineatur sufficiat, quod fundus, super quo imponitur communi opinione credatur, quod sit ipsius imponentis, quem refert, & sequitur. Petr. Caball. *cons. ciuil. resolut. 94. n. 3. in fin. lib. 1.* nam eo casu licet fundus iste verè non sit imponentis, tamen valet census ad præiudicium imponentis, quamuis domino fundi non præiudicet, vt diximus, *hoc eod. articul. n. 11. & seq.*]

Ex qua conclusione sequitur resolutio propositæ 6
difficultatis, videlicet † quod super re alterius nemo potest censum creare, & constituere, Nauarr. *in Comment. de vsur. num. 118. & 131.* Ludouic. Molina, *de contract. tom. 2. disput. 394. num. 9. quos allegat.* Martin. Bonacin. *in tract. de contract. disp. 3. q. 4 puncto vnico, n. 8. in princ. & in vers. dixi.* & omnes communiter admittunt cum hac ampliatione, † quod si de facto imponatur, 7
tanquam impositus sine fundo contra *Constit.* Pij V. *super censib.* impositio sit nulla, Amat. *decis. March. 6. n. 6. 7.* vt declarauit Rota *in vna Romana census, seu fideicommissi de Scalabrinis, coram* bon. mem. Martino Andrea, *22. Maij, 1615. quæ est post Tract. decis. 309. n. 6. [& in vna Romana Saluiani Interdicti 13. Maij 1602. coram* R. P. D. Ottembergõ, *dec. 329. post. tract.*]

Quod tamen limitandum est, † nisi accedat con- 8
sensus domini. Nauar. *de vsur. num. 131. vers. Quintum*, Boccac. *in suo tract. de censib. p. 2. num. 69.* Molina, *de contract. part. 2. disput. 394. n. 9.* Conrad. *in suo tract. de contract. q. 78.* Io. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 7. q. 7. & eandem opinionem amplexi sunt* Ludou. de Auend. *de cens. Hispan. c. 61. n. 3.* Sigismund. Scac. *de commerc.* * *§. 1. q. 1. numer. 181. & videtur satis clarè sensisse* Rota *in vna Romana census de Iurinis 28. Aprilis, 1598. quæ est post Tract. decis. 13. sub num. 1. in illis verbis, quamuis si dominus reclamauerit, imponens teneatur facere consentire, &c.* à contrario sensu, quod si dominus non reclamauerit, non teneatur imponens, &c. [& satis clarè voluit *ead.* Rota *coram* R. P. D. Penia *in vna Rauennatensi census 27. Ianuarij 1610. post tract. decis. 337. circa princip.* in illis verbis, *super quibusdam bonis Dominorum Rasponorum, & Lupatellorum de eorum consensu*,] & ita tenendum censeo quidquid † super hoc dubitet. Th. 9
Bonisig. *in tract. de censib. cap. 4. n. 9. &* Surd. *consil. 318. n. 6. vers. ad id, lib. 3.*

[Immo si res sit communis inter plures, requiritur consensus omnium, & non sufficit consensus maioris partis, vel vnius ex sociis, etiam quod haberet maius

ius

ius in re *l. per fundum ff. de seru. urban. prad. l. fin. ff. comm. præd.* Gomez *var. resolut. lib. 2. cap. 3. in fin. de locat. sub numer. 14.* Surd. *cons. 43. sub num. 14. & sub numer. 15. lib. 1.*

Quod tamen intelligè quando census fuisset impositus super tota re communi, secus autem si imponeretur super aliqua illius parte; eo enim casu sufficeret consensus eius dumtaxat, qui in illa parte ius habet, & consensus ab eo præstitus operaretur, vt census censeretur impositus super sola parte consentientis secundum ea, quæ dicta sunt infra *hac ead. q. 1. art. 7. nunc q. 20.*

An autem sufficiat consensus tacitus, vel requiratur expressus? & videtur quod sufficiat tacitus. Quia quando requiritur in aliquo actu consensus alicuius ratione sui præiudicij, tunc non videtur requiri per modum solemnitatis, vel formæ *cap. quam sit. de elect. lib. 6.* Negus. *in tract. de pignor. par. 2. membr. 4. num. 43.* & proinde sufficit tacitus, vt diximus *infra hac ead. q. art. 6. seu quæst. 19. num. 36.* de censu impositio super re subiecta fideicommisso, quod sit valide impositus, si accedat consensus fideicomissarij etiam tacitus resultans ex illius præsentia tempore impositionis census, & non reclamatio.]

10 Verùm si quis † consentiat imponi censum super re sua, iure potest petere relenationem ab imponente, non secus ac petere potestis, qui pro aliquo fideiussit, vel pro eo bona sua obligauit, petere ab illo, vt ipsum releuet sine damno, etiam quod tempore fideiussionis, & obligationis, nihil fuerit expressum, cùm hoc sit de natura fideiussionis, & obligationis, *l. Lucius, ff. mandati vbi* Bal. *per illum tex.* hoc expressè not. Negus. *de pignor. par. 6. membr. 3. num. 45.* & ita in consentiente imponi censum super re dixit expressè *Rot. in vna Romana relenationis indemnitatis, 4. Februarij, 1602. coram Illustriss. Cardinali Lancellotto, qua in fine Tract. est decis. 14. num. 4.* Hoc autem quod diximus censum imponi non posse super re aliena, nisi consentiente
11 eius domino, intelligendum est † respectu præiudicij domini rei, quæ subiicitur, vt dixit Rota *in vna Viterbiensi census, coram* bon. mem. Cardinali Plato, *6. Aprilis, 1590. qua est post Tract. decis. 15. num. 8.* & in vna *Laureana pecuniaria, 28. Februarij, 1603. coram* bon. mem. Penia *qua est ibidem, dec. 16. n. 3.* quia etiam res aliena vendi potest *l. rem alienam, C. de contrah. em-*
12 *ptione* secus autem † respectu præiudicij ipsius imponentis, & vendentis, ad effectum videlicet, vt teneatur ad interesse. Petrus Gaball. *cons. ciuil. 94. num. 4. lib. 1.* de veritate huius conclusionis videatur *infr. hac ead. q. art. 7. in addit. ad num. 16. in fi. nunc q. 20. & declarauit* Rot. *in vna Assisiensi census, 9. Iunij, 1604. coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio *qua est ibidem decis. 17. n. 2. & seqq. & pleniss. & clarius in quodam discursu facto à* bon. mem. Cardinali Seraphino, *qua est inter eius dec. par. 1. decis. 785. per totum, qui fuit postea confirmatus, & ab obiectis defensus in eadem* Rot. *coram eodem, dec. 787. num. 14. & seqq. & sequuta fuit coram* R.P.D. Pitrouano *in illa Romana census, & fructuum 20. Maij 1616. qua est dec. 448. n. 4. post tract.*

Sed circa hunc censum impositum super realiena absque consensu illius domini, dubitant Scribentes, an emptor possit fructus illius licitè, & tuta conscientia percipere. Quæ difficultas dissolui debet per di-
13 stinctionem. Aut † emptor talis census tempore emptionis sciebat rem illam subiugatam esse alienam, vel postea id resciuit, & eo casu à die scientiæ illum non posse licitè, & absque onere restitutionis fructus, & responsiones ex dicto censu percipere, dicendum est, sed emptor censu ad contractus resciissionem age-
14 re, & pretium repetere debet. Aut verò † emptor census tempore emptionis ignorabat rem illam subiugatam non spectare iure dominij ad venditorem census, nec aliquando id resciuit, & eo casu potest licitè, & absque labe peccati fructus dicti census, & pensiones annuas exigere, & retinere ratione poli, & fraudis, quam commisit impositor census, qui vendendo censum celauit illum esse impositum super re aliena, & dominium rei subiugatæ ad se non pertinere, qui propterea tenetur ad interesse, *l. Iulianus ff. de action. empt.* & ita distinguendo concludit in hac difficultate. Nauar. *in d. suo Commentar. de vsu num. 118. q. 26. & post eum* Boccac. *in d. suo tract. de censib. par. 2. num. 44. quos sequitur* Io. Azor. *d. q. 7.* Leonard. Less. *in suo tract. de iust. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 2. num. 79.* Bonacin. *d. puncto vnico, num. 8. vers. Hinc deduci.* Scacc. *d. q. 1. num. 170. & q. 7. par. 2. ampliat. 17. num. 24.* [quam distinctionem amplexa etiam fuit Rota Maceraten. *coram Gratian. decis. 13. num. 12. & seqq.* & sentit Rota Romana *in illa Romana census, seu fideicommissi de Scalabrinis 22. Maij 1615. coram* R.P.D. Andrea, *post tractat. decis. 309. num. 7.* Sed posset dubitari. An emptor census sciens illum esse impositum super re aliena, ex quo ex illo tanquã impositio super re aliena nullos potest exigere, nec percipere fructus tanquam fructus sensus, quia cum sit impositus super re aliena, super quâ validè censum imponi non posse fuit conclusum *supra hac eodem art. num. 6. & 7.* nisi accedat concensus domini illius, & si imponatur, dicatur census sine fundo, vt dixit Rot. *coram* bon. mem. Andrea *in Romana census, seu fideicommissi de Scalabrinis 22. Maij 1615. qua est post tract. decis. 309. num. 7.* & sic contra constitut. S. *mem. Pij. V. super forma creandi census*, & consequenter nulliter, ex censu autem nullo nulli possunt deberi, nec exigi fructus, *vt dixit* Rota *in illa Romana pecuniaria coram* bon. mem. Dunozetto 10. *Iunij 1623. qua ibidem est decis. 270. num. 4.* possit saltem illos percipere ratione interesse.

In qua difficultate licet Mart. Medic. *dec. 31. num. 14. & seq.* sit in sententia affirmatiua quod Dominus Census possit fructus præfatos ratione interesse exigere motus auctoritate Boccac. *in tract. de censib. par. 2. n. 44.* & argumento ducto ab euictione, qua secuta debetur emptori interesse, siue scierit siue ignorauerit rem sibi venditam esse alienam. *vt dicit fuisse resolutum in* Rota *coram* Seraph. *decis. 785. num. 8.*

Ego tamen contrariam sententiam veriorem esse existimo motus auctoritate, & ratione, auctoritate quidem Rot. *cotam* bon. mem. Andrea *in dicta Romana census qua est post tractat. decis. 309. numer. 7.* vbi in propriis terminis fuit resolutum, quod emens scienter censum impositum super fundo suppositio restitutioni non potest prætendere aliquod interesse, allegat *tex. in l. si fundum, & ibi* Glos. & Doctor. *C. de euiction. & alios Doctores.*

Iuuat etiam auctoritas Bart. *in l. cùm lex num. 1. in fin. ff. de fideiuss.* quem refert, & sequitur, Anton. Gomez. *var. resolut. tomo 2. cap. 2. de empt. & vendit. num. 50. ad med. vers. si verò emptor.* vbi ex mente Bar. vbi mox dicit, quod emens scienter rem alienam re euictâ nullum potest petere interesse quod videntur etiam sensisse Angel. *in d. l. cùm lex*, Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. in 4. quæst. 3. qu. princip. al. numer. 5. & additionator ad Gomb. d. num 50. in littera Q.* Qui licet sint in opinione, quod eo casu emptor non possit repetere pretium erogatum in emptionem dictæ rei euictæ contrà Bart. *in d. l. cum lex* quo ad interesse stare videntur cùm Bar. sententia cum illam non impugnent.

Ratione autem moueor, quia cùm census impositus super re aliena dicatur nullus quasi impositus sine fundo, vt dictum est, sequitur quod pretium in illius emptionem expositum remaneat purum, & simplex creditum, ex quo absque mora nullum potest deberi interesse Glos. *in fine in l. quod te, & ibi* Bart. *num. 12.* Ias. *num. 5.* Rip. *num. 34. & alij communiter ff. si cert. pet. at*

Rota

Rota *ind. Romana pecuniaria coram* bon. mem. Dunozetto *quæ est post tract. at. dec.* 270. *num.* 5.

Nec obstat Rota *in Rom. Census S. Celsi coram* bon. mem. Iusto 28. *Iunij* 1602. *quæ est post tract. dec.* 229. *per totam; & signanter num.* 4. vbi fuit decisum post resolutionem census deberi interesse quia fundamentum dictæ decisionis fuit, quia debitor census fuerat constitutus in mora restituendi sortem, ob quam moram deberi interesse dicebamus, & illam cessare in præsenti casu præsupponimus.

Prout nec etiam obstat Boccacc. *d. num.* 44. pro contraria sententia allegatus: quoniam loquitur in longe diuerso casu, scilicet in venditore census scienter super re aliena illum imponere, & illum vendente emptori dictum vitium ignoranti, iste enim ideo tenetur emptori ad interesse, quia fuit in dolo *l. emptorem §. fin. in fin. C. de action. empt.* Fabian. de Mont. *d. q.* 4. *num.* 6. *in fin.*

Similiter non obstat *dec.* 785. *coram Seraph.* tùm quia illa non est decisio, sed simplex discursus, vt apparet ex fine illius, decisio autem illius causæ habetur *apud eundem* Seraph. *decis.* 787. tum quia *in d. dec.* 785. *num.* 8. videtur firmari contrarium, quando emptor ignorauit rem venditam esse alienam vt clarius colligitur *ex d. dec.* 787. vltra quod in casu dictæ decisionis agebatur de venditione facta ab ignorante rem venditam esse expressè alienari prohibitam, vel de venditione facta quidem à sciente qualitatem rei venditæ, sed ignoranti, vt apparet *in d. dec.* 787. signanter *num.* 8. nos autem præsupponimus in emptore scientiam quod census sit impositus super fundo alieno, & proinde ex præfatis credimus illum non posse aliquod prætendere interesse, hanc autem conclusionem vno modo ampliandam, & altero limitandam censeo.

Ampl. itaque quod licet emens ignoranter census impositum super re aliena possit illius fructus licitè, & tutâ conscientiâ percipere cum fuerit in bona fide, quæ suffragatur ad fructuum acquisitionem Ceph. *cons.* 708. *num.* 85. *& cons.* 709. *num.* 88. *lib.* 5. Rota *dec.* 66. *par.* 2. *recent.* imò sufficit malam fidem abesse Rota *dec.* 206. *num.* 6. *post tract.* attamen si incipiat scire fundum dicti census esse alienum, ex eo tempore cessat in eo bona fides, & incipit esse in mala fide, cum sciat, vel scire debeat eo casu censum remansisse sine fundo, & consequenter esse nullum, & proinde ex eo non solum nullos posse percipi fructus, *vt supra diximus, & latius infra q.* 88. *alias par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *art.* 7. *per tot.* sed nec etiam interesse, cùm pretium in illius emptionem erogatum sit transfusum in patrum, & simplex creditum, vt dictum est, quod cùm emptor, & dominus census possit ad sui libitum exigere, non potest, remota mora, aliquid vltra sortem consequi Conar. *var. resol. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. *ad fin.* & fere in puncto Rota *coram* bon. mem. Manzanedo *in Romana census* 6. *Februarij* 1615. *quæ est post. tract. dec.* 182. *num.* 5. *& seq. & supra dictum fuit.*

Limitatur autem, vt non procedat si tempore venditionis dicti census fuisset inter contrahentes facta conuentio, quod venditor illius teneretur omni casu ad damna, & interesse. Nam data etiam scientia emptoris census quod esset impositus super re aliena, ipse propter speciale pactum posset consequi interesse *l. fundum C. de euict. & ibi* glos. & Doctor. Crau. *cons.* 64. *num.* 4. Gomez *var. resolut. tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 8. *vers. si verò fuerit* Rot. *coram* Seraph. *d. dec.* 787. *num.* 7. maximè si tale pactum fuit iuratum propter iurisiurandi religionem, vt subdit Seraph. *d. dec. num.* 10.]

Sed quæstionis esse potest, an ad effectum, vt quis possit super re quapiam censum imponere, satis sit quod habeat nudam illius proprietatem, an verò requiratur quod habeat plenum dictæ rei dominium. † In qua difficultate, quidquid contrarium sentiat. Auend. *d. tract. cap.* 70. *num.* 4. sufficere penes imponentem existere nudam proprietatem tenendum censeo ex Guliel. Redoan. *in suo tract. de reb. Ecclesiast. non alienan. in Rubr. de Constitut. an census, num.* 39. Foller. *in sua Pract. Censual. in verbo huiusmodi, num.* 44. Bon. *in d. suo tract. de Censib. art.* 10. *num.* 26. Qui licet dicant eo casu census impositionem sustineri super actione personali, qua tenetur imponens, nos autem, qui census personales esse omni iure illicitos, & reprobatos defendimus infra hac eadem *par.* 1. *c.* 3. *q.* 1. *art.* 6. *seu q.* 34. hanc *Redoan. Foller. & Bon.* opinionem circa validitatem census recipiendam esse existimamus, discedimus tamen ab eis, dum sentiunt dicto casu censum sustineri super sola obligatione personali, sed ideo dicimus eo casu census impositionem esse validam, quia est facta iuxta formam *Constit. Pij V. super Censib.* videlicet, super re certa fructifera, & immobili, quod satis esse existimamus in proposito, licet imponens non possit ex re illa fructus percipere, cum census † non constituatur super fructibus rei, sed super re ipsa, quæ subiicitur, dummodo sit certa, immobilis, & de sui natura fructifera, vt dicemus *infra d. cap.* 3. *quæst.* 2. Et propterea non videtur fidendum de *Auendano*, dum *d. tract. capite* 66. *numer.* 7. *& cap.* 67. *numer.* 2. negat dominum directum posse validè censum imponere, super re quam alteri in feudum vel emphyteusim concessit, ea ratione, quia proprietas dictæ rei sit infructifera. Etenim licet fructus illius non ad dominum directum, sed ad vasallum, & emphyteutam pertineant, non tamen sequitur quin illa sit de sua natura fructifera: quod ex prædictis satis † est, ad effectum vt super ea possit per dominum directum validè census imponi, & constitui. 16. 17.

Sufficit autem ad validitatem cõtractus censualis, vt is qui super re aliqua censum creare, & collocare intendit, habeat illius dominium tempore impositionis, licet † postea aliquo casu resolui contingat, vt dicit Garz. Mastrill. *decis. Regni Sicil.* 150. *num.* 11. *& seqq. lib.* 2. & nos dicemus infra hac eadem *quæst. art.* 5. *& 6. vel quæst.* 18. 19. vbi agimus de censu impositio ab eo qui rem subiectam tenetur retrouendere ex pacto, & ab hærede grauato, & aliis non habentibus dominium perpetuum. 18.

[Potest etiam dari exemplum in censu impositio à donatario super re sibi donata cum pacto resolutiuo in certum euentum, vel sub aliquo modo, quia licet modo non impleto dominium rei donatæ redeat ad donantem, & ipso iure resoluatur donatio; attamen, quia adhuc requiritur declaratio donatoris, census fundatus super tali re est legitimus, & validus, vt in puncto declarauit Rot. *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano *in vna Assisien. census* 22. *Ianuary* 1605. *quæ est post tract. decis.* 340. *per tot.*

SVMMARIA.

1. *Minor dicitur quilibet qui non exiuit annum vigesimum quintum.*
2. *Minor non potest bona immobilia alienare absque solemnitatibus.*
3. *Minor non potest super suis bonis imponere censum absque solemnitatibus.*
4. *Quod procedit maximè in infante.*

Amplia 2. *etiamsi minor imponat fauore alterius minoris &* num. 8.

Amplia 3. *in filiofam. imponente cum consensu Patris &* num. 11.

Amplia 3. *vt restituatur in integrum, &* num. 15.

Limit. 1. *si adhibeantur solemnitates requisitæ*, numero 17.

Limit. 2.

Limit. 2. *si minor factus maior censum soluat*, num. 21. & seq.

Limit. 3. *Si minor tacuerit per quinquennium, postquam est effectus maior*, num. 23.

Declar. dummodo vltra solemnitates, interueniat iusta causa, num. 27.

5 *Infans quod videt ignorat.*

6 *Census impositus ab adulto habente curatorem, absque eius consensu est nullus ipso iure.*

7 *Impositus ab adulto carente curatore, rescinditur per restitutionem in integrum.*

9 *Priuilegiatorum eius est melior conditio, qui damnum patitur.*

10 *Quietantia facta a minore absque solemnitatibus ad fauorem alterius minoris est valida.*

12 *Patris præsentia in contractu filij integrat illius personam.*

23 *Consensus patris requisitus per modum auctoritatis non integrat personam filij ad commodum patris.*

14 *Maximè si damnum filij est euidens.*

[*Statutum resistens contractui impedit oriri etiam naturalem obligationem.*

Minor non tenetur in conscientia restituere accepta ex contractu cui lex resistit.

16 *Minor non restituitur aduersus contractum ex quo est effectus locupletior.*

[Limit. *si minor ex dicto contractu sit effectus locupletior.*

Cessante causa, cessat effectus.

Ampl. etiam in causa finali.

Locupletiorem esse effectum minorem ex contractu debet probare is, qui cum eo contraxit.

Hoc non probatur ex eo, quod constet, ad illius manus pecunias peruenisse sed aliter est probandum, & quomodo.

Probatur autem coniecturis, & quibus.

Locupletior dicitur factus minor quando erogauit pecunias in acquisitione alicuius rei sibi vtilis, vel necessariæ, etiam quod acquisitio non duret.

Decretum Iudicis interpositum in contractu minoris, vel mulieris sine causa, vel ex causa falsa non suffragatur ad validitatem contractus.]

18 *Decretum Iudicis validat censum impositum super bonis minorum.*

19 *Decretum Iudicis habet pro se præsumptionem, tam respectu solemnitatis requisitæ pro iustitia contractus, quam requisitæ pro validitate decreti.*

20 *Etiamsi incontinenti fuerit interpositum ratione consuetudinis.*

[Limit. *si exprimantur plures causæ quarum vna sit vera quia contractus sustinetur ex vera.*

Decretum Iudicis interpositum ex falsa causa est ipso iure nullum.

Amplia vt falsitas causæ in parte reddat nullum totum decretum.

Solutio facta à minore de fructibus census nulliter impositi illum non conualidat.

Etiam si fiat à minore postquam est effectus maior.

Solutio facta à muliere de fructibus census nulliter constituti non tollit illius nullitatem.

Defectus causæ finalis facit cessare effectum in contractibus.

Falsitatem causæ expressè in contractu minoris debet probare, is qui agit ad nullitatem.

Instrumentum, & contenta in eo præsumuntur vera.

Minor ex solo temporis lapsu non præsumitur ratificasse contractum à se gestum in minori ætate quando è statuto præsumitur dolo extortus.

Contrarium tenent aliquis, ex quo dolus ille est præsumptus remissus.

Minor factus maior non præsumitur ratificasse contractum factum in minori ætate, nisi habeat notitiam nullitatis & defectuum contractus tam de iure quam de facto resultantium.

Ratificatio non cadit in ignorante.]

23 *Taciturnitas minoris per quinquennium, postquam est factus maior validat contractum nullum, ob defectum cuiuscunque solemnitatis*, num. 24.

Etiam de Iure Canonico sub num. 25.

25 *Contrarium volunt multi.*

26 *Prima tamen fallit, si in contractu interuenit dolus.*

Vbi an sufficiat dolus præsumptus, remissus.

28 *Census impositus à minore gratia donandi foreret dicitur legitimè impositus.*

29 *Prout etiam pro soluendo acconcio.*

30 *Et multò magis si aliqua vrgeat necessitas.*

31 *Census potest imponi super bonis minorum pro soluendo eorum ære alieno, maximè si creditores vrgeant.*

32 *Census super bonis minorum non potest validè imponi pro extinguendo alio censu æquali.*

33 *Census super bonis ecclesiæ non potest imponi pro extinguendo alio censu eiusdem quantitatis.*

34 *Census potest imponi super bonis minorum pro extinguendo censu maioris quantitatis.*

35 *Census imponi potest super bonis Ecclesiæ pro extinguendo censu maioris quantitatis.*

36 *Bona minoris possunt alienari pro extinguendo debito vsura quando fœnus excedit fructus bonorum.*

37 *Census impositus pro extinguendis societatibus officij grauioribus est licitus super bonis Ecclesiæ.*

[*Impositio census super bonis minorum non redditur valida ex eo solum, quod fuerit facta pro extinguendis illius debitis, sed alia requiruntur.*

Impositio census est species alienationis.

Census super bonis stabilibus minorum imponi non potest etiam ex causa necessaria, donec exiant mobilia, ex quorum venditione occurri possit necessitatibus illius.

Census pro extinguendis debitis minorum non potest super eorum bonis imponi maior in sorte, quam sint debita.

Aliàs totus census corruit.

Emptor census impositi super bonis minorum ex causa vtilitatis, non tenetur esse sollicitus, vt pretium census erogetur in causam enunciatam.

Limit. *si inter partes esset conuentum, vt dictum pretium semper debeat reinuestiri in emptionem immobilium.*

Iustitia causæ expressæ in alienatione rei minoris debet probari aliter quam per contrahentium assertionem.

Causa expressa in alienatione rei minoris præsumitur vera.

Limit. *nisi contrariis præsumptionibus elidatur.*

Præsumptio vna aliam tollit, & fortior vincit.

Emptor census impositi super bonis minorum ex causa necessaria, non tenetur esse sollicitus, vt pretium veratur in causam enunciatam.

Contrarium tenent aliqui.

Auctor consulit seruari hanc posteriorem.

Versio pecuniarum in aliquam causam debet probari ab allegante.

Versio pecunia in causam expressam probatur coniecturis.

Maximè probando, quod imponens consueuit bene administrare.]

38 *Emptor census non debet esse solicitus quod pecunia erogen*

erogentur in causam enunciatam, nec id tenetur probare.

39 *Maximè si ex circumstantiis possit præsumi esse factam versionem in causam enunciatam.*

Iuramentum confirmat contractum nullum.

Limit. *Quando statutum præsumeret Iuramentum fuisse dolo, & fraude extortum.*

Maximè si sit statutum Papale, vel à Papa in forma specifica confirmatum.

De statuto laicali non conueniunt Doctores, sed affirmatiua est magis communis.

Præsertim quando statutum sit, vt obuietur fraudibus.

Et tendit ad excludendum peccatum.

Etiam quod minor iuret, se esse maiorem.

Maximè si statutum hoc exprimat.

Iuramentum est seruandum etiam interpositum in contractu illicito.

Statutum laicorum confirmatum à Papa dicitur Papale.

Laicus ex causa potest enervare vires Iuramenti.

Peccat qui dolose contrahit.

Contractus minoris non firmatur Iuramento, quod dolo præsumitur extortum, etiam quod Iuret se esse maiorem.

Maximè si statutum hoc exprimat.

Minor iurans super contractu nullo an cogi possit ad ad obseruantiam Iuramenti, licet contractus non firmetur Iuramento remissiuè.]

40 *Mulier maior viginti quinque annis potest super suis bonis censum imponere absque aliqua solemnitate.*

41 *Mulier maior viginti quinque annis non potest validè super suis bonis censum imponere absque solemnitatibus.*

Nec vbi ex statuto in contractibus mulierum requiritur certa forma ibid.

Ampl. vt non reconualescat impositio ob statutionem census postea factam, num. 47.

Limit. *si ille sit euidenter vtilis*, num. 45.

Puta si imponatur pro necessaria reparatione fundi dotalis, vel alia causa respiciente perpetuam illius vtilitatem, num. 46.

42 *Census à muliere etiam minore impositus super suis bonis cum debitis solemnitatibus valet.*

43 *Maximè si non fuerit impositus super bonis dotalibus.*

44 *Fideiussio facta à muliere absque solemnitatibus est nulla si remaneat indotata.*

46 *Census impositus à muliere ad rationem octo pro extinguendo censu ad rationem decem, valet.*

Minor, & Mulier an possint super suis bonis Censum imponere.

QVÆSTIO XV.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 2.

PRo resolutione præsentis articuli præmittendum 1
est, † minorem secundum ius commune, dici quemlibet, qui vigesimum quintum annum non excessit, vt post multos quos allegat, dicit Octau. Simoncell. *in tract. de decret. in Præfat. n. 9.* Domin. Pic. *ad Statut. Vrbis Glos. 5. numero 1.* Hoc præmisso, constituenda est regula negatiua, quod minor licet sit dominus rerum suarum, attamen sicut non potest bona immobilia alienare absque solemnitatibus † quas enumerat Mantica 2
de tacit., & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. numero 3. & seqq. ita non potest absque dictis solemnitatibus † cen- 3
sum imponere, & constituere. Bald. *in l. iubemus nulli, numero 1. C. de sacros. Eccles.* Paris. *cons. 98. numero 54. & seqq. lib. 1. & cons. 85. n. 10. lib. 3.* Vincent. Carroc. *in suo tract. de excus. bonor. par. 2. quæst. 44. numero 6.* Tiraq. *de Retractu lignag. §. 1. Glos. 6. vers. sit item*, Simoncell. *de Decret. lib. 2. tit. 6. numero 33.* Corbul. *de Iure emphyteut. causa 14. ob alienat. irreq. domon. fact. ampliat. 49. numero 4. & tradiderunt* Bened. Bon. *in suo tract. de Censib. art. 23 numero 49. in fine & art. 31. num. 57.* Felician. de Solis *in suis Commentar. de Censib. tomo 1. lib. 2. cap. 2. num. 3.* Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 14. numero 10. vbi de communi. Quod placuit etiam.* Nicol. Intrigl. *super Bulla decem sib. qu. 81. numero 2. & voluit* Rota *coram* bon mem. Martino Andrea, *22. Ian. 1615. in il a Romana census, seu fideicommissi, de Scalabrinis quæ est post tract. decis. 309. num. 1.* Et quod † infan- 4
tem, res caret omni prorsus difficultate, cùm Iuris præsumptione intellectum non habeat, sed quidquid 5
† videt ignoret §. *sed quid diximus, Inst. de inutil. stipulat. l. fi. C. de falsa moneta, l. fin. ff. de iur. & facti ignor. l. fin. ff. rem pupilli salu. fore. Et in his terminis dicit* Ludou. de Auend. *in suo tract. de censib. Hispan. cap. 81. numero* 3. Quo verò ad adultum, ista conclusio procedit, siue habeat Curatorem, siue illo careat, &c. cum vtroque iam sit illi prohibitū sine solemnitatibus res proprias alienare, Franc. Caldas *ad l. si curatorem, in verbo Res, numero 2. C. de in integr. restit. minor.* & propterea pro inualiditate census ab adulto super suis bonis absque solemnitatibus impositi, respondit Rol. *54. signanter numero 28. lib. 2. & concludit* Auend. *d. cap. 81. num. 5. vers. Hi enim puberes*, vbi tamen distinguit, An iste pubes habeat curatorem: quo † casu si imponet 6
censum super suis bonis absque auctoritate sui Curatoris impositio sit ipso iure nulla ab initio, nam generale est, quod pubes habens Curatorem si absque eo contrahat, actus sit ipso iure nullus, *lib. si curatorem habens, C. de restit. in integr.* Odd. *in suo tract. de restit. in integr. par. 1. qu. 17. art. 7. numero. 64.* An verò Curatorem non habeat: & eo casu † impositio 7
per ipsum absque Curatore facta, sit ipso iure valida, sed rescindi possit ope restitutionis in integrum. Et quo ad affectum conclusio in vtroque casu procedit.

Ampliatur autem hæc conclusio vt procedat etiam † si minor imponeret censum ad fauorem alterius pariter priuilegiati, puta minoris, vel mulieris, cum 8
minor non possit nec ad fauorem alterius minoris bona vendere sine Decreto, *l. si pupillorum, in princ. ff. de reb. eor. lib. inter omnes, & ibi.* Glos. *C. de Prædi. minor.* Bero. *cons. 179. numero 3. lib. 1.* Mantica *d. tit. 6. numero 37.* nec ad fauorem alterius minoris se obligare absque solemnitatibus statutariis, vt deducit Rota *in vna Bononiensi census. 17. Maij 1608. coram* R. P. D. Marco Montio, *quæ est post Tract. decis. 18. numero. 6. & 7.* Cui ampliationi licet videatur de directo aduersari resolutio facta in Rota *coram* R. P. D. Manzanedo *in vna Romana census, 22. Iunij, 1611. quæ est ibidem decis. 19. numero 2.* in qua fuit dictum impositionem census factam à minore, ad fauorem alterius minoris esse validam ea ratione, quia † inter alterius minoris esse validam ea ratione, quia † inter duos pari priuilegio gaudentes potior est cau- 9
sa damnum patientis. *arg. c. auditis, ext. de restitut. in integr.* cum aliis apud Lamberteng. *in suo tract. de contract. eorum. in fine, numero 125. & sequentibus* cum qua videtur satis conuenire alia resolutio facta *in eadem.* Rota pro validitate † quitantiæ factæ à mi- 10
nore ad fauorem aliorum minorum in vna Firmana restitutionis dotis, quæ est post Pic. *de contract. dec. 57 numero 4.* Attamen aduertendum est, quod Rota

in d.

in dicta. Firmana præsupponit fuisse adhibitas solemnitates requisitas, in dicta autem *Romana* census tenuit pro validitate census, non ob solam paritatem priuilegij, sed propter alias vrgentiores rationes, vt ibi patet.

Ampliatur secundo supra firmata conclusio, vt procedat etiam in minore existente in patria potestate. Quoniam si ipse † imponat censum super suis bonis
11 in casibus sibi permissis, de quibus dicemus *infra quæst. 7. alias hac eadem quæst. artic. 4.* cum consensu sui patris, talis impositio ob non adhibitas solemnitates requisitas in alienationibus rerum minorum erit inualida, & minus legitimè facta, cum in similibus alienationibus vltra patris consensum, requirantur etiam de Iure communi aliæ solemnitates, vt post multos allegat, tradit Simoncell. *in d. tract. de Decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 1. num. 1. & seqq.*

12 Licet enim † præsentia patris suppleat solemnitates statutarias, cùm per consensum patris integretur persona filij, vt post Tiraq. *de leg. connub. Gl. 6. num. 5. & alios dicit* Virgin. Boccac. *ad Const. it. Marchiæ gl. 3. nu. 8. vers. imino per consensum, & videtur sentire* Rota *in d. Bononiensi census, quæ est post Tract. dec. 19. n. 9.* hæc tamen procedunt non in alienationibus factis à filio familias, sed in aliis simplicibus obligationibus, in alienationibus autem requiruntur præter patris consensum, etiam aliæ solemnitates, vt est dictum. Quæ multò magis habent locum si filius censum imponeret ad commodum, & vtilitatem patris consentientis, maxime si ex forma statuti requireretur consen-
13 sus patris per modum auctoritatis quia † pater non potest ad sui ipsius vtilitatem personam filij auctorizare, Socin. sen. *cons. 25. num. 8. lib. 4.* Ias. *cons. 69. in 2. dub. lib. 1. & in l. pactum, nu 5. C. de Collat.* Patis. *cons. 97. numer. 21. & seq. lib. 3.* Tiraq. *de leg. connub. glos. 8. nu. 115.* Couar. *ad Rubr. ext. de Testam. par. 3. num. 7.* Gulielm. de Benedict. *ad cap.* Raynutius, *in verbo duas habens filias num. 259. eod. tit.* Alciat. *in tract. de Præsump. reg. 1. præsumpt. 2. num. 1.* Clement. *de patr. potest. cap. 6. effectu 10. nu. 6.* Vtill. *ad afflict. dec. 308. nu. 22. & seq.* Gabr. *cons. 617. numer. 4. lib. 1.* Rimin. iun. *Inst. de donat. in princ. numero 1347. qui testatur de magis communi, sequitur* Rota *in illa Bononiensi census. 17. Martij, 1608. coram* R. P. D. Marcomontio, *quæ est post trac. dec. 19. numer. 9. & in vna Beneuentana census, 28. Nouembris eiusdem anni, coram* R. P. D. Ottembergo, *qua est*
14 *ibidem dec. 20. num. 12.* Maximè quando ex contractu filius euidenter læderetur, † & damnificaretur, cum enim dictum illud quod consensus patris suppleat solemnitates statutarias, sit fundatum in præsumptione quod Pater capiat bonum consilium pro filio, non potest recipi quando filius est in euidenti damno, vt dixi post alios Rot. *in d. Bononien. census, num. 11.* in claris enim non est recurrendum ad coniecturas, & præsumptiones, *l. continuus, §. cum ita. ff. de*
15 *verb. oblig.*

Ampliatur tertiò vt † minori, qui super suis bonis absque requisitis solemnitatibus censum imponit competat beneficium restitutionis in integrum non solum ad effectum, vt non teneatur vlterius ad solutionem annui census, & annuæ responsionis, verum etiam ad effectum vt absque eo, quod teneatur emptori census restituere sortem, liberet semetipsum & bona sua ab onere d. census. Odd. *in suo trac. de restit. in integr. par. 2. q. 56. n. 46.* post multos quos allegat [Quæ conclusio absque dubio procederet, si huiusmodi solemnitates requirerentur pro forma ob publicæ vtilitatis rationem, quo casu cùm statutum resistat contractui, & obligationi, impedit etiam, naturalem obligationem oriri, *l. cùm lex, & ibi* Bart. *num. 6. ff. de fideiuss.* & proinde minor non tenetur ad restitutionem acceptorum in contractu, quem vult impugnare, *vt post* Bald. *cons. 258. vers. nec aliter lib. 3. bene deduxit* Rota *in vna Romana nullitatis obligationis 16. Ianuar. 1626. coram* R. P. D. Durano, *quæ est* post *tract. dec.* 16
464. *num. 13. & infra late vsque ad num. 21.* quæ † tamen in integrum restitutio denegaretur minori, si ex dictis pecuniis ad censum receptis esset effectus locupletior, quia tunc talis impositio sustineretur vt pluribus comprobat Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. redit. qu. 14. num. 14. cum multis seqq. & placuit* Rotæ *coram* Seraph. *decis. 1242. n. 3. vers. non obstat. par. 3.*

[Et minor teneretur ad restitutionem acceptorum ex illo contractu, vt per *l. si fundus. §. fin. ff. de rebus eorum, & alia concludit* Rota *in vna Romana census vitalitij 22. May 1626. coram* R. P. D. Merlino *quæ est post trac. dec. 463. n. 10. & in vna Romana nullitatis obligationis 16. January 1626.* coram Duranno *quæ ibidem est decis. 464. num. 17.* tunc enim cessat causa finalis, ob quam minori succurritur, vt firmat Idem Odd. *d. trac. de restitut. In integr. q. 47. art. 3. nu. 11. & Roderic. de ann. redditibus quæst. 14. num. 38. & seqq. vbi late.*

Onus verò probandi, minorem esse effectum locupletiorem, ad eum spectat, qui cum illo contraxit, vt dicit Roderic. *d. n. 38. & seqq.* Menoch. *præsumpt. lib 3. præsump. 84. num. 4. qui alios allegant. & tanquam communiter abomnibus receptum amplexa fuit* Rota *in illa Romana nullitatis contractus 38. Iun. 1624. coram* R. P. D. Buratto, *quæ est post trac. dec. 455. n. 2. in d. Romana census vitalitij numero vndecimo, & in dicta Romana nullitatis obligationis num. 30.*

Huiusmodi autem locupletatio, & versio pecuniarum in vtilitatem minoris non probatur ex eo duntaxat, quod constat pecunias solutas peruenisse ad manus minoris, quia potuit illas dissipasse, & malè consumpsisse, vt dicit Rota *in dicta Romana census vitalitij num. 12.* Sed probandum est, pecunias præfatas fuisse per minorem tempore receptionis erogatas in aliquam vtilitatem ipsius, & in emptionem aliquarum rerum ipsi necessariarum vt resoluit Rota *d. numero 12. & in dicta Romana nullitatis obligationis numero 31.* Vel saltem minorem esse hominem frugi, & consueuisse negotia sua vtiliter gerere, & bona sua bene administrare, cum versio probetur etiam per coniecturas, vt dicemus infra *hoc eod. art. numero 29. & 30.*

Nec refert, quod emptum, vel acquisitum ex dictis pecuniis penes ipsum minorem non extet, dummodo ab initio tempore receptionis illæ fuerint erogatæ in vtilitatem aliquam illius. In hac enim materia solum principium attenditur, non quid inde sequutum fuerit, & proinde quamuis vtilitas minoris non duret, nihilominus si soluens fuit in bona fide, & minor quando pecunias recepit, eas erogauit in aliquam suam vtilitatem, dum vult contractum illum impugnare ob non adhibitas necessarias solemnitates, tenetur accepta ex eodem contractu restituere, vt deducit Rot. *in d. Romana census vitalitij num. 6. 14. & 15.* Et licet Doctores in hoc articulo soleant adhibere distinctionem, An contractus fiat ex causa voluntaria, vel ex causa necessaria, vt hoc secundo casu sit probanda versio, secus autem si contractus fiat ex causa voluntaria ob solam vtilitatem minoris, vt multos allegans testatur Rota. *in d. Romana census vitalitij num. 13.* In proposito tamen videtur indistincte concludendum, quod in vtroque casu sit probanda versio, vt fuit resolutum in illa *Romana nullitatis contractus coram* R. P. D. Buratto, *quæ est post tract. dec. fio. 455. num. 3. & nos dicimus infra hoc eod. art. num. 24. & infra.*

Maximè quando contractus impugnatur tanquam nullus ob non seruatas solemnitates pro forma

principaliter ob publicæ vtilitatis rationem requisitas, cùm eo casu nec naturalis, nec ciuilis obligatio oriatur, *vt paulò superius in hoc art. dictum fuit num. 1.*

Limitatur autem conclusio principalis quod minor non posit super suis bonis validè censum impo-
17 nere † Primò si in tali impositione solemnitates requisitæ interuenerunt, quia tunc talis impositio valet, vt concludit Follet. *in sua Pract. censuali, in verbo, Huiusmodi, num.* 38. Redoan. *de reb. Eccles. non alien. tit. de constit. ann. Cens. num.* 31. *et* 32. *et post istos* Auen. *d. cap.* 81. *num.* 6. *et illam pro valida, & ac legitima absque difficultate habuit* Rot. *coram* bo. m. Orano. 8. *Aprilis*, 1598. *in vna Romana census de Prouanis*, quæ
18 est *in fine tract. Decis.* 21. *nu.* 1. *et* 11. Immò † interuentus solius decreti competentis Iudicis videtur talem impositionem validare, & legitimam reddere, vt sensuit Rota *in vna Romana nullitatis census*, 8. *Nouembris*, 1610. *coram* R.P.D. Pirouano, *quæ est ibidem dec.*
19 22. *num.* 1. ea † ratione, quia pro decreto præsumitur, nedum quoad solemnitatem requisitam pro iustitia contractus, sed etiam quoad solemnitatem re-
20 quisitam pro validitate Decreti. Quæ † habent locum non obstante breuitate temporis, maximè propter consuetudinem, secundum opinionem Rota *coram* Puteo, *dec.* 364. *num.* 2. *lib.* 1. *quam amplexi sunt multi relati per* Simoncell. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 8. Gabr. *conf.* 127. *num.* 31. *lib.* 1. Pacific. de *Salu. interd. inspect.* 3. *cap.* 2. *num.* 155. *secundum nouam impress.* licet ipse contrarium defendere conetur. Sed priorem post alios latè tuetur Surd. *dec.* 334. *nu.* 5. *vers. hec et si vera sint, vsque ad fin.*

[Quod tamen non procederet, si tale decretum fuisset interpositum vel sine causa, vel ex causa falsa, vt in decreto interposito super contractu mulierum resoluit Rota *coram* R.P.D. Buratto *in vna Romana nullitatis census* 28. *Nouembris* 1618. *quæ est post tract. dec.* 382. *num.* 1. *et bene faciunt ea quæ dicuntur infra hoc tod. tit. sub num.* 37.

Cæterùm si istud decretum fuerit à Iudice interpositum ex falsa causa esset ipso iure nullum *l. magis puto. §. alienum. ff. de reb. eorum cum aliis allegatis in vna Romana Census* 13. *Februarij* 1632. *coram* R. P. D. Merlino *quæ est post tract. dec.* 543. *num.* 5.

In tantum quod si falsitas causæ sit duntaxat in vna parte, reddatur tamen decretum nullum in totum propter illius indiuiduitatem, vt multorum auctoritate comprobat *ibi* Rota *n.* 12.

Sola tamen solutio non tolleret nullitatem impositionis census, si fieret ab eodem pupillo existente adhuc in pupillari ætate, dicit Rota pluries de solutionibus factis à mulieribus de fructibus censuum nulliter, & absque solemnitatibus requisitis ac sine iusta causa impositorum, *& signanter in* Romana census, *quæ est post tract. decis.* 31. *numer.* 11. quam, *& alias refert eadem* Rota *in illa Romana census, quæ est ibidem dec.* 643. *num.* 20. cùm eadem militet ratio in minoribus, qui non possunt sua bona alienare sine solemnitatibus, & iusta causa ipsis vulgaribus, quæ militat in mulieribus.

Immo quod ab istâ limitatione sit recedendum etiam quando solutiones fuerunt factæ à minore postquam est effectus maior 25. annis videtur dicendum ea ratione quam considerat Rota. *dec.* 136. *nu.* 12. *par.* 1. *recent.* quam repetit *eadem* Rot. *dec.* 543. *post tract. n.* 20. videlicet quia constat de veritate infecti principij, & de titulo vitioso, & consequenter cessat præsumptio, quæ poterat insurgere ex obseruantia subsecuta ob solutiones etiam reiteratas, immò etiam quod essent factæ per tempus immemorabile.

Quod in tantum est verum, quod in impositione census huiusmodi exponatur Iudici aliqua causa, quæ si vera esset, redderet impositionem licitam si postea detegatur falsa, ipsa quoque impositio corruit, non obstante Iudicis decreto, *l. et si Præses et ibi* glos. et Doctor. *C. de prad. minor. et fuit dictum in vna Romana nullitatis contractuum* 28. *Iunij* 1611. *coram* R. P. D. Buratto post *tract. dec.* 370. *num.* 3. *et coram eod. in vna Reatina census* 27. *Nouemb.* 1617. *quæ ibidem est dec.* 373. *numer.* 1. maximè si illa fuit causa finalis; nam illius defectus facit cessare etiam effectum in contractibus, vt notat Bartol. *in l.* 2. *§. fin. sub nu.* 2. *ff. de donat. latissimè* Tiraquell. *de cauſ. ceſſant. limit. prima.* Rota *in d. Reatina census numer.* 8.

Onus autem probandi falsitatem causæ expressæ incumberet ei qui vellet agere ad nullitatem contractus, vt multorum auctoritate dixit Rota *in illa Romana census* 1. *Iunij* 1616. *coram* R.P.D. meo Vbaldo *quæ est post tract. dec.* 35. *num.* 2. Nam in dubio standum est Instrumento quod præsumitur verum, *vt dixit sæpius* Rota *signanter in dec. impressis post tract.* 76. *n.* 5. *&* 259. *nu.* 1.

Et si plures causæ essent expressæ, quarum aliquæ essent veræ, aliquæ verò falsæ impositionem census sustineri ex veris resoluit Rot. *in d. Roman. census coram D. Vbaldo n.* 5. *&* 6.

Limitatur Secundò, si minor † postquam est effectus 21
maior vigintiquinque annis census præfatum soluit, & recognouit, quia ex dicta solutione subsequuta conualidatur præcedens impositio inualida, *l. si prætextus ff. de bon. posses. contra tab. l. si proponat, §.* 1. *ff. de inoff. testam. per quæ iura* Natt. *conſ.* 45. *n.* 10. *lib.* 1. Menoch. *conſ.* 561. *num.* 12. *et seqq. lib.* 6. saltem † prout ex nunc ex nouo 22
consensu Boccac. *in suo tract. de Censib. par.* 2. *numer.* 144. & propterea non poterit postea illum amplius impugnare. Dec. *conſ.* 665. *numer.* 2. Crau. *conſ.* 188. *numer.* 5. Mascard. *in suo tract. de Probat. vol.* 1. *concluſ.* 915. *& fuit in puncto resolutum in* Rota, *in vna Romana census coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est in calce tract. dec.* 19. *num.* 3. *auctoritate Ceph. conſ.* 51. *numer.* 40. *& seq. lib.* 1. *&* Gabr. *conſ.* 13. *n.* 13. *lib.* 10.

[Cæterùm solus temporis lapsus non esset sufficiens ad inducendam hanc tacitam ratificationem in iis casibus, in quibus ex forma alicuius statuti, vel constitutionis (prout est constitutio Ægidiana *lib.* 5. capitulo 25.) præsumitur dolus, *vt dixit* Rot. *coram* Verall. *decis.* 1. *lib.* 3. & *coram* Ludouis. *decisio.* 473. *nu.* 18. & *coram* R.P.D. Buratto *in vna Romana nullitatis contractuum* 28. *Iunij* 1619. *quæ est post tract. dec.* 370. *num.* 12.

De hoc tamen dubitant scribentes, cum ille dolus sit præsumptus, & non verus, vt animaduertunt *addent. ad* Ludouis. *dec.* 260. *num.* 23. *& dec.* 473. *num.* 24. quos videas.

Prout hæc tacita ratificatio non resultaret ex solo temporis cursu, nisi iste minor factus maior haberet notitiam nullitatis, & defectuum dicti contractus, & instrumenti tàm de iure, quàm de facto resultantium, *vt firmauit* Rota *sæpius*, *et signanter coram* Ludouisio *dictæ dec.* 473. *nu.* 20. *& coram* Reuer. P. D. Buratto *in d. Romana nullitatis contractuum nu.* 13. *in quibus aliæ Rotæ dec. referuntur.* Nam tacita ratificatio non cadit in ignorante. Patri. *conſ.* 100. *num.* 71. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 162. 31. *post quem* Rot. *coram* Ludouisio *decis.* 179. *num. septimo, & decis.* 262. *nu. decimoquinto* & ibi *addent. num. vigesimo secundo.*]

Limitatur tertiò eadem conclusio † vt non procedat 23
si minor factus maior vigintiquinque annis, taceat, & à dicti census impositione non reclamet, nec quidquid dicat Roder. *d. q.* 14. *num.* 65. ex dicta taciturnitate per quinquennium, post lapsum vigesimiquinti anni resultat ratificatio præcedentis impositionis census nulliter factæ in minori ætate, saltem ex nouo consensu, ita vt non possit postea de illius nullitate opponere *l.* 1. *&* 2. *C. si maior fact. l. fin. Cod. si maior.*

fact.

fact. Crau.*consil.* 102.*n.*7. *lib.*1 Gabr.*d.conf.*31.*num.*13. *versicul.difficultatem,lib.*1.Parisi.*conf.*49.*n.*14.*&* 24.*lib.*1. Natt.*conf.*503. *n.*14. *lib.*3. Menoch. *de recuper.possess.remed.*15.*n.*148.Io.Imol.*conf.*148.Alex. Raudens.*conf.*10. *num.*126.Achill.Pedroc.*conf.*17.*n.*40.*lib.*1. Cæsar Barz. *decis.*75.*num.*13.*&decis.*96.*num.*47. Franc.Cald. *ad l.si curatorem,in verbo,infra legitimum tempus, num.*21.*C.de restit. in integr. min. qui multos allegat , quibus addi potest* Mantic. *d.tacit.& ambig. conuention.lib.*4.*tit.*6. *numer.*65.*&* Menoch. *conf.*419. *num.*48.*lib.*5.*&conf.*361.

24 *num.*11.*vers.est enim,lib.*6. Etiam † quod esset nulla ex defectu cuiuscunque solemnitatis,Socin.sen. *conf.*147. *vol.*4. *lib.*1.Ruin. *conf.*136 *num.*6. *lib* 4. Grat. *Responso* 47.*num.*21.*& seq.lib.*1. Paris. *d.conf.*49.*numer.*58 *lib.*1. *& conf.*16.*numer.*92.*lib.*2. Bero *quæst.*34.*numer.*4 *& seq. late* Menoch. *d.Remed.*15.*numer.* 142. *cum multis seqq.* Gabr. *qui de magis communi d. conf.*13. *num.*2. *& alios allegat* Marc. Anton. *Var. Resolut. lib.*2. *resolut.*3. *nu-*

25 *mero* 20. *ad fin. vers. licet contrarium.* Qui † tamen *vers. seq.* attestatur secundum veriorem , & magis communem opinionem regulam,*d.l.fi .C.si maior fact.* habere dumtaxat locum, vbi in alienatione facta à minore deficeret solummodo Decretum , secùs si deficerent alia solemnia , sed retenta prima , illa procedit etiam de iure canonico in Terris Ecclesiæ Menoch.*d.Remed.*15.*numer.*188. Simoncell. *in d.suo tract. lib.*3.*tit.*9.*n.*43.

26 Fallit tamen si † in tali impositione intervenit dolus , nam ob dolum excludi dictam ratificationem resultantem ex taciturnitate quinquennij omnes communiter admittunt. Licet dubitent , an sufficiat dolus præsumptus , vt plenè disserit Marc. Anton *d. resolut.*3. *numer.*20. *vers. articulus igitur erit , vbi in vers. in hoc contrarietate* dic partem affirmatiuam sibi magis placere vti veriorem, cum sit fundata melioribus rationibus , tùm vti magis communem , vt testatur Surd.*cons.*49.*n.*43.*lib.*1. tùm quia vidit illam magis seruari in Practica.

27 Declaratur etiam vno modo generaliter dicta principalis conclusio , quod † in impositione Census facienda super bonis minorum requiritur etiam iusta causa,Dec.*conf.*556. *num.*3. Osasch. *decis.*167. *quos, & alios multos allegat* Simoncell.*d.tract.lib.*1.*tit.*1.*num.*17. *& seqq.*Iusta autem causa existimaretur , si talis cen-

28 sus impositio fuerit , vel † causa dotandi sororem. Mantica *d.tit.*6. *num.*6. maximè si futurus maritus recusaret recipere bona stabilia in dotem , quia tunc possent bona stabilia vendi vt dos detur in pecunia numerata, vt dicit Rota *in vna Romana Casalis,*3 *Aprilis* , 1615. *coram* R.P.D Dunozetto , *quæ est post tract.*

29 *decis.*23. *numero* 4. Vel † eam erogandi pro acconcio, seu , vt dicitur , Arredio sororis maximè si summa quæ ad censum accipitur sit proportionata dictæ causæ acconcij , vt fuit dictum in Rota , *in illa Romana census* , 22. *Iunij* , 1611. *coram* R.P.D.Manzanedo,*quæ*

30 *est ibidem decis.* 19 *numer.*4. Et † multo magis , si alia vrgeat necessitas , cum ob necessitatem posse super bonis minorum constitui annuos census , dicat Foller.*in sua Pract.censuali in verbo huiusmodi, num.*38. *&* *seqq.* Corbul.*in d.causa* 14. *ob alienationem irrequis. domin.fact.* Amplia 49.*num.* 4. Bon, *in suo tract.de consib.*

31 *articul.* 31. *numero* 57. *vers. solum igitur* , Simoncell.*d.tract.lib.*2.*tit.*6. *inspect.*3. *numer.*33. Potest † dari exemplum si vrgeat æs alienum minoris , *l. magis puto, §.ne passim , ff.de reb.eorum ob ar,C.de pred.minor.Pacific.in d.suo tract. de Salu.Interd.inspect.*3.*cap.*2. *numero* 132. *secundum nouam impressionem , & in puncto dixit* Rota *in vna Romana census,*8. *Martij,* 1610. *coram* Illustriss.Cardinali Ludouis.*quæ est post Tract.decis.*24,*num.* 7.absque dubio si creditores instarent,*d.l. ne passim* Simoncell.*d.tract.lib.*1.*tit.*1.*numer.*36.*Pacific.d. tit.*2.*num.* 134.*& seqq.*

Vnde † videtur quod non possit super bonis minorum imponi census,etiam cum debitis solemnitatibus pro extinguendo alio censu , cum enim minor non possit cogi ad d. census extinctionem,iuxta dispositionem Martini V.& Calixti III.*in cap.*1. *&* 2.*de empt. & vendit. inter Extrauag. & commun. Pij V. in sua Bulla super forma creandi census , versiculo , Pacta etiam , & ita dixit* Rota *coram* b.m.Bubalo. 25. *Ianuarij,* 1591.*in vna Romana census , quæ est post Tract. decis.* 25. *num.* 4. *& coram* b. m. Cardinali Pamphilio *in vna Foroliuiensi rescissionis contractus.*19. *Decembris.* 1603. *quæ ibidem est decis.* 26. *num.* 4. huiusmodi impositio diceretur facta dumtaxat ex causa vtilitatis , ob quam solam non licet super bonis minorum Censum imponere. Bon. *d. tract. art.* 31. *num.* 57. *vers. ob nullam aliam causam.* Prout † de Censu impositio super bonis Ecclesiæ, 33 pro extinguendo Censu eiusdem quantitatis tam respectu sortis,quam respectu fructuum,quod sit nulliter impositus. eadem ratione iudicant. Rota *in vna Rom. Canalidutis Census* 24. *Maij* , 1591.*coram* b. m. Cardinali Pamphilio, *quæ est post Tract. decis* 27. *num.* 10. & multo magis erit nulla impositio, si census extinguendus sit maioris summæ,quam ille qui imponitur, vt dixit *ead.* Rota *in vna Romana Census de Romulis,coram* b. m. Penia.8 *Iunij.*1598.*quæ est ibid,decis.*28. *num.*3.*in fine.*

Cœterùm † non posset iure impugnari impositio 34 census facta super bonis minorum pro extinguendo censu maioris quantitatis , tam respectu sortis , quàm fructuum , ex iis quæ tradit Roderic. *d.q.*14. *ub.num.* 31. sicut licere † imponere censum super bonis Ec- 35 clesiæ pro liberanda Ecclesia à solutione maioris census , non obscurè approbauit Rota [*coram* Seraphino *dec.* 109. Gratian. *d.cæpt. for.* 4[illegible] *num.* 47.] *in vna Romana Census* , 23. *Iunij* 1600. *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino , *quæ ibid.est decis.*19. *sub num.* 4. & dicemus paulò infra de censu impositio à muliere ad rationem octo, pro extinguendo alio ad rationem decem. Nam † sicut licitum est alienare bona minorum 36 pro extinctione debiti, quod habet sub vsuris, quando fœnus , & vsuræ superant fructus bonorum stabilium vt voluit Rota *in illa Rom. Casalis* , 3. *Aprilis,* 1615. *coram* R. P.D. Dunozet, *quæ est ibidem decis.* 23. *num.* 2. *per tex.* quem dicit expressum *in l. magis puto, §. ne passim , ff. de reb. eor. & auctoritate* Imol.*cons.* 98. *num.*4. *&* Angel. Aret. *conf.*128. *num.* 25. *&* 26. *&* Natta *conf.* 631. *num.* 37. *vers. ex præmissis igitur* , ita etiam dicendum est , quod liceat super eiusdem bonis imponere censum pro extinguendo censu maiori tàm in sorte , quam in fructibus , & fa. it commune dictum , de quo testatur Decian. *conf.* 121. *num.* 55. *lib.* 3. *relatus à Mantica d. tit.* 6. *num.* 63. quòd minori licita est venditio suorum bonorum,etiam sine solemnitatibus,si conditionem suam faciat meliorem,quod videtur etiam placuisse Menoch.*conf.*561.*num.*7.*ad fin. lib.*6.

Hæc conclusio videtur etiam benè confirmari ex resolutione facta in Rota,*coram* R.P.D Manzanedo 2. *Decembris* , 1609. *in vna Romana Census* , *quæ est post Tract.decis.*30. *num.* 3. vbi † sustinetur Census impositus 37 super rebus Ecclesiæ , pro extinguendis societatibus officiorum , ex quo illæ sunt graviores Censibus.

[Verum enim verò non ex eo dumtaxat , quod census imponatur , super bonis minorum pro extinguendis eorum debitis , impositio tedditur licita , & efficax , sed est præterea aduertendum ad alia duo. Et quidem primò , An in patrimonio minoris adsint pecuniæ, vel mobilia vendibilia, ex quorum distractione debita extingui possint,cum non debeat deueniri ad alienationem immobilium, & per consequens ad impositionem census (quæ alienationis est species. Bald.*in capit. ad audientiam il2. numero nono de rescript*

& nos diximus *infrà hac eod. quæst. art. sequ. numero tertio,*) donec existunt pecuniæ, vel mobilia, ex quorum venditione possit satisfieri creditoribus minorum, vt dixit Rota *in illa Romana nullitatis contractuum coram Reuerend. P. Domin. Buratto*, quæ est post *tractat. decis. 378. num. 8.* Secundò, si ob defectum pecuniarum, vel mobilium vendibilium sit necesse deuenire ad census impositionem super immobilibus, aduertendum est ne census qui imponitur sit maior, quam sit debitum ipsum, pro quo extinguendo imponitur, non enim census vendi potest pro maiori pretio, quam sit debitum, *argumen. l. magis puto, § item Prætor æstimare debebit. ff. de rebus eorum, per quem text. & alia iura ita fuit resolutum in dicta decis. coram* Buratto *num. 9. Vbi* Rota *num. 10.* subdit, quod si sit maior census in sorte, quam sit debitum, totus census corruit ex Natt. *consil. 162. numer. 1. & seq. & faciunt ea quæ diximus supra hoc eodem artic. numer. 33. in fin.* Sed alia non inutilis circa hunc censum super rebus minorum imponendum suboritur dubitatio, quæ contingere etiam potest circa censum impositum super rebus, & bonis Ecclesiasticis, pro vt aliqui ex Doctoribus infra citandis loquuntur. An emptor census teneatur inuigilare, & esse sollicitus, quod pecuniæ, quas dat ad censum, erogentur in causam, ob quam asseritur censum imponi. In qua dubitatione Rota *in illa Romana census 23. Ianuarij 1591. coram* bonæ memoriæ Bubalo, *quæ est post tract. decis. 35. num. 1. & 2. & in Romana nullitatis contractuum 7. Iunij 1623. coram* R. P. D. Buratto, *quæ est post tractat. decis. 445. numer. 1.* distinguit, An impositio fiat ob causam maioris vtilitatis ipsius minoris, an verò ob causam necessitatis. In primo casu vera est, & ab omnibus recepta opinio negatiua, Rota *vbi supra post multos, quos allegat, & in his terminis loquitur* Dec. *consilio 36. num. 8. vers. 3. principaliter, & consil. 339. num. 2. & seq.* & Seraph. *1187. n. 3. & seq. & alij relati per* Amat. *in decis.* March. *50. num. 9. & seq.* & Gratian. *discept. Feren. tom. 5. cap. 952. num. 7. & seqq.* & circa hunc casum nulla videtur esse controuersia, cum hac tamen limitatione, vt non sit vera, vbi inter contrahentes fuisset conuentum, quod pecuniæ semper debeant reinuestiri in emptionem immobilium, *vt per* Amat. *d. decis. 50. n. 77. & seqq.* [& voluit Rota post alios quos congerit *in vna Romana census 13. Februarij 1632. coram* R. P. D. Merlino *decis. 543. n. 3. post tract.*

De Iustitia autem causæ debet constare aliter quam per assertionem contrahentium vt subdit *ibid.* Rota *num. 4.*

Vt licet pro veritate causæ expressæ stet præsumptio, vt dicitur *in eadem decis. n. 6.* ista tamen præsumptio eliditur, si in contrarium militent aliæ præsumptiones, & coniecturæ vt habetur *in dict. decis. num. 7. & infra* per discursum: nam regulare est quod vna præsumptio tollit aliam, & fortior vincit. *l. diuus ff. de in integr. restitut. cum vulgaribus*, In secundo verò casu quando census imponitur ex causa necessitatis negatiuam similiter sententiam videntur amplecti Ioan. Abb. *& alij in capitulo primo, de deposit.*

Ea ratione, quod sit speciale in mutuo, vt mutuans pecunias minori ob causam necessariam teneatur inuestigare, & curare, vt pecuniæ erogentur in eam ipsam causam, propter quam mutuum fieri asseritur, & quod propterea hoc nō requiratur in aliis contractibus *argumen. l. ius singulare, & ibi gloss. ff. de legibus*, cuius specialitatis rationem affert Hostiens. *in dicto capitulo primo de deposito, & ibi* Imol. *quam recenset.* Redoan. *de rebus Eccles. non alienan. quæst. quarta, An, & quomodo ex mutuo obligat. Eccles. in principio num. 13. quam opinionem videtur etiam sequuta* Rot. *in vna Romana nullitatis census coram* R. P. D. Piruano *quinto Martij 1621. quæ est post tractat. decis. 395. dum ibi numer. 6.* firmat hanc negatiuam sententiam, loquens de censu impositio pro restitutione dotis maternæ, & sic ex causa necessaria, *vt est dictum supra hoc eodem articulo, num. 31.* eandem sententiam videtur etiam amplecti Rota *in dicta Romana censu coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ est post tract. decis. 358. numero 9. quæ allegat* Surdum *decis. 156. num. 9.* vbi multos cumulat, qui tamen loquuntur in terminis primi casus, quando alienatio fit ex causa maioris vtilitatis.

Cæterùm, quia contrariam affirmatiuam sententiam amplexa fuit Rota *in illa Romana census 23. Ianuar. 1591. coram* Bubalo, *quæ est post tract. decis. 24. numero 1. vbi multos allegat.* Ideo ego sequutus Gasparum Rodericum *de annuis redditibus lib. 1. quæst. 14. n. 37.* consulerem emptori huiusmodi census, quod ad euitandum difficultates, & occasiones litium, sit cautus, vt pretium census in causam, quæ enunciatur erogetur, etiam quod in emptione illius Iudicis decretum, & aliæ solemnitates necessariæ in similibus contractibus minorum interuenerint.

Quod si aliquando super huiusmodi versione oriretur dubitatio, onus probandi huiusmodi versionem incumberet alleganti, vt post multos dixit Rota *in illa Romana census 12. Februarij 1632. coram* R. P. D. Merlino *post tract. dec. 543. n. 17. cæterum* illam fuisse factam, probari posset, si ex circumstantiis, & coniecturis illa præsumi posset *ex not. per* gloss. & Bald. *in authent. hoc ius porrectum Cod. de sacrosanct. Eccles.* Rodericus *dicta quæst. 4. §. verum quia per supradicta, & §. seq. fol. mihi 324. & seq. & placuit* Rota *coram* R. P. D. Manzanedo *22. Iun. 1511. in illa Romana census, quæ est post tractat. decis. 19. numer. 4.* Et in censu imposito super bonis Ecclesiæ, versio pretij in causam expressam præsumeretur si imponens consueuit bene administrare: si credimus Bald. *in capitulo cum causa ante fin. de Iudic.* Marsil. *singul. 393. Regula, quos refert.* Amat. *d. decis.* March. *50. n. 16. circa med.* Et hæc de censu imponendo super bonis minorum.]

Neque teneretur emptor census † esse sollicitus vt 38
pecuniæ conuerterentur in causam expressam, sed soluendo illas liberatur, nec probare versionem teneretur, Dec. *cons. 36. numero 8. vers. tertio principaliter, & dixit* Rota *coram* bon. mem. Bubalo *23. Ianuarij 1591. in illa Romana Census, qua est post Tract. decis. 25. num. 3. & seq. facit* Seraphin. *decis. 1187. num. 1. par. 2.* maximè † si ex circumstantiis præsumi possit versio- 39
nem fuisse factam in causam enunciatam, vt bene considerauit Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, *22. Iunij 1611. in illa Romana Census, qua ibidem est decis. 19. numero 4.* licet contrarium affirmet Roderic. *d. quæstion. 14. numero 37. cum multis seqq.* vbi admonet emptorem census, vt sit cautus, quod pretium Census in minoris vtilitatem expendatur, etiam quod impositio, & venditio census fiat cum Iudicis decreto, & hæc de minore.

[Sed posset dubitari. An talis census impositio à minore facta, licet sit ipso iure nulla ob non seruatas solemnitates necessaria, firmetur Iuramento. In qua difficultate licet regulare sit, quod iuramentum faciat de minore maiorem: Authent. *sacramenta puberum. Codice si aduersus vendit.* & contractum, de sui natura nullum, validum faciat, & illum confirmet, *capitulo ciùm contingat. de iur. capitulo quamuis de pact. in 6.* cum aliis cumulatis à Seraphin. *de Priuileg. Iuram. priuileg. sexagesimoprimo, numer. primo, & passim ab aliis.* Et sic seruandum etiam, quod sit præstitum super contractu illicito, *capitulo debitores de iureiuran. & nos diximus in tract. parte secunda, capitulo primo, quæstione tertia, articulo octauo, num. 20. seu quæst. 60. in impressis Taurini.*

Hoc tamen non procedit quando statutum requirens tales solemnitates præsumeret, iuramentum fuisse dolo, & metu extortum, vt multorum auctoritate

firmat

firmat Seraph. *dicto priuileg. sexagesimo primo, numero decimo octauo, & priuil. 83. numero septuagesimo nono,* & nos paulò inferius dicemus. Circà quam declarationem de statuto à Summo Pontifice promulgato, vel ab eo, ex certa scientia, & cum causæ cognitione confirmato quod propterea Papale dicitur Paris. *cons. trigesimo septimo, numero decimo tertio, libro tertio,* Macin. *de Iuramen. parte quarta. Effect. primo, quæstione quarta, numero decimo octauo, versiculo, & post confirmationem,* nulla potest esse difficultas, quin præsumendo dolum, & fraudem omnem tollat vim, & efficaciam contractui etiam iurato. Mancin. *dicto numero decimo octauo,* Pic. *de contract. glossa secunda, num. vigesimo septimo, & glossa vigesimatertia, numero decimo, & vndecimo,* Boccacc. *ad constitut.* March. *glossa sexta num.* 118. Rota *in dicta Romana nullitatis obligationis decimo sexto Ianuarij* 1626. *coram* R.P.D. Durano *quæ est post tractat. dec.* 464. *num.* 1. *iuncto num.* 10. Maximè si sit confirmatum in forma specifica, & causa cognita. Mancin. *d. quæst.* 4. *num.* 19. 20. & 24. Lambertengh. *de contract. glos.* 8. *num.* 6. Pic. *d. glos.* 23. *num.* 11. & *seqq.* Boccacc. *sub d. num.* 118.

Sed difficultas versatur respectu statuti à Principe laico editi, quod non constat à Papa fuisse specificè confirmatum, An si in eo disponatur, Iuramentum interpositum per minores in contractu absque statutariis solemnitatibus celebrato, præsumi dolo, & fraude extortum talem contractum confirmet, In qua Doctores nostri in varias sunt diuisi sententias, vt videre est apud Mancin. *d. quæst.* 4. *num.* 22. Lambertengh. *d. glos.* 8. *num.* 97. & *seq.* & *alios,* partem negatiuam amplectuntur, multi ea potissima ratione, quia laici nullam habent potestatem disponendi circa Iuramentum, nec etiam præsumendo, vel fingendo illud dolo fuisse extortum, alioquin haberent facultatem annihilandi saltem per indirectum vires Iuramenti, vt considerat Mancin. *d. quæst.* 4. *num.* 25. & 27. & *infra,* vbi nititur respondere contrariis, sed affirmatiuam tenent alij magis communiter, *vt apud* Pic. *d. glos.* 23. *num.* 5. & 6. vbi testatur ita sæpius fuisse in Rota resolutum. Et cum qua ego quoque libentius transeo, quando statuentes mouentur ad ita statuendum ad obuiam dum fraudibus, & deceptionibus, quæ contra minores solent exerceri Seraph. *d. priuil.* 83. *num.* 80. & 82. Lambertengh. *d. glos.* 8. *num.* 95. & *considerauit* Rota *loquens de statuto Vrbis lib.* 1. *cap.* 151. *in illa Romana nullitatis obligationis num.* 4. & 5. Potest enim etiam Princeps laicus ex causa eneruare vires Iuramenti, vt alios allegans dicit Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 453 *num.* 112. *par.* 1. & eo magis hoc tenendum videtur, quod tale statutum tendit ad excludendum peccatum, quod contrahendo per dolum committitur. Anton. Corn. *in suo tractat. de absolut. iur. par.* 3. *quæst.* 5. *num.* 71. & *infra, latissimè per discursum* Rom. *consil.* 437. *num.* 10. Boccacc. *d. glos.* 6. *num.* 117. *post princ. versic. pro declaratione,*

Et hoc casu contractus minoris non firmaretur iuramento, etiam si iurasset se esse maiorem, vt firmant multi congesti Lambertengh. *d. glos.* 8. *num.* 95. licet num. 91. referat multos, qui contrariam sententiam amplectuntur, & ipse num. 92. cum hac contraria pertranseat, non videtur tamen ab hac opinione affirmatiua recedendum, vt per Pic. *d. glos.* 23. *num.* 9. vbi affirmat, ita fuisse in aliquibus causis per ipsum relatis in Rota resolutum, & nouissimè *in d. Romana nullitatis obligationis num.* 13. & *seq.* maximè quando statutum annullat contractum sine solemnitatibus requisitis celebratum, & iureiurando confirmatum exprimendo etiam quod minor iuret, se esse maiorem, *vt per* Carpan. *d. cap.* 457. *num.* 114. & *seqq.* & *signanter num.* 118. An autem hoc casu licet contractus non firmetur iuramento possit saltem minor compelli per denunciationem Euangelicam ad obseruantiam iuramenti non bene conueniunt inter Doctores, vt refert Seraph. *d. priuil.* 83. *num.* 87. *vbi num.* 84. relinquit cogitandum.]

Quo verò ad mulierem si sit, † maior viginti quin- 40
que annis quod possit super suis bonis inspecto iure communi imponere Censum absque aliqua solemnitate, nulla potest esse difficultas, cum in contractibus mulierum etiam maritos habentium de iure communi nulla requiratur certa forma, aut solemnitas, *l. Velles. C. de reuoc. donat.* Paris. *cons.* 33. *num.* 16. & *seqq. cons.* 98. *num* 61. & *cons.* 99. *num.* 51. *lib.* 1. Bero *cons.* 176. *num.* 45. *lib.* 1. Surd. *cons.* 367. *num.* 9. *lib.* 3 Carpan. *ad Statut. Mediolan. cap.* 328. *num.* 212. Si verò † sit minor viginti quinque annis, vel in loco con- 41
tractus adsit statutum, requirens in contractibus mulierum certam formam, si Censum imponat absque solemnitatibus, talis impositio est inualida, vt clarè habetur *in* Rota *in vna Romana Census,* 17. *Februarij,* 1612. *coram* R.P.D. Pirouano *quæ est post Tract. dec.* 31. *num.* 3. Prout è contra, † si in Census impositione à 42
muliere facta, fuerint adhibitæ solemnitates requisitæ, valida erit talis impositio, prout talem Censum pro legitimè impositio habuit Rota *in vna Romana Saluiani interdicti,* 11. *Ianuarij,* 1616. *coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ ibidem est decis.* 32. *num.* 1.

[Et multò † magis si census non fuerit impositus 43
super bonis dotalibus, sed super bonis non dotalibus, & propterea mulier non possit aliquo modo remanere indotata, vt subiungit Rot. *in d. Romana Saluiani interdicti, num.* 8. & *in alia salu. interdicti* 15. *Decembris* 1614. *coram* R.P.D. Pamphilio *quæ est post. tract. dec.* 353. *num.* 3. *ad fin. & infra.*] Quod si remaneat indotata penitus, vel dimidia dotis sibi non sit salua, videtur quod contractus sit nullus prout † nullus est con- 44
tractus fideiussionis à muliere celebratus, quando remanet, vel penitus indotata, vel medietas dotis sibi non remanet salua, etiam quòd interuenerint omnes solemnitates statutariæ, dicit, Thesaur. *decis.* 213. *n.* 9. & 13. & sequuta fuit Rota *sæpius, & maximè in vna Romana fideiussionis,* 9. *Decembris* 1615. *coram* Reuerendo Patre Dom. meo Vbaldo, *quæ est post tract. decis.* 33. *num.* 3.

Licet autem contractus Census à muliere celebratus absque debitis solemnitatibus sit nullus, hoc tamen fallit † quando dicta impositio fuit illi euidenter 45
vtilis, vt pro magis communi dicit Lambert. *in d. suo tract. de contract. eor. in fine, num.* 165. & *seq.* Potest dari exemplum † si talis census imponatur ad rationem 46
octo pro centenario, pro extinguendo alio censu, qui erat ad rationem decem pro centenario, & anno, vt fuit resolutum *in* Rota *in vna Maceratensi Census,* 14. *Maij* 1614. *coram* R.P.D. Dunozetto, *quæ est post Tract. decisione* 34. *num.* 5. Aliud exemplum posset dari in Censu per mulierem impositio etiam super fundo dotali pro illius necessaria reparatione, vel propter aliam causam respicientem perpetuam illius vtilitatem, vt plenè deducit. Rot. *in vna Romana Census,* 1. *Iun.* 1616. *coram* R.P.D. meo Vbaldo, *quæ est ibidem, dec.* 75. *per totum.*

Data autem nullitate † impositionis, non posset con- 47
ualescere per ratificationem resultantem ex dicti Census solutione, & recognitione. Quia licet ista recognitio facta à minore facto maiore valideret Censum impositum in minore ætate, vt dictum fuit *supra numero* 18. & *seq.* quia scilicet cessat ratio imbecillitatis, resultantis ex minori ætate, in muliere tamen non admittitur huiusmodi ratificatio, quia semper durat ratio imbecillitatis resultantis ex sexu muliebri, & propterea ad inducendam ratificationem requiritur eadem solemnitas quæ est necessaria in explicatione ipsius actus ab initio Carpan. *ad Statut. Mediolanens.*

capit. 328. numero 8. Seraph. dec. 746. num. 1. par. 1. & decisio 1241. num. 2 parte 2.

SVMMARIA.

1 *Prodigus est qui nec finem, nec tempus habet expensarum.*
2 *Prodigus super suis bonis Censum imponere non potest. Ampliat. vt talis impositio non firmetur iuramento,* & num. 6.
Limit. antequam illi sit interdicta bonorum suorum administratio, & num. 8.
3 *Census impositio species est alienationis.*
4 *Impositio Census procedit à pari cum alienatione rei.*
5 *Prodigus res suas non potest validè alienare.*
7 *Intellige postquam est interdicta administratio bonorum.*
9 *Prodigus læsus ex impositione Census non restituitur. Intellige de Censu imposito ante interdictam administrationem bonorum,* & num. 11.
10 *Prodigus ante interdictam sibi administrationem non est loco minoris, sed tantum postea.*
12 *Administratio bonorum tanquam prodigo nemini aufertur, nisi causa cognita.*
13 *Prodigus cui fuit interdicta administratio bonorum illam non reassumit nisi causa cognita.*
14 *Limit. nisi notoriè constet illum rediisse ad bonam frugem.*

Prodigus an super suis bonis validè Censum imponat.

QVÆSTIO XVI.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 3.

1 CIrca hunc articulum † An prodigus, id est is, qui nec finem, nec tempus habet expensarum, sed omnia sua bona dissipando profundit, *l. 1. C. de curator. furios.* Ias. *in l. is cui bonis, num. 2. ff. de verb. obligat.* possit super suis bonis validè censum imponere, breuiter agendo, censeo esse negatiuè concludendum, vi-
2 delicet, quod † prodigus licet sit dominus bonorum suorum, non possit tamen super illis censum imponere, immò quod si imponat, impositio sit ipso iure nulla. Nam cùm census † impositio species sit alienationis, Bal. *in cap. ad audientiam, il 2. num. 9. de Resc.* Tiraq. *de retractu Lignag. §. 1. gl. 6. num. 61.* [Marta. *vot. 232. num. 1.*] *& dixit* Rota *in illa Romana inualiditatis census, 24. Maij, 1591. coram* bon. mem. Cardinali Pamphylio *quæ est post tract. dec. 27. num. 1. & coram* bon. mem. Orano *in una Leodiensi census, 29. Ianuary, 1596. quæ est ibidem dec. 36. num. 1. & in eadem causa coram* bon. mem. Corduba, *15. Ianuary, 1597. ibidem dec. 37. num. 1. & coram* Reuerendissimo Sacrato, *in una Romana restitutionis dotis, 17. Martij 1600. quæ est ibidem decis. 38. num. 2.* &
4 Censum † imponere super re à pari procedat cum ipsamet rei alienatione, vt clarè dixit Rot. *coram* bon. mem. Orano, *in una Perusina fideicommissi de Almericis, 8. Aprilis 1587. quæ ibidem est dec. 39. n. 2.* Sicut † est
5 inualidus quilibet contractus alienationis à prodigo celebratus, *d. l. is, cui bonis, & ibi notant communiter Scribentes*, ita quoque nulla, & inualida censenda
6 erit census impositio, ita † vt nec etiam iuramento affirmetur, Bald. *in dicta l. is cui*, Crott. *cons. 5. n. 19.* Gomez. *in loco infra citando, n. 32.* Vincent. de Franch. *decis. 672. num. 15.*
7 Quod † tamen intelligendum esse censeo, postquam illi ratione suæ prodigalitatis fuit interdicta administratio suorum bonorum, & propterea Curator ei datus, *d. l. 1. C. de curat. furiosi, §. furiosi. Instit. de curat.* Nam sicut antequam illi interdicatur rerum suarum administratio, & ei curator detur, potest validè bona sua alienare, *d. l. is cui bonis, vbi* Ripa, *pro communi, num. 37. ff. de verb. oblig.* Anton. Gomez. *Var. resolut. tom. 2. cap. 14. num. 31.* Vinc. de Franc. *d. decis. 672. num. 2. &* 3. eodem † etiam modo constitutio census à prodigo super 8
suis bonis facta, antequam illorum administratio sit ei interdicta, & curator datus, sustineri, & pro legitimè facta haberi debet, vt in terminis dixit Felician. de Solis, *in suis Commentar. de Censib. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 18.*

An vero si ex tali census impositione ante interdictam sibi bonorum suorum administrationem prodigus læsus fuerit, iure possit prætendere in integrum restitutionem, Doctor. non conueniunt. Nam affirmatiuam opinionem amplectitur. Felician. *d. num. 18.* qui pro se multos allegat, Negatiuam † verò sententiam tanquam veriorem, & securiorem sequitur *Odd.* 9
in suo tract. de restitut. in integrum part. 1. q. 11. art. 4. num. 9. allegat Paul. de Castro *cons. 248. sub num. 5. vers. viterius dico, lib. 2.* qui ea ratione mouentur, quod † ante- 01
quam prodigo sit interdicta administratio suorum bonorum, non habetur loco minoris, nec illi æquiparatur, nisi postquam fuit illi interdictum ne bona sua administret, *l. certi conditio, §. quoniam, in fine, ff. si cert. pet.* Ergo † priuilegium restitutionis in integrum quod 11
minori competit, non debet trahi ad prodigum, antequam per interdictionem administrationis incipiat gaudere priuilegio minorum, & illis æquiparetur, & cum hac opinione transit etiam Gomez. *d. cap. 14. num. 30.*

Vt autem hoc obiter annectam, sicut non † potest 12
alicui tanquam prodigo auferri, & interdici libera bonorum suorum administratio, nisi mediante Iudicis sententia, & causæ cognitione fuerit datus Curator, vt volunt communiter Scribentes, *in d. l. is cui bonis*, & comprobat Gomez. *d. cap. 14. num. 36. & plures congerens de communi testatur* Decian. *cons. 2. num. 10. lib. 3.* Eodem † etiam modo ad effectum vt ad suorum bono- 13
rum administrationem restituatur, non sufficit quod resipuerit, & ad bonam frugalitatem redierit, sed est necessaria Iudicis sententia. Doctor. *in d. l. is cui bonis, vbi* Ripa, *num. 41. &* Ias. *num. 16.* Bero. *qui testatur de communi, cons. 56. num. 19. lib. 2.* Nisi notoriè constet illum rediisse ad bonam frugem, vel hoc probetur, vt declarant Ias. *&* Ripa, *in locis nunc allegatis.* Decian. *d. cons. 2. num. 15.* qui plures citat.

SVMMARIA.

1 *Filiusfamilias habet peculia diuersi generis.*
2 *Filiusfamilias potest validè censum imponere super bonis peculij sui Castrensis, vel quasi Castrensis.*
3 *Filiusfamilias in peculio Castrensi, vel quasi, habetur pro patrefamilias.*
4 *Filiusfamilias non potest validè censum imponere super suis bonis profectitiis.*
5 *Pater habet vsumfructū super peculio aduētitio sui filij.*
6 Limit. *in certis casibus*, & num. 7. *remissiuè.*
7 *Filiusfamilias non potest in præiudicium patris censum imponere super aduentitiis, quorum vsusfructus ad patrem spectat.*
8 *Filiusfamilias, potest ad sui libitum disponere de aduentitiis quorum vsusfructus ad patrem non pertinet.*
9 *Filiusfamilias potest validè censum imponere super aduentitiis, quorum vsusfructus non spectat ad patrem.*
10 *Filius familias obligatur ex quocunque contractu sine patris consensu.*

Filius

Filiusfamilias an super suis bonis validè Censum imponat.

QVÆSTIO XVII.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 4.

REuocatur in dubium in hoc quarto Articulo, an filiusfamilias maior viginti quinque annis possit super suis bonis validè censum constituere & imponere. Et cum filij familias habeant peculia diuersi generis, *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* §. *igitur*, Instit. *per quas person. nob. acquirit.* ideo ex mente Felicianj de Solis, *in suis Commentar. de Cenſib. tom. 1. lib. 2. cap. 2. num. 21.* plures sunt in hoc articulo faciendæ, & constituendæ conclusiones.

2 Prima sit: Quod † filiusfamilias in iis bonis, quæ possidet Iure peculij Castrensis, vel quasi, potest censum imponere, & constituere, non secus ac possit quilibet alius dominus super suis bonis propriis, & ita firmat Felician. *d. num. 21.* & facit vrgens, & fortis ratio, quàm considerat Ludouicus de Auend. *in suo tract. de*
3 *Cenſib. Hiſpan. cap. 80. num. 7. & 8.* Quia † filiusfamilias quo ad peculium Castrense, vel quasi Castrense, habetur loco patris familias, *l. 2. ff. ad* Macedon. *l. 2. & 3. C. de Castren. pecul. l. fin. C. de inoff. teſt.* Roland. à Valle, *conſ. 45. num. 8. lib. 3.*

4 Secunda sit conclusio? Filiusfamilias † in iis bonis quæ habet iure peculij profectitij, cùm pleno Iure ad patrem spectent, *d. l. cùm oportet, C. de bon. quæ liber. & d.* §. *igitur. Inſt. per quas perſon. nob. acquiritur*, non potest censum imponere, & constituere ad præiudicium patris, sed bene ad suimet ipsius damnum, vt de imponente censum super re aliena absque consensu domini diximus *supra hac eadem q. 14. ſeu q. 1. art. 1.* & concludit Felician. *d. num. 21.*

5 Tertia est conclusio quod † filiusfamilias super bonis peculij aduentitij, cuius vsusfructus ad patrem spectat, de quo habetur in *d. l. cùm oportet, & in l. 1. & ſeqq. C. eod. tit. in l. 1. de bon. matern. & in d.* §. *igitur. Inſt. per quas perſon. nob. acquir.* non potest ad præiudicium imponere, cum nec etiam possit bona illa in patris præiudicium alienare, *d. l. cum oportet,* §. *filius autem, C. de bon. matern.* cum à pari procedant rei alienatio, &
6 census super ea † impositio, vt diximus *in præcedenti art. num. 4.* Et in terminis huius secundæ conclusionis putò intelligendum esse Auend. *dum in d. c. 80. num. 6.* simpliciter, & indistinctè concludit, quod filiusfamilias super suo peculio aduentitio non possit censum imponere, vt scilicet, loquatur de illo peculio aduentitio, cuius vsusfructus ad patrem pertinet, & ad patris præiudicium, cùm ad suimet præiudicium huiusmodi census impositionem validam credam, iuxta ea quæ supra *hac ead. quæſt. art. 1. vel q. 14. num. 12.* diximus de impositione census facta ab eo, qui rei subiugatæ nudam habet proprietatem.

7 Quarta sit conclusio, quod † filiusfamilias in iis bonis aduentitiis, quorum pater non habet vsumfructum, vt contingit in casibus expressis in Auth. *excipitur, & ibi gloſ. & Scribentes not. C. de bonis quæ liber.* &
8 circa † quæ habet liberam disponendi facultatem, Auth. *vt licet, matri, & aliæ in princ. l. fin.* §. *filiis, Auth. de bon. quæ liber.* Aimo Cravet. *conſ. 84. n. 9. vbi teſtatur de communi, & conſ. 92. num. 1. lib. 1.* Didac. Couat. *ad Rubr. ext. de Teſtam. part. 3. num. 9. ad fin.* Cephal. *conſ. 55. num. 14. lib. 1.* Iul. Clar. *in ſua Pract.* §. *donatio, q. 6. num. 2. verſ. aut quæris.* Ascan. *Clement. in ſuo tract. de Patr. poteſt. par. 6. effectu 16. num. 11.* Potest † tanquam verus dominus
9 censum imponere, & collocare, per ea quæ dicta sunt supra *hac ead. q. & art. seu dicta q. 14.* & concludit Felician. *d. num. 21.* Cum enim filiusfamilias de Iure communi possit regulariter ex quocumque contractu † obligari *l. filiusfamilias, la ſeconda, ff. de action. & obligat.* Gomez *var. reſolut. tom. 2. cap. 15. num. 11.* Cephal. *conſ. 344. num. 8. & 9. lib. 2.* non mirum si possit etiam obligari ex contractu census. 10

SVMMARIA.

1 *Censum ſuper re imponere poteſt illius dominus, licet habeat dominium aliquo modo reſolubile.*
2 *Venditio cum pacto redimendi eſt vera, & perfecta.*
[*Emptor rei cum pacto de retrouendendo poteſt illam pignori dare, vendere, & illius dominium transferre.*
3 *Emens cum pacto de retrouendendo, pendente termino facit fructus ſuos.*
4 *Emens cum pacto de retrouendendo, poteſt pendente termino ſuper ea cenſum imponere.*
5 *Res vendita cum pacto, facta redemptione reddit libera ad redimentem.*
[Limit. *in præiudicium redimentis.*
Grauari aliquem ex alieno facto iniquum eſt.
Dominium rei datæ ſub modo; modo non impleto reuertitur ad dantem.
Intellige declarante datore.
Cenſus validè imponi ab eo poteſt, cui res data fuit ſub modo.
Emptor rei, quæ eſt ſuppoſita retractui, poteſt ſuper ea cenſum imponere ante petitum retractum.]
6 *Maritus poteſt cenſum imponere ſuper fundo ſibi in dotem dato æſtimato ea æſtimatione, quæ faciat emptionem.*
7 *Fundus datus marito æſtimatus ea æſtimatione, quæ faciat emptionem, efficitur mariti.*
8 *Et ſtat periculo illius.*
9 *Maritus, qui recepit in dotem prædium æſtimatum ea æſtimatione, qua faciat emptionem, eueniente caſu reſtitutionis dotis, tenetur reſtituere pecunias, non prædium.*
10 *Maritus non poteſt cenſum imponere ſuper fundo ſibi dato in æſtimando pro fundo dotali.*
Intellige de impoſitione cenſus, qui præiudicet vxori, ſeu eius ſuimet præiudicium, & num. 15.
11 *Maritus efficitur dominus prædij ſibi pro fundo dotali, abſque æſtimatione tradito.*
12 *Tale tamen dominium reſoluitur, ſoluto matrimonio.*
13 *Maritus non poteſt alienare prædium, ſibi in dotem traditum pro fundo dotali, abſque æſtimatione.*
14 *Sed verè remanet in dominio vxoris.*

Emens rem cum pacto, & maritus, an poſſint Cenſum ſuper bonis creare.

QVÆSTIO XVIII.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 5.

DVbitatur in hoc quinto articulo, an is qui est quidem dominus rei, sed illius dominium est aliquo casu resolubile, validè possit super ea censum imponere & creare. In qua † difficultate *ſupra hac eadem q. art. 1. in fin. vel q. 14.* cum opinione affirmatiua transiuimus, auctoritate Garz. Mastrilli *dec. Regni Sicil. 150. num. 1. & ſeqq. lib. 2.* ea potissimum ratione, quod satis sit, quod is qui censum imponere vult sit dominus rei subiugandæ tempore subiugationis. Ex 1

qua conclusione est in hoc articulo inferendum.

Primò ad eum qui emit fundum cum pacto de re-
2 tinuendo, Is † enim pendente termino ad redi-
mendum concessa, est verè dominus licet emptio re-
solui possit. Doctor. *in l. pecuniam quam & signanter* Soc. *in vt. nor ab. ff. si cert. petat. alios allegat, & comprobat.* Ceph. *cons.* 351. *num.* 50. *lib.* 2. Et interim potest rem ipsam pignori dare, & illam vendere, & dominium transferre. Menoch. *consil.* 26. *num.* 12. *lib.* 1. *qui alios refert* Mari Gurb *decisio. Sicil.* 14. *num.* 33. *versic. aut redimentis, par.* 1. huiusmodi venditio est vera, & perfecta venditio. Tiraq. *de retractu conuent. §.* 2. *gl.* 1. *num.* 73. *vers. hic autem continuo & num.* 74. Iacob Nouell. *in suo tract. de Iure Protomis. §.* 1. *num.* 142. Corbul. *de iure Emphyteut. cansa* 14. *ab rei alienat. Ampliat.* 27. *num.* 3. &
3 † emptor dicto termino durante facit fructus suos. Beto. *in c. ad nostram, num.* 28. *vers. & in hoc casu, ext. de empt. & vend.* [*Ceph consil.* 446. *num.* 51. *li.* 4. *qui allegat,* Alex. *in l. qui Roma in prin. sub. num.* 9. *vers. tamen quamuis dec. Raphaëlis. ff. de verb. oblig. Menoch* qui alios congerit *d. cons.* 26. *n.* 10.] *& post multos* Bapt. Aimo, *in suo tract. de allunion. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 10. Vnde non videtur du-
4 bitandum quin † possit super prædio cum dicto pacto acquisito constituere censum validum, & perpetuum inspecto tempore impositionis, sed ab euentu temporalem, videlicet, quarenus venditor prædij, vtendo pacto, & facultate sibi ad redimendum concessa; fundum
5 redimat, nam † per huiusmodi redemptionem fundus ille redit ad redimentem liber, & immunis ab omni onere per emptorem durante termino ad redimendum cõcesso super illo impositio *l.* 5. *§. idem Marcellus. ff. de in diem adict. l. in diem, ff. de aqua pluui. arcen. per quæ iura* Bart. *in d. l. in diem, num* 2. *quem referunt, & sequuntur* Fabian. de Monte *in suo tract. de emptione, & vendit. in* 4. *q.* 7. *princip. sub num.* 7. *vers.* 4. *quæro.* Tiraq. *vbi supra, §.* 1. *gl.* 1. *num.* 10 *& alij passim.* [& in propriis terminis Giurb. *de dec.* 24. *nn.* 8. *par.* 1. cum huiusmodi subiugatio, & impositio census fuerit facta non ad vtilitatem illius, qui prædium illud censuatum vult redimere, sed dumtaxat ad commodum, & vtilitatem illius, qui tenetur reuendere, qui cum prædium illud receperit liberum à tali obligatione, non potuit per impositionem census illi onus aliquod in præiudicium redimere volentis imponere, per regulas *l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & l. si quis in suo. §. legis C. de inoff. testam.* nam qui commodum ex contractu non sentit, nec incommodum sentire debet, cum sit iniquum, quod alterius facto quis grauetur absque sua culpa, vt dicit *Giurb. d. dec.* 24. *num.* 33. Secundò inferri potest ad eum, in quem fuit translatum quidem dominium rei, sed sub aliquo modo per ipsum adimplendo, puta si fuerint donata certa bona, vt prestet alimenta donatori, licet enim modo non adimpleto dictorum bonorum dominium reuerti debeat ad donantem. *l.* 1. *C. de donat. quæ sub mod. glos. in l. traditionibus, & ibi* Curt. Iun. *num.* 26. *C. de pact.* Quia tamen dominium non reddit ad donantem absque declaratione donatoris. *l.* 2. *C. de leg commiss.* Tiraq. *in leg. si vnquam in verb. reuertatur, nu.* 10. *C. de reuocan. don.* interim donatarius potest valide super dictis bonis census imponere, vt fuit in puncto resolutum *per* Rotam *in vna Assisien. census* 22. *Iunij* 1605. *coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano. *post tract. dec.* 340. *nu.* 1. *& seqq.* Tertiò infertur ad eum, qui emit rem suppositam retractui; nam quod possit super illa censum imponere ante petitum retractum dedicit. Giurb. *dec. Sicil.* 55. *nu.* 8.

Infertur ad maritum, de quo, quæritur an super prædio sibi pro fundo dotali tradito, & consignato possit censum valide constituere, & imponere. In qua dubitatione duas conclusiones firmandas esse existimaui, vnam affirmatiuam, negatiuam alteram.

6 Conclusio affirmatiua sit: Quod † maritus super fundo, qui fuit sibi pro dote datus, & consignatus æstimatus, tali æstimatione, quæ faciat emptionem potest tanquam super re propria censum perpetuò duraturum fundare, & collocare. Quæ conclusio videtur optimè cõprobari, quia † talis fundus ita æsti- 7
matus marito datus fit proprius mariti, Rolan. à Valle, *cons.* 64. *nn.* 5. *lib.* 4. Bero. *cons.* 204. *nn.* 15. *lib.* 1. *& cons.* 63. *n.* 5. *lib.* 3. Natta, *cons.* 650. *num.* 3. *lib.* 4. Tob. Non. *cons.* 52. *nu.* 5. Hond. *cons.* 14. *nu.* 43. *& cons.* 41. *nu.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 23. *nu.* 13. *lib.* 2. & † stat periculo mariti, *l. cum* 8
dotem. C. de iure dot. & maritus † eueniente casu resti- 9
ruendæ dotis tenetur ad restitutionem pecuniæ, *l. quoties, C. eod.* & propterea sicut per has rationes potest super dicto fundo seruitutem constituere, vt tradit Bartholom. Veronens. *in suo tract. de seruit. vrban. prædior. cap.* 14. *nu.* 10. ita poterit censum imponere, cum census sit species quædam seruitutis, vt dicemus *infra hoc* 2. *cap. qu.* 3. *art.* 1. Et quilibet dominus possit super re propria censum imponere, vt diximus *supra hac eadem quæst. art.* 1. *seu quæst.* 14.

Conclusio negatiua est: † Quod maritus non 10
potest censum perpetuum, & perpetuo duraturum constituere super prædio, quod sibi datum fuit pro dote inæstimatum, vel æstimatum ea æstimatione, quæ emptionem non facit, ita concludunt Foller *in sua Pract. cens. in verbo huiusmodi, num.* 22. Gugl. Redoan. *de reb. eccles. non alien. in tit. de Const. ann. cens. nu.* 20. Boccacc. *in suo tract. de censib. par.* 2. *num.* 77. Felician. de Solis, *in suis Comment. de censib. tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *nu.* 13. *vers. sin vero res,* Ioan. Azor. *in Instit. Moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 7. *qu.* 6. *Et post hæc scripta visi,* Martinus Bonac. *in de contract. disput.* 3. *q.* 4. *puncto vnico nu.* 10. Auendan. *de censib. Hispan. cap.* 79. *nu.* 7. qui tamen eo in loco debet intelligi de fundo dato in dorem æstimato, sed ea æstimatione, quæ non faciat emptionem; prout seipsum declarat *sup. nu.* 5. *& rursus, nu.* 9. vbi loquitur de fundo dato in dorem inæstimato. Cuius quidem conclusionis ea potest esse ratio, quia licet eo casu † ma- 11
ritus efficiatur dominus dicti prædij, *l. dote C. de rei vendicat. Instit. de his, quib. alien. lice. vel non in princ. & volunt magis communiter Scribentes, teste* Alex. *in l. paterfamilias, nn.* 6. *ff. ad leg. Falcid.* Quia † tamen dominium 12
illius non est perpetuum, sed resolubile, & duraturum dumtaxat donec matrimonium constiterit, vt tradit Gl. *in d. princ. Insti. de his, quib. alien. lic. vel non, in verbo ipsius, in fine.* Et propterea † maritus non habet fa- 13
cultatem interim illud alienandi, *l.* 1. *ff. de fundo dot. l.* 1. *C. eod, Fabian. de Monte, d. tract. de empt. & vendit. qu.* 3. *cap.* 21. *& q.* 8. *nu.* 13. *& seq.* Cum † re vera tale præ- 14
dium remaneat in dominio vxoris saltem naturali *l. in rebus, C. de iure dot.*

Vnde non mirum si super eo maritus non potest censum imponere, quod tamen non est ita simpliciter, & indistinctè accipiendum, sed iuxta ea quæ diximus *supra hac eod. qu. art.* 1. *seu qu.* 14. de eo, qui imponit censum super re aliena inscio domino.

SVMMARIA.

[*Locatio rei subiectæ restitutioni facta ad longum tempus ab harede grauato valet, viuente locatore, sed, eo mortuo, potest a fideicommissario reuocari.*]

1 *Hæres grauatus potest censum imponere super re subiecta restitutioni, non tamen expresse alienari prohibita.*

Non tamen duraturum perpetuò, sed tantum viuente harede, ibid.

2 *Hæres grauatus non potest rem subiectam fideicommisso alienare.*

2 *Valet tamen alienatio, sed reuocatur purificato fideicommisso.*

4 *Census impositus super re subiecta fideicommisso resoluitur purificato fideicommisso.*

5 *Census impositus super re expressè alienari prohibita est ipso iure nullus ab initio.*

Ampl. 1. *etiam si prohibitio sit facta in contractu inter vivos*, num.7.

Ampl. 2. *vt imponens censum super re prohibita alienari, incidat in pœnas impositas in casu alienationis*, num. 8.

Limit. 1. *si prohibitio non sit realis, sed personalis*, n.17.

Limit. 2. *si impositio fiat ex causa necessaria*, num.19.

Limit.3. *quando prohibitio fuit nuda à causa*, num.24.

Limit. 4 *si census non imponatur super proprietate bonorum, sed super illorum fructibus*, num.27.

Limit. 5. *si census imponatur causa dotis constituenda*, num. 31.

Limit. 6. *si impositio sit nulla ex aliqua alia causa*, num. 34.

Limit.7. *consentiente eo, qui est vocatus in casu alienationis*, num.35.

Limit.8. *si componatur super melioramentis factis in re alienari prohibita*, num 36.

Limit. 9. *si tota res super qua census imponitur non sit alienari prohibita*, num 38.

Limit. 10. *si imponens censum dolosè asserat fundum illum esse liberum, & fideicommisso non subiectum*, num. 39.

Intellige primo vt dominus census existens in quasi possessione exigendi censum, sit manutenendus donec fideicommissarius doceat de iure suo, num.40.

Intellige 2. vt dicto casu impositor census teneatur ad interesse, num.41.

Intellige 3. vt talis impositio præiudicet imponenti, licet non noceat fideicommissario, num. 44.

6 *Alienatio rei expressè alienari prohibitæ, est ipso iure nulla ab initio.*

Prohibitio alienandi alienationis vocabulo latissimè sumpto impedit hypothecam, & quodlibet Ius reale.

[*Res prohibita alienari alienationis vocabulo latissimè sumpto non comprehenditur in generali obligatione bonorum.*

8 *Imponens censum super re expressè alienari prohibita, incurrit pœnam caducitatis impositam ob alienationē.*

9 *Etiam quod postea censum redimat secundum aliquos sed de veritate infra vsque ad* num. 15.

[*Emphyteuta alienans rem emphyteuticam prohibitam alienari sub pœna caducitatis euitat pœnam, si redimat ante declaratam caducitatem.*]

12 *Alienatio rei prohibita per quam non læditur mens testatoris, est valida.*

13 *Prohibitio alienationis facta in contractu inter vivos, est potentior quam facta in vltima voluntate.*

14 *Prohibitio alienationis facta à testatore, debet intelligi de alienatione libera, non de redimibili.*

[*Alienatione simpliciter, purè, & liberè facta contra expressam testatoris voluntatem, & prohibitionem, statim acquiritur ius vocato in casu contrauentionis.*

Recuperans rem purè alienatam contra expressam prohibitionem testatoris dicitur illam possidere ex noua causa.

Impositio census facta super re expressè alienari prohibita non facit imponentem cadere in pœnam, quia census est quandocumque redimibilis.

Sublimita si testator respexit nudum factum prohibendo quemlibet actum, per quem res alienari expressè prohibita in alium de facto transiret.]

[*Emphyteuta Ecclesiæ alienans rem expressè prohibitam, ita demum illam redimendo vitat pœnam si redimat antequam conditio Ecclesiæ sit effecta deterior.*

Emphyteuta laici prohibitus expressè alienare, si post alienationem recuperet, euitat pœnam saltem ex æquitate.

Maximè quando ignorauit dictam prohibitionem & statim, habita illius notitia redemit.

16 *Imponens censum super re prohibita alienari, non incurrit pœnas impositas contra alienantem, si impositio sit nulla ex aliqua alia causa.*

18 *Prohibitio alienationis facta vni personæ, non extenditur ad aliam.*

19 *Impositio census facta super re prohibita alienari, non est nulla, si fiat ex causa necessaria.*

Puta causa restaurandi bona hæreditaria, ibid.

20 *Vel pro soluendo ære alieno testatoris.*

Intellige in subsidium, si non extent bona libera, n. 22.

21 *Necessitatis causa non includitur in prohibitione alienationis.*

23 *Asserenti in hæreditate non adesse bona libera, & alienari non prohibita, incumbit onus id probandi.*

25 *Præceptum testatoris de non alienando nudum ab omni causa, potest impunè sperni.*

26 *Hæreditas per additionem censetur acceptata secundum suam naturam, & prout iacet.*

27 *Census validè potest imponi super fructibus rei expressè alienari prohibita.*

[*Alienatio fructuum rei expressè alienari prohibitæ non operatur incursum pœnæ.*

Prohibitus alienare rem non est prohibitus alienare illius fructus ad sui vitam.

Impositio census super fructibus rei expressè alienari prohibitæ eatenus valet, quatenus imponens ex illa re fructus percipit.]

28 *Dummodo exprimatur, quod imponitur super fructibus.*

29 *Dummodo talis impositio non sit perpetua.*

30 *Alienatio fructuum perpetua æquipollet alienationi proprietatis.*

31 *Census potest validè imponi super re alienari prohibita, vt constituatur dos.*

32 Amplia 1. *in omni casu in quo bona possunt alienari causa constituendæ, vel restituendæ dotis, vel donationis propter nuptias.*

33 Amplia 2. *non solum pro securitate dotis, sed etiam pro solutione fructuum census.*

[*Impositio census pro causa dotis super re expressè alienari prohibita valet si fiat tantum pro quantitate dotis.*

Emptor census impositi super re expressè alienari prohibita pro causa dotis debet inuigilare, vt pretium erogetur pro ipsa dote.

Intellige quando causa dotis est finalis, secus aliàs.

Alienatio generaliter prohibita, exceptis certis casibus, si sequatur, alienans tenetur probare illam fuisse factam in casu permisso.]

36 *Consensus fideicommissarij in constitutione census æquè prodest tacitus, ac expressus.*

Impositor census, si in ipsa impositione dolosè asserat fundum esse liberum non potest cogi ad solutionem fructuum, vti fructuum census, sed tenetur ad interesse.

41 *Imponens censum super re expressè alienari prohibita, tenetur emptori census ad interesse.*

42 *Non solùm quando expressè se ad dictam refectionem obligauit.*

43 *Sed etiam quando dicta refectio non fuit expressè promissa.*

45 *Interesse autem hoc casu liquidatur ex instrumento impositionis census.*

46 *Et incipit deberi domino census tantum à die, quo cessatum fuit à solutione census.*

Hæres an possit censum imponere super re restitutioni subiecta.

QVÆSTIO XIX.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 6.

QVærunt Doctores, an hæres grauatus fideicommisso possit validè censum imponere super rebus restitutioni subiectis.

Pro cuius difficultatis resolutione, [Inuestigandum in primis est cum casus contigerit. An fideicommissum sit eius naturæ, quæ census impositionem reddat inualidam, vt pro resolutione similis difficultatis animaduertendum esse dixit. Rota *in vna Romana census coram* bon. mem. Penia 12. *Nouembris* 1601. *post tract. dec.* 317. nam non quodlibet fideicommissum impedit hæredem grauatum ne possit super bonis fideicommisso subiectis validum censum imponere,] & proinde duas esse constituendas inspectiones principales operæ pretium esse censui.

Prima erit respectu hæredis, qui fuit simpliciter grauatus de restituendo.

Altera respectu hæredis, qui non solùm fuit grauatus fideicommisso, sed etiam expresè prohibitus alienari fundum super quo prætendit censum creare, & constituere, prout hoc eod. [ordine, & cum ead. casuum consideratione hunc articulum explicauit Vincent. Fusar. *in suo luculentissimo tractat. de substitut. qu.* 706. *per tot.* vbi dicta hic per nos refert, & sequitur.]

1 In prima inspectione facienda est conclusio affirmatiua, vt † possit quidem censum imponere super re, quam fuit grauatus restituere, non tamen perpetuò duraturum, sed tantum durante vita ipsius hæredis imponentis, & ita in puncto concludunt Foller. *in sua pract. Censua. in verbo huiusmodi, num.* 22. Bened. Bon. *in suo tract. de Censib. art.* 29. *num.* 55. Boccacc. *in simili tract. par. 2. num.* 78. Garz. Mastrill. *in dec. Regni Sicil. dec.* 150. *num.* 4. *par.* 2. Felician. de Solis, *in suis Comment. de cens. tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 15. Feder. Mart. *in suo tract. de iure cens. cap.* 4. *num.* 91. *& post hæc scripta visi,* Nicol. Intrigl. *super* Bulla *de censib. quæst.* 29. *num.* 1. Ludouic. de Auend. loquens de bonis maioratui suppositis, non tamen expresè alienari prohibitis, *in suo tract. de censib. Hispan. cap.* 62. *num.* 6. *Et placuit* Rotæ, *in vna Pomana census,* 17. *Martij* 1600. *coram* bon. mem. Iusto *quæ est post tract. dec.* 40. *num.* 8. *& seq.* & de locatione rei subtitutioni subiectæ facta ad longum tempus, quod valeat viuente locatore grauato, sed eo mortuo possit fideicommissarius ab illa recedere, post multos firmat, & comprobat idem, Peregr. *de fideicommiss. d. art.* 40. *num.* 106.] Cuius conclusionis ea affertur ratio,

2 quia † licet hæres grauatus non possit rem fideicommisso grauatam alienare, vt tradunt communiter scribentes, *in l. filiusfamil. §. Diui, ff. de leg.* 1. *in auth. res*

3 *qua, C. commun. de legat. & alibi passim,* si † tamen res ipsa non sit expresè alienari prohibita, valet quidem alienario, sed res alienata potest post mortem

4 hæredis grauati, vel aliter † purificato fideicommisso per honoratum auocari, & alienatio rescindi, *l. fin. §. sin autem sub conditione, C. eod. tit. Commun. de legat.* Paul. de Castro, *cons.* 94. *num.* 1. *lib.* 2. Corn. *cons.* 234. *num.* 3. *lib.* 3. Guid. Papæ, *decis.* 611. *num.* 1. *& seqq.* Tiraq. *de legib. connubial. glos.* 7. *num.* 57. Mich. Craff. *in suo tract. de succession. §. fideicommissum. quæst.* 56. *num.* 3. Petrus à Petra, *de fideicommiss. & prohibit. alienat. quæst.* 3. *num.* 2. Peregr. *de fideicommiss. art.* 40. *num.* 7. & propterea resoluto iure hæredis imponentis censum per purificationem fide commissi, resolutur etiam census, & ius domini illius, & voluit Intrigliolus, *dict. quæst.* 29. *num.* 2. & comprobatur per regulam, *l. vectigali, & ibi* Bart. Salit. *& alij, ff. de pig. l. si duob. §. fi. ff. de in diem addict. vt per d. rationem dixit* Rot. *in illa Viterb. census,* 6. *Aprilis,* 1590. *coram* bon. mem. Cardinali Plato, *quæ est in fine operis, dec.* 15. *num.* 10. *& in vna Romana fideicommissi de remediis,* 7. *Maij* 1604. *coram* bon. mem. Litta, *quæ est ibidem, dec.* 41. *num.* 4. *& repetit coram eodem, in eadem causa,* 17. *Decemb. eiusdem anni, vt ibidem dec.* 41. *num.* 1. [& in his terminis huius primi casus intelligenda sunt ea quæ dicit *d. Rutilus* Pastellius de S. Angelo in Vado sua tempestate I. C. insignis *ac* de legali facultate optimè meritus *in explicat. cauf. ciuil. explic.* 47. *num.* 41. *& seq.*]

In secunda inspectione licet Hercul. Marescot. *variar. resolution. lib.* 2. *cap.* 61. *num.* 1. *& seqquen.* conetur per plures rationes deducere impositionem census factam super re expresè alienari prohibita, esse ab initio validam, magis † tamen communiter concludunt Scribentes, quod hæres imponendo censum nihil agat, sed quod huiusmodi impositio sit ab ipso initio nulla, vt in terminis deducit Foller. *in dict. verbo, huiusmodi, num.* 41. *quem refert* Boccacc. *dict. part.* 2. *num.* 82. *eandem opinionem amplectitur* Bon. *dict. tract. de censib. art.* 30. *num.* 56. Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. tomo* 1. *discep.* 23. *num.* 25. *vers. idem est in reb.* Felician. *in dictis suis Commentar. de Censib. tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 4. *Et cum ista opinione transit.* Auend. *dict. cap.* 62. *num.* 7. *& fuit sæpius resolutum in Rota, & signanter in vna Romana domus de Alexiis, coram* bon. mem. Cantucio, 1. *Februarij,* 1580. *quæ est in fine Tract. dec.* 43. *num.* 5. *in vna Romana census Saluiani interdicti, & intereſſe, coram eodem,* 18. *Februarij,* 1585. *quæ ibidem est dec.* 44. *num.* 5. *& in eadem causa coram eod.* 29. *Martij eiusdem anni, quæ est ibidem, dec.* 45. *num.* 1. *& 2. In vna Bononien. census coram* bon. mem. Penia 20. *Martij,* 1600. *quæ ibidem est dec.* 46. *num.* 1. *& coram* bon. mem. Cardinali Seraph. *pluries, & signanter dec.* 321. *num.* 1. *& 2. dec.* 757. *num.* 2. *& seq. & dec.* 785. *& in dec.* 787. *part.* 1. *& aliàs sæpè,* [& eandem sententiam amplexa fuit, Rota *coram* Verall. *dec.* 17. *num.* 2. *par.* 1. Mart. Medic. *dec. senens. in* 3. *examin. num.* 48. Fusar. *de fideicom. q.* 206. *num.* 5. qui testatur hanc opinionem esse receptissimam & ab ea consulendo, & iudicando non esse recedendum, vbi referendo se ad hunc nostrum tractatum, & nos sequendo communem istam vno modo ampliat, & plurib. limitat.]

Quæ conclusio comprobatur concludenti ratione, quia prohibitus alienare censetur etiam prohibitus censum imponere, vt dixit, Rota *in illa Romana census, seu fideicommissi, de Scalabrinis,* 22. *Maij* 1615. *coram* bon. mem. Martino Andrea, *quæ est post Tract. dec.* 309. *n.* 3. Et propterea † sicut expressa testatoris prohibitio alienationis reddit ipso iure nullam ab initio alienationem, impedit translationem dominij, & repellit alienantem, tanquam indignum à reuocatione rei alienatæ *glos.* 2. communiter approbata *in l. cùm pater, §. libertis, & ibi* Doctor. *& præsertim* Paul. de Castro, *num.* 4. *ff. de leg.* 2. *idem* Castr. *in l. pen. §. frater num.* 2. *circa med. ff. eod.* Doctor. *in d. l. filiusfam. §. diui, ff. de leg.* 1. *vbi* Bart. *num.* 6. *vers. certe,* Paul. de Castro, *num.* 7. *vers. interdum,* Claud. de Seisell. *num.* 12. Ias. *in* 1. *lect. num.* 66. *vbi testatur hanc esse magis communem, & in* 2. *lect. num.* 100. Rip. *num.* 47. Crott. *num.* 32. Fernand. Loaz. *num.* 114. Ruin. *cons.* 43. *nu* 13. *lib.* 5. *& alij plures quos refert* Tiraq. *in d. tract. de legib. connub.* Glos. 7. *num.* 57. *quibus addi potest* Craff. *d. §. fideicommissum. quæst.* 56. *num.* 6. Rimin. iun. *consil.* 27. *n.* 2. *lib.* 1. Marescottus *Var. Resol. l.* 2. *c.* 61. *n.* 4. Rota, *apud Farinac. decis.* 318. *num.* 2. *par.* 1. Seraphin. *dec.* 321. *num.* 12. Francisc. Becc. *cons.* 97. *num.* 6. *lib.* 1. Petrus à Petra *d. quæst.* 3. *num.* 2. *& seqq. & quæst.* 6. *num.* 30.

[Rota

[Rota *in illa Romana census* 17. *Martij* 1600. *coram* bon. mem. Iusto *quæ est post tract. dec.* 40. *num.* 6.] Etiamsi fiat ab ignorante ignoranti, Alex. *in l. quidam testamento* §. *fin. sub num.* 2. *ff. ad Trebell.* Soc. Sen. *cons.* 49. *num.* 13. *& consil.* 294. *num.* 8. *vers. multo autem minus lib.* 3. Surdus *consil.* 116. *num.* 18. *libr.* 1. *& dec.* 154. *num.* 11. Pereg. *de fideicomm. art.* 40. *n.* 39. *versic. rursus textum illum*, qui dicit ab hac opinione in consulendo, & iudicando non esse recedendum [quæ opinio multo magis est amplectenda si sit facta prohibitio alienandi, alienationis vocabulo latissimè sumpto, propter quam res ipsa ita alienari prohibita, nec hypothecari, nec ius aliquod reale super ea constitui potest *l. fi. C. de rebus alienis non alien. vbi* Odofr. *n.* 1. Bald. *in summ. & n.* 7. *&* Aug. *in summ.* Rot. *diuers. dec.* 426. *n.* 8. *pa.* 1. Immo res sub huiusmodi alienationis prohibitione comprehensæ non veniunt in generali obligatione bonorum. Bart. *in l. codicillis* §. *instituto nu.* 5. *ff. de leg.* 2. Neguſ. *de pignor. & hypoth. part.* 2. *membr.* 2. *numer.* 42. *&* 53. Seraph. *decis.* 1290. *num.* 5. *coram* Reuerendissimo D. Coccin. Decan. *inter suas dec. impressas dec.* 50. *n.* 4. *&* 5. Rota *coram* bon. mem. Penia *in illa Romana seu Amelphitana Saluiani interdicti* 9. *Iunij* 1603. *quæ est post trac. dec.* 74. *n.* 11. *& coram* R. P. D. Cauallerio *in Romana Saluian.* 10. *Iunij* 1613. *post tractat. decis.* 345. *n.* 2.

Eodem etiam modo dicendum est, quod sit ab initio nulla ipso iure impositio census facta super dicta re expressè alienari prohibita, cum census impositio sit species alienationis, & à pari procedat, cum ipsa rei alienatione, vt dictum est *supra hac ead. q. art.* 3. *num.* 3. *& seq. vel q.* 16. Et hanc conclusionem adeò veram esse existimo, vt nefas esse credam de illius veritate amplius dubitari, debet tamen nonnullis modis ampliari, limitari, & declarari. Et quidem.

7 Ampliatur primò, etiam † si prohibitio alienationis non esset facta à testatore in testamento, sed conuenta inter contrahentes ex pacto in contractu inter viuos, vt fuit resolutum in Rota, *in vna Romana census, coram* bon. mem. Fabio, *quæ est post tract. dec.* 47. *num.* 1.

8 Ampliatur secundo, vt non solum sit nulla impositio census, sed † etiam imponens incurrat pœnas in casu alienationis impositas, vt sentit Rota *in vna Romana Vineatum coram* bon. mem. Rubeo, 4. *Februarij* 1577. *quæ post tract. est dec.* 48. *n.* 1. *& in vna Perusina hæreditatis de Almericis*, 8. *Aprilis*, 1587. *coram* bon. mem. Orano, *quæ est ibidem dec.* 39. *n.* 2. & in aliis causis infra mox exprimendis.

9 Quem incursum pœnarum, & maximè si sit imposita pœna caducitatis non † euitabit hæres, qui per impositionem census contrauenit præcepto testatoris, vel conuentioni, si postea censum redimat, & extinguat, vt visa est sentire Rot. *in illa Romana census coram* bon. mem. Fabio, *quæ est post tract. dec.* 47. *n.* 2. *& seq.* ea ratione, quia statim facta census impositione, & sic sequuta alienatione imponens cecidit à commodo contractus, adeò vt non possit ex redemptione id quod amisit recuperare. Cæterùm quia quo ad pœnæ euitationem pertinet, Rota diuersò modo sensisse visa est, ex quo in supra relata causa Perusina *hæreditatis de Almericis* 26. *Februarij* 1586. *coram eodem* bon. mem. Orano *quæ est in calce Tractatus decis.* 49. *num.* 20. [*& coram* R. P. D. meo Vbaldo *in vna Rom. de Aronijs in recollect. per* Farinac. *dec.* 193. *num.* 6. *par.* 2.] simpliciter dicit, quod redemptio census liberat à pœna incursa, ob illius impositionem ab hærede factam, super re comprehensa sub prohibitione alienationis. Intestigandum esse duxi, quomodo hæc quasi controuersia componatur, & sedetur. Et animaduerti quod eadem Rota in variis causis videtur circa tunc articulum duos considerasse casus. Primum quando vocatus † in pœnam alienationis egit pro illius consequutione, antequam census fuerit redemptus, & hoc casu non euitari pœnam iam incursam, & à vocato recognitam, & illi acquisitam dixit eadem Rota *coram* bon. mem. Cardinali Seraphino *dec.* 794. *numer.* 11. *vers. ista exequutio, par.* 1. [*& dec.* 819. *per tot.* & confert resolutio, quam in simili casu fecit Rota *in vna Bonomien. bonorum emphyteuticorum coram* bon. mem. Card. Pamphilio 2. *Decembris* 1656. *post tract. decis.* 331. *vbi numer.* 6. à contrario censu probat emphyteutam alienantem bona emphyteutica alienari expressè prohibita sub pœna caducitatis euitare dictam penam, si bona ille alienata redimat ante declaratam, caducitatem & antequam sit effecta deterior conditio Ecclesiæ.] Secundum quando † census 11
fuit extinctus, & redemptus antequam ad pœnam actum fuerit, & hoc casu euitari pœnam caducitatis sensisse videtur eadem Rota *coram eodem* Cardinali Seraphino *decis.* 1290. *numer.* 11. *part.* 2. *& coram* bon. mem. Cardinali Plato, *in vna Viterbien. census* 16. *Februarij* 1590. *quæ est post tract. decis.* 50. *n.* 2. [*coram* bon. mem. Blanchetto 17. *Aprilis* 1591. *in vna Romana de Theodolis decis.* 334. *n.* 10. *post tract.*] Quæ distinctio videtur quod possit ea ratione confirmari 12
quoniam † in materia prohibitæ alienationis per testatorem debet potissimum inspici mens, & voluntas testatoris, adeò quod si per alienationem non lædatur mens, & intentio testatoris, illa valeat, quamuis facta fuerit contra verba expressa prohibentia alienationem, vt respondit. Angel. *cons.* 169. *col.* 1. *&* 2. quem communiter approbari testatur Mandel. Alb. *cons.* 97. *numer.* 15. vbi multos allegat, [& per hanc rationem Rota *in d. Romana de Theodolis num.* 1. defendit à pœna amissionis hæreditatis hæredem, qui bona expressè alienari prohibita donauerat] quod satis aptè videtur posse applicari casui nostro, quia licet agamus de censu impositio super re expressè alienari prohibita, & sic per impositionem sit incursa pœna imposita in casu alienationis, quia tamen sequuta census redemptione non videtur per dictam impositionem lædi mens, & voluntas testatoris, immo videtur illi omnino, & cumulatè satisfieri, cum voluntas testatoris quæ fuit vt bona alienari prohibita conseruarentur pro fideicommissariis, & ad eos transeant possit suum sortiri effectum merito dicendum videtur, quod non obstante incursu pœnæ sequuto per census impositionem, illa pœna euitetur per redemptionem, & extinctionem census, qua mediante efficitur, vt per impositionem non fuerit læsa mens testatoris. Verum quia hæc ratio æquè militare videtur, siue redemptio fiat antequam honoratus agat ad pœnam, & ius suum agnoscat, ac quando redemptio sit postquam honoratus ius suum recognouit agendo ad consequutionem pœnæ, vtroque casu videtur etiam militare alia ratio, quam considerauit Rota *in illa Romana census coram* Fabio, *quæ est decis.* 47. *post tract.* scilicet, quod statim facta impositione census imponens cadat à commodo contractus, & honorato acquisitum sit ius ad pœnam, & per consequens non videatur quod per redemptionem sequutam possit illo iure priuari, & sic supra dicta distinctio non videatur tollere difficultatem.

Ideo pro conciliatione huius controuersiæ, ac to- 13
tius materiæ enucleatione, existimabam esse animaduertendum, quod Rota *in illa Romana census coram Fabio* loquitur quidem in expressa prohibitione alienationis non tamen facta in vltima voluntate à testatore, sed facta inter ipsos contrahentes in cõtractu inter viuos, in qua † attenditur solum factum, & sola contrauentio, ad effectũ vt pœna conuenta dicit possit incursa; *l. si quis maior C. de transact.* [& hinc pœna conditionalis, per ipsos cõtrahentes imposita actra faciẽti cõmittitur, cum effectu & ad eam agi potest statim

ac fuit contrauentum, sufficit, quod in processu appareat de contrauentione absque eo, quod præcedat declaratoria Iudicis super dicta contrauentione, vt per text. *in l. hoc iure ff. de verb. oblig. dicit* Ruin. *cons.* 81. *num.* 9. *lib.* 1. licet aliàs ad pœnam legalem etiam impositam ipso iure agi non possit, nisi præcedat declaratio super facto, propter quam dicitur pœnam esse commissam... *cons.* 2. *num.* 93. *circa med. lib.* 2. Ruin. *d. cons.* 181. *num.* 8. *in fin.* Bertaz. *in l. si quis maior. q.* 43. *num.* 149. *& seqq. C. de transact.*] In illa autem causa Perusina *hereditatis de Almericis*, 26. *Februarij* 1586. loquitur in prohibitione
14 testatoris quæ debet † intelligi de alienatione liberè, & simpliciter ab initio facta, nam cùm per eam mentis, & voluntati testatoris contrafiat, & incidatur in pœnam, iuxta not. *in l.* 1. *§. si rem depositam, ff. depos.* [Curt. Sen. *cons.* 63. *num.* 20. & statim secuta alienatione alteri ius quæratur Celf. Hug. *cons.* 64. *num.* 24. quem sequitur Petr. *de fideicom. q.* 8. *num.* 62. non prodest alienanti si rem illam recuperet, vt post multos, quos allegat de communi attestans dicit Curt. Sen. *d. num.* 20. *vers. nec huic conclusioni. &* Ripa *in l. in quartam. num.* 75. *ff. ad l.* Falcid. nam sequuta recuperatione non dicet rem illam habere ex *cad.* sed ex alia causa] & alienans illam recuperet dicatur eam habere ex noua causa *l. si à me ff. ad leg. Falcid. bene* Dec. *cons.* 88. *num.* 3. *ad med.* non mirum si Ius quod honorato statim sequuta alienatione acquisitum fuit, non potest per redemptionem illi auferri, *arg. d. ius nostrum, ff. de reg. iur.* Bal. *in cap.* 1. *num.* 2. *in tit. quid iuris sit si post alienat. vasalli fend. recuper. in verbo. feudorum, refert* Dec. *d. num.* 1. *vers. & per hoc respondetur, & sequitur* Cagnol. *ad l.* 2 *num.* 174. *C. de pact. inter empt. & vendit.* secus autem quando alienatio non fuit ab initio simplex, & libera, sed resolubilis, & redimibilis ad nutum, & voluntatem alienantis, nam eo casu per redemptionem bona dicerentur redire ad eorum propriam naturam, & sunt apud alienantem in eadem causa, & eum eadem natura, & qualitate prout erant antequam alienarentur, & non iudicantur tanquam res de nouo acquisitæ, sed tanquam illæmet, quæ apud eum fuerant, *vt per l. sequitur, §. idem* Labeo, *ff. de usucap.* * *considerat* Bald. *in d. cap.* 1. *num.* 2. *in fine, & dixit* Dec. *d. cons.* 88. *num.* 3. *vers. ex quo datur intelligi, & sequitur,* Cagnol. *d. num.* 174. [Soc. Iun. *cons.* 20. *num.* 31. *lib.* 1. Rip. *in d. l. in quartam num.* 56. Rota *in recollect. per* Farinac. *decis.* 593. *num.* 6. *vers. & hæc tanto magis par.* 2. vbi saluat à caducitate hæredem, qui super re expressè alienari prohibita censum imposuerat eo fundamento, quia alienatio, quæ fit per census impositionem, non est libera, & pura, sed resolubilis, & redimibilis ad nutum imponentis. Et maxime quando fuit expressè conuentum, vt liceat imponenti quandocumque censum redimere, vt considerat etiam *ead.* Rota *coram* Seraph. *decis.* 794. *num.* 11. *& dec.* 819. *num.* 3. *& seq.* Quod tamen non procederet, si testator prohibendo alienationem respiceret nudum factum, & prohiberet omnem actum, per quem res hæreditaria ipsius de facto in alium transferretur, sed tantum quando respiceret iuris effectum, vt considerauit. Rota *in vna Romana de Theodolis* 6. *Decembris* 1595. *coram* bon. mem. Cardinali Blanchetto *post tract. dec.* 334. *n.* 5. & infra ponderando plura verba testatoris.] Et hanc distinctionem in puncto amplectitur Rota *in d. Perusina hereditatis de Almericis*, 16. *Februarij*, 1586. dum concludit, quod per census redemptionem euitatur pœna imposita contra alienantem, quia licet census impositus à pari procedat cum rei alienatione quia tamen census est redimibilis ad nutum, & voluntatem imponentis, per redemptionem pœna euitatur, vt ibi dicitur *num.* 21. Quæ tamen distinctio non haberet locum in alienatione facta contra prohibitionem conuentionalem, & ex pacto, in qua consideratur solùm factum, & per simplicem contrauentionem quis cadit à commodo contractus, vt dicitur *in d. Romana census coram* Fabio, *quæ est post tract. decis.* 47. *num.* 2. *& seq.* Quod etiam videtur † recipiendum cum aliquo temperamento, nam licet hoc verum sit in prohibitione alienationis conuenta inter solos laicos, fallit tamen in conuentione facta inter Ecclesiam, & Laicum. Nam si emphiteuta Ecclesiæ imponat censum super re, quam ab Ecclesia recognoscit cum expressa prohibitione de non alienando sub pœna caducitatis, licet cadat à iure suo, vt dicemus *infra hoc* 2. *cap. quæst.* 2. *art.* 2. *seu quæst.* 22. *num.* 14. attamen si censum illum redimat, cum per dictam redemptionem res ad pristinam suam naturam redeat, & Ecclesia nullum sentiat damnum, de æquitate pœnam caducitatis euitat, vt non obscurè sentit Rota *coram* bon. mem. Cardinali Seraph. *d. decis.* 794. *num.* 11. *& seq. & num.* 15. *part.* 2. *& considerauit* Stephan. Grat. *disceptat. Forens. tom.* 1. *cap.* 43. *num.* 35. *& seq. & melius tom.* 2. *cap.* 202. *num.* 26. *& seq.* [Rota *in vna Bononiensi bonorum emphiteuticorum* 2. *Decemb.* 1596. *coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio, *post tract. dec.* 331. *num.* 6 *vers. accedit etiam* vbi multorum auctoritate hoc confirmat. Subdens, quod licet ad effectum euitandi pœnam caducitatis iura requirant celerem redemptionem arbitrio Iudicis. hoc tamen arbitrium intelligi debet, dummodo redemptio fiat ante declaratam caducitatem, & antequam sit effecta deterior conditio Ecclesiæ *ex* Ias. *in l.* 2. *num.* 78. *Cod. de iur. emphyt. &* Redoan *de reb. Eccles. non alien. §. emphiteuta num.* 48.] quæ æquitas cessat in alienatione rei alienari prohibitæ per laicos, qui tamen æquitatem seruare non tenentur, quantam Ecclesia, quæ debet esse cultrix pietatis [Rota *tamen coram* R. P. D. meo Vbaldo *in illa Romana de Arroniis, quæ est in recollect. per Farinac. dec.* 593. *num.* 5. *part.* 2. voluit hanc æquitatem esse considerabilem etiam inter laicos, quando alienans rem à testatore alienari prohibitam, illam redimit, quòd maximè procederet in ignorante dictam prohibitionem, vt dicit Rota *coram* Seraph. *decis.* 794. *num.* 12. *& in d. decis. coram* Vbaldo *num.* 4. dummodo postea habita notitia prohibitionis, rem alienatam redimat, & recuperet, vt dicit *ibi* Rota *num.* 6.

Quæ † tamen pœna non incurreretur, si impositio census fuisset nulla ab initio aliqua alia ratione, quam ex eo quod fuerit facta super re expressè alienari prohibita, vt dicemus *infra num.* 34. Limitatur autem principalis conclusio facta in hac secunda inspectione multis modis, & quidem. 16

Primò † si res super qua fuit impositus census sit quidem expressè alienari prohibita, sed alienatio non sit realis, sed personalis, nam si census non imponatur à persona prohibita, sed ab alia, talis impositio non erit nulla, cum † prohibitio facta vni per- 17 18
sonæ non extendatur ad aliam. Roman. *consil.* 457. *num.* 1. Socin. sen. *cons.* 163. *num.* 4. *lib.* 4. Dec. *cons.* 377. *num.* 5. Realis autem prohibitio dicitur, quæ dirigitur ad ipsa bona alienari prohibita non autem quæ dirigitur ad personam, Curt. iun. *cons.* 225. *numero* 48. *& ita in puncto declarat* Rota *in causa Viterbiensi census*, 27. *Iunij*, 1589. *coram* bon. mem. Cardin. Plato, *quæ est in calce tract. dec.* 51. *numero* 1. *& seq.*

Limitatur secundo, si † talis impositio Census 19
fiat ex causa necessaria, puta pro restauratione, & raparatione bonorum hæreditariorum. Peregr. *in suo tractat. de fideicommiss. art.* 50. *numero* 8. vel pro soluendo † ære alieno testatoris alienationem pro- 20
hibentis, *l. filiusfamil. §. diui.* & ibi not. communiter Interpretes, *ff. de leg.* 1. *maximè* Ias. *in* 1. *lectu. numero* 11. *&* 18. *& in* 2. *lect. numero* 14. *&* 21. Crott. *numero* 3. Ferdinand. Loaz. *numero* 71. *vers.* 6. *nota, & melius numero* 83. Socin. iun. *num.* 32. Peregr. *d. tract. artic.* 40.

*art.40.num.20.*Petr.à Petra *d. suo tract. de fideicomm. & prohibit.alienat.q.* 8. *num.* 315. *& in his propriis terminis dicit* Federic.Martin. *in d.suo tract.de iure Cens. cap.* 4.
21 *num.95.* Causæ † enim necessitatis non includuntur in prohibitione alienationis *l. pero,§.pradium.ff.de leg.* 2. & ita fuit concluſum in Rota *coram* Illuſtriſſ. Cardinali Ludouiſ. *in vna Romana fideicommiſſi de Iacobatiis,* 14. *Martij,* 1607.*quæ eſt impreſſa poſt tract.deciſ.*52. *per tot.*

22 Quando tamen intelligendum eſt, † vt procedat in ſubſidium, deficientibus aliis bonis liberis, & reſtitutioni non ſubiectis,*l.paterfilium,*6. *in princ.verſic.idem quæſit,ff.de legat.*3.Doctor.*in d.§.diui,*Soc.ſen. *conſ.* 50. *num.*4.*ad med.verſ.quoniam adhuc.lib.*3.Soc.iun.*conſ.*28.
23 *ſub num.*3.*lib.*2.*Peregr.d.art.*40.*num.*22 Aſſerenti † autem non adeſſe alia bona libera, incumbit onus probandi, cum fideicommiſſarius habeat ſuam intentionem fundatam in prohibitione,& fideicommiſſo.Natta *conſil.*238.*num.*6.*verſic.& ſi dicatur.lib.*2. Gabr.*conſil.* 158.*num.*7. *libro primo,ſequitur* Peregr. *d. num.* 22. vbi alios allegat.

24 Limitatur tertio, quando prohibitio † alienationis fuit nuda ab omni cauſa, tam expreſſa, quam tacita, nam talis prohibitio cùm non ſit veſtita aliqua legitima cauſa, non habet vim præcepti, ſed ſimplicis con-
25 ſilij ipſius teſtatoris,quod † poteſt abſque pœna ſperni ab hærede,*d.l.filiusfamiliæ,§.diui, & ibi communiter* Doctor.*ff.de leg.*2.*l.paterfilium.*36.*§.Iulius Agrippa,ff.de leg.*3.*cum aliis apud* Petr.à Petra, *d.tract.q.*1.*num.*2. *cum multis ſeq.* Et per hanc rationem poſſe licitè per hæredem imponi cenſum ſuper re expreſsè alienari prohibita, quando prohibitio eſt nuda, dicebat Hercul. Mareſcott.*var.reſol.lib.*1.*cap.*72.*numer.*5.vbi *num.*6.am-
26 pliat etiam ſi hæreditas fuerit adita, quia † per talem additionem dicta prohibitio cenſetur acceptata ab hærede prout iacet, & ineſt,& ſecundum ſuam naturam, *l.in cauſa,ff.de procurat.* latè Nat. *conſ.* 87. *numero* 4. *& ſeq.lib.*1.

27 Limitatur quartò, ſi cenſus non imponatur † ſuper ipſiſmet bonis alienari prohibitis,& illorum proprietate, ſed dumtaxat ſuper illorum fructibus, & abſque hypotheca bonorum, ita limitat Foller.*in ſua Pract. Cenſua,in verbo,huiuſmodi,numero* 41. Aurell. Corbu.*in ſuo tract. de iure emphyt. cauſa* 14. *ob alienat. Irrequiſit. domin. fact. ampliat.* 49. *numero* 1. *& ſeqq.* Felician. de Solis, *in dd. ſuis Commentar. de cenſib. tom.* 2. *lib.*2.*cap.* 4.*numero* 4. *verſ.ſed antequam,* [& clarè ſenſit Rota *in vna Romana Saluiani interdicti* 15. *Aprilis* 1622. *coram* R. P. D. Merlino, *poſt tract. dec.* 403. *numero.* 8. Regulare enim videtur quod per alienationem fructuum rei expreſſæ alienari prohibitæ non contraueniatur dictæ prohibitioni, & talis fructuum alienatio non operetur effectum, contrauentionis, vt dixit Rota *in illa Romana de Theodolis* 17. *Aprilis* 1592. *coram* bon. mem. Cardinale Blanchetto *poſt tract. dec.* 333. *poſt princ. per tex. in l. codicillis §. inſtituto. ff. de legat.*2. *& in l. Pater in prin.ff. de legat.* 3. Poteſt enim is, qui prohibitus eſt alienare fundum illius fructus, & fructuum commoditatem per vitam ſuam locare, & vendere. Tiraq. *de retract. Lignag.* §. 1. *glo.* 7. *num.* 47. *poſt quem & alios* Peregr. *de fideicommiſſ. art culo* 40. *numero.* 110.] *& bene conferunt tradita per* Bart. *in lib.Codicillis,§.inſtituto, numero* 4. *ff. de legat.* 2. Benè faciunt ea quæ de cenſu impoſito ſuper fructibus, & commoditate illos percipiendi ex bonis ſubiectis Maioratui, & expreſsè alienari prohibitis, dicit Auend. *d.cap.*62.*num.*8. & cum hac limitatione tranſiuit Rota *in illa Romana Vinearum de Maximis,*4. *Februarij.*1577. *coram.* bon. mem. Rubeo, *quæ eſt poſt tract. deciſ.*48. *numero* 1.

[Iſta autem impoſitio cenſus ſuper fructibus rei expreſſæ alienari prohibitæ eatenus, & eo vſque valeret quatenus, & quandiu imponens rem illam poſſideret, & ex ea fructus perciperet, illo autem non poſſidente nec fructus percipiente, non competit actio hypothecaria contra tertium poſſeſſorem Cuman. *in d.l. codicillis.§.inſtituto.n.*2.*verſ.monetur.ff.de leg.*2. Corbul. *in tract.de emphyteuſ. in cauſa priuation. ob alienat. ampliat.*49.*n.*18.& conferunt ea quæ dicentur *infra hoc* 2. *cap.q.*2.*art.* 1.*nunc q.*12.*num.*10.

Hanc autem limitationem intelligendam eſſe exiſtimo vt ſit vera. Primò † dummodo Cenſus expreſsè 28
conſtituatur, & imponatur ſuper ſolis fructibus, Se- 29
cundò dummodo † talis conſtitutio Cenſus ſuper fru- 30
ctibus non ſit perpetua, tùm † quia ſi eſſet perpetua æquipolleret alienationi proprietatis,Bart.*in d.§.inſtitutio,n.*4.*plenè* Corbul.*d.Ampliat.*49.*n.*3.tùm quia talis impoſitio Cenſus videretur ſortiri potius naturam Cenſus perſonalis,quam realis, vt animaduertit, Foller.*d.verbo,huiuſmodi,num.* 41. Boc.ac. *in d. ſuo tract. de Cenſib.par.*2.*num.*82.& propterea non eſſe aliquo modo recipiendus,vt latè dicemus *infra capit.*3.*q.* 1.*art.* 6. *per tot.ſen q.*34.

Limitatur quintò, ſi cenſus † imponatur ex cauſa 31
dotis conſtituendæ,licet enim de hoc dubitaſſe videatur Rota *in illa Romana Cenſus coram Fabio, quæ eſt poſt tract.dec.*47. *ſub num.* 5. *Hanc tamen opinionem poſt longam diſcuſſionem firmat* Stephan.Gratian.*diſcept. Forenſ. tomo* 1.*cap.*43. *a numero* 27.*ad num.* 34.Peregr. *d. tract. de fideicommiſſ.art.*42.*num* 96 Feder.Martin. *in tract. de iure Cenſu.cap.*4.*n.*94.[*& firmauit* Rota *in vna Romana cenſus* 27. *Iun.*1650. *coram* Reuerendiſſ. D. Coccino Decano *quæ inter eius dec.impreſſ.eſt.*244.]

Quam † limitationem admittendam eſſe, & exten- 32
dendam exiſtimarem ad quemlibet Cenſum, in quo bona alienari prohibita poſſunt alienari cauſa conſtituendæ,vel reſtituendæ dotis, vel donationis propter nuptias, quod habere quilibet poteſt à Scribentibus in Auth.*Res.quæ,C.commun. de legat.congerit* Peregr. *d. articul.*42.Petr. à Petra,*d. tract.qu.*8.*per tot. & ſignanter à num.*255.*vſque ad fin.qu.*Menoch.*de præſumpt.lib.*4.*præſumpt.*189.*n.*5.Hoc tamen intellige in ſubſidium,vt dicit Rota *in illa Auximana bonorum* 4. *Martij* 1602. *coram* Illuſtriſſ.Cardin.Mellino *quæ eſt poſt tract.dec.*107. *n.*8.*vide eandem Rotam in illa Romana cenſus de Mutis* 27.*Iun.*1605.*coram* Reuerendiſſimo D.Coccino Decano,*quæ eſt dec.*135.*poſt tract.*]

An autem ſuper re † expreſsè alienari prohibita 33
imponi poſſit Cenſus pro conſtituenda, vel reſtituenda dote, ita vt res, quæ Cenſui ſubiicitur grauetur dumtaxat pro aſſecuratione dotis,reſpectu ſortis principalis, an etiam poſſit obligari pro fructibus d. Cenſus aduenientibus temporibus ſoluendis,dubitat Peregr.*d.art.*42.*num.*96. ſed quod etiam pro fructibus onerari poſſit videtur inclinare.

Ad hoc autem, vt iſta cenſus impoſitio facta ſuper re expreſsè alienari prohibita pro cauſa dotis, dici poſſit legitimè facta, & ſuſtineatur, cauendum eſt in primis,Ne cenſus imponatur pro maiori ſumma,etiam minima, quam ſit neceſſaria, pro dote,vel ſoluenda, vel reſtituenda,vt optimè deducitur,ex iis, quæ tradit. Natt.*conſ.*162.*num.*1.*cum multis ſeqq. lib.* 1. *quem ſequitur,& comprobat.*Oſaſch.*deciſ.*171.*num.*20. *& ſeq.* Aliàs totus cenſus redderetur nullus,& inualidus, *vt diximus in addition.ad quæſt.art.*4.*num.*14.

Secundò, eſt animaduertendum, quod non ſufficit enunciare in Inſtrumento impoſitionis, & venditionis cenſus, quod ille imponitur, & venditur gratia ſoluendæ, vel reſtituendæ dotis ſed opus eſt, vt realiter, & cum effectu pecuniæ ipſæ ad cenſum acceptæ erogentur in ſolutione, vel reſtitutione dotis, & vertantur in cauſam enunciatam. *arg.leg. ſi quis pro redemptione. C. de donat.* & faciunt *notat. per* Bart. *in l.*2.*§.fin. numero* 2. *verſ. in contractib. ff. de donat. quem*

sequitur Ruin. *cons.* 3. *num.* 9. *lib.* 1. *& refert* Cacher. *d. decis.* 17. *num.* 6.

Nam quando alienatio est generaliter prohibita, exceptis incertis quibusdam casibus non status dicto asserentis alienationem fuisse factam in casu permissio, sed hoc est ab asserente probandum *Alex.* qui multos allegat *cons.* 4. *num.* 8. *lib.* 3. *post quem & alios* Cacher. *d. decis.* 171. *num.* 12.

Hæc tamen intelligenda sunt procedere quando causa, ob quam pecuniæ ad censum accipiuntur est adiecta per modum causæ finalis, vt considerat, Bart. *in l.* 2. *§. fin. de donat.* secus autem si foret adiecta per modum causæ impulsiuæ, seu pro modo, istis enim casibus dans pecunias non teneretur esse sollicitus, vt erogarentur in causam enunciatam: vt per Surd. *decis.* 156. *num.* 2. *cum seqq.*

34 Limitatur sextò, † si talis Census impositio sit nulla, & inualida ob aliquam aliam rationem, quam ex eo, quod sit facta, super bonis expressè alienari prohibitis, puta ex eo quod fuerint adiecta aliqua pacta vsuraria, vel in eius constitutione, & venditione non sit seruata forma *Bullæ Pij V. de Censib.* nam stante hac nullitate, non potest ex ea resultare caducitas, nec incursus alicuius pœnæ. Alex. *cons.* 99. *num.* 27. *lib.* 5. Guid. Pap. *dec.* 590. Gabr. *consil.* 88. *num.* 10. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 375. *num.* 79. *lib.* 3. Quorum auctoritate Rota in propriis terminis *in illa Viterbiensi Census*, 16. *Februarij*, 1590. *coram* bon. mem. Cardinali Plato, *qua post Tract. est decis.* 50. *num.* 1.

35 Limitatur septimò si ille, † ad cuius fauorem fuerit iniunctum fideicommissum, & fuit facta prohibitio alienationis, talis Census impositioni consentiret, nam ob talem consensum d. Census impositio valida redderetur, ex traditis à *Peregr. d. tract. art.* 40. *num.* 82. & in puncto non obscurè sensit Rota *in illa Romana renelationis indemnitatis.* 4. *Febru.* 1602. *coram* Illustriss. Cardinali Lancellotto, *qua est pro tract. decis.* 14. *num* 4. *& infra*, & expressè firmauit *in vna Rom. Saluiani Interdicti*, 13. *Ianuar.* 1603. *coram* bon. mem. Litta, *qua ibidem est decis.* 53. *num.* 6. *& in vna Romana restitutionis fructuum coram* R. P. D. Ottembergio, 23. *Iunij*, 1603. *qua est ibidem decis.* 50. *num.* 1. [*& in vna Romana census* 20. *Decembris* 1591. *coram* bon. mem. Card Pamphilio *qua post tractat. est decis.* 417. *num.* 5.] Et bene faciunt ea, quæ diximus *supra hac eadem quæst. art.* 1. de validitate census impositi super re aliena cum consensu domini ipsius.

36 Et iste quidem consensus est potens ad validandum Censum non † solum quando expressè accedit in ipsomet actu impositionis, & venditionis Census, sed etiam quando tacitè resultat, & elicitur ex præsentia, & patientia percipiendi fructus ex tali Censu super re expressè alienari prohibita impositi, si enim is qui in casu alienationis dictæ rei habita notitia de dicta impositione non reclamet, sed taceat, & patiatur, vt dominus Census fructus ex eo percipiat, iste tacitus consensus operatur quod dicti fructus non computentur in sortem, sed domino Census percipienti acquirantur, licet regulariter deberent imputari, vt per discursum deducit Steph. Gratian. *discept. Forens. d. cap.* 43. *num.* 24. *& seq.*

37 Limitatur octauò, si † hæres prohibitus rem alienare, illam meliorauerit, quoniam posset super dictis meliorametis Censum imponere sine periculo nullitatis, & incursus pœnæ, vt fuit de mente Rota *in vna Romana Census*, 15. *Ianuarij*, 1607. *coram* bon. mem. Penia, *qua est in calce Tract. dec.* 55. *num.* 6. *& bene conferunt ea quæ dicemus infra hoc eodem cap.* 2. *quæst.* 1. *art.* 1. *num.* 16.

38 Limitatur nonò, si † fundus super quo census impositus fuerit, non esset totus comprehensus in prohibitione alienationis, quam ratione partis non prohibitæ, sustineretur census, vt latiùs dicemus *infra q.* 20. *num.* 17. *& seq.*

Limitatur decimò, si † impositor, & venditor cen- 39
sus tempore impositionis, & venditionis dolosè, & fraudulenter asseruisset prædium illud super quo Census imposuit esse liberum, & alicui fideicommisso non subiectum, tali enim casu ne dolus, & fraus illi patrocinetur, & ex ea commodum consequatur. census esset validus, & solui deberet, *vt auctor vtrate* Tiraq. *de legib. Connub.* Gloss. 8. *num.* 135. *cum seq. dixit* Rota *in illa Romana census Saluiani Interdicti, & interesse* 29. *Martij* 1585. *coram* bon. mem. Cantuccio *quæ est post Tract. decis.* 45. *num.* 5. *& bene facit alia resolutio facta in* Rota *in vna Romana census* 17. *Aprilis*, 1598. *coram* bon. mem. Penia, *quæ est ibidem decis.* 56 *num.* 4. [Hoc tamen casu census ipse non debet censeri validus ad effectum, vt ex illo debeantur fructus tanquam ex censu ritè, & rectè impositio, sed dumtaxat ad effectum, vt contra illius impositorem, & venditorem detur actio ad interesse vt declarauit Rota *coram* Card. Seraph. *dec.* 785. *num.* 2. *ad fin. & num.* 7. *in fin. & num.* 8 *vt bene aduertit.* Vincent. Fusar. *in suo tract. de substitut. q.* 706. *num.* 12. *de qua re nos latè dicemus inf. a in addit. ad par.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *art.* 7. *nunc quæst.* 88].

Declaratur autem generaliter supra firmata principalis conclusio duobus modis, & quidem Pr.mo, quod licet Census impositus super re expressè alienari prohibita, sit ab initio ipso iure nulla, si † tamen 40
illius dominus sit in quasi possessione illum exigendi, non poterit purificato fideicommisso retardari ab hæredibus debitoris solutio Census sub pretextu dictæ nullitatis, donec fideicommissarius concludenter docuerit de fideicommisso, & quantum se extendat: nam ad effectum excludendi Censum, & illum annullandi doceri oportet rem totam subiugaram censui esse subiectam fideicommisso, & totam esse alienari prohibitam, & probare illius identitatem, vt in propriis terminis dicebat Rot. *in vna Rom. Census de Caranaschinis* 24. *Nouembr.* 1610. *coram* bon. mem. Penia, *quæ est post Tract. dec.* 57. *num.* 5.

Secundò generaliter declaratur eadem principalis conclusio, quod licet impositio Census facta super re expressè alienari prohibita, sit ipso iure nulla, attamen impositor † Census non obstante dicta nullitate te- 41
netur emptori, & domino Census ad refectionem omnium damnorum, & interesse, etiam quod ignorasset prædium super quo Censum constituit fuisse expressè alienari prohibitum, vt declarauit Rota *coram* bon. mem. Cardinali Seraphino *decis.* 787. *per tot. part.* 1. siue † se ad illorum refectionem, in Instrumento venditio- 42
nis census expressè obligauerit, *vt dixit ibi* Rota *num.* 1. *& 2. & coram eodem, dec.* 785. *num.* 7. *par.* 1. *& coram* bon. mem. Bubalo *in vna Senogallien. prædij*, 24. *Nouembris*, 1586. *qua est post Tract. decis.* 58. *num.* 3. *in fine*, siue † etiam huiusmodi refectio non fuerit expressè pro- 43
missa, & stipulata, cum veniat ex legis dispositione, *l. Diuus, ff. qui potior. in pignor. hab.* & tanquam accessorium prioris obligationis, *vt dicit* Rota *in d. Senogallien. prad. num.* 1, *& 7.*

Et propterea licet impositio præfata sit nulla, & non possit afferre aliquod præiudicium fideicommissariis, & vocatis in casu alienationis, † est ta- 44
men valida in damnum, & præiudicium ipsiusmet imponentis, *vt dictum fuit per* Rotam *coram* bon. mem. Cardinali Seraph. *decis.* 757. *num.* 2. *in fine*, *& infra*, *num.* 7. *in fine*, *& in illa Romana census de Turinis*, 28. *Aprilis*, 1598. *qua est post Tract. decis.* 13. *num.* 1. *& in vna Romana societatis*, 9. *Maij*, 1588. *coram* bon. mem. Gypsio, *qua est ibidem*, *dec.* 59. *num.* 12. *& 13. & admittit in vna Romana census scutorum decem, & octo millium* 9. *Iunij*, 1608. *coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio qua ibidem est dec.* 66. *num.* 4. 9.

Et ideò

Et ideò non mirum si tenetur ad interesse.

45 Hoc † autem casu interesse diceretur liquidatum & esset taxandum ad illam quantitatem, quæ pro censu annuo soluendo conuenta fuit, & illius legitima, & concludens probatio, tàm respectu quantitatis, quàm respectu temporis haberetur ex ipsomet instrumento
* venditionis census, vt fuit resolutum *coram* bon. mem. Cardinali Seraph. *decis. 372. num. 1. decis. 387. num. 6. decis. 935. num. 4. part. 1. & decis. 1114. num. 1. & 2. par. 2. &* *coram* bon. mem. Bubalo *in illa Senogalliensi predij*, 24. *Nouembr.* 1586. *quæ est post Tract. decis. 58. sub num. 5. in*
* *vna Bononiensi census*, 20. *Februarij*, 1604. *coram* Illustris-
* simo Cardinali Ludouisio, *quæ ibidem est decis. 61. num.* 8. *& seq. in vna Ianuensi census*, 12. *Februarij*, 1607. *coram*
* R. P. D. Manzanedo, *quæ est ibidem, decis. 62. num. 4. & in eadem causa coram eod. 3. Aprilis*, 1609. *quæ ibidem est decis. 63. num. 2. & sæpè in aliis causis.*

46 Illud † autem interesse in casibus in quibus deberetur, non inciperet currere à die impositionis, & venditionis census, nec à die euictionis, scilicet, quo fide commissarius, vel ille, qui in casu alienationis est vocatus incipit habere commoditatem, & vtilitatem ex dicta re, super qua census impositus, & constitutus fuerat, sed à die, quo cessatum fuit à solutione census, vt
* non obscurè tenuit Rota *coram* bon. mem. Cantuccio, *in illa Romana census Saluiani interdicti, & interesse*, 18. *Febr.* 1587. *quæ est post tract. dec. 44. num. 4.*

SVMMARIA.

1 *Res communis vendi potest.*
2 *Et hypothecari.*
3 *Res communis potest oneri census subiungari.*
4 *Dummodo subiungetur sola pars imponentis.*
5 *Socius habens rem cum alio communem, non potest socij partem obligare.*
[*Socius non potest disponere de re communi vltra partem suam.*
Socius non potest subiicere hypothecæ portionem socij.
Nec super illa seruitutem imponere.]
6 *Vendens rem, quam habet cum alio communem emptori ignoranti dictam communionem, totam censetur vendere*, & num. 11.
Secus si emptor habebat notitiam de dicta communione, quia censetur vendere solum ius suum, ibidem.
7 *Census imponens super re communi, censetur imponere duntaxat super parte sua.*
Amplia etiam si imponens designet rem per confinia conuenientia toti rei, num. 9.
Amplia 2. etiam quod imponens asserat rem illam ad se spectare, num. 10.
Declar. Dummodò eius portio sit capax totius census, num. 7.
8 *Voluntas agentis regulatur à potestate.*
[*Obligans rem censetur illam obligare pro iure, quod habet super illa re.*]
12 *Vendens rem communi ignoranti, tenetur illum certiorare de dicta communione, alias sibi imputet damnum quod inde sentit.*
13 *In venditione census dominium rei censita, non transit in dominium emptoris census.*
14 *Emptor census acquirit duntaxat ius exigendi annuam pensionem.*
[*Seruitus prædialis differt ab ipso prædio.*
Vsusfructus differt à re, ex qua debetur.
Hæreditas differt à re hereditaria. ibid.]
15 *Ius exigendi census est quid distinctum à re subingata censui.*
16 *Substantia contractus censualis consistit, vt pars subiungantis sit capax totius census, non quod totus fundus subingatus sit imponentis.*

Census de Censibus.

[Caball. conf. 94. lib. 1. *Similium notatur.*
Census impositus super re aliena absque consensu domini valet ad præiudicium imponentis.
Intellige quando imponitur super tota re aliena ratione præsumpti doli.
Census super re communi impositus sustinetur tantum quatenus fructus portionis imponentis sunt capaces contra Caball. *conf. 94. lib. 1. Simil.*]
17 *Hæres gratiatus de restituendo potest censum imponere super re restituenda, quatenus capit legitima, vel Trebellianica per ipsum detrahenda.*
[*Census impositus super re subiecta fideicommisso non imputatur imponenti in detractionibus, si impositio tendat in vtilitatem fideicommissi.*]
18 *Amplia ex Rota.*
19 *Alienata debent imputari in legitimam, & Trebellianicam alienanti debitam.*
20 *Venditio resoluitur per pretij restitutionem.*
21 *Portio rei restituendæ quatenus capit legitima, & Trebellianica per hæredem detrahenda, præsumitur capax totius census per ipsum super impositi.*

Census super re communi impositus an valeat, & pro qua parte.

QVÆSTIO XX.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 1. ar. 7.

PRo resolutione præsentis articuli facienda est conclusio affirmatiua, quam pluribus confirmat, Felician. de Solis, *in Comment. de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 3. num. 21. per tot. & sequitur* Auend. *de censib. Hispan. cap. 7 4. num. 2. & seq.* & comprobatur, † quia sicut res com- 1
munis vendi potest, *l. falso, C. de commun. rer. alienat. &* 2
hypothecari, † *l. sed, & quo, §. 1. ff. de pign. l. vnica, C.* 3
si commun. res pignor. data fuer. ita etiam † poterit super ea census poni, *vt per l. 11. & ibi* Doctor. *C. communi diuid. & d. l. falso, C. de rer. commun. alien. dicit Rebuf. ad l. rectè dicimus, 25. §. Quintus Mutius, versic. 8. ff. de verb. signific. & deducit* Felician. *d. num. 21.*

Quoniam tamen conclusionem tenendam esse arbitror, † dummodo census non super tota re, sed dum- 4
taxat super sola portione imponentis constituatur, & collocetur, non etiam super portione socij, quam
† obligare non potest, *d. l. vnica, C. si commun. res pignor.* 5
data fuer. Negus. *de pignor. part. 2. membr. 3. num. 36. sentit in puncto* Felician. *d. num. 21. in fine.*
[Nam socius non potest disponere de re communi vltra portionem suam *l. Nemo ex sociis, & ibi glos. Doctor. ff. pro soc. l. si socio, & ibi* glos. *& scribentes, ff. si cert. petat.* vel illam hypothecando *l. vnic. C. si commun. res pign. dat. fuer.* Negus. *de pignor. part. 2. membr. 3. num. 36.* vel super illa seruitutem imponendo, *l. si communis fundi, & l. vnus ex sociis, ff. de seruit. rustic. præd.*]

Sed difficultas esse potest, an quis imponens censum super re quam cum alio communem habet, non facta declaratione quod illum constituat super sola propria portione; censeatur illum imposuisse super tota illa re, an verò duntaxat super sua propria rata, & parte.

In qua difficultate licet videatur transeundum cum distinctione, quam facit Bald. *in Rub. C. de cõrab. empt. num. 6.* vbi quærit nunquid ille qui vendit rem in dubio videatur vendere iure proprio, an potius intelligatur vendidisse ius, quod in illa re habet, & respon- 6
det distinguendo, quod † si emptor ignorat qualitatem rei quam emit, censeatur vendita tota, & integra

res, si autem emptor sciebat qualitatem dictæ rei venditæ, puta quod non erat integraliter ipsius venditoris, sed habebat eam cum alio communem, intelligatur venditum dumtaxat ius quod venditor in re illa habebat, quam distinctionem esse magis communiter receptam à scribentibus, dicit Alex. *in l. si domus, §. fi. n. 4. ff. de leg. 1. sequitur* Ias. *in l. 1. num. 21. C. qui testam. facere poss.* Negusant. *d. tract. de pignor. par. 2. memb. 3. num. 14. pluribus comprobat multos allegans*, Surd. *consil. 13. num. 29. & seq. lib. 1.* & consequenter videatur dicendum, quod si emptor census ignoranit fundum, super quo census fuit collocatus esse communem inter constituentem, & alios, censeri fundatum super toto fundo: si autem emptor census sciebat fundum illum esse communem inter imponentem, & alios, intelligi impositum dumtaxat super ea parte, quæ iure dominij, & proprietatis ad ipsum imponentem spectabat. Attamen absque aliqua distinctione scientiæ, vel ignorantiæ emptoris census de dicta qualitate fundi, simpliciter, & indistinctè tenendum censeo, quod † dicta census impositio intelligi debeat facta dumtaxat super ea portione, & tata fundi, quæ propria erat ipsius imponentis, & ad eum iure dominij pertinebat: si tamen fructus illius portionis satis erant pro solutione integri census, & ita reperio sensisse Hercul. Marescott. *var. resol. lib. 1. cap. 7. num. 1. &* 2. [Honded. *cons. 58. num. 99. lib. 1.* Rota *coram* Ludouis. *dec. 225. num. 1. & ibi addentes. num.* 16. qui hunc locum nostri tract. refetunt, *& voluit* Rota *coram* R. P. D. Verospio *in una Romana domus, & Saluiani* 11. *Decembris* 1618. *post tract. decis. 538. num. 9. & 10. & hanc sententiam plenè, & doctè confirmauit* Rota *Maceratensis coram* R. P. D. Ambrosio Luco. *in una Anconitana census* 31. *Octobris* 1622. *quam post tract. impugnandam duxi, dec. 499. num. 4.* & infra 8 vbi de nobis egregiam mentionem facit.] Nam † voluntas agentis regulatur à potestate, vt in his propriis terminis augmentatur Rota *in illa Perusina hæreditatis de Almericis*, 8. *Aprilis*, 1588. *coram* bon. mem. Orano, *quæ est post tract. dec. 39. num. 3.* & propterea si census imponatur super re cuius pars est libera imponentis, altera verò obnoxia fideicommisso, vel alteri oneri, censetur imposita super parte libera [censetur enim obligare bona pro iure quod in eis habet *l. qui tabernas ff. de cont. empt. & est tex. in l. 3. §. fin. & ibi* glos. *ff. qui potior. in pign. haben.* Crau. *cons. 493. num. 4.*]

Hoc tamen intelligendum est procedere, quatenus sit capax totius census, *vt dixit* Rota *d. num. 3. & coram eodem in eadem causa*, 16. *Februarij*, 1586. *quæ est ibidem dec. 49. num. 18. & in una Romana census de Paluttis*, 20. *Nouembris*, 1600. *coram* Reuerendissimo Sacrato, *quæ ibidem est dec. 64. num. 1. & seq. & iterum coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, *in una Romana de Iacobatiis*, 12. *May*, 1606. *quæ ibid. est dec. 65. n. 1. & in una Romana census de Caraffischinis*, 28. *Iunij*, 1610. *coram* bon. mem. Penia, *quæ ibidem est dec. 66. ad fin. & sæpè in aliis causis.*

9 Quæ conclusio firmiter tenenda est, † etiam quod in fundatione census res super qua fuit census collocatus, & constitutus fuerit designata cum confinibus conuenientibus toti, & integræ rei, Alex. *cons. 54. num. 2. lib. 3.* Rub. Alexand. *cons. 99. sub num. 2. & voluit in propriis terminis.* Rota *in dicta Romana de Iacobatiis*, 26. *Nouembris*, 1605. *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, *quæ est post Tract. dec. 67. num. 4.*

10 Ac etiam quod imponens censum † in ipso actu impositionis, & venditionis assereret fundum illum ad se spectare, & nemini esse obligatum, nec alicui fideicommisso subiectum. Ista enim assertio restringi debet ad propriam suam portionem, ratione cuius potuit dicere fundum ad se spectare, vt auctoritate, Cuman. Soc. & Benintend. *dixit* Rota *in illa Perusina hæreditatis de Almericis*, 8. *Aprilis*, 1587. *coram* bon. mem. Orano, *quæ est in calce Tract. dec. 39. num. 5. & 6.*

Nec obstat quod supra dicebamus ex *Baldo, & communiter aliis*, quia meo quidem iudicio maxima est diuersitatis ratio inter venditionem prædij, & venditionem census super prædio constituti: nam in venditione prædij † vbi emptor ignorat rei qualita- 11
tem præsumitur quod emptor existimet totum, & integrum prædium esse comprehensum in venditione, & propterea non mirum si tota res præsumatur vendita. Ruin. *cons.* 141. *num. 7. lib. 1.* Bero. *cons. 2. num. 13. lib. 1.* Imputare enim † sibi debet venditor qui emptorem de rei qualitate, & quod prædium quod ven- 12
debatur non erat totum, & integrum ipsius venditoris, non certioranit, *vt dicit* Paul. de Castro, *in l. serui electione, §. fin. num. 3. ff. de leg. 1.* Surd. *d. cons. 13. num. 29. lib. 1.* Aliud est in venditione census, quoniam † per 13
illius venditionem non transfertur in emptorem dominium rei super qua census constitutus, & collocatus fuit, sed illud remanet penes venditorem census, *vt dictum fuit supra quæst. 1. aliàs part. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 1. n. 23. & voluit* Rota *in illa Romana Census, 3. Decembr. coram* bon. mem. Fabio, *quæ est post Tract. dec. 47. num. 4. & [iterum in illa Romana, seu Sabinensis census coram* R. P. D. Virili 17. *Nouembr.* 1628. *est Tract. decis. 501. num. 5. vbi hunc locum, & alios refert.*] Sed 14
† transfertur dumtaxat ius percipiendi annuum redditum, & annuam pensionem super fundo impositam, vt diximus, *d. art. 1. num. 21. & seq.* Quod quidem ius est quid distinctum, & separatum ab ipsa re subiugata, Cracet. *cons. 217. num. 4. lib. 2. & dixit* Rota *coram* bon. mem. Cardinali Seraph. *decis. 794. num. 6. part. 1. & coram* bon. mem. Iusto, 17. *Martij*, 1600. *in illa Romana census, quæ est post Tract. decis. 40. num. 1.* [sicut prædiorum seruitutes (quarum species quædam est census impositio, vt dictum est *infra quæst. 23. aliàs hoc eod. cap. 2. quæst. 3. art. 1*) differunt ab ipsis prædiis, *§. fin. instit. de reb. corpor. & incorpor. §. fin. instit. de seruit. rust. prædior.* & vsusfructus differt ab ipsa re, ex qua debetur, & hæreditas differt à rebus hæreditariis, Ceph. *cons. 399. num. 36. & seq. lib. 3.*] Et propterea in illius venditione non † est quærendum an res sub- 15
iugata sit tota, & integraliter eius qui censum imposuit, & vendidit, sed an portio iure dominij ad ipsum pertinens sit capax totius census impositi, & venditi, vt considerauit Rota *in illa Perusina hæreditatis de Almericis*, 16. *Februarij*, 1586. *quæ est ibidem dec. 49. num.* 18. cùm pro substantia contractus censualis requiratur † vt fundus super quo creatur, & collocatur cen- 17
sus sit capax responsionis, quæ super eo imponitur, vt dicemus *infra q. 35 aliàs part. 1. cap. 3. q. 2. art. 1.*

Vnde cùm in terminis propositæ difficultatis præsupponatur quod fundus super quo census fuit impositus pertineat iure dominij, & proprietatis pro parte ad eam qui censum constituit, & quod dicta portio sit capax totius, & integri census impositi, non est aliquo modo necessaria distinctio scientiæ, vel ignorantiæ emptoris census, quod res illa subiugata sit integraliter ipsius imponentis, vel communem cum alio habeat, cùm siue sciat, siue ignoret dictam communionem, semper sequatur idem effectus, quod emptor census totam, & integram responsionem emptam consequi, & percipere valeat, & in nihilo remaneat deceptus, vel damnificatus. Et ideò cùm sola pars imponentis, & fructus illius sufficiant pro solutione totius census impositi, & venditi, illa sola remanet obligata, & obnoxia pro dicti census solutione, & super illa tantum præsumitur ab initio censum fuisse creatum, & impositum, vt supra dictum fuit. Et propterea redditur superflua disputatio, quam facit Nicolaus Intrigliolus *super Bulla de censib. quæst. 63.* An facta diuisione bonorum communium, super

quibus

quibus fuit impositus census, quælibet pars remaneat obligata pro solutione dicti census. Et consequenter falsa resolutio affirmatiua per eum facta, cum non tota res communis, sed sola pars imponentis censeatur censui subiugata, & supposita.

[Ob quam resolutionem videtur reddi valde suspectum *responsum* 94. Petr. Caball. *lib.* 1. *cisil.* dum retulit censum fundatum à duobus fratribus super domo, quam habebant communem cum alio fratre, licet eorum portiones non essent capaces totius census, illum tamen sustineri, super fructibus portionis illius fratris, qui dictæ impositioni non fuit præsens, nec consensit, ea ratione, quia census super re aliena impositus etiam ignorante domino valeat ad præiudicium imponentis, secus autem ad præiudicium domini prædij super quo imponitur, *vt nos quoque diximus, supra hac cad. q.* 1. *art.* 1. *num.* 11. *& seq.* Nam dicta per *Caball.* possent procedere, quando census fuit impositus super re, quæ in totum erat aliena ratione doli, qui potest considerari in imponente, præsumi enim potest, quod habuerit animum fraudandi emptorem census existimantem prædium illud esse proprium impositoris census, secus autem quando census fuit impositus super re, quam imponens habet cum alio communem, quia eo casu videtur in eo cessare ista præsumptio doli, & animi fraudandi ob aliam præsumptionem, quod voluerit censum imponere tantum super ea parte dictæ rei quæ ad ipsum imponentem spectat iure proprio ratione dominij. & proprietatis, & proinde vltra capacitatem dictæ portionis census remaneret absque subiecto, & absque fundo, sine quo licitè constitui non potest, *vt dicemus infra qu.* 29. *alias part.* 1. *cap.* 3. *qu.* 1. *art.* 1. neque sustineri potest super sola personali obligatione, *vt latè diximus d. qu.* 1. *art.* 6. Ex quibus videtur remanere firma cõclusio *supra hoc 7. art. num.* 7. *&* 8. firmata. Quod census impositus super re communi sustineatur dumtaxat quatenus portiones propriæ imponentis, & illarum fructus sunt capaces & apti ad supportandum onus illud censuale, & non vltra, quicquid dicat Caball. *d. cons.* 94. *num.* 8. valere censum etiam vltra capacitatem fundi, quod esse contra mentem Pij V. in sua bulla super forma creandi census, & communes Doctorum traditiones, & Rotæ resolutiones demonstratum fuit infra *hac par.* 1. *c.* 3. *q.* 2. *ar.* 1. *per tot. seu q.* 36. *vbi art.* 3. diximus, non esse soluendum ex fructibus aliorum bonorum, licet contrarium affirmet Caball. *ibid. num.* 11.]

Ex qua conclusione inferre possumus ad censum impositum ab hærede granato super re prohibita alienari. † Si enim ipse possit ex bonis fideicommisso subiectis, & alienari prohibitis legitimam, vel trebellianicam detrahere, imponendo censum; præsumitur sibi res illas pro sua legitima, & trebellianica elegisse, vt omnes admittunt, & placuit Rotæ *in illa Romana census de Paluiis*, 20. *Nouembris*, 1600. *quæ in calce Tract. est dec.* 64. *num.* 4. *coram* Reuerendissimo Sacrato, *& rursus, coram eodem in alia Romana census*, 10. *Iunij* 1613. *quæ ibidem est decis.* 68. *num.* 6. *& coram eodem in vna Romana legatorum de Columna*, 27. *Ianuarij* 1614. *quæ est ibidem dec.* 69. *num.* 15. *& in vna Romana Saluiani interdicti, coram* bon. mem. Orano, 18. *Maij*, 1598. *quæ est ibidem decis.* 76. *n.* 1. *& antea senserat coram eod. in illa Perusina hæreditatis de Almericis*, 16. *Februarij*, 1586. *quæ ibidem est dec.* 49. *num.* 1. *& rursus in vna Romana retractus domus*, 15. *Decembris*, 1614. *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ est ibidem dec.* 71. *num.* 13. *& in vna Romana Saluiani Interdicti*, 13. *Ianuarij*, 1603. *coram.* bon. mem. Litta, *quæ est dec.* 53. *num.* 5.

[Hanc eandem sententiam, de nobis mentionem faciens amplexus fuit Moder. Forolulien. Mercurial. Merlin. *in suo egregio, & elegantissimo tract. de legitim. lib.* 2. *tit.* 2. *qu.* 3. *num.* 57. & Rutilius Paitellus *in expedit. cons. ciuil.* 17. *num.* 30. *& ibi.* D. Ludouicus *eius filius olim discipulus meus amantissimus de hoc loco nostri tractatus mentionem faciens in aduoc. at. num.* 35. *& seqq.*

Aduertendum tamen est quod si talis impositio fieret ad vtilitatem fideicommissi, census iste non esset imputandus imponenti in detractiones sibi ex eodem fideicommisso competentes, vt post Mol. & Rotam, *dicit idem* Merlin. *dict. tit.* 2. *quæst.* 7. *n.* 8.]

Quod extendi etiam deberet † ad censum super fundo alienari prohibito impositum, si ex eius pretio redimatur res per prius ab hærede granato valide alienata pura quia tempore alienationis non erat consumpta legitima, & trebellianica hæredi alienanti debita, apertè colligitur ex resolutione facta in Rota *coram* Reuerendissimo Domino Coccino Decano *in vna Romana fideicommissi de Marganis*, 28. *Nouemb.* 1608. *quæ est impressa post tract. dec.* 310. *per tot.* 18

Nam sicut † res illa alienari prohibita, & ab hærede alienata, in legitimam, & trebellianicam sibi debitam veniebat computanda, & per consequens alienatio fuit validata ita quoque Rota censuit fuisse validam dictam census impositionem pro redemptione dictæ rei, quia † vt dicit *ibi* Rota, *num.* 2. mediante restitutione pretij venditio fuit resoluta, & res illa fuit fideicommisso restituta, & census impositus subrogatus in locum rei per prius alienatæ. 19 20

Vbi autem hæres grauatus, † & alienare prohibitus potest legitimam, & Trebellianicam detrahere, si censum imponat, impositio dicti census in dubio dictas quartas excedere non præsumitur, *vt dixit* Rota *in dicta Romana census*, 10. *Iunij* 1613. *coram* Reuerendissimo Sacrata, *quæ est ibidem decis.* 68. *num.* 8. licet aliàs dixerit aliter *coram* bon. mem. Cardinali Seraphino, *decisio.* 321. *num.* 16. *&* 17. *par.* 1. 21

Qua ratione est etiam dicendum quod si hæres grauatus sit creditor super rebus alienari prohibitis occasione dotis sibi promissæ ex voluntate testatoris possit super dictis bonis pro rata sui crediti validè censum imponere, vt fuit resolutum *in* Rota *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano in *vna Romana Census* 27. *Iunij* 1605. quæ est post tractatum *dec.* 311. *per totum.*

Dominus vtilis, an censum possit imponere, & Vassallus super re feudali.

QVÆSTIO XXI.

aliàs par. 1. *cap.* 2. *qu.* 2. *ar.* 1.

VIdimus in præcedenti quæstione, an, & quibus casibus dominus directus possit, super propriis suis bonis censum imponere, & constituere, sequitur vt iuxta præmissum ordinem videamus de eo, qui habet dumtaxat dominium vtile super aliquo fundo, an possit super illo censum collocare, & creare, quam Quæstionem ad duos Articulos restringendam duxi.

Primus est, an vassallus possit super bonis, quæ in fundum retinet.

Secundus, an possit emphyteuta super bonis sibi in emphyteusim concessis.

SVMMARIA.

1 *Vassallus non potest super re feudali censum creare. Intellige de censu perpetuo, ex quo res subingata remanet perpetuo obligata*, num. 9. & 11. *Limit. si in investitura habeat facultatẽ alienandi* n. 35.

[*Feudum concessum cum facultate illud alienandi sortitur naturam allodij.*

Intellige si appareret vassallum voluisse illud retinere tanquam allodium.

Feudum retineri vti feudum, & non vti allodium quomodo appareat.

Limit. secundo *respectu meliorationum*, n. 16.

Limit. tertio, *respectu feudi hæreditarij*, n. 17.

[*Vassallus non potest imponere censum super feudo hæreditario sine consensu Domini.*

2 *Supponere rem censui nil aliud est quam illam obligare.*

3 *Impositio census est species alienationis, & à pari procedunt.*

4 *Vassallus non potest absque consensu domini alienare.*

5 *Immo nec hypothecare rem feudalem.*

6 *Vassallus potest alienare fructus rei feudalis.*

7 *Intelligè de fructibus separatis à solo.*

8 *Fructus pendentes in re feudali integrant feudum.*

10 *Vsufructuarius potest alienare commoditatem percipiendi fructus.*

12 *Vassallus non potest in refeudali præiudicare domino, nec agnatis, sed sibi potest.*

13 *Vassallus non potest in re feudali constituere seruitutem ad præiudicium domini, vel agnatorum.*

14 *Census licet non sit propriè seruitus, habet tamen cum ea similitudinem.*

Circa hunc articulum negatiua conclusio constituenda † est, vt volunt Ioan. Anton. Canet. *in extranag. violentes, §. successiuè, per tot. & signanter, num. 7. & seqq. fol. mich. 164.* Bened Bon. *in suo tract. de censib. artic. 21. num. 46.* Felician. de Solis *in suis Comment. de censibus, tom. 1. lib. 2. cap. 4. num. 19.* Ioan. Azor. *Institut. Moral. par. 3. lib. 10. capit. 7. q. 3. vers. in hacre, & post hæc scripta visi.* Nicol. Intrigl. *super Bulla de censibus qu. 26. numero 2. & seqq.* Martin Bonacin. *de contract. disp. 3. qu. 4. puncto vnico, numero 12.* Auend. *de censibus Hisp. cap. 66. num. 3. & seqq.* [Mari Giurb. *dec. Regn. Sic. l. 24. num. 25. par. 1.* Mart. *vot. 232. num. 1. & seq. & num. 22. & seqq.*] *& fuit resolutum in* Rota *in vna Romana census, 3. Iulij, 1589. coram* bon. mem. Orano, *quæ est post tract. dec. 72. num. 1. & voluit coram* Seraph. *dec. 894. ad fin. par. 1.*

1

Quæ quidem conclusio est optima ratione fundata: nam † cùm subiugare rem oneri census, nil aliud sit, quàm supponere, & obligare ipsam, *l. cum de in rem verso, ff. de vsur. & nos dicemus infra qu. 40. ead. par. 1. cap. 3. q. 3. art. 1. per tot.* Immò census impositio † sit species alienationis, [Rota *in vna Romana census 13. Febr. 1632. coram* R. P. D. Merlino *dec. 543. numero 1. post tract.*] & census impositio à pari procedunt cum rei alienatione, *vt dictum fuit infra hoc eod. cap. 2. qu. 3. num. 1. & seq.*

2

3

4

sicut vassallus † non potest rem feudalem absque consensu directi domini alienare, *vt in tit. de prohibit. feud. alienat. per* Lotharium *in cap. Imperialem, in prin. & §. 1. de prohib. feud. alienat. per* Fedet. *& in cap. si quæ fuerit 1. causa benefic. amitten. & in aliis multis locis in vsib. feudor.* Grat. *consil. 9. num. 134. lib. 1.* Iul. Clar. *in sua pract. in §. feudum, q. 31. in prin.* Imò nil † etiam obligare, & hypothecare, *d. cap. Imperialem;* Aluarot. *& communiter alij in cap. 1. de alienat. feudi paterni, vt communi, alios congerens testatur* Clar. *d. §. feudum, quæstio. 35.* eadem ratione, nec poterit super eadem re feudali censum imponere.

5

Nec releuat, quod in contractu census non alienetur res ipsa, nec illius dominium, sed tantum concedatur ius percipiendi singulis annis annuam responsionem ex fructibus rei, quæ subiicitur, quod videtur

6 concessum etiam vassallo † vt de fructibus rei feudalis possit disponere. Bal. *in cap. 2. prin. num. 8. de succeff. feud.* Ioan. Fab. *in §. item Seruiana, num. 31. Inst. de action.* Curt. iun. *in suo tract. de feud. par. 4. qu. 6. num. 95. vers. 3. limitationem.* Redoan. *de reb. eccles. non alien. in tit. de constit. ann. 1. num. 35.* [*& dixit* Rota *coram* bon. mem. Card. Blanchetto *in illa Romana de Theodolis 17. Aprilis 1592. quæ est post tract. dec. 33. post princ. auctoritate* Ruin. *cons. 176. num. 13. lib. 1.*

Quoniam *Bal.* loquitur † de fructibus à solo separatis, quo casu disponens de fructibus, non censetur disponere de feudo, cum fructus à solo separati non sint pars feudi, neque de feudo, *arg. l. in ædibus, §. ex reb. ff. donat. vt considerat ibi Bal.* Secus † autem est in fructibus non separatis, quia illi integrant fundum, *l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. facit. l. fructus pendentes, ff. de rei vendic. & l.* Mæuius, *§. pen. ff. de legat. 2. per quem tex.* Alex. *cons. 208. num. 2. lib. 2.* & possunt dari in feudum vna cum ipso fundo, *vt post* Bald. Iacob de Beluis. Martin. Laudens. *in cap. 1. §. sciendum de feudi cognit. &* Tiraq. *qui istos refert de retr. lig. §. 1. gl. 7. num 84. & gl. in d. cap. 1. §. fin. verbo, cohærentibus, dicit* Auend. *in d. tract. cap. 56. numero 3.* Ioan Faber. *autem* Curt. iun & Redoan Intelligendi † sunt non de censu perpetuo, & illa impositione per quam res feudalis oneri perpetui census subiiciatur, sed de alienatione fructuum, quæ fieret duratura durante iure ipsius vassalli alienantis, quod apparet, cum moueatur exemplo vsufructuarij, qui licet † non possit alienare ius vtendi, & fruendi, potest tamen concedere, & alienare commoditatem percipiendi fructus, glo. *in §. fin. Inst. de vsufr.* vnde non obstant. Nam pari modo † si vassallus velit imponere censum duraturum durante iure suo, esse illi permissum dixit Bon. *d. tract. art. 27. num. 54.* Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, huiusmodi, num. 11.* cùm talis impositio sibi ipsi non autem aliis afferat præiudicium. Ludo. Auend. *d. tract. c. 66. num. 4. vers. sed adhuc in ea dubitatione.* Vassallus autem † licet non possit super re feudali afferre aliquod præiudicium, nec domino directo, nec aliis agnatis in eadem inuestitura comprehensis sibi tamen ipsi vtique præiudicare potest, quod manifestè apparet in impositione seruitutis, quam † non potest ad præiudicium directi domini, vel agnatorum super re feudali constituere, potest tamen quo ad suimet præiudicium. Bartholom. Veron. *de seruit. Vrban. prad. cap 14. num. 31.* Rol. *cons. 59. num. 12. lib. 2. & volunt communiter scribentes, vt testatur* Iul. Clar. *d. §. feudum. qu. 37. vbi alios allegat quibus addatur* Feder. Martin. *in suo tract. de iure censuum, cap. 4. num. 89.*

7

8

10

11

12

13

Licet enim † census impositio non inducat veram, & propriam seruitutem, habet tamen similitudinem, & speciem seruitutis, vt dicemus *infra d. quæstio. 3. articul. 1.* Vnde possumus argumentari ad impositionem census ab impositione seruitutis, *argum. l. illud. ff. de legat. Aquilian.*

14

Supra firmata autem conclusio vno, & altero modo debet limitari, & quidem primo, quando † in inuestitura fuit data facultas vassallo alienandi bona sibi in feudum concessa, eo enim casu, quod possit super illis censum perpetuo duraturum imponere, contra Specul. *in tit. de locat. §. nunc aliqua, & nonnullos alios defendit* Bon. *d. tract. art. 26. num. 53. vers. nunc reliquum.* cuius quidem limitationis ea potest esse ratio, quia tali casu feudum videtur sortiri naturam allodij, & propterea vassallus poterit de illo disponere sicut de allodio, vt multorum auctoritate dicit Mart. *d. vot. 232. num. 12.* Quid tamen recipit necessariam declarationem, vt eatenus procedat, quatenus constet vassallum hunc retinuisse tale feudum non vti feudum, sed vti allodium at si in feudum retinuisse apparuerit (quod ex eo potissimum elici poterit secundum Mart. *d. vot. 232. num. 13. vers. sed in hoc*, si successores primi inuestiti domino directo debitum fidelitatis iuramentum, atque homagium præstiterunt, atque iterum de eo se inuestiri obtinuerunt) vtique feudum illud nec alienare, nec super eo

censum

censum imponere absque assensu domini directi poterit, vt deducit Mart. *d. vot. 232. num. 14.*]

16 Secundò limitatur respectu melioramentorum, si enim † vassallus in re feudalium melioramenta fecerit, vtique valide poterit super illis censum etiam perpetuo duraturum imponere, & constituere. Milanens. *dec. 8. num. 384. lib. 1 referunt addantes ad Intrigliol. d. q. 26. in littera B, & faciunt ea, quæ diximus supra hoc 2. cap. qu. 1. art. 6. nunc qu. 19. num. 37.* de hærede grauato fideicommisso meliorante res subiectas restitutioni, & alienari prohibitas, & dicemus *art. seq.* de emphiteuta, qui fecit melioramenta super re emphyteutica, quod possint validè super illis censum perpetuum creare, & constituere.

17 Limitatur tertio, in feudo hæreditario † acquisito pro se, & hæredibus, vt multorum auctoritate firmat intrigliol. *d. qu. 26. numer. 12. cum multis seqq.*

[Hanc etiam limitationem intelligas procedere dummodo vassallus talem censum imponat de consensu domini directi, aliàs impositio esset nulla, & imponens caderet à iure suo tanquam alienans rem alienari prohibitam, & is, qui in dicto feudo ex noua inuestitura succederet non teneretur ad onera censûs super dicto feudo impositi, vt deducit Mart. *d. vot. 232. numero 26. & seqq.* Maximè si super ille censum imponeret tanquam super re allodiali ex iis quæ not. Corbul. *de emphyteus. in causa priuation. ob alienat. irrequis. dom. fact. limit. 1. num. 3.*

Hæc tamen declaratio Mart. *d. num. 26. & seqq.* debet intelligi quando vassallus feudum illud hæreditarium retineret tanquam feudum, & super eo imponat Censum tanquam super feudo, secus autem quando illud retinet tanquam allodium, & tanquam super allodio censum imponeret, vt colligitur ex eod. Mart. *d. voto. 232. num. 23.*

Nec obstant tradita per Corbul. *d. limit. 1. numero 3.* quia ipse loquitur non in feudo, sed de emphyteusi, quæ licet concedatur cum facultate alienandi in quemcunque, qui est locus Corbuli, non propterea transit in allodium, & ideo nimirum, si emphyteuta illam alienando tanquam allodium cadit à iure suo.

Aliam limitationem ad supra firmatam conclusionem habemus *ex* Rota *in illa Romana Census 3. Iuly. 1589. coram* bon. mem. Orano, *quæ est post tract. decis. 72. num. 3. vers. nec repugnat.* vt non procedat quando vassallus imponit Censum super feudo de licentia domini directi allegat Brun. *cons. 1. num. 3.* Paris. *cons. 16. num. 25. lib. 1. &* Dec. *cons. 191. num. 3. & cons. 511. num. 8.*

Quam tamen limitationem ipsamet Rota ibi intelligit procedere dummodo in dicta licentia exprimatur qualitas, & natura feudi, alias licentia indefinitè, & generaliter concessa non posset suffragari, cùm Princeps in dubio non præsumatur velle derogare iuribus tertij, & illi præiudicare etiam quod adiecta foret clausula, motu proprio, vel ex certa scientia, quæ in Principis rescripto nihil operantur in præiudicium tertij Gabriel. *de Claus. concl. 1. num. 4.* & pro hac conclusione optime faciunt ea, quæ dicta sunt *in vlt. addit. ad art. 1. quæst. 3. huius primæ partis.*

Sed circa censum impositum super feudo hæreditatio, reperio fuisse aliquando dubitatum. An si pater imponat censum super feudo hæreditario, quod post mortem ipsius patris imponentis peruenit ad illius primogenitum, ad quem spectet onus soluendi dictum annuum censum, an ad primogenitum possidentem feudum, an verò ad hæredes omnes imponentis, tàm pro tempore quo post impositionem superuixit pater, quàm pro tempore futuro. In qua dubitatione, Vincent. de Franc. *dec. 159. n. 3. vers. quibus non obstantibus, &* Viu. *decis. 133.* testantur fuisse resolutum onus illud non spectare ad solum primogenitum possidentem feudum subiugatum, sed esse commune inter omnes hæredes imponentis pro quota, & portione hæreditariarum quia vt dicit Viu. in quolibet debito, & maximè annuæ præstationis constitutæ super fructibus fundi prius attendi debet obligatio personalis resultans ex contractu, quàm hypotheca *l. final. §.* Lucius. *ff. de contr. empt.* Natura autem personalis actionis est, vt quilibet hæres teneatur proportione hæreditaria. *l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad* Trebell. *l. pro hereditariis. C. de hæredit. action.* & propterea cum primogenitus habeat feudum illud iure hæreditario, cum nemo possit habere feudum hæreditarium nisi sit hæres, vt post multos firmat Vinc. de Franc. *decis. 1. num. 22. & seqq. & ibi adent.* vtique tenebitur dumtaxat pro sua portione hæreditaria, cum tale feudum habeat annexum in se onus satisfaciendi creditoribus, & legatariis hæreditariis; tum maximè quia venditio dictæ annuæ præstationis, non est vera, & realis venditio feudi super quo illa fuit imposita, sed potius est designatio loci super quo annua responsio constituta fuit, vt considerat Franch. *decis. 259.* & quatenus venditur illa annua præstatio, vel potius ius illam consequendi, non est venditio libera sed cum pacto de redimendo iuxta formam Bullæ Pij V. super censibus, & proinde iudicatur onus hæreditarium, & consequenter soluendum ab hæredibus pro portionibus hæreditariis, non autem ab eo dumtaxat cui feudum illud subiugatum in partem contigit.

Licet autem onus illud sit inter hæredes commune, quia tamen ex impositione dicti census super dicto feudo oritur actio realis, & hypothecaria, vt post multos dicit Boer. *decis. 66. num. 3.* & nos diximus hac *part. 1. cap. 2. qu. 3. art. 1. num. 4. & sequent.* quæ hypotheca est cæteris firmior, & efficacior vt dictum est infra *part. 2. cap. 2. qu. 5. artic. 9. num. 21.* non est denegandum domino censûs quin possit in solidum agere contra possessorem dicti feudi vel actione hypothecaria, & Saluiano, quæ remedia competere domino censûs contra possessorem fundi, diximus *d. art. 9.* vel actione in rem scripta, quam similiter illi competere fuit deductum *d. quæst. 5. artic. 8.*

Non enim dici potest impositus censûs, & annua præstatio super dicto feudo, ita vt feudi hypotheca, & obligatio sit accessoria, principaliter autem dici debeat obligata persona imponentis, & successiuè persona hæredum illius vt videtur sentire Viu. *d. decis. 333. num. 2.* Imò in hoc contractu censuali principalis obligatio est fundata in ipsomet feudo, tanquam in fundo censûs vt deductum fuit *infra qu. 34. alias hac ead. part 1. c. 3. qu. 1. artic. 6. n. 10. & seqq. & ad hoc propositum vide pare. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 7.* & in nouissima impressione Taurinensi est quæst. 79.

Et cum hac limitatione transiuit etiam Rota *in vna Romana seu Sabinensi Census 17. Nouembris 1628. coram* R. P. D. Vitile, *quæ est post tract. decis. 501. num. 8.*

SVMMARIA.

1 *Emphyteuta potest super re emphyteutica censum imponere secundum aliquos.*
Contrarium volunt alij, num. 6.
Auctor distinguendo concordat opiniones, n. 7. 11. & 13.
2 *Bona emphyteutica dicuntur esse in bonis nostris quo ad dominium vtile.*
3 *Bona emphyteutica possunt hypothecari sine consensu domini.*
4 *Emphyteuta bona emphyteutica non potest alienare.*
[*Emphyteuta Ecclesiæ non potest censum imponere, nisi concurrente legitima causa, & adhibitis solemnitatibus.*]
7 *Emphyteuta expressè prohibitus alienare, non potest obligare.*

8 *Maximè*

8 *Maximè si sit etiam prohibitus expresè hypothecare.*
Emphyteuta potest super re emphyteutica censum imponere, quando non est expresè prohibitus alienare d.num.8.

[*Alienationis prohibitio latissimè sumpto vocabulo comprehendit etiam hypothecam.*
Alienationis rei emphiteutica facta cum reservatione consensu domini directi validitas pendet à conditione futuri consensus.
Reservatio consensus domini directi facta in alienatione rei emphiteutice inducit conditionem.
Emphiteuta potest constituere servitutes reales super re emphiteutica duraturas, eius iure durante.]

9 *Intellige duraturum durante iure ipsius.*

[*Census impositus super re emphyteutica cum consensu domini directi est perpetuus, & non resolvitur cum iure ipsius imponentis.*

10 *Emphyteuta* †*potest censum imponere super fructibus non super re ipsa.*

[*Emphyteuta alienando non rem, sed illius fructum, non incidit in pœnam.*
Etiam si sit expresè alienare prohibitus.]

11 *In dubio tamen censetur impositus super ipsa re.*

12 *Emphyteuta potest imponere censum super re, quando in investitura est sibi data facultas alienandi.*

13 *Secus si talis facultas sibi data non fuerit.*

[*Minor imponens censum super re emphiteutica etiam expresè alienari, prohibita, vel non privatur illa re, vel debet restitui in integrum.*]

14 *Emphyteuta censum imponens cadit à iure suo, quando dominus in casu alienationis stipulatus fuit penam caducitatis, secus aliàs,* num.15.

16 *Pœna caducitatis incursa ob impositionem census, an per redemptionem evitetur.*

17 *Emphyteuta potest super melioramentis censum imponere.*

[*Heres gravatus restituere sub conditione ea pendente possidet bona fide tanquam dominus.*
Feudatarius, & emphyteuta habent dominium utile rei feudalis, & emphyteutice.
Melioramenta facta in re subiecta restitutioni feudali, vel emphyteutica statim acquiruntur heredi gravatos vasallo, & emphyteutæ.
Facta ab herede in re subiecta restitutioni non veniunt in restitutione fideicommissi.
Facta à vassallo, seu emphyteuta non sunt feudalia nec emphyteutica.
Census impositus super melioramentis factis in re feudali, vel emphyteutica durat etiam finito feudo, vel emphyteusi, vel purificato fideicommisso.]

Emphyteuta, an super re emphyteutica possit censum imponere.

QVÆSTIO XXII.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 2. ar. 2.

IN hoc articulo vario modo senserunt Doctores nostri: Nam quod emphyteuta † super bonis emphyteuticis, etiam absque consensu domini directi possit censum perpetuo duraturum imponere, tenuit Foller. *in sua Pract. censuali, in verbo, huiusmodi, num.* 21. Gugliel. Redoan. *de reb. eccles. non alien. in tit. de constitut. ann. cens. art.*28. *sub n.*55. *el primo* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo* 1. *lib.*2. *c.*4. *num.*5. *vers. quare cum, & tomo* 2. *eo. lib.*2. *& cap.*4. *num.* 3. Gasp. Roder. *de ann. redditib. lib.*1. *qu.*3. *sub numero* 7. *vers. infertur secundo. Et post hæc scripta visi,* Nicol. Intrigliol. *super Bulla de cens.* 1

*qu.*28. *num.*1, *& 7. &* Ludouic. de Auend. *in suo tract. de Cens. Hispan. cap.*67. *num.*3. *versic. in censu tamen. Et cum hac sententia transiuit etiam* Rota, *coram* bon. mem. Iusto, 17. *Maij*, 1600. *in illa Romana census, quæ est in fine Tract. dec.*30. *numer.* 2. ea ratione quia † bona emphyteutica dicuntur esse in bonis nostris, vt ibi dicit Rota saltem quoad vtile dominium, quod non dicitur res Ecclesiastica, cohæreat licet Anch. *cons.* 125. *n.*6. *post princ. vers. ex istis infero, refert* Surd. *decis.* 160. *num.* 16. *vers. præterea,* & ideò † bona præfata poterunt hypothecari, etiam sine domini directi consensu. Gloss. *in l. fin. in verbo, aliis, & ibi* Ias. *pro communi, num.* 78. *C. de iure emphyteut.* Iulius Clar. *in sua Pract. in §. emphyteusis, qu.* 18. Grat. *cons.*55. *num.*14. *lib.*1. *& alios congerit* Pacific. *in suo tract. de Saluiano interd. inspectione* 3. *cap.* 2. *num.* 25. *& seqq. secundum postremam impressionem.* Surd. *d. dec.*160. *num.*1. *& decis.*173. *num.*12. Mantica, *de tacit. & ambig. lib.*11. *tit.*4. *num.*24. *& seqq.* vbi loquitur de emphyteusi Ecclesiastica, & remouet contraria, *& lib.* 22. *tit.*28. *n.* 51. *&* 52.

Cæterùm cùm emphyteuta † rei emphyteuticæ alienandæ facultatem non habeat, *l.*2. *C. de iur. emphyteut. cap. potuit, ext. de locat.* Corbul. *in suo tract. de iure emphyteut. causa* 14. *ob alienat. irrequisito domino fact. in princ. n.* 1. videtur sentiendum † quod emphyteuta non possit super dictis bonis censum imponere, *vt affirmat* Boccac. *in suo tract. de censib. par.*2. *num.*76. Corbol. *d. causa* 14. *ampliat.*49. *num.*1. *& seq.* & signanter, *num.* 16. *quam sententiam dicit magis veritati consonam.* Ioan. Azor. *Instit. Moral. par.*3. *lib.*10. *cap.*7. *qu.*4. Martin. Bonac. *de contract. disput.*3. *qu.*4. *puncto vnico, num.* 12. [& in emphyteuta rerum ecclesiasticarum quod non possit super eis censum imponere, nisi copulatiuè concurrat interuentus solemnitatum, & legitima causa, dixit Rota *coram* bon. mem. Cord. *in vna Leodiensi census* 15. *Nouembris* 1596. prout requiri in alienatione earundem rerum, dicit ibi Rota, & conferunt quæ diximus *infra quæstio. sequen. articul.*2. *numero* 6.]

Verùm enimuero Ego in hac controuersa difficultate crederem quod res possint fœdere distinctionis definiri, & componi multipliciter distinguendo, & quidem primo. Aut dominus † directus in concessione emphyteusis, vltra tacitam prohibitionem alienationis inductam per *d. l.* 2. *& d. cap. potuit*, prouidit sibi etiam de expressa prohibitione, Aut verò fuit contentus de sola legali prohibitione. Primò quidem casu impositio census super dictis bonis emphyteuticis est ipso iure nulla, quia tunc † est etiam prohibita hypothecatio, & obligatio eorundem bonorum, arg. eorum quæ dicunt Doctor. de re prohibita alienari, quod non possit hypothecari, & obligari, *in l. filius famil. §. diui, maximè* Ripa, *num.*94. *ff. de leg.* 1. *& alij referuntur per* Pacif. *d. cap.* 2. *num.* 45. *& in puncto ita declarauit* Rota *coram*, bon. mem. Litta, 1. *Iulij* 1602. *in vna Romana, seu Amelphitana Saluiani Interdic. quæ est post Trac. dec.* 70. *per tot. & in eadem causa,* 9. *Iunij*, 1603. *coram* bon. mem. Penia, *quæ est ibid. dec.*74. *num.*2. *& seqq. & coram* R.P.D. meo Vbaldo *in vna Ranennatensi census,* 7. *Aprilis* 1617. *quæ ibid. est decis.* 72. *num.* 1. *alios* [*allegat* Grat. *discept. Forens. tom.*5. *cap.*903. *num.*9.] Maximè † si ex pacto fuerit etiam prohibita dictorum bonorum obligatio, & hypothecatio, vt dixit eadem Rota *coram* R.P.D. Pamphilio, *in vna Beneuentana census,*26. *Maij*, 1614. *quæ est ibid. decis.*76. *num.*7. [*& in vna Romana census vitalitij* 28. *Iunij*, 1627. *coram* R.P.D. Virili *post tract. decis.* 510. *n.* 4. vel sit prohibita quælibet alienatio, alienationis latissimè sumpto vocabulo, nam ex tali prohibitione censetur resultare etiam prohibitio obligationis, & hypothecæ, vt diximus supra in *additionibus ad præcedentem qu. art.*6. *num.*2.

Verum si in istis casibus in quibus est prohibita quæcunque alienatio, obligatio, & hypotheca emphyteuta,

teuta censum imponat, vel ad aliam alienationis speciem deueniat, adiecta protestatione, quod hoc facit saluo, & reseruato in primis, & ante omnia consensu, & beneplacito domini directi, eo casu tota vis contractus stat in suspenso, & pendet à conditione futuri consensus, quo accedente census impositio, & alienatio sustinetur, illo autem denegato contractus resoluitur, nam illa protestatio inducit conditionem, & adimit consensum ab ipso actu, & inducit etiam resolutionem contractus, perinde ac si nihil fuisset gestum, vt resoluit Rota *in illa Romana Saluiani interdicti coram* R.P.D. Cauallerio, *quæ post tract. est decis.* 345. *num.* 3. *cum seqq.*] Secundò verò casu possit quidem imponi census ab initio validus, sed resoluendus cum iure ipsius emphyteutæ ex iis, quæ post alios dixit Roland. *cons.* 58. *num.* 10. *& seq. lib.* 2. Et in terminis huius secundi casus debet intelligi supra relata resolutio Rota *facta coram Iusto in illa Romana census* 17. *Martij*, 1600. Et cum hac distinctione videntur hanc difficultatem resoluisse Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap.* 4. *num.* 85. *& seqq.* Gasp. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 3. *sub num.* 7. *vers. quod limitandum est*, & expressè hanc distinctionem amplectitur. Rota *coram* Seraphino, *decis.* 794. *num.* 9. *& seq. part.* 1. *& dec.* 1290. *sub n.* 12. *&* 13. *par.* 2. *& in vna Romana Saluiani Interd.* 12. *Nouembris*, 1592. *coram* bon. mem. Penia, *quæ est post tract. dec.* 77. *num.* 1. *&* 2. *& in illa Rauennatensi census coram* D. meo Vbaldo, *quæ est dec.* 75. *num.* 1. [Et hanc distinctionem de nobis mentionem faciens amplexa *est eadem* Rota *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *in vna Farfensi prætensi Saluiani* 14. *Iunij* 1617. *quæ est post tract. dec.* 502. *sub num.* 17.

Nam emphiteuta potest durante eius iure emphyteusis super bonis, quæ tenet in emphyteusim, constituere seruitutes tàm reales, quàm personales, vt ex communi post multos dicit Peregr. *de fideic. art.* 40. *n.* 113.]

Dum autem diximus censum impositum ab emphyteuta, quando non adest expressa prohibitio alienationis valere durante iure ipsius emphyteutæ, ita accipiendum est si ius† emphyteutæ, finiatur ex proprio 9
iure domini directi, puta ob lineam finitam, ob lapsum temporis, vel ex delicto ipsius emphyteutæ, (qui potest pluribus modis delinquere, vt latè deducit Corbul. *in d. suo tract. de iure emphyteuta*) secus si res emphyteutica reuertatur ad dominum directum ex causa voluntaria, pura ex donatione, vel venditione directo domino facta, successione ex testamento, vel ab intestato, vel aliter vt auctoritate Boer. *decis.* 181. *n.* 7. Ari. Pinell. *in l.* 1. *part.* 3. *num.* 72. *C. de bon. matern. & aliorum dicit* Roderic. *d. quæst.* 3. *sub. num.* 7. *vers. quod sublimitandum.* Intrig. *d. tract. quæst.* 40. *num.* 12. *& ibi addentes in littera B. vers. declaratur secundo, alios congerunt, & voluit* Rota *coram* Seraph. *dec.* 1290. *n.* 13. *& facit idem dec.* 789. *num.* 4. *& seqq.* vbi fuit decisum seruitutem impositam ab emphyteuta non extingui, nisi quando dominium vtile consolidatur cum directo ex natura emphyteusis, & ex causa necessaria, puta iure prælationis, vel commissi, vel finitæ generationis, secus autem si ex causa voluntaria, ex aliquo particulari titulo, puta, venditionis, donationis, vel similis.

[Quam distinctionem, licet ad aliud propositum considerauerat in feudo, Iacob. de S. Georg. *in sua inuest. in verb. Quod quidem inuestiti. num.* 62. *vers. ad argumentum quem refert, & sequitur.* Osasch. *dec.* 156. *num.* 14. *vers. nec obstat.* & in emphyteusi Guid. Pap. *dec.* 575. *num.* 1. Et in terminis emphyteusis istorum auctoritate amplexa fuit Rota *coram* R.P.D. Vbaldo *in vna Romana Saluiani interdicti* 10. *Ian.* 1611. *quæ est in recoll. per* Farinac. *dec.* 394. *num.* 51. *par.* 1. dum concludit, quod pactum, quod emphyteusi finita melioramenta debeant reuerti ad dominum directum vnà cum ipsa re in emphyteusim concessa, debet intelligi; si res ipsa redeat ad dominum directum, vel ob culpam emphyteutæ, vel ob lineam finitam, secus si redeat ad dominum directum non tanquam ad dominum, sed tanquam ad tertium extraneum ex titulo emptionis, vel simili; quo casu debet habere rem illam cum suo onere impositio per emphyteutam super dictis melioramentis.

Secunda potest afferri in supra formata difficultate distinctio. Aut census fuit impositus super ipsamet re emphyteutica, & impositio est nulla, & inualida. [Præterquam si census fuerit impositus cum consensu domini directi, eo enim casu non resoluitur census, etiam quando resoluitur ius emphyteutæ imponentis, sed durat perpetuò etiam ad damnum domini directi consentientis ita vt quando ad ipsum res ipsa deuoluitur, & dominium vtile cum directo consolidatur dominus directus teneatur dictum censum recognoscere, & soluere quia per dictum consensum sibi perpetuo præiudicauit vt post Affl. *decis.* 212. *num.* 7. & 8. resoluit in puncto Rota *coram* bon. mem. Iusto *in vna Romana census* 9. *Martij* 1607. *quæ est post tract. decis.* 402. *num.* 1.] Si vero census constituitur non super re sed super fructibus illius, & constitutio census† sustinetur durante 10
iure imponentis, vt in censu imposito ab hærede grauato super re restitutioni obnoxia, distinguit Rota *in illa Romana Vineæ rum de Maximis*, 4. *Februarij*, 1577. *coram* bon. mem. Rubeo, *quæ est post tract. dec.* 48. *num.* 2. *& seq.* & auctoritate Rotæ *firmat* Stephan. Gratian. *discept. Forens. tomo* 1. *cap.* 43. *num.* 21. Card. Mentica, *de tacit. & ambig. conuent. libr.* 22. *tit.* 28. *num.* 50. & antea dixerat Follet. *in sua pract. censuali, in verbo, huiusmodi, num.* 21. *&* 41. [& comprobatur auctoritate Rotæ *coram* bon. mem. Cardin. Blanchetto *in illa Rom. de Theodolis* 17. *Apr.* 1592. *quæ reperitur impressa post tract. dec.* 533. *paulo post prin.* vbi exemplo emphyteutæ qui alienando non rem ipsam emphyteuticam, sed illius fructus non incidit in pœnam caducitatis. Grat. *cons.* 22. *n.* 3. *lib.* 1. Tiraq. *de retract. lign.* 3. 1. *gl.* 7. *num.* 41. resoluit hæredem expressè prohibitum alienare bona hæreditaria sub pœna amissionis hæreditatis, si non bona ipsa, sed illorum fructus alienet nõ incidere in dictam pœnam caducitatis, & amissionis, quam etiam distinctionem nos allegans, amplectitur Stephan. Grat. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 916. *num.* 14.]

Et conferunt dicta per Veron. *in suo tract. de seruitute prædiorum urban. cap.* 14. *num.* 2. & per nos supra in præcedenti *qu. art.* 6. *num.* 17. In dubio autem censum † po- 11
tius præsumi impositum super re ipsa, & ipsius proprietate quam super fructibus, defendit Felician. *in dictis suis commentar. de cens. tomo* 2. *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. [*& in puncto sentit* Rota *coram* R.P.D. Remboldo *in vna Romana vineæ* 10. *Martij* 1623. *quæ est post tract. dec.* 434. *num.* 8. *vers. tum etiam quia.*]

Tertia potest considerari distinctio. Quod † aut in- 12
uestitura fuit facta cum facultate, quod emphyteutæ liceret bona concessa alienare, aut talis facultas non fuit ei attributa; nam primo casu census impositio est licita, secundo verò est illicita, & inualida, quod optimè comprobatur ex communi conclusione, quod emphyteuta† possit bona emphyteutica alienare, quando 13
sibi in inuestitura data fuit licentia alienandi, vt pro communi firmat Corbul. *dicta causa* 14. *ob alienat. irrequisit. dom. fact. amplim. limit.* 1. *vbi multos congerit, & bene faciunt ea quæ diximus supra art. præcedenti, num.* 15. *auctoritate* Bon. *in d. suo tract. de censib. art.* 26. *num.* 53. *vers. nunc reliquum est.*

Cæterum si census impositio super huiusmodi rebus Emphyteuticis expressè prohibitis alienari sub pœna caducitatis fiat à minore absque necessariis solemnitatibus, & sic nulliter, vel non sequetur caducitas vel saltem concurrente redemptione, erit minor ipso in integrum restituendus aduersus istam pœnam conuen-

conuentionalem, quatenus ex census impositione fuisset incursa, vt dixit Rota *in vna Bononien. bonorum emphyteuticorum 2. Decembris 1596. coram* bon.memor. Cardinali Pamphilio, *quæ est post tractatum decis. 331. num.10.& 11.*]

Sed præmissorum occasione lubet non molestam inserere dubitationem. Nunquid emphyteuta imponens censum super re emphyteutica absque consensu domini directi cadat à iure suo? cuius difficultatis resolutionem ex iis, quæ mox conclusa sunt, petendam esse existimo.

Nam in iis casibus in quibus impositio est licita frustra quæritur, an emphyteuta à iure suo cadat, in casibus verò in quibus impositio est nulla, & illicita,
14 tunc est distinguendum. Aut in inuestitura † adest pactum expressum de non alienando sine consensu domini directi, cum adiectione etiam pœnæ caducitatis in casu alienationis, & tunc per impositionem census illum ptiuari iure suo dixit Gaspar.Roderic. *d.trac. lib. 1.cap.3.num.7.vers. limit.2.qui allegat dec.480.num.1. & 2.par.1.diuers. sed magis in terminis facit resolutio facta in* Rota *coram* Seraph. *dec.794.num.9.vers. neque obstat, quod alias par.1.& dec.1290.sub num.12.par.2.* Aut verò
15 in inuestitura † dominus directus non fuit expressè stipulatus pœnam caducitatis in casu alienationis sed fuerit in puris terminis iuris communis, & eo casu emphyteuta non cadere à iure suo dixit Rota *coram.* Seraph. *d.decis.794. vers. neque obstat.* An autem quan-
16 do incurritur † pœna caducitatis, possit illam euitare per redemptionem census videantur ea quæ diximus *supra hoc 2.cap.qu.1.art.6.num.5.& seqq. seu q. 19.in hac vltima impressione.*

17 Verùm si emphyteuta † in tali re emphyteutica fecerit melioramenta, quorum fructus sufficiant pro census solutione, posse omni casu super illis censum imponere, dicendum videtur ex iis, quæ conclusa sunt *supra q.præcedenti, artic. 8. num. 37. & hac eadem qu. art.1.n.16.*

[Ideo autem tàm emphyteutæ, quàm vassallo, & hæredi grauato restituere post mortem, vel sub aliqua conditione permissum est imponere censum super melioramentis ab ipso factis, vt dictum fuit quo ad hæredem *quæstione præcedenti art. 6.n. 37.* quo ad feudatarium *hac eadem quæstione artic.præcedenti num.16.* quo verò ad emphyteutam *hoc eodem art.*

Quia hæres pendente conditione, vel dum ipse vixit possidet rem illam tanquam propriam, & pleno iure ac bona fide tanquam dominus.

Feudatarius autem, & emphyteuta habent dominium saltem vtile rei meliorate, & proinde tempore factæ melioriationis proprietas melioramentorum acquisita fuit ipsi melioranti, vtpote facta in re quæ tunc erat sub illius dominio, & consequenter melioramenta præfata facta ab hærede grauato non veniunt in restitutione fideicommissi Peregr. *de fidei. art. 50. num.39.*Fusar. *eod.tract.q.669.n.1.qui alios congerunt.* & facta à feudatario, & emphyteuta non dicuntur feudalia, vel emphyteutica, sed illorum propria, & sunt transitoria ad eorum hæredes, & successores *vt multorum auctoritate comprobat* Peregr. *d.art.50.num.40.*

Et hinc fit vt super dictis melioramentis possit ab hærede, vassallo, & emphiteuta constitui census perpetuus, etiam duraturus post finitum feudum, vel emphyteusim, & post purificatum fideicommissum, *vt plenè comprobant* Rota *coram* R. P. D. Merlino *in Romana Saluiani.36.Aprilis 1632.quæ est post tract.dec.541.num. 13.cum pluribus seqq.*

Censum imponere super re an is possit qui ius aliquod in ea, vel ad eam habet, citra tamen ius directi, vel vtilis dominij, & administrator bonorum publicorum super illis non potest.

QVÆSTIO XXIII.

aliàs par. 1, cap. 2. qu.3.ar.1.

VIdimus in præcedentibus quæstionibus de iis personis, quæ directum, vel vtile dominium habent, an, & quibus casibus sit illis permissum censum super suis rebus imponere, & constituere. Sequitur vt congruo ordine in hac Tertia quæstione de illis disseramus, quæ nec directum, nec vtile dominium rei habent, & cũ ex eis aliquæ nullum prorsus ius habeant in re, nec ad rem, sed simplicem rei administrationem, & gubernium. Aliquæ verò habent quidem ius reale, sed nec plenum, nec liberum. Aliquæ verò nullum tale ius habent, sed dumtaxat spem certam ad futurum rei acquisitionem, de singulis est inuestigandum per quinque principales articulos.

Primus est, An administratores rerum publicarum possint super illis censum imponere.

Secundus, An clericus beneficiatus super bonis suæ Ecclesiæ.

Tertius, An vsufructuarius super bonis, quorum alsena est proprietas.

Quartus, an is qui emit rem adiecto pacto, quod non acquirat rei dominium, nisi soluto pretio.

Quintus, An fideicommissarius ante restitutionem fideicommissi, puri, vel purificati sibi factam.

SVMMARIA.

1 *Per census impositionem constituitur ius reale super fundo, qui censui subiicitur.*
2 *Quod ius licet habeat speciem seruitutis.*
3 *Non est tamen vera seruitus nec realis, nec personalis.*
4 *Sed est hypotheca.*
5 *Hypotheca contrahitur super re, quando super ea imponitur onus annuæ præstationis.*
6 *Hypotheca, quæ contrahitur ex impositione census, est specialis.*
7 *Et habet maiorem vim, & efficaciam, quam habeat simplex hypotheca ordinaria.*
8 *Onus reale super re aliena nemo potest constituere.*
9 *Censum super re aliena nemo potest imponere.*
10 *Administrator bonorum publicorum non potest super illis censum imponere.*
Intellige, vt num.18.
11 Limit. *si habeat speciale mandatum ad alienandum, dummodo mandatum sit factum cum solennitatibus requisitis in alienatione bonorum vniuersitatis,* ibid.
13 *Administrator rerum publicarum, in alienatione illarum, debet iurare se credere alienationem esse vtilem.*
14 *In alienatione rerum vniuersitatis requiritur decretum Iudicis, præcedente causæ cognitione.*
15 *In impositione census facienda super bonis Vniuersitatum, vtile est habere licentiam Principis.*
16 *Imo est necessarium.*
17 *Emptor census impositi super bonis Vniuersitatum, debet esse sollicitus, vt pecuniæ erogentur in causam expressam.*
[*Licentia imponendi census super bonis vniuersitatum non suffragatur, si in illa non specificetur fundus subiugan-*

subiugandus cum omnibus suis demonstrationibus & qualitatibus.

18 *Res quæ ad vniuersitates pertinent iure priuati patrimonij non possunt ab administratoribus obligari, nec super illis census imponi absque solemnitatibus.*

PRo resolutione præsentis articuli præmittendum est. † Quod per census impositionem constituitur ius reale super fundo, qui dicto oneri subiicitur. Cassan. *ad Consuetud. Burgund.* Rubr. 11. *de censes, cap.* 11. §. 2. *numero* 29. §. 4. *verbo* sur l'eritage, *numero* 1. *& seqq. &* §. 6. *in verbo* contre l'assignal. *num.* 2. Couar. *lib.* 3. *variar. resolut. cap.* 7. *num.* 6. Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art.* 6. *num.* 19. *latè* Ioan. Anton. Canet. *ad Extrauag. Valentes,* §. *successiuè numero* 32. *& seqq. fol. mihi* 166. Aurel. Corbul. *de iure emphyteut. causa* 14. *ob alienation. irrequisit. dom. factam,* Ampliat. 49. *num.* 3. *& seqq.* Surd. *cons.* 162. *numero* 9. *& seqq. lib.* 2. *multos alios congerit.* Felician. de Solis, *in suis commentar. de censib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 3. *& cap.* 8. *num.* 19. *vers. pro qua sententia.* [Robert. Maran. *cons.* 93. *num.* 1.]

2 Quod † quidem ius licet habeat aliquam speciem seruitutis, Marian. Socin. sen. *in rubr. ext. de vsur. sub n.* 103. *vers. sicut ergo bona,* Peregr. *de fideicommiss. art.* 49. *numero* 68. Vincent. Carrocc. *decis.* 103. Io. Bapt. Costa, *cons.* 9. *num.* 2. Canet. *vbi supra, num.* 17. *qui monetur auctoritate.* Anchar. *cons.* 30. Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu. cap.* 1. *num.* 77. *& cap.* 4. *num.* 89. Ludou. de Auen. *in suo tract. de censib. Hispan. cap.* 74. *num.* 3. *& dixit* Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, 30. *Octobris in illa Romana census, quæ est in fine Tract. decis.* 1. *n.* 4. *& coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in illa Romana retractus domus,* 15. *Decembr.* 1614. *quæ ibidem est dec.* 71. *num.* 10. [Census enim inhærent fundo quasi quædam seruitus, *vt dicebat* Rota *coram* R. P. D. Pamphilio *in vna Camerinensi fideicommissi* 4. *Decembris,* 1606. *quæ est post tract. decis.* 470. *n.* 2.]

3 Non est tamen vera, † nec propria seruitus, nec realis, quia non debetur prædio, nec personalis, quia non debetur à persona personæ, *vt arg. text. in l. Caius ff. de ann. legat. dicit in puncto* Cassan. *d.* §. 2. *num.* 29. *&* §. 6. *in d. verbo,* contre l'assignal. *num.* 2. *comprobat* Felician. *in dictis suis Commentar. tomo* 1. *lib.* 3. *cap. vnico, numero* 21.

4 *vers. in hac difficultate* Ludou. de Auend. *d. num.* 3. Sed † est potius quædam hypotheca, quæ per impositionem census contrahitur super fundo qui subiicitur [vt multorum auctoritate comprobat Mar. Giurb. *dec. Regn. Sic.* 113. *numero* 4. *part.* 1.] certissima ratione demon-

5 stratur, quia † vbi super certa re imponitur onus annuæ præstationis, eo ipso res illa censetur pro illa præstatione hypothecata, Bart. Bald. & Castro *in l. Codicillis* §. *instituto ff. de leg.* 2. Roman. *cons.* 388. *num.* 2. *&* 3. *&* Castr. *cons.* 334. *num.* 1. Crau. *cons.* 217. *num.* 5. *vers. idem volunt, alios allegat* Bon. *d. tract. de censib. art.* 57. *numero* 88. *ad fin. vers. nam statim quod onus.* Vnde non potest dubitari quin per impositionem census contrahatur hypotheca super fundo subiugato, *vt deducit* Felician. *in dictis suis Commentar. tomo* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *numero* 6. M. Antonius Peregr. *cons.* 97. *numero.* 8. *lib.* 1. *& dixit* Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio 26. *Nouembr.* 1604. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.* 5. *numero* 11. [*& in Rom. census,* 7. *Feb.* 1628. *coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est dec.* 517. *numero* 1. *post*

6 *tract.*] Et quidem † specialis Foller. *in sua Pract. censuali, in verbo huiusmodi, numero* 114. Bon. *qui multos allegat d. tract. articulo* 6. *numero* 19. *& videtur satis clarè comprobari ex text. in cap.* 1. *&* 2. *de empt. & vend.*

7 *inter extrauag. comm.* Et quæ habet † maiorem vim, efficaciam, ac potestatem, quam habeat simplex, & ordinaria hypotheca; ex eo quod nascuntur ex ea effectus plurimi maximi ponderis, & momenti, qui ex simplici hypoteca non oriuntur; *vt animaduertit* Couar. *d. cap.* 7. *numero* 6. *& refert.* Felician. *d. tomo* 1. *lib.* 3. *cap. vnico, numero* 21. *vers. in hac difficultate.* Ioan. Guttierez *pract. quæst. lib.* 2. *cap.* 166. *num.* 4.

Ex quibus ita præmissis sequitur quod sicut † ne- 8
mo potest onus reale imponere, & constituere super rebus alienis, *l. si rem alienam, in prin. l. rem alienam, ff. de pignorat. action.* ita † nec super illis potest census 9
imponere. Bald. *in cap. ad audientiam, il secondo, num.* 9. *de rescript. Cranet. cons.* 339. *numero* 10. *lib.* 3. & per consequens administrator † bonorum publicorum non 10
poterit super illis census imponere Tiraquel. *de retractu lignag.* §. 1. *Glos.* 6. *numero* 6. *vers. sicuti nec hos reditus annuos.*

Quæ tamen conclusio non nullas recipit declarationes necessarias, cum certis casibus possit administrator super bonis publicis à se administratis validè annuos redditus imponere, Et quidem.

Primò, si habeat † speciale mandatum ad alienan- 11
dum bona suæ vniuersitatis, si tamen in deputatione, & creatione talis administratoris essent adhibitæ solemnitates requisitæ in alienatione bonorum alicuius vniuersitatis, nam si iste Administrator ita solemniter constitutus censum imponat super bonis suæ vniuersitatis, valida est impositio, etiam quod in constitutione, & venditione census non adhibeantur solemnitates præfatæ, *arg.* eorum, quæ tradunt. Rimin. sen. *cons.* 85. *num.* 3. *lib.* 1. Octauian. Simoncell. *in suo tract. de Decret. lib.* 2. *tit.* 5. *inspect.* 4 *num.* 49. Quod si in deputatione talis Administratoris non forent adhibitæ solemnitates prædictæ, impositio, & venditio census tanquam de facto facta, posset impugnari. Surd. *cons.* 28. *num.* 87. *lib.* 1. Ioan. Azor. *Instit. Moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 7. *qu.* 8.

Secundò valet impositio census, † si fiat seruata for- 12
ma tradita in *l. fin. C. de vendit. rer. vniuersit.* Tiraq. *d. vers. sicuti nec hos redditus annos,* Nicol. intrigliol. *super Bulla de censib. qu.* 30. *num.* 1. scilicet, † vt d. Admini- 13
strator iuret se credere dictam census impositionem esse vtilem vniuersitati; & quod Iudex † causa cogni- 14
ta Decretum interponat. Alex. *cons.* 1. *sub num.* 3. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 41. *num.* 7. *lib.* 1. Roland. *cons.* 54. *num.* 10. *lib.* 2. Franc. Viui. *dec.* 436. *num.* 1. *& seqq. & signanter num.* 8. *lib.* 3. Menoch. *cons.* 80. *num.* 22. *lib.* 1. *Et in propriis terminis.* Felician. *in dd. suis Commentar. tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *numero* 4. *Roderic. de annu. reddit. lib.* 1. *quæst.* 14. *numero* 67. *vers. Secundo casu.* Præterdictas solemnitates sunt † qui dicant esse valdè vtile emptori census, 15
impetrare licentiam à Principe suptemo imponendi dictum censum, *vt admonet.* Felician. *in dictis suis commentariis tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. *numero.* 1. Alij † autem li- 16
centiam hanc esse simpliciter, & præcisè necessariam contendunt, multorum auctoritate demonstrare conatur, Roder. *sub dict. vers. Secundo casu, vbi contrariam opinionem, &* Castill. *in suo tract. de vsufr. cap.* 54. *numero* 46. *& seqq.* Ludou. de Auend. *d. tract. cap.* 68. *numero* 5. *&* 6. quæ in Statu Ecclesiastico ob expressam Clementis VIII. *Constitutionem, editam super bono Regimine, rectáque administratione reddituum cuiuscumque communitatis locorum ditionis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, etc.* est omnino recipienda. Hæc autem licentia à Principe impetrata obseruandum est præterea, quod † 17
si licentia impetraretur imponendi censum ad effectum erogandi pecunias in aliquam certam, & expressam causam, vt pecuniæ ad censum acceptæ erogentur in eandem causam: nam si conuertantur in aliam causam, emptor census non esset securus, sed talis impositio posset ope restitutionis in integrum rescindi, vt post longam disputationem concludit. Felician. *d. cap.* 3. *num.* 2. *cum multis seqq.*

[Et conferunt dicta *supra hoc* 2. *cap. qu.* 1. *art.* 6. *nunc qu.* 19. *in quinta limit.* de cēsu impositio ab hærede super

re expresse alienari, prohibita causa constituendi, vel restituendi dotem. Ad effectum autem, vt licentia Principis suffragetur non esset tutum impetrare simpliciter facultatem imponendi censum super bonis vniuersitatis, sed in precibus esset necessarium exprimere, & specificare bona, super quibus census esset imponendus cum suis demonstrationibus, situationibus, vocabulis, & confinibus, vt optimè comprobatur ex traditis à Bald. *in rub. C. de contr. empt. in 3. quæst. quem sequitur.* Déc. *cons.* 142. *num.* 8.]

Illud autem non existimaui prætermittendum in hoc articulo, quod dum quærimus an administrator possit imponere censum super bonis suæ Vniuersitatis, intelligendum † est de iis bonis, quæ in proprio patrimonio reipub. sunt, & ab ea non iure vniuersitatis, sed priuati patrimonij, vt res singulorum possidentur, & fructus ferunt non ad commodum cuiuslibet vti volentis, sed tantum ad commodum vniuersitatis, vt admonet. Felician. *d. tomo 1. lib. 2. cap. 3. sub num. 2. vers. quadam autem.* Gaspar. Roderic. *d. lib. 1. qu. 14. num. 67.*

18

SVMMARIA.

1 *Clericus non potest imponere censum super bonis sui beneficij, nisi ex causa, & cum solemnitatibus.*
2 *Non solum super iis, quæ sunt cultui diuino dicata.*
3 *Sed nec etiam super temporalibus, & immobilibus.*
Limitatur, si talis impositio fiat cum debitis solemnitatibus, & ex iusta causa num. 5.
4 *Immo nec super eius patrimonio, ad cuius titulum fuit ad sacros ordines promotus.*
[*Patrimonium, ad quod Clericus fuit ordinatus ad sacros Ordines, non efficitur quid Ecclesiasticum.*
Patrimonium istud tanquam accessorium gaudet priuilegio fori, pro vt Clericus dum ille fruitur.]
6 *Alienatio rei Ecclesiæ non valet, nisi fiat ex iusta causa, & cum debitis solemnitatibus.*
7 *Causæ ob quas licet alienare res Ecclesiæ, sunt omnes reducibiles ad vtilitatem Ecclesiæ.*
8 *Iusta causa imponendi censum super bonis Ecclesiæ est, vt extinguatur alius census maior.*
9 *Secus vt extinguatur census, eiusdem quantitatis.*
10 *Impositio census, si facta fuerit ex Decreto executoris Apostolici ex iusta causa, omnia præsumuntur solemniter gesta.*
11 *Census impositus à clerico super bonis Ecclesiæ, præiudicat imponenti, non autem successori, nec Ecclesiæ, & ibi respondetur obiectis.*
12 *Etiam non adhibitis solemnitatibus.*
13 *Extranag. Ambitiosa de rebus Eccles. alienand. Intellectus.*
14 *Extranagans prædicta loquitur de alienatione bonorum, non de locatione fructuum.*
15 *Census impositus a Prælato est nullus, si Ecclesia velit.*
16 *Censum impositum absque solemnitatibus, si Capitulum, & Prælatus recognoscat per aliquod tempus, non potest amplius impugnare.*
[*Impositio census facta à Prælato ad fauorem sui consanguinei super bonis Ecclesiæ non caret suspicione.*
Census impositus à Prælato super bonis Ecclesiæ suæ & venditus consanguineo, vt sustineatur debet efficaciter probari necessitas imponendi, & interuenire solemnitatum.
Ecclesia acceptans nullitatem alienationis quando teneatur pretium restituere.]

Clericus an possit super bonis sui Beneficij censum constituere.

QVÆSTIO XXIV.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 3. ar. 2.

QVod Clericus † beneficiatus non possit super rebus suæ Ecclesiæ absque legitima causa vtilitatis, vel necessitatis, & sine debitis solemnitatibus imponere, & constituere, est absque difficultate concludendum, non † solùm respectu eorum bonorum quæ sunt cultui, & ministerio diuino dedicata, vt sunt Calices, Patenæ, Vasa sacra, & his similia, super quibus census creari, & collocari non potest, tum quia in commercio nostro non sunt, §. *Vniuersitatis, vers. nullius, §. seq. Instit. de rer. diuis.* & alienari, & hypothecari sunt omnino prohibita, *l. sancimus. C. de sacrof. eccles.* & ideò super illis non potest constitui census. Tiraquell. *de Retractu Lignag. §. 1. Glos. 1. numero 6. versic. nec qui non potest*, Ludou. de Auend. *in suo tract. de cens. Hisp. c. 76. sub numero 1. & conferunt ea quæ dicentur, infra q. 28. aliàs hac ead. part. 1. cap. 3. in prin. n. 1.* tum etiam obstante *Bulla Pij V. super forma creandi census*, prohibente censum constitui nisi super rebus immobilibus, vel quæ pro immobilibus reputantur, vt dicam *infra cap. 3. qu. 1.* Verùm † etiam respectu temporalium, & immobilium, vt sunt domus, vineæ, prædia, & alia huius generis Gugl. Redoan. *in suo tract. de reb. Eccles. non alienan. in tit. de constit. ann. reditib. per totum, & signanter numero 30. & 31.* Foller. *in sua pract. Censuali, in verbo, huiusmodi, num. 17.* Corbul. *de iure emphyteu. cauf. 14. ob alienat. irrequisit. dom. factam.* Ampliat. 49. *num. 4.* Virgin. Boccac. *in suo tract. de censib. par. 2. num. 75. & par. 3. num. 64.* Ioan. Azor. *Instit. Moral. libr. 10. cap. 7. q. 5.* Mart. Bonacin. *in suo tract. de contract. disput. 3. qu. 4. puncto vnico, num. 11. & fuit sæpius resolutum in* Rota, *& maximè coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio 24. *Maij*, 1591. *in illa Romana inualiditatis census, quæ est post tract. dec. 27. num. 2. & coram* bon. mem. Orano, 29. *Ianuarij* 1596. *in illa Leodiensi census, quæ est ibidem decis. 16. n. 2. & in ead. causa coram* bon. mem. Corduba, 11. *Decembris, eiusdem anni*, 1596. *quæ ibidem est dec. 8. num. 6. & 7. & in eadem causa coram eodem, 15. Ianuarij* 1597. *ibid. dec. 37. num. 2. & coram* bon. mem. Penia, 8. *Iunij*, 1598. *in illa Romana census de Romulis quæ est ibid. dec. 28. n. 3. & in illa Romana census* 17. *Martij*, 1600. *coram* bon. mem. Iusto, *quæ est ibidem dec. 40. num. 5.* 1

Immo nec etiam super bonis suis † patrimonialibus ad quorum titulum fuit ad sacros ordines promotus, nisi seruata formata requisita à *Sacro Concil. Trident. Sess. 21. de reformat. cap. 2. ad finem.* 4

Cùm etiam de iure communi clerico sit interdicta alienatio patrimonij sui, ad cuius titulum fuit ad ordines sacros ordinatus, *vt dicunt Scribentes communiter in cap. tuis, de Prebend. & refert in puncto.* Felician. *in suis commentariis de censib. tom. 2. lib. 2. cap. 3. num. 12. & sequitur* Ludou. de Auend. *in d. suo tract. cap. 77. num. 6.*

[Prohibetur autem Clericus alienare patrimonium, ad cuius titulum fuit ad sacros Ordines promotus, non quidem quia illud efficiatur quid Ecclesiasticum, sed quia accedit personæ Clerici, & sequitur naturam illius vt accessorium sequitur naturam sui principalis, & bona illa gaudent priuilegio fori Ecclesiastici: interim quod sunt in potestate ipsius Clerici, *vt post* Menoch. *de recup. pos. sess. remed. 15. num. 21. dicit* Didac. Spin. *in suo specul. testamentorum gl. 18. num. 72.*

Ista

5 Ista autem principalis conclusio limitatur † si talis census impositio fiat super rebus profanis, & temporalibus Ecclesiæ, seruatis debitis solemnitatibus, & ex iusta causa, *vt in puncto dicit* Ludou. Auend. *d.cap. 76.num. 4.* quoniam si hæc in alienatione bonorum immobilium Ecclesiæ copulatiuè adhibeantur, valida
6 erit alienatio, quam alioqui non sustineretur, † cum pro illius validitate copulatiuè requirantur. Doctor. *communiter in l. cum hi, §. eam transactionem, vbi* Iaſ. *num. 2. testatur de communi, C. de transact. prout etiam.* Couar. *variar. resolution. libr. 1. cap. 17. num. 1.* Dec. *cons.* 142. *num. 4. & consil. 174. numer. 1. & voluit* Rota *in resolutionibus factis in causa Leodiensi census supra relatis, & aliàs sæpè.*

Iusta autem, & legitima causa imponendi censum super rebus Ecclesiæ haberetur, si talis impositio fieret pro illius vtilitate, ad quam videntur omnes † causæ reducibiles, *vt probat. tex. in can. sine exceptione, 12. qu. 2. ibi, meliora prospiciat, & dicit gl. 1. in cap. nulli, de reb. Eccles. non alien.* Et potest exemplificari, si census
8 † imponatur pro extinguendo censu maioris responsionis, quam sit census qui imponitur, puta si recipiantur ad censum pecuniæ ad rationem septem pro singulo centenario, & anno pro extinctione census, qui soluebatur ad rationem octo, vt considerauit. Rota *in illa Romana census de Romulis*, 8. *Iunij* 1598. *coram* bon. mem. Penia, *quæ est post tract. dec.* 28. *num. 3. vers. supradictis, & coram* Seraph. *dec.* 1109. *numero* 1. *par.* 2. *& in illa Romana censuum*, 23. *Iulij*, 1600. *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *quæ est post tract. decis.* 29. *numero* 2. *& 4. in fine, & numero* 5. *in fine*, secus
9 tamen esset † si census imponeretur simpliciter gratia extinguendi censum priorem eiusdem quantitatis, tàm respectu sortis, quàm respectu fructuum: nam Ecclesia inuitè cogi non potest ad extinguendum censum, cum illius redemptio venditori sit tantum licita emptori autem prohibita, vt disponitur in *d. Bulla Pij. V.* & in impositione vnius census vt alius extinguatur omnino similis, non dicitur Ecclesia effecta, locupletior, vt in puncto dicebat Rota *in illa Romana inualiditatis census*, 24. *Maij*, 1591. *coram* bon. mem. Cardinali Pamphil. *quæ est post tract. dec.* 17. *num.* 7. *& 9. in fin. & num.* 10.

Licet autem vltra causam legitimam pro validitate impositionis census requiratur interuentus debitarum solemnitatum attamen si talis † impositio fiat ex De-
10 creto exequutoris Apostolici, in vim litterarum Apostolicarum in forma, Si in euidentem expeditarum, omnia censebuntur solemniter & legitimè gesta. Nicol. Intrigl. *super Bulla de censi. q. 27. num. 3. cum seq. post hæc scripta visus, vt multorum auctoritate comprobauit.* Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, 2. *Decembris* 1609. *quæ est in fine tract. dec.* 30. *numero* 1. *& per tot.* Cessantibus itaque legitima causa, & interuentu solemnitatum non sustinebitur census impositio facta à Clerico super bonis sui beneficij.

Hanc autem principalem negatiuam conclusionem
11 † intelligunt. Follet. *in d. verbo, huiusmodi, numero* 18. & Redoan. *d. tit. de constit. ann.* Cens. *num.* 19. *& seqq. & sequitur* Felician. *in dictis suis Commentar. de censib. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 10. vt procedat quidem respectu præiudicij Ecclesiæ, secus autem respectu præiudicij ipsiusmet clerici imponentis Affirmantes quod licet clericus imponendo censum super bonis Ecclesiæ, non possit nec Ecclesiæ, nec suis in dicto beneficio successoribus præiudicare potest tamen sibimet præiudicium inferre. Et propterea poterit super bonis suæ Ecclesiæ imponere censum duraturum eius vita durante. Quam conclusionem fuit etiam amplexus Ludou. Auend. *d. cap. 77. numero 3. vers. Ideò aliquantulum, & numero* 4. *vbi id comprobat pluribus similibus.*

Et ista † conclusio est in tantum vera vt eo casu 12
possit clericus etiam absque debitis solemnitatibus censum præfatum imponere, & constituere, vt post Redoan. *d. c. num.* 19. *& 25. dixit* Auend. *d. c. 77. num. 4. vers. In eo tamen.*

Et licet contra hanc conclusionem duo obstare videantur. Vnum quod ex ea videatur approbari census personalis, dum volunt clericum eo casu teneri ad obseruantiam contractus, & proinde ad solutionem annuæ responsionis impositæ, vnde resultat personalis obligatio. Alterum quod ex mente Io. Azor. *d. qu. 5.* huiusmodi census repugnat dispositioni. Extrauag. *Ambitiosæ de reb. Eccles. non alienand.* qua prohibentur res Ecclesiæ vltra triennium alienari, & nemo negauerit quin impositio census sit species alienationis. Qui *text.* vltra *Azor.* stringitur, quoniam ibi Papa prohibet non solum alienationem proprietatis, sed etiam fructuum, cùm inhibeat ne bona Ecclesiæ locentur ad longius tempus trium annorum. vnde videtur dicendum ex eo censeri prohibitam impositionem census, etiam super fructibus, cum talis impositio de sui natura sit perpetua, *vt supra suo loco diximus.*

Istis tamen non obstantibus non videtur à supradicta conclusione recedendum. Et ad primum respondetur, quod non inconuenit quod persona clerici imponentis censum, obligetur ad illius solutionem dummodo census non constituatur super sola clerici persona, vt latè demonstrabitur *infra q. 4. seu par. 1. c. 3. q. 1. art. 6* Nam debetur eo casu census saltem ratione interesse, vt fuit dictum *supra quæst. 19 seu 2. cap. quæst. 1. art. 6. num. 40. & seqq.*

Ad secundum dicitur † dispositionem d. Extrauag. 13
Ambitiosæ procedere quando illa fructuum concessio posset inferre præiudicium successori in beneficio, secus quando tenderet duntaxat in præiudicium illius, qui fructus vltra triennium concederet. Ob quam rationem Felician. *d. num.* 10. licet hanc difficultatem senserit, ea tamen non obstante, cum supradicta opinione pertransiuit. Vel aliter euitari potest dispositio, *dictæ extrauag.* quod illa † prohibet locari res ipsas 14
Ecclesiæ, non autem fructus & redditus Ecclesiasticos, vt refert Couar. *var. resolut. lib. 2. cap. 16. num. 6. vers. 6. visum est*, Quasi solemnitates requisitæ vigore *d. extrauag.* restringantur ad locationes bonorummet, non autem redituum, & fructuum illarum, quos propterea locari posse etiam vltra triennium absque dictis solemnitatibus sentiendum sit, quod fuit etiam de mente Federic. *de sen. conf.* 123. Quem intellectum sequitur etiam Auend. *d. cap. 77. numero* 5. & extendit ad censum constituendum non super bonis met Ecclesiæ, sed super eorum fructibus, & redditibus.

Verum enimuero, si census † fuerit impositus non 15
à simplici Clerico, sed à Prælato, vel Capitulo alicuius Monasterij absque debitis solemnitatibus licet possit Capitulum, & Monasterium declarare nullam dictam impositionem, quia tamen habet in se implicitum statum validitatis, cum non sit nulla nisi Ecclesia velit. Put. *dec.* 310. *lib.* 1. *& dec.* 365. *numero* 5. *lib* 2. Rota *diuers. dec.* 133. *num.* 12. *part.* 2. Carol. de Grass. *in suo tract. de exempt. in* 20. *exempt. numero*, 22. si Capitulum, 16
& Monasterium per aliquod tempus † huiusmodi census recognouerit, & illius fructus soluerit, non poterit postea de illius nullitate opponere, *vt dixit* Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, 23. *Iunij* 1600. *in illa Romana Censuum, quæ est post tract. decis.* 29. *num.* 5.

Nam soluendo fructus dicti census, censetur nullitatem remisisse, quia obseruantia subsequuta videtur animum præcedentem declarare, *vt in simili dixit* Rota *in vna Romana census*, 13. *Maij* 1596. *coram* bon. mem. Cardin.

Cardin. Blanchetto, quæ est, ibid. decis. 76. num. 4.

Vel saltem emptor talis census liberatur ab onere restituendi fructus ex ex perceptos antequam Ecclesia declarauerit velle illum habere pro nullo vt dicemus, *infra q. 88. aliàs par. 2. cap. 2. qu. 4. art. 7. num. 16.*

[Quibus omnibus addi etiam potest, quod si Prælatus imponat censum super bonis suæ Ecclesiæ, vt illum vendat suo consanguineo talis impositio non caret suspicione, vt considerauit Rota *coram* bon. mem. Orano *in illa Leodien. pratens. census 29. Ianuarij 1596. quæ est post tract. decis. 36. numero 11. & repetiit in ead. causa coram* bon. mem. Corduba 15. *Nouembris eiusdem ann. & rursus coram eod. in ead. causa 15. Ianuarij 1597. quæ post tract. est dec. 37. ad fin.* & propterea eo casu ad sustinendam huiusmodi census impositionem requiruntur probationes validiores, & efficaciores, vt iustificetur, quod illa fuit facta solemniter, & ex causa necessaria, & super veritate dictæ causæ enunciatæ, vt benè considerauit Rota *in d. decisionibus coram Corduba.* sed posset dubitari, an si Ecclesia acciperet nullitatem dicti census, teneatur restituere pretium emptori illius, in qua difficultate licet Doctores partem affirmatiuam saltem de æquitate canonica amplectantur, ne Ecclesia locupletetur cum iactura aliena, Felyn. *in cap. cum causam, numero 26. vers. præfata autem de re iudic.* Hæc tamen sententia vera est præsupposita bona fide emptoris, & probata versione pretij in vtilitatem Ecclesiæ, vt declarauit Rota *in illa Romana nullitatis contractus cor.* R. P. D. Buratto 28. *Iun. 1624. quæ est post trac. dec. 435. num. 6. & nos diximus supra hoc eod. c. q. 1. art. 2. num. 3. cum seqq.* nam quæ ibi dicuntur de minore impugnante contractum à se celebratum absque solemnitatibus procedunt in Ecclesia, vt in decisionibus ibi relatis.

SVMMARIA.

1 *Vsufructuarius non est dominus rei, cuius habet vsumfructum, sed habet dumtaxat ius in re.*
2 *Vsufructuarius, quod non possit imponere censum super proprietate rei, cuius habet vsumfructum.*
3 *Nec super ipso vsufructu volunt aliqui.*
4 *Contrarium placuit aliis, & Actori, vbi de ratione.*
5 *In incorporalibus datur propriè dominium.*
6 *Vsufructuarius dicitur propriè dominus iuris, quod habet vtendi, fruendi, re aliena.*
[*Vsufructuarius non est propriè dominus rei, cuius habet vsumfructum.*
Vsufructuarius est verè dominus iuris vtendi fruendi.
7 *Ius vtendi, fruendi non potest separari ab vsufructuario absque interitu vsusfructus.*
8 *Commoditas percipiendi fructus remanet obligata ex impositione census ab vsufructuario facta.*
[*Commoditas percipiendi fructus ex re capitur, & exponitur pro vsufructu.*
9 *Commoditas percipiendi fructus potest ab vsufructuario imponi alteri concedi.*
10 *Census impositus ab vsufructuario resolvitur, resoluto iure vsufructuarij.*
[*Melioramenta facta ab vsufructuario in re cuius habet vsumfructum non sibi, sed proprietario acquiruntur.*
Vsufructuarius non possidet iure dominij, sed iure seruitutis.
Census impositus ab vsufructuario super meliorationis finito vsufructu resoluitur.
Vsufructuarius repetit expensas factas pro necessaria rei conseruatione si non sint modicæ.
Census super credito, & personalibus imponi non potest.

Vsufructuarius, an possit imponere censum super re cuius habet vsumfructum.

QVÆSTIO XXV.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 3. ar. 3.

TErtius sequitur articulus in quo occurrit discutiendum. An † vsufructuarius qui non est dominus ei cuius habet vsumfructum, sed dumtaxat dicitur habere ius in re, vt volunt communiter scribentes *in l. naturaliter, in princ. ff. de acquir. possess.* Boer. *dec. 28. numero 1. & seq.* Menoch. *de recuper. remed. 1. numero 54. & 69.* Caualca. *de vsufruct. mulieri relicto, numero 5. in fine, vbi multos congerit, & de communi testatur*) possit super illa censum validè imponere, & fundare. In quo articulo videbatur esse negatiuè respondendum, tam † respectu proprietatis dictæ rei, quæ ad vsumfructuarium non pertinet, & ideò illam nec alienare, nec super ea censum imponere potest, Bald. *in cap. ad audientiam, el secundo, numero 9. de re ea* prosequitur Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 6. numero 6. vers. nec qui non habet, & nos diximus supra hoc eod. cap. quæst. 1. art. 1. vel qu. 14. iuxta nouissimam impressionem*, quam respectu †ipsiusmet vsusfructus, quia cum census impositio species sit alienationis, vt supra sæpius dictum fuit, vtique per illius impositionem diceretur alienari vsusfructus. & eius alienatione resolueretur non solum ipse vsusfructus, §. *finitur, & ibi glo. in verbo, cedendo, Instit. de vsufruct.* sed etiam censusmet desuper impositus, qui perempto fundo, & ipse pereat necesse sit ita disponente *Pio V. in sua Bulla super forma ercandi cens. & nos latè dicemus infra part. 3. c. 1. quæst. 1. seu qu. 99.*

1 2 3

Cæterùm † contrarium fuisse resolutum in Consistorio Regni Siciliæ testatur. Garz Mastrill. *in dec. d. Regni 92. numero 14. lib. 1.* cum qua opinione Ego non inuitus transeo, vel sub ea consideratione, quod cum in † incorporalibus detur propriè dominium, *vt not.* glo. & Doctor. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. maximè* Bart. *in 1. oppositione* Ias. *num. 30.* Ripa, *numero 26.* Socinius *numero 41.* qui de communi testatur inferentes ad vsufructuarium qui † propterea dicitur propriè dominus illius iuris vtendi fruendi, [Quia licet ratione rei, cuius habet vsumfructum non possit dici verè & proprie dominus Bar. & Ang. *in l. in venditione in prin. ff. de bon. auct.* Iud. *possid.* attamen respectu iuris vtendi fruendi, quod habet recte dici potest Dominus vt animaduertit glos. *in verb. continetur, & sequitur ibi* Bart. Alex. *cons. 129. numero 3. lib. 2.* Angel. Aret. *in §. alienus. el. 1. numero 1.* Instit. *de hared.* Instit. & *alij directi à* Caualcan. *in tract. de vsufr. numero. 3.*] & propterea videatur quod possit super illo iure tanquam super re propria censum imponere, vel quod licet vsufructuarius non possit alienare, nec obligare ipsum vsumfructum, ideò est ius ipsum vtendi, fruendi, quod ab eo † absque illius interitu auelli non potest, *d. §. finitur, cum concordantibus ibi per d. glos. in verbo cedendo*, & hoc respectu non possit super vsufructu formali censum imponere, possit † tamen illum imponere super commoditate percipiendi fructus [quæ ipsa pro vsufructu capitur, & exponitur. *ab* Ang. *in d. l. in venditione in prin. ff. de bon. aut. Iud. possid.*] Ita vt dicta commoditas censeatur obligata, & subingata durante iure ipsius vsufructuarij, vt in puncto concludunt. Hostien. *in sua Summa, in tit. de censibus, §. quos imponere potest* Benedict. Bon. *in suo tract. de censib. art. 23. num. 49. ad finem* Ludou. Auend. *in d. suo tract. cap. 71. n. 3. vbi hoc comprobat.*

4 5 6 7 8

Et

Et pro eadem conclusione bene facit resolutio, *eiusdem* Auen. *cap. 62. numero 8.* vbi concludit, quod possessor bonorum Maioratus non tamen expresse alienari prohibitorum, potest super commoditate percipiendi fructus ex dictis bonis imponere censum duraturum durante eius vita: de quo *nos supra hoc eodem cap. 2. quæst. 1. art. 6. numero 27.* Et pro hac conclusione videtur quod possint adduci dicta per Negus. *in suo tract. de pignor. par. 2. memb. 3. num. 9. & seqq.* vbi concludit, † quod huiusmodi commoditas, & obligari, & 9
hypothecari potest, prout etiam vendi, *l. arboribus §. vsufructuarius ff. de vsufr. l. necessario. §. fin. & ibi glos. ff. de peric. & comm. rei vend.* Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 8. num. 7. art. 1.* Pinel. *ad l. 1. part. 3. numero 38. C. de bon. matr.* Anton. Gomez. *var. resol. tomo 2. cap. 15. numero 15.* Balduin. *in suo tractatu, de pignor. cap. 12.*

Iste tamen census, vt supra ab vsufructuario impositus, non durabit perpetuò, sed dumtaxat durante 10
iure ipsius vsufructuarij imponentis, quo † resoluto resoluetur etiam census ipse, & ius emptoris ex vulgata regula, *l. lex vectigali, ff. de pignor.* vt in simili de hypotheca constituta super bonis emphyteuticis, quod resoluatur resoluto iure emphyteutæ, dicebat Rota, *coram* Seraph. *dec. 1190. in fine*, & nos diximus *supra hoc eodem capite quæstione 2. art. 2.* & de censu constituto super re feudali, *d. quæst. 2. art. 1.* & de censu impositio super re Ecclesiæ fuit dictum in præcedenti articulo.

[Sed posset dubitari An vsufructuarius possit imponere censum duraturum etiam finito vsufructu saltem super melioramentis factis in re cuius habet vsumfructum, exemplo hæredis grauati restituere hæreditatem post mortem, vel sub aliqua conditione feudatarij, & emphyteutæ, quibus permissum esse censum perpetuò duraturū imponere super melioramentis ab ipsis factis dictum fuit in precedenti articulo auctoritate Rotæ *in Romana Saluiani 26. Aprilis 1632. coram* R.P.D. Merlino *quæ est post tract. dec. 541.*

Cæterùm in hac quæstione contrarium resoluit Rota *num. 18. & infra* ea ratione, quia vsufructuarius nunquam fuit dominus dictorum melioramentorum, sed statim quo ad dominium, & plenam proprietatem acquisita fuerunt domino fundi illius, seu proprietario, nam cùm vsufructuarius vtatur, & fruatur fundo ille non iure dominij sed iure seruitutis *l. vti frui. §. virum autem ff. si vsufruct. petat.* licet meliorando fundum domini causam, & conditionem faciat meliorem, non tamen iure suo id facere potest, *l. vsufructuarius 51. ff. de vsufr.* & proinde census super dictis melioramentis tanquam super re aliena impositus post finitum vsumfructum sustineri non potest, *vt diximus supra qu. 21. seu hoc eod. cap. 2. quæst. 2. art. 1. & repetit* Rota *dicta dec. num. 7.*

Et quatenus vsufructuarius si faciat impensas non modicas, & ad perpetuam vtilitatem pro cōseruatione rei necessarias possit illas repetere, *vt declarando* Bartoli *dictum in l. 2. Cod. de præd. & omn. reb. nauicular. lib. 11. interpretatur* Rota *dec. mox relata n. 24.* non propterea sequitur quod super illis possit validè censum etiam finito vsufructu duraturum imponere, cum dumtaxat sit dictarum expensarum creditor, & super credito, & actionibus personalibus prohibitum sit censum imponere, *vt dicitur infra hac eod. par. 1. cap. 3. qu. 1. artic. 5. & 6. seu qu. 33. 34.*

Nec obstat simile de hærede grauato, feudatario, & emphyteuta, quoniam dispar est ratio illi enim possideri iure proprio tanquam domini directi, vel vtilis respectiuè, *vt diximus supra hac eod. qu. 2. art. 2.* vsufructuarius autem possidet non iure dominij, sed seruitutis, vt dictum est.]

SVMMARIA.

1 *Pactum quod dominium rei venditæ non transeat in emptorem, nisi soluto pretio, validum est.*
2 *Venditio facta cum dicto pacto est vera, & perfecta.*
3 *Emptor cum dicto pacto non efficitur dominus, nisi soluto pretio, & num. 6.*
4 *Emptor cum dicto pacto non potest super re empta censum validum constituere.*
5 *Intellige, vt remaneat obligata res, secus tamen vt ipse teneatur.*

Emptor rei cum pacto, quod non acquirat dominium illius nisi soluto integro pretio, an possit super ea censum imponere ante pretij integram solutionem

QVÆSTIO XXVI.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 3. ar. 4

FVit quarto loco propositus discutiendus articulus in quo differendum est de eo qui emit fundum cum expresso tamen pacto, quod non intelligatur tra flatum dominium in ipsum, donec pretium non solueretur, (quod quidem pactum † esse licitum dicit Bald. *in rub. C. de contrahen. empt. qu. 13. num. 23.* Dec. *cons. 119. num. 4. & cons. 440 in print.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 2. num. 36. & latius sub num. 39.* Ioan. Bapt. Lup. *ad leg. curabit, com. 1. §. 7. numero 148. C. de pactis inter empt. & vendit.* & placuit Rota *coram* Illustrissimo Card. Lancelloto *in illa Romana nullitatis census, 9. Decembris, 1602. quæ est post tract. decis. 21 num. 1.*

An talis emptor possit super re, quam cum tali pacto emit censum creare, & constituere? In quo articulo, licet ista † sit vera, & pura venditio. Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 11. num. 6. in princip.* quia tamen ante pretij solutionem emptor † non efficitur illius rei dominus, *l. quod vendidi, ff. de contrah. empt.* Tiraq. *de retractu conuent. ad finem tit. numero 72. & de retractu lignag. §. 1. glo. 2. numero 43. & sequenti, & dixit* Rota, *in una Romana vineæ de Fabris, coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *20. Decembris, 1604. quæ est post tract. decis. 79. num. 17.* [quod amplexa fuit etiam *coram* R.P.D. Merlino *in causa Firmana Saluiani 24. Maij 1632. post tract. decis. 559. num. 23. & seqq. & in eadem causa 24. Ianuarij 1633. vers. non obstat quod adhuc dec. 560. ibid.*] videtur necessaria sequi conclusio, quod † emptor prædictus ante pretij solutionem non possit super re illa censum constituere, & imponere, etenim ex tali impositione constituitur ius in re, quæ subiicitur, vt diximus supra hac eadem *qu. art. 1.* quod imponere, & constituere is non potest, qui non est illius dominus, vt in *d. art. 1.* dictum fuit, & hanc conclusionem latè nititur comprobare. Stephan. Gratian. *in suis decis. March. decis. 13. & in suis disceptat. Forens. tomo 1. cap. 175. numero 1. & 14.* affirmans hanc impositionem census tanquam factam super re non libera, & alienati prohibita nullam esse, & inualidam, quem simpliciter sequitur. Paul. Bellon. *in suo tract. de eorum quæ fiunt incontinenti, vel ex intervallo, vi, & potest. lib. 1. cap. 182. numero 6. post hæc scripta visus,* quam sententiam Ego quoque tenendam esse censeo, cum ea declaratione quod licet per talem census impositionem, res ipsa onere reali non afficiatur, nisi euentualiter, ideſt quatenus dictus emptor per pretij solutionem acquisierit verum † d. rei dominium: 5

& interim validitas census stet in suspenso *arg. l. si fundus, §. aliena res, ff. de pignor.* Negus. *in suo tract. de pignor. & hypothec. par. 2. membr. 3. num. 53.* ipse † tamen imposterum remanet obligatus saltem ad interesse, Petr. Caball. *cons. ciuil. 94. num. 4. lib. 1.* 6

[Circa hoc consilium Caballi videas ea, quæ diximus *supra in additionib. ad hoc 2. c. qu. 1. art. 7. num. 7. & seqq. seu q. 20.*]

Et benè conferunt ea, quæ supra diximus de hærede imponente censum super re expresse alienari prohibita, quòd teneatur ad interesse, licet impositio sit nulla, *hoc 2. cap. q. 1. art. 6. num. 41. & seqq.* [& licet Rota in dicta causa Firmana tenuerit impositionem census factam super fundo vendito cum dicto pacto reseruationis dominij fuisse validam, attamen mota fuit ex specialibus rationibus, quæ in dicto casu vrgebant, videlicet, quod pretium rei emptæ fuerat solutum mediante accollatione censuum quibus venditor grauabatur, & quia dictum pactum reseruationis dominij fuerat positum post perfectum contractum, & post translatum dominium in emptorem.

SVMMARIA.

1 *Fideicommissum fieri potest ex certa die.*
2 *Fideicommissarius ante restitutionem sibi saltem verbo factam nullum ius reale consequitur.*
3 *Habet tamen ius ad rem.*
4 *Fideicommissarius potest super iure, quod habet ad fideicommissum pacisci, & contrahere.*
5 *Fideicommissum purum, & purificatum viuente fideicommissario, eodem iure censetur.*
6 *Fideicommissarius transmittit fideicommissum purum, & purificatum eo viuente.*
7 *Etiam non agnitum.*
8 *Etiam ante factam sibi verbalem restitutionem.*
9 *Fideicommissarius quod ante restitutionem si factam non possit, nisi euentualiter censum imponere, voluit* Garz. Mastrill. & num 10. & 11.
12 *Contrarium defendit Auctor, quod census ab initio purè valeat.*
13 *Ea quæ sunt in bonis nostris hypothecari specialiter possunt.*
14 *Immo etiam ea quæ sunt dumtaxat debita.*
Immo ea in quibus competit solùm ius in re, vel ad rem ibid.
15 *Fideicommissarius potest cogere hæredem, vt restituat bona subiecta.*
16 *Census impositio facta super re aliena, valet saltem ad præiudicium imponentis.*

Fideicommissarius, an ante restitutionem sibi saltem verbaliter factam de fideicommisso puro, possit super eo censum imponere.

QVÆSTIO XXVII.

aliàs par. 1. cap. 2. qu. 3. ar. 5.

SVperest vt quintum articulum expediamus, in quo videndum est de fideicommissario cui fuerit relictum fideicommissum purè, vel sub conditione, quæ sit purificata vel ex certa die, prout † fideicommitti posse dicit Imperat. *in §. 1. vers. potest autem. Instit. de fideicomm. hered.* quæ dies venerit, an dictis casibus, possit ante restitutionem sibi nec re, nec verbis factam super re huiusmodi fideicommisso suppositæ censum imponere. 1

Et licet fideicommissarius † ante restitutionem sibi saltem verbaliter factam, nullum ius reale habeat in bonis fideicommisso subiectis, *l. 1. §. restituta, ff. ad Trebell.* Soccin. iun. *cons. 92. num. 7. lib. 1.* negari † tamen non potest, quin habeat saltem ius ad rem, quod † & alteri cedere, & donare potest, alio modo super eo contrahere, Angel. *& communiter alij in l. apud §. vtrum, ff. ad Trebell. & alios de communi testantes refert.* Mich. Crass. *in tract. de successionib. §. fideicommissum, quæst. 44. in fin.* Et moriens tam purum quam putificatum eò viuente, quorum † idem esse iudicium, multorum auctoritate firmant. Surdus *cons. 73. num. 4. lib. 2.* Peregr. *de fideic. art. 22. num. 5.* ad hæredes † transmittit Doctor. *in l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. & in l. cum filiof. §. fin. ff. de legat. 1.* Bec. *cons. 490. num. 1.* Rol. *cons. 46. num. 6. lib. 3.* Cepb. *con. 132. num. 7. lib. 1.* Etiam † non agnitum Rim. 7
sen. *cons. 243. num. 10. & consil. 269. num. 3. lib. 2.* Socin. sen. *consil. 290. n. 1. vers. ex qua conclusione, libr. 2.* Socin. iun. *pro communi, cons. 129. num. 7. & 15. lib. 1.* Phanuc. *de inuentar. hared. par. 6. num. 72. & seq.* Rota *diuers. dec. 782. num. 10. par. 1.* & etiam † ante factam sibi verbalem 8
restitutionem, *l. fin. §. 1. ff. de vulg. & pupill.* Bart. *in d. l. cum filiof. sub num. 13. & ibi alij ff. de leg. 1.* Gab. *cons. 121. num. 21. lib. 1.* Et hæc dederunt ansam dubitandi, an fideicommissarius super dictis bonis ante factam sibi restitutionem censum validè constituere, & collocare possit.

In qua † difficultate Garz. Mastrill. *in dec. Regni Sicil. dec. 150. num. 20. & seq. lib. 2.* in ea fuit sententia, 9
quod validitas impositionis dicti census pendeat ab euentu futuro, videlicet, quod si iste fideicommissarius, facta sibi restitutione, efficiatur vere dominus rerum d. fideicommisso subiectarum, & illarum realem, & corporalem possessionem nanciscatur, valida remaneat census impositio, tanquam facta à vero domino, non secus, ac si tempore impositionis res illæ fuissent in dominio ipsius imponentis, argum. *l. 1. §. 1. & not ibi per* Bar. *ff. de pignor. per* Paul. de Castro, *in l. rem alienam, num. 4. ff. de pign. act. per* Negus. *in suo tract. de pignor. & hypothec. par. 8. memb. 3. num. 14. per* Menoch. *cons. 77. num. 21. lib. 1.* Interim † verò donec bona illa 10
transeant in dominium impositoris census, validitas impositionis stet in suspenso, *arg. in l. si fundus, § aliena res, ff. de pign.* Bart. *in l. 2. §. in speciem, ad med. ff. eo.* Bar. Bal. & Salyc. *in l. cùm res, C. si alien. res pignor. dat. fuer.* Negus. *d. tract. part. 2. membr. 3. num. 53.* facta † 11
verò acquisitione dominij, dicta impositio retrotrahatur ad tempus celebrati contractus, cum similis retrotractio possit etiam habere locum, quando impositor census tempore impositionis nullum habebat ius in re, nec ad rem, illam tamen conditionaliter obligasset, & hypothecasset, & censui subiugasset sub conditione, si sua aliquando efficeretur. Bart. *l. quoties, ad fi. numero 4. ff. de nou.* Negus. *d. numero 53. & part. 3. memb. 1. numero 37. & d. par. 8. memb. 3. num. 15.* Surd. *cons. 101. num. 27. lib. 1. & ita ferè videtur ratiocinari.* Mastrill. *vbi supra.*

Ego tamen simpliciter transeo cùm opinione affirmatiua, quod † impositio census à fideicommissario, 12
vt supra facta, valeat ab initio, & nullo tempore stet in suspenso, tum quia potest † quis etiam specialiter 13
obligare, & hypothecare non solum ea quæ habet in bonis suis, *l. quæ prædium C. si res alien. pign. dat. fuer. cum aliis apud* Negus. *d. tract. par. 2. memb. 3. num.* .... Verùm † 14
etiam ea quæ sibi sunt debita, immò, & illa in quibus habet ius in re, vel ad rem, vt per Negus. *ibid. num. 6. & 7.* Et propterea iste fideicommissarius, qui potest † 15
hæredem grauatum cogere ad faciendam sibi restitutionem bonorum subiectorum fideicommisso puro, vel putificato, *l. nam quod, §. 1. & l. cogi, ff. ad Trebell.* poterit super illis censum imponere, & illa specialiter obligare ad fauorem emptoris census, tum † quia si 16

imposi

impositio census facta super re omnino aliena valet ad præiudicium imponentis, vt fuit dictum *supra q. 14. seu hoc eod. cap. 2. q 1. art. 1.* ergo multo magis debet valere si fiat super re in qua imponens habet ius non solùm considerabile sed super quo potest pacisci & contrahere, vt dictum est.

SVMMARIA.

1 *Res sacræ publicæ, & his similes in nullius sunt dominio.*
2 *Census constitui non potest super rebus, quæ in nullius sunt dominio, &* num. 4.
3 *Res quæ in nullius bonis sunt, obligari non possunt.*
5 *Census consideratus secundum ius naturæ constitui potest super qualibet re, ex qua vtilitas haberi potest.*
6 *Census secundum ius positiuum imponi non potest nisi super rebus habentibus qualitates expressas in Constitutionibus summorum Pontificum.*
7 *Census constitui debet super re immobili.*
8 *Fundus census debet esse frugifer.*
Fructiferum id dicitur quod de sui natura est aptum ad fructus ferendos, ibid.
9 *Census imponi debet super re certis finibus designata.*
10 *Fundus census debet esse liber, & alteri oneri non obnoxius.*

De rebus super quibus census constitui potest, vel non.

QVÆSTIO XXVIII.

aliàs, part. 1. cap. 3.

POstquam egimus de personis, quæ censum imponere possunt, vel prohibentur, sequitur, vt iuxta ordinem propositum videamus de rebus super quibus census constitui, & collocari potest. De quibus tractaturi operæ pretium esse duximus in primis generaliter præmittere, quod in proposito intelligendum est de iis rebus, quæ sunt in dominio, & commercio nostro, non autem de iis, quæ vel sunt in dominio alterius pro quibus sufficiant ea quæ diximus *supra c. 2. q. 1. art. 1. seu q. 14. secundū nouum ordinem*, vel sunt innullius
1 dominio, † quales sunt res sacræ, publicæ, & his similes, §. *nullius Instit. de rerum diuisio. l. 1. ff. eodem tit.*
2 quoniam † super illis census imponi, & collocari non potest, *argum. l. 1. §. eam rem, ff. quæ res pignori obligari*
3 *non poss.* Nam † in his, quæ in nullius bonis sunt, nulla cadit obligatio, *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. l. quod nullius ff. de reg. iur.* Vnde super illis
4 neque † etiam census fundari, & collocari poterit, vt dicebat Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 16. num. 40. art. 17. num. 41. art. 18. num. 42. & art. 19. num. 43. & concludit* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. num. 1.* Vt autem sciamus qualis debeat esse res super qua est census constituendus, & collocandus, aduertendum est in primis, quod nos non loquimur de censu considerato secundum ius na-
5 turæ, † quem constitui posse super quibuscunque rebus, ex quibus vtilitas haberi potest nonnulli affirmant, & signanter Gregor. de Valent. *Comment. Theologicor. tomo 3. disput. 5. quæst. 22. de censib. puncto 2. in princ. & vers. & hactenus*, inferentes propterea censum ita consideratum posse imponi etiam super mobilibus, super vniuersitate bonorum, super incertis, super persona, de quibus tamen nos infra suo loco dicemus, sed loquimur de censu considerato secundum
6 ius positiuum, & cum † per constitutiones Summorum Pontificum, & signanter, Mart. V. & Calixt. III. *& in cap. 1. & 2. de emp. & vendit. inter extrau. Commun.* & Pij V. *in sua Bulla super censib.* statutum reperiatur, quas qualitates habere debeat fundus qui censui subiugari, & subnitti debet, ideò ad illas est recurrendum, vt cognoscamus super quibus bonis creari, & collocari census possit, vt animaduertit Gregor. de Valent. *d. vers. & hactenus.* Constitutionibus autem Pontificiis sancitum fuit, quod fundus census quatuor potissimum habere debeat qualitates, & circumstantias.

Prima † est, quod sit immobilis, 7

Secunda † sit frugifer, ideſt, aptus de sui natura 8
ad ferendos fructus, vt declarat. Rebuff. *in l. frugum, 77. ff. de verb. signif.*

Tertia † quod sit certis finibus designatus, ita 9
enim magis cessat suspicio vsurarum, vt suo loco dicemus.

Quarta † quod sit liber, & alteri oneri non obno- 10
xius, ne si imponatur super re non libera, contingat emptorem census eludi, & à perceptione responsionis annuæ excludi ab eo, qui super illo fundo potiora, & potiora iura haberet, & consequenter censum remanere super sola obligatione personali collocatum, quod non permitti infra latè demonstrabitur.

Verum quoniam circa quamlibet harum quatuor multi occurrunt enucleandi articuli, de singulis est suo ordine per quatuor Quæstiones pertractandum. In quarum.

Prima videbimus quomodo procedat, & intelligi debeat illud quod diximus, fundum census debere esse immobilem.

In secunda explicabimus aliam qualitatem, quæ est vt fundus census debeat esse frugifer.

In tertia demonstrabimus, an de necessitate fundus census debeat certis finibus designari.

In quarta, & vltima tractabimus de illa qualitate quod fundus census debeat esse liber, & nulli oneri obnoxius.

fundari, & collocari debet super re immobili, & an super iis quæ pro immobilibus habentur.

QVÆSTIO XXIX.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 1. art. 1.

HÆc quæstio est sex principalibus articulis explica

Primus est, An census fundari possit super rebus quæ habentur pro immobilibus.

Secundus, an census habeatur pro re immobili.

Tertius, an super aliis censibus census fundari possit.

Quartus, an super rebus mobilibus cuiuscunque generis.

Quintus, an super iuribus, & actionibus.

Sextus, an super persona tam constituentis, quam alterius cuiuscunque.

SVMMARIA.

1 *Census super immobilibus constitui potest.*
2 *Siue sint soli, siue sint supra solum.*
3 *Bona immobilia aliqua sunt soli, aliqua supra solum consistunt, & ibi, quæ illa sint.*
4 *Imo hoc est de substantia contractus censualis.*

[*Census constitutus aliter, quam super bonis immobilibus non potest dici census.*]

5 *Census constitui potest super rebus, quæ pro immobilibus habentur.*

6 *Census constitui potest super domibus.*

7 *Molendina quæ ad instar nauium super fluuina meant pro mobilibus habentur.*

8 *Molendina, quæ sunt affixa ripis fluminum reputantur immobilia.*

9 *Census constitui potest super molendinis ripis fluminum affixis.*

10 *Molendina ripis fluminum affixa, possunt concedi in emphiteusim.*

11 *Et in feudum.*

12 *Censu constitui potest super locis montium non vacabilium.*

13 *Loca montium non vacabilium, habentur pro immobilibus.*

[*Loca montium in quibus consistant.*

Loca montium non continentur sub specie mobilium.

Loca montium, & eorum fructus non possunt ad instantiam creditorum sequestrari aut aliter impediri.

Intellige vigore generalis hypotheca, secus si specialiter hypothecentur.

Hypotheca specialis est maioris efficacia, & virtutis, quam sit generalis.

Hypotheca specialis plus iuris tribuit creditori, quam generalis.

Hypothecari specialiter multa possunt, quæ non veniunt sub generali hypotheca.

Loca montium, & illorum fructus, quod veniant sub generali hypotheca defendit Pacific. *de Salu. interd.*

Intellige attento iure communi, secus stantibus Pontificum constitutionibus.

14 *Census constitui possunt super redditibus perpetuis ciuitatum, & vniuersitatum.*

1 QVod census noster consignatiuus fundari, & collocari possit † super rebus immobilibus, nemo est qui dubitet cum hoc sit per *Constitutiones* tàm *Martini V. & Calixti III.* quam *Pij V. & aliorum Pontificum* declaratum, & communi Scribentium consensu receptum, teste Conrad. *in tract. de contract. q. 72. in 5. suppositione, in fine, &* Fernand. Rebell. *in suo tract. de oblig.* 2 *iustit. lib. 10. c. 6. n. 1.* Quod procedere non solum † respectu eorum bonorum quæ sunt soli, vt vineæ, prata, areæ, montes, & his similia, sed etiam respectu eorum 3 quæ supra solum existunt, † prout sunt domus, columbaria, molendina, & alia, similia, dicit Auend. *in tractat. de censib. Hispanic. cap. 51. n. 1. 3. & seqq.* vbi *n. 8. cum seqq.* firmat posse censum constitui etiam super molendinis.

4 Immo † hoc esse de substantia contractus censualis census Rota *in vna Romana pretij Palatij. 15. Ianuarij, 1607. coram* bon. mem. Iusto, *quæ est post tract. dec. 80. n. 1.* scilicet, vt excludatur census personalis, vt auctoritate. Nauar. *in suo Commen. de vsur. n. 85. &* Ludouic. Lopez, *in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 57. vers. igitur de prima, tum vers. seq. dixit ibi* Rota, *num. 2.* [etsi aliter constituatur tanquam creatus contra formam dictæ constitutionis Pij V. census dici non potest, vt declarauit Rota *in vna Eboracen. census coram* R. P. D. Manzanedo 10. *Februarij* 1620. *quæ est post tract. at. decisio. 350. num. 2.*]

Sed quoniam poterat esse dubium an constitui, & 5 imponi etiam posset super iis rebus, quæ † immobilia reputantur, & pro immobilibus habentur, ad tollendam hanc difficultatem Pius V. *in d. sua Bulla super forma creandi census* in hæc verba disposuit in *vers. Hac igitur nostra Constitutione statuimus censum, seu annuum redditum creari constituive nullo modo posse nisi in re immobili, & quæ pro immobili habetur.* Ex qua dispositione inferri potest quod census iste possit † impo- 6
ni super domibus, vt sensit Rota *diuersor. decis. 757. num. 3. part. 1.*

Item super molendinis (non illis, quæ ad instar nauium super flumina meant, & quasi ambulant quæ † 7
mobilia reputat Tiraq. *post alios de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 92.*) sed super iis, quæ sunt affixa terræ, & 8
ripis fluminum, (quæ † immobilia censuit. Bal. *in cap. contingit, col. pen. vers. quæro numquid molæ, ext. de dolo, & contum.* si credimus † Felic. de Solis *in suis Comment. de censib. tomo 1. libr. 2. cap. 3. num. 37. vers. his tamen.* 9
De quibus intellexit Ludouicus Auend. *d. cap. 51. n. 8. & seqq.* dum firmauit super illis census imponi esse, vt semet ipsum declarat, *ibi num. 13.* cum † super illis 10
possit etiam constitui emphyteusis ex mente Aluar. Valasch. *de iure emphyt. q. 12. num. 9. vers. in molendinis verò.* Et † eadem possint in feudum concedi. Curt. iun. 11
in suo tract. de feud. par. 1. q. 6. num. 11. quem sequitur Valasch. *d. versicu. in molendinis verò* ob quam † constitutionem fatendum est creari, & fundari posse cen- 12
sum super locis montium non vacabilium, vt dicit Boccac. *in suo tract. de censib. part. 2. n. 140.* Nam † (loca 13
montium, quę consistunt in iurib. percipiendi annuum redditum perpetuum ex publicis redditibus, montistis assignantur, non continentur sub specie mobilium. Gabr. *cons. 107. n. 1. lib. 2.*] Inter immobilia connumerari decisum fuisse in Rota *coram* bon. m. Oradino *testatur* Hieron. Gabr. *cons. 141. num. 23. lib. 2.* quos refert, & sequitur *ead.* Rot. *in vna Collensi hæreditatis 18. Maij 1610. coram* R. P. D. Buratto, *quæ est post tract. dec. 441. num. 1.* licet enim ista loca montium & eorum fructus ex priuilegiis in eorum erectionibus per Summos Pontifices expressè, vel per communicationem, & extensionem illis concessis, & attributis non possint ad instantiam creditorum, vel alio quouis modo sequestrari, aut impediri vt fuit expressè concessum Monti Aluminiarum à Paulo IV. in prima erectione facta de ann. 1556. 6. id. Martij inter eius bullas num. 46. & Mont. Recuperationum à Pio IV. de anno 1562. prid. Kal. Iulij inter eius bullas num. 67. & Monti succursus Auenionensis ad eod. Pio IV. in prima & secunda erectione de anno 1563. 15. Kal. Septemb. & de anno 1564. prid. Non. Nouembr. inter eius bullas n. 90. & 103. & Monti sacri Fœderis à Pio V. de anno 1571. 16. Kal. Ianuar. inter eius bullas num. 143. & Monti Prouinciarum à Greg. XIII. prid. Kal. Septemb. anni 1576. inter eius bullas num. 41. & aliis Montibus ab aliis Pontificibus Et per communicationem, & extensionem Monti Religionis, à Pio V. 12. Kal. Iunij anni 1571. inter eius bullas numer. 130. & Monti augmenti gabellæ studij à Greg. XIII. die 1. Ianuarij, 1683. inter eius bullas num. 81. & Monti Pacis à Sixto V. de anno 1585. 4. Kal. Augusti inter eius bullas n. 8. & Moti Cæsarino ad eod. Sixto V. die 13. Iunij anni 1586. inter eius bullas n. 9. & aliis Montibus dinersis temporibus erectis ab aliis Pontificibus. Hoc tamen intelligendum est, vt dicta loca, & illorum fructus non possint ad instantiam creditorum sequestrari, aut impediri vigore generalis obligationis, & hypothecæ bonorum factæ ab ipso debitore, secus autem si illa loca montium, & eorũ fructus specialiter, & ex presse fuerint obligati, & hypothecati, vt de locis Montis Religionis fuit alias resolutum *in* Rot. *in vna Romana Saluiani interdict. 8. Maij 1601. coram* R. P. D. Ottembergo *quæ est impressa post Pacific. de Saluian. Interd. dec. 29. num. 2.* Regulare enim est, vt maioris efficaciæ, & virtutis sit hypotheca specialis, quam generalis, vt comprobat Neguſ. *de pignor. par. 2. membr. 1. numer. 10.* Surd. *qui multos allegat. cons. 331. n. 26. lib. 3.* Gab. *cons. 41. num. 13. lib. 2.* Peregr. *dec. 136. num. 11.* Et plus iuris constituitur creditori per specialem hypothecam quam per generalem, vt auctoritate Bar. Bal. & Rom. *in l. qui absenti;*

absenti §. si quis possessionem ff. de acq. poss. & aliorum, dicit Afin. *de execut. instrum. §. vlt. cap. 225. num. 6.* & hoc nihil habet specialitatis cum multa possint specialiter hypothecari, quæ sub generali hypotheca non remanent obligata, & hypotheçata. Idem Neguſ. *d. part. 2. memb. 3. n. 4. cum multis seqq. facit* Bertaz. *de clauſu. 12. gloſ. 2. num. 3.*

Quibus non videtur repugnare Pacific. *d. ſuo tract. de Salu. interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 649.* dum pluribus nititur deducere, † quod loca montium non vacabilium, & illorum fructus veniant ſub generali bonorum obligatione, & hypotheca, provt veniunt ſub generali hæredis inſtitutione, & quod per conſequens ſuper illis competat remedium Saluiani interdicti: ipſe enim loquitur iuxta terminos iuris communis, ſecundum quos illius concluſio poteſt procedere. Nos autem loquimur iuxta diſpoſitionem conſtitutionum Summorum Pontificum, quarum vigore fuit dictis locis montium, & illorum fructibus ex ſpeciali priuilegio conceſſum, ne ſequeſtrari, aut aliquo modo impediri poſſint à creditoribus, & non reſiſtunt naturalitati obligationis, & hypothecæ quem ſecundū ius cōmune ex generali bonorum obligatione, & hypotheca ad fauorem creditorum etiam ſuper illis contrahitur. ſed reſiſtunt exercitio dictę obligationis, & hypothecæ, prohibendo, ne dicta loca, vel illorum fructus poſſint à creditoribus in vim dictæ generalis obligationis, & hypothecæ ſequeſtrari, vel alio quouis modo impediri. Cui priuilegio videntur tacitè renunciare Montiſtę, dum loca illa, & illorum fructus ſpecialiter, & expreſsè obligant ſuis creditoribus]

14 Prout eadem † ratione fundari, & creari poſſe ſuper iure gabellarum, & aliis iuribus perpetuis in aliqua ciuitate exiſtentibus firmauit, Ludouic. Molina, *in tract. de contract. part. 2. diſput. 389. num. 3. verſ. quatenus autem, & latè proſequitur.* Felician. *d. cap. 3. num. 36.* Io. Franc. Leonis *in d. q. Theſauro for. Eccleſiaſt. par. 2. c. 15. de cenſib. num. 7. ad finem*, & Ludouic. de Auend. *d. tract. cap. 52. n. 2. cum ſeqq.* vbi hoc multipliciter exemplificat. Sed poſſet dubitari an conſtitui poſſit ſuper aliis cenſibus, verum quia hoc non tranſit abſque aliquali difficultate, ideo particularem ſuper eo faciendum eſſe articulum exiſtimaui.

SVMMARIA.

1 *Annui redditus ex propria vocis ſignificatione non comprehenduntur appellatione mobilium, & immobilium.*
Vnde in legato mobilium non venit cenſus, n. 7.
2 *Retractus non habet locum in cenſu vendito.*
3 *Cenſus conſignatiuus eſt ius percipiendi annuam reſponſionem.*
4 *Quod coheret rei cui cenſus fuit impoſitus.*
5 *Coherentia qualificat rem, quæ alteri coheret.*
6 *Cenſus ratione coherentiæ habetur pro re immobili.*
Ampliatur etiam in materia ſtatutaria, n. 9.
Intellige in cenſu perpetuo, numero 20. *& ſequentibus.*
Intellige ſecundo de ipſo iure percipiendi, non de fructibus cenſus, nec de re cenſuata, n. 25.
Intellige tertio, vt ſit verum per improprietatem, numero 30.
10 *Exceptio eſt de regula.*
11 *Alius, a, ud, Iſtud. relatiuum implicat ſimilia.*
12 *Et denotat totalem ſimilitudinem.*
13 *Poſſidens annuos reditus perpetuos, liberatur ab onere ſatisfandi.*
14 *Incapax immobilium non poteſt retinere annuos reditus perpetuos.*
15 *Etiam ſi illi legentur ad alimenta.*
Limit. ſi legentur duntaxat pro alimentis aliquot annorum, num. 23.
16 *Minor non poteſt alienare annuos reditus abſque ſolemnitatibus à iure requiſitis.*
17 *Minor non poteſt exigere annuos cenſus abſque Iudicis decreto.*
18 *Minor poteſt redimere annuum cenſum recipiendo ſortem principalem abſque ſolemnitatibus.*
19 *Gabella ſoluenda pro venditione rerum immobilium, ſolui debet pro venditione cenſus.*
20 *Perpetuum dicitur id quod habitu habet vitam perpetuam.*
21 *Temporale dicitur id, quod eſt breui temporis duraturum.*
24 *Bart. l. legatum*, numero 1. *ff. de capit. dimin. declaratur.*
25 *Fructus cenſus qui anno ſingulo percipiuntur, non habentur pro immobilibus.*
[*Penſiones cenſentur res mobiles poſtquam dies ſolutionis ceſſit.*
26 *Cenſus non eſt res ſuper qua fuit impoſitus.*
27 *Pecunia quæ ex teſtantium diſpoſitione, vel contrahentium conuentione eſt in bonis immobilibus erogandā poteſt conuerti in emptionem cenſus.*
28 *Non eſt propriè tale quod habetur pro tali.*
29 *Statutum pœnale, odioſum, & correctorium non comprehendit id quod non eſt propriè tale.*
31 *Iura, & actiones non circumſcribuntur loco.*
32 *Donatio facta de bonis exiſtentibus in tali loco, non comprehendit iura, & actiones.*
Statutum prohibens alienare bona immobilia in forenſes, non comprehendit alienationem cenſus.
34 *Conſtitutiones Sixti V. & Clem. VIII. prohibentes alienari bona ſtabilia exiſtentia in Statu Eccleſiaſtico in eos, qui non ſunt vaſſalli S. Sedis Apoſtolicæ, non prohibent alienationes, & impoſitiones cenſuum ad fauorem non ſubditorum.*

Cenſus redimibilis, an pro re immobili haberi debeat.

QVÆSTIO XXX.

aliàs part. 1. cap. 3. qu. 1. ar. 2.

QVoniam propoſitæ difficultatis, an ſcilicet cēſus ſuper cenſu conſtitui & imponi poſſit, reſolutio ab alterius videlicet, an cenſus inter immobilia connumeretur, reſolutione pendere videtur, idcirco neceſſarium eſſe ſum arbitratus, vt in primis diſcutiamus. An cenſus pro immobilibus haberi debeat. In qua difficultate conſtituenda eſt concluſio. Quod licet † annui redditus, ex eorum propria natura, & ſignificatione non comprehendantur inter bona mobilia, vel immobilia, ſed tertiam ſpeciem ab illis diſtinctam, & ſeparatam conſtituant, cum tam mobilia, quam immobilia propriè tangi, & palpari poſſint, & mobilia de loco ad locum remoueri, quæ in annuis redditibus non verificantur, & propterea illos non eſſe propriè inter immobilia, vel mobilia connumerandos, ſed conſtituere tertiam ſpeciem ab illis diſtinctam, dicebat. Federic. Mattin. *in ſuo tract. de iure cenſ. cap. 1 n. 69. & ſeqq.* Nicol. Intrigliol. *ſuper Bul. de cenſib. q. 31. n. 3. & ibi addentes multos congerunt, & multorum auctoritate voluit* Rota *coram* bon. m. Cardinali Lancellotto *in illa Auenionienſi, Carpentaratenſi, ſeu Caſtillicenſi collectarum. 9. Martij, 16. Maij, & 27. Iunij, 1585. quæ eſt poſt tract. deciſ. 3 in 6. concluſ.*

1 r

Et propter † eandem, & alias rationes Ioan. Gutierez,

tierez, *Pratticar. Quæstion. lib. 2. cap. 146. num. 2. & lib. 5. cap. 83. numer. 6. & 7.* defendebat quod ins retractus, quod vigore statuti, vel consuetudinis competit consanguineis super bonis per consanguineos venditis non potest exerceri ad retrahendum census huiusmodi venditos, quã opinionem videntur amplecti etiam Ludou. Molina, *de contract. part. 2. disput. 377.* Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 1. q. 14. sub n. 7. vers. vltimo, & post hæc scripta visi*, Intriglioi. *d. tract. q. 95. n. 4. & seqq.* Ludou. Auend. *de censib. Hispan. cap. 89. num. 22. vbi testatur de magis communi*, licet quo ad hoc contrarium probauerit. Federic. Martin. *in d. tract. cap. vlt. num. 158 vsque ad fin. cap. &* Balthazar. Benedel. *in suo tract. de iure Prothomis in princ. num. 61. & seq.* qui ea mouetur ratione, quod census inter immobilia reputentur. Attamen superior ratio, quod scilicet iura ideo tertiam constituant speciem à mobilibus, & immobilibus quia neque tangi, neque palpari possunt, nec loco circumscribuntur, non videtur quod adaptari
3 possit censui nostro consignatiuo, qui † licet sit ius quoddam percipiendi annuam responsionẽ, vt dictum fuit supra *quæst. 7. seu cap. 1. q. 3. art. 2.* & propter ea videatur dicendum, quod sit ius quoddam in corporale abstractum & separatum de per se, vt post. Aret. *cons. 10.* & Cassan. *considerauit* Rota *d. causa Auenionensi d. 6. concluſ. vers. & in annuis.*

Nihilominus, quia tale ius non potest nisi super re immobili constitui, vt diximus supra *art. 1.* & latius infra dicetur, & per consequens rei immobili cohæ-
4 ret, ratione † huius cohærentiæ dicitur consistere in eodem loco, in quo res ipsæ quibus cohæret sitæ sunt. Bald. *in cap. 1. num. 5. in fine, de controuers. Inueſtit. inter vaſſall. & Epiſc.* Ripa, *in l. fin. num. 2. ff. quor. bonor. ques, & alios refert* Gabr. *conſ. 141. num. 15. lib. 2.* Gaspar. Roderic. *d. tract. de ann. reddit. lib. ... q. 9. num. 8. in fine, & alios congerit* Statil. Pacifie. *in suo tract. de Saluiano interd. inſpect. 3. cap. 2. num. 223. ſecundum poſtremam impreſſionem*, Vinc. Carrocc. *dec. 103. num. 16.* Alcibiad. Lucarin. *obſeruat. pract. lib. 1. Academ. 5. obſeruat. 3. numer. 5. & ſeqq.* Surd. *dec. 204. ſub num. 6.* Stephan. Gratian. *poſt hæc ſcripta viſus*, Discept. Forens. *tomo 3. c. 585. n. 6. & ſeqq.*

5 Ista enim † cohærentia dat qualitatem rebus quæ alteri cohærent, & ideò res, quæ de sui natura sunt mobiles, si immobilibus cohæreant, reputantur immobilia Rim. iuo. *conſ. 101. num. 76. lib. 5.* Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed. 3. n. 284.* Claud. Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſula 19.* Glos. *3. n. 7.* & de mola applicata molendino affixo terræ, dicit Bal. *in c. contingit col. pen. vers. quæro nunquid mola ext. de dolo, & contum. & refert* Balthazar. Benedel. *d. prin. n. 66.*

6 Et propter † hanc rationem censum hunc pro immobili esse habendum post Tiraquel. *reſoluit* Rota *in d. Auenionenſi, in 6. concluſ. vers. Secundo mouebantur, & probant magis communiter Scribentes per tex. in l. Iubemus nulli, vbi* Glos. *&* Doctor. *& maximè* Bald. *num. 5. C. de ſacroſ. Eccleſ. cap. quærelam ext. de elect. Clem. Exiui de Paradiſo, §. cúmque annui redditus, de verb. ſignif.* Rol. *conſ. 54. num. 6. & ſeqq. & num. 28. lib. 2.* Bellon. *conſ. 23. num. 9.* Ruin. *conſ. 82. num. 5. lib. 2.* Gabr. *d. conſ. 141. n. 14. & ſeqq. lib. 2.* Surd. *d. dec. 204. n. 1. & per tot.* Gabr. *in tit. de verbor. ſignif. concluſ. 8. num. 4.* Tiber. Decian. *conſ. 2. n. 69. & 191. lib. 1.* Cæsar. Barz. *dec. Bononienſi. 109. n. 2. & ſeqq.* Federic. Martin. *d. tract. de iure cenſ. cap. 1. n. 99.* Boccac. *in ſuo tract. de cenſib. part. 3. num. 60. & ſeqq. vers. ſed inter* Thom. Boninſign. *in ſimili tract. cap. 2. num. 3.* Carocc. *de excuſſ. honor. par. 2. quæſt. 44. n. 1. qui multos allegat.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. Glos. 6. num. 4. & ſeq.* Magon. *dec. Florent. 107. n. 8. vers. & maximè, & num. 9.* Octau. Simoncell. *in ſuo tract. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 7. n. 57.* Bened. Bon. *in tract. de cenſib. art. 15. num. 36. poſt princ. vers. veriſſima igitur ſententia* Foller. *in ſua Pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num. 25. & ſeqq.* Marian. Antonin. *Varier. reſolut. vltim. lib. 2. reſolut. vlt. caſu 34. in fin.* Honded. *conſ. 61. num. 35. lib. 1.* Alexan. Ambroſin. *deciſ. Perus. 11. n. 12. lib. 1. alios congerit* Felician. *in ſuis comment. de cenſib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. numer. 2. & tomo 2. lib. 1. cap. 1. num. 3. ad fin.* Bernard. Greu. *ad* Andr. Gail. *obſeruat. iuris, lib. 2. concluſ. 10. num. 1. Quibus addi poteſt* Ludouic. de Auend. *d. tract. cap. 54. num. 4. vers. Ex quo, & num. 9.* & amplexa etiam fuit Rota *in vna Ciuitatis Caſtelli cenſus, 29. Maij, 1600. coram* bon. mem. Iusto, *quæ eſt poſt Tract. Deciſ. 81. num. 7. & in vna Vrbeuetana cenſus 16. Decembris, 1594. coram* b. mem. Cardinali Blanchetto, *quæ ibidem eſt dec. 82. num. 11. vbi numer. 1. & per totam reſoluit Rota*, quod † sub legato pecuniarum, & 7
mobilium non comprehendantur annui census, adeo quod legatario non debeatur quidem pecunia restituta pro censûs redemptione, prout è contra † in lega- 8
to immobilium hos annuos census contineri consuluit Gabr. *d. conſ. 141. poſt num. 18. & infra lib. 2.* Surd. *dec. 204. num. 7. & ſequitur* Alcibiad. Lucar. *d. obſeruat. 3. n. 8.* [*& reſoluit* Rota *in illa Collenſi hæreditatis coram* R. P. D. Buratto 18. *Maij, 1610. quæ eſt poſt tract. deciſ. 441. numer. 2.*] Et si contrarium defendat Eugen. *conſ. 100. lib. 1.* eandem sententiam quod census inter immobilia cõputentur, amplexa fuit Rota *coram* Seraphino *deciſ. 224. numer. 4. part. 1. coram* bon. m. Cardinali Mantica, *deciſ. 14. num. 1. & 2. & coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in vna Anconitana cenſus 24. Maij, 1613. quæ ibidem eſt deciſ. 84. num. 23.* Etiam † in materia statuaria, & stricte 9
intelligenda, vt sentit eadem Rota *in vna Bononienſi bonorum de Zaualiis, 12. Decembris 1614. coram eodem* D. meo Vbaldo *quæ eſt ibidem dec. 85. num. 7.* quæ etiam sententia videtur quod possit satis clarè comprobari auctoritate tam Sixt. V. *in ſua Bulla edita de anno 1585. Kal. Iulij incipit. Sollicitudo, paternuſque affectus.* super prohibitione alienandi bona quæcumque stabilia, & immobilia in statu Ecclesiastico existentia absque Sedis Apostolicæ licentia alijs personis, quàm vassallis eiusdem status, dum à tali prohibitione excipit cen- 10
sus, cum † exceptio sit de regula, *l. nam quod l. quidem ff. de pen. legat.* quam Clem. VIII. *in ſua Bulla innouationis, declarationis, & extenſionis prædictæ Bullæ* Sixti V. *promulgata de anno 1601. Pridie Non. Iulij* vbi *in vers. Inſuper de conſilio, & accenſu.* leguntur hæc formalia verba. *Necnon cenſus, aliaque bona, & iura, quæ pro ſtabilibus habentur*, ponderendo illam dictionem, quæ † implicat similia, *l. ſi fugitiui, C. de ſeru. fugit.* Ruin. 11
conſ. 116. num. 17. lib. 2. Afflict. *deciſ. 244. num. 1.* † & de- 12
mõstrat totalem, & omnimodam similitudinem. Beto. *conſ. 41. num. 10. conſ. 51. num. 29. libr. 2.* Decian. *conſ. 54. num. 30. vers. natura, lib. 2.* quarum Bullarum tenor de verbo ad verbum habetur *in princ. Tract.* ex quibus videtur, quod non possit probabiliter dubitari quin annui census debeant inter immobilia computari. Quæ conclusio potest multipliciter confirmari.

Primò, quia † is, qui habet istos annuos census 13
releuatur ab onere satisdandi tanquam possidens immobilia Bellon. *d. conſ. 23. num. 9.* Foller. *in d. verb. huiuſmodi, num. 28.* Bon. *d. tract. de cenſib. art. 10. conſidera. 2. per tot.* Cassan. *ad conſuetud.* Burgun. *Rubr. 5. §. 1. num. 1.* Rol. *d. conſ. 54. n. 7. libr. 2.* Alcibiad. Lucar. *d. obſ. 3. num. 13.*

Secundò, † quia ij, qui sunt incapaces immobi- 14
lium, sunt etiam incapaces horum censuum. Anch. *in d. Clem. Exiui de Paradiſo, num. 21. de verb. ſignific.* Bellon. *d. num. 9* Foller. *d. verbo, huiuſmodi, numer. 26.* Corb. *de iure emphyt. cauſa 14. ob alienat. irrequ. dom. fact. ampli. 49. num. 6. & 7.* Rol. *d. conſ. 54. num. 8.* Alcibiad. Lucarin. *d. obſer. 3. num. 9.* Etiam † si illis legentur ad ali- 15
menta. Feder. de Sen. *conſ. 12. num. 4. & poſt eum ibidem ad fin. conſil.* alter eximius Doctor cuius nomen ignoratur id clarius confirmat, quos refert, & sequitur

Anch.

Anch.*d.num.*21.*& alios citat.* Bon. *d.artic.*15.*numer.*36.

16 Tertiò comprobatur, quia eadem ratione dicti † annui census, non possunt distrahi à minoribus absque solemnitatibus à iure requisitis in alienationibus rerum immobilium à minoribus faciendis Bellon. *d. cons.*23.*num.*10.*Ceph.cons.*308.*n.*31.*lib.*3.Rol.*d cons.*54. *n.*9.*& 28.lib.*2. Bernard.Gren.*ad* Gail.*d. conclus.*10.*consideran.*1.*per tot.*Caroc.*d.q.*44.*n.*5. *& seqq.* vbi hoc quadrupliciter ampliat,Gasp.Roderic. *in suo tract. de am. redd.lib.lib.*1.*q.*14.*n.*2 *qui alios allegat.*

17 Immo † nec possunt minores absque Iudicis decreto census decursos exigere, & recipere. Simoncell.*d. tract.de decret.lib.*2.*tit.*6 *inspect.*3.*numer.*33. *ad fin.*Foller.*in sua pract.censuali,in verbo,quæ quidem n.*69.*& seq.*

18 licet † secus sit quo ad receptionem sortis principalis pro reuenditione census,in qua cùm sit actus necessarius non requiri Iudicis decretum, testatur reliquit idem Simoncell.*d.tract.libr.*3.*titul.*8.*inspectat.*16.*n.*19. *& nos dicemus infra par.*3.*cap.*1.*q.*3.*art.*7.*num.*5.*& seqq, seu qu ſt* 109.

Quartò ad confirmationem eiusdem principalis

19 Conclusionis non parum facere videtur, quod † in venditione horum censuum sit soluenda gabella solui solita propter venditionem rerum immobilium, vt testatur Surd. *d.decis.*204. *per tot.* & signanter *sub n.*9. *vers. seq itur Menoch.* Similiter & quinto facit, quia in confiscatione bonorum immobilium veniunt etiam isti annui redditus. Ang. Alex.*& alij in l si constante,*§. *fin.ff.solut. matrimon.*Ruin.*cons.*82.*n.*22.*vol.*2. Tiraq.*de retractu lignag.* §.1.*glos.*6.*n.*6.*in fine.* Gabr. *d.cons.*141. *num.*17.Mising *singul.observat. centur.*1.*observ.*69.*num.*7. Surd.*decis.*204.*n.*6.& faciunt multa quæ congerit Intrigl.*tract.q.*36.

Ista autem conclusio,vt supra multipliciter confirmata non est ita simpliciter, & indistinctè accipien-

20 da, sed cum aliqua declaratione,videlicet, † vt sit vera dumtaxat in iis censibus, & redditibus, qui sunt perpetui, ideſt,qui habent saltem habitu vitam perpetuam,iuxta ea,quæ dicta sunt *supra hac part.*1.*cap.*1. *quæſt.*1 *art.*2. & ita illam intelligit. Anch.*in d. clemen. Exiui de Paradiſo,num.*21.*in fine,de verb. ſignific.* Gemin.*in cap.hoc conſuluiſſimè, n.*12.*de reb.eccleſ. non alien.* Socyn.ſen.*in tract.de obligatio.in* 8.*libel.quæſt.*6. *num.*7. *poſt med.*Bellon.*d.conſ.*23. *num.*9. Tiraquel. *de retractu lignag.*§.1.*gloſ.*6.*num.*7.Pariſ. *conſil.*56. *numer.*11. *lib.*3. Foller.*in d.ſua Pract.cenſuali in verbo huiuſmodi, n.*32. Ant.Gabr.*in tit. de verbor. ſignific.concluſ* 8. *n.*3. Boccac. *d.tract.de cenſib.part.*1.*num.*50.Franc.Viu. *communon.opin. lib.*2.*opin* 683.*num.*1. qui multos congerunt,cum alio-

21 quin si non sint perpetui, sed temporales,† ideſt,breui tempore duraturi,Menoch. *de arbit.iudic.quæſtion... centur.*3.*caſu* 133.*n.*2. pro † immobilibus haberi non

22 debeant,Feder.de Sen.*d.conſil.*12. *num.*5. *& poſt eum ibi ille alius Doctor.*Anchar.*d.num.*21. Feder. Martin.*d.ſuo tract.de iure cenſ.cap.*1.*num.*102. Gaſpar. Roder. *de am. redditib.lib.*1.*q.*3.*num.*10.*& quæſt.*14.*num.*8.*verſ.proparte vero.*Bernard.Gren.*ad Gail.d.concluſ.*10.*num.*2.*& ſeq.* vbi multos allegat, & iustificatur: quia licet incapacibus immobilium non possint legari annui redditus, vt supra dictum fuit, etiam ad alimenta,possunt

23 † tamen legari pro alimentis aliquot annorum, & sic temporaliter duraturi. Feder de Sen. *conſil.*12. *& ille alius Doctor. poſt eum ibidem.* Anchar. *d. num.*21. *& alij*

24 *relati à* Bon.*d.tract.de cenſib.art.*15.*num* 36.& ita † intelligi debet. Bartol. *in l.legatum,numer.*1.*ff. de cap.dimin.* dum concludit, quod fratres minores sint capaces legatorum eis pro alimentis factorum licet sint incapaces legatorum annuorum,Intelligendo scilicet, vt sint capaces non perpetuorum, sed temporalium aliquot annorum.

52 Secundo declaranda est eadem conclusio, vt † non sit intelligenda de fructibus,& responsionibus annuis, quę singulo anno ex censu percipiuntur,quas pro immobilibus non reputari dicit post alios. Fernand. Rebell.*in ſuo tract.de obligat.iuſt.lib* 10.*q.*1.*num.*11 *vbi teſtatur de communi, ſequitur* Gaſpar.Roderic. *d.q.*3. *num.*11. *& bènè deducit* Rota *in una Romana præſentis executionis coram Ilus,*27.*Maij,*1594 *coram* bon.mem.Litta, *quæ eſt poſt Tract.deciſ.*86.*n.*6.*&* 8.[Prout hoc ita etiam declaratat Gratian.*diſceptat.Forenſ.tom.*5.*cap.*812.*num.*22.argumento pensionum quas,quando earum solutionis dies cesset, inter mobilia esse connumerandas dicit auctoritate Bal.& Gail. *qui alios allegat. pract. obſeruat. lib.*2. *obſeruat.*10.*num.*5]licet in hoc dissentire videatur.Feder.Martin. *cap.*1.*num.*106. *& ſeqq.* vb. pluribus comprobat, quod fructus census maturi sed non exacti sint immobilia connumerandi. Neque etiam si intelligat pro ipsa re immobili super qua census constituitur & imponitur, cùm † census noster non sit res ipsa 26
super qua fuit collocatus,sed quid distinctum,& separatum ab ea,vt declarauit Rota *coram* bon.mem. Iusto, *in Illa Ciuitatis Caſtelli cenſus,*29. *Maij,*1600. *quæ eſt p ſt tract.deciſ.*81.*n* 8.[*& in una Reatina cenſus* 17.*Nouemb.* 1624.*coram* R.P.D.Remboldo,*quæ eſt poſt tract.dec.*415. *num.*1.]

Sed intelligenda sit de iure exigendi, & percipiendi dictos annuos fructus, & annuas responsiones, quod inter immobilia connumeratur, vt supra deductum fuit.

Ex qua conclusione infertur. Primo, quod pecu-
nia, † quæ vel ex testantium ordinatione vel ex con- 27
trahentium conuentione in bonis immobilibus collocari,& erogari debet potest in emptionem annorum censuum conuerti, vt pluribus comprobat Alcibiad. Lucarin.*obſeruat. Pract.lib.*1.*Academ.*§. *obſeruat.*3.*n.*2. Secundo. inferri potest ad quæstionem, an statutum prohibens ne quis possit in forensem alienare rem immobilem habeat locum, in annuo censu fundato super re existenti in territorio statuentium, quod videbatur affirmandum cùm ex prædictis census pro re immobili habeatur. Cæterum, cùm isti census non sint propriè bona immobilia, sed pro immobilibus habeantur, & sic sint immobilia impropriè, cùm † non 28
sit proprie tale quod pro tali habetur. Batt. *in l.ſi mater tui,*§. *leges ff.ad leg. Iul.de adult.*non possunt † compre- 29
hendi sub statuto pœnali, & exorbitanti, & correctorio,*l.*3.§.*hæc verba.ff.de neg.geſt. & in puncto dicit* Marc. Anton.Peregr.*conſil.*19.*num.*12.*& conſ.*20.*num.*15.*lib.*3. Nec obstat, quod census ratione cohærentiæ, quam habet cum fundo in quo est constitutus, & collocatus dicatur esse de loco, vbi situm est prædium illud, vt diximus *ſupra in princ.huius articuli,num.*4 *&* 5 quoniam † hoc etiam est per improprietatem quia cùm 30
census noster nil aliud sit quam ius percipiendi &c. vt diximus *ſupra q.*7.*alias hac par.*1 *q.*3 *art.*2.*in definitione cenſus, & voluit* Rota *in illa Ciuitatis Caſtelli Cenſus,* 29.*Maij,*1600.*coram* bon.mem.Iusto,*quæ eſt poſt Tract. deciſ.*81.*num* 7.non potest verè dici quod sit in loco & quod loco cohæreat,cum iura † loco non circumscri- 31
bantur, *l.Caius ff.de leg.*2.*l. ſi fideicommiſſum* §.*tractatum, ff.de iudic.l.*3.§.*incorporales,ff de acquir.poſſeſſ.cum aliis apud* Pinell.*ad rubr.C.de bon.matern. part.*1. *n.*10. & propterea † in donatione bonorum existentium in cer- 32
to loco non veniunt, vt multos congerens,probat Tiraq.*ad l.ſi unquam, in verbo bona,n.*13. *C.de revoc.donat.* Vnde † concludendum est,quod sub tali statuto, cen- 33
sus isti non comprahenduntur, vt in puncto dixit Laderch.Imol.*conſil.*104.*n.*7.*lib.*1. *&* Peregr. *d.conſ.*19.*n.*8.1 *& ſeqq.& conſ.*20.*n.*14.*& ſeqq.*

Et multo minus † comprehendentur sub prohibi- 34
tione *Conſtitutionum Sixt. V. & Clement. VIII.* prohibentium alienari bona stabilia existentia intra Statum Ecclesiasticum in non subdiros eiusdem Status. de quibus meminimus supra, numer. 9. cum vt ibi dictum

dum fuit, census ipsi expresse à dicta prohibitione excipiantur, & excludantur, & hanc sententiam confirmat. Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tomo 3. cap. 420. post hæc scripta visa.*

Tertiò ex eadem conclusione inferri potest, quod super dictis censibus, tanquam super bonis, quæ pro immobilibus habentur, possunt alij census constitui, & collocari, de qua tamen illatione, est particulari articulo mox differendum.

SVMMARIA.

1 *Census super census constitui potest.*
[*Census census datur.*]
Contrarium aliqui sentiunt, num. 4.
Sed prima opinio verior, num. 5.
2 *Census vendi, locari, donari, & aliis titulis in alium transferri potest.*
3 *Feudum constitui potest super censu.*
6 *Census formalis, ideſt, ius percipiendi censum, est quid frugiferum.*
7 *Census formalis potest dici, quod sit certis finibus designatus.*
Et hæc certitudo sufficit, vt sustineatur census super censu impositus, n. 9.
8 *Census formalis ratione coherentiæ dici potest, quod sit in loco in quo sunt rēs cui cohæret.*
10 *Censu super quo fuit impositus nouus census, transit cum onere noui census.*
11 *Fundus non liberatur ab onere census super quo nouus census constitutus fuit, nisi etiam iste nouus census extinguatur.*
12 *Census peris perempto fundo in quo constitutus fuit.*
13 Ampl. *vt pereat etiam census nouus super dicto antiquo censu impositus.*
[*Census impositus super alio censu extinguitur per redemptionem prioris census.*
Ampl. *etiam si dominus dicti noui census intimauerit venditori prioris census, ne illum redimat in sui præiudicium.*
Agens sine actione debet repelli à limine iudicij ex mero iudicis officio, nulla præcedente partis instantia.]
14 *Census super censu, quomodo constituatur.*

Census super censu an constitui, & collocari possit.

QVÆSTIO XXXI.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 1. ar. 3.

SVpereſt tandem vt explicemus, an census super alio censu possit constitui, cuius quidem articuli resolutio non admodum videtur difficilis ex dictis supra in præcedentibus articulis. Nam cùm ex *Bulla Pij V. super censibus*, census ipse creari, & imponi possit non solum super rebus immobilibus, verùm etiam super iis, quæ pro immobilibus habentur vt diximus supra *hac quæst. art. 1. seu q. 29.* & cùm census perpetui de quibus nos loquimur pro immobilibus habeantur, vt dictum est in præcedenti articulo, lata sequitur conclu-
1 sio, quod census † super censibus constitui, & collocari possint, quam conclusionem amplectuntur Guliel. Redoan. *in suo tract. de rebus eccles. non alien. in rubr. de constit. am. cens. n. 55.* Nouar. *in suo Commen. de vsur. num. 87.* Foller. *in sua Pract. censuali, in verbo, huiusmodi num. 49.* Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. part. 2. disput. 389. n. 3. versicul. virum autem census* Cassan. *ad consuetud. Burgund. rubr. 11. des censes, §. 3. sub num. 4. vers. quid autem si censuarius.* Felician. de Solis, *in suis Comment. de censib. tomo 1. lib. 2. cap. 3. n. 32. vers. 9.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. 10. numer. 4* Leonard. Less. *de iustit. & iure, libr. 2. cap. 22. Dubitat. 12. num. 77. vers. vbi notandum*, Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3. controuers. 5. num. 17. vers. sequitur.* Ioan. Azor. *Institut. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 7. in 1. quæst.* Alcibiad. Lucarin. *obs. Pract. lib. 1. Academ. 5. obseru. 3. num. 3.* Vinc. Carocc. *post longam discussionem, dec. 103.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. 4. num. 79. & 83.* Ioan. Francisc. Leonis *in suo Thesauro fori Ecclesiast. part. 2. capit. 15. de censibus, numer. 7. Quibus addantur post hæc scripta visi*, Nicol. Intrigl. *super Bulla, de censibus qu. 36. per tot.* Martin. Bonac. *in suo tract. de contract. disput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 16.* Lud. de Auend. *de censib. Hispan. cap. 54. num. 4.* & hunc respexisse existimo Caualcan. *dec. 103. per tot.* dum concludit dari censum census, quem simpliciter refert, & sequitur Pyrr. Maur. *in tract. de fideiuss. part. 2. sect. 2. cap. 5. n. 21.* Et de hoc amplius non dubitari in Regno Siciliæ testatur Mastril. *de Sicil. 215. num. 1. lib. 3.*]

Et potest comprobari, quia † census isti consignati 2
ui possunt vendi, donari locari, in solitum dari, & aliis iustis titulis, in alios transferri, *vt demonstrabimus infra q. 44. seu part. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 1.* Necnon super † illis 3
potest feudum constitui, vt pluribus relatis dicit Surd. *dec. 204 n. 3.* ergo pari ratione poterit super illis census imponi, vt argumentatur Auend. *d. cap. 54. n. 5.* quæ rationes licet non videantur de necessitate concludere, ab hac tamen opinione tanquam magis communi non est recedendum. † Et licet ab hac communi con- 4
clusione recedere videatur Boccac. *in suo tract. de censib. par. 1. n. 49. &* Thom. Boninsign. *in simili tract. c. 4. n. 17.* eo sub prætextu, quod licet census iste habeatur pro re immobili, in eo tamen non verificentur cæteræ conditiones, quæ requiruntur in aliquo fundo ad effectum, vt validè possit super eo census constitui, scilicet, quod sit frugifer, & certis finibus designatus. Istæ tamen eorum considerationes non sunt meo iudicio, tales, vt † ex iis recedendum sit à & communi opi- 5
nione Intelligendo tamen illam non de censu materiali & annuis redditibus, qui soluuntur, sed de iure exigendi dictos redditus, vt considerat etiam Caroc. *d. dec. 103. n. 15.*

Hoc † enim ius est quidem frugiferum, quoniam vt 6
experientia demonstrat, ex eo singulis annis certa, & determinata fructuum quantitas percipitur ex annuis responsionibus singulo quoque anno redeuntibus.

Est † etiam certis finibus designatum, quia licet iu- 7
ra certo loco non circumscribantur, *l. Caius ff. de leg. 2. & diximus art. precedenti n. 31. & seq.* quia tamen ius istud censuale rei immobili inhæret tanquam in suo subiecto, cum non nisi super re immobili imponi, & constitui possit, vt diximus *supra hac ead. q. art. 1.* ratione huius † coherentiæ dicitur consistere in eodem loco 8
in quo res ipsæ quibus cohæret sitæ sunt, vt dictum est *supra art. præcedenti, n. 6. & seq. ex* Bal. Rip. Gabr. *& aliis*, & ideò cùm istud ius ferat fructus, & dici possit certis finibus designatum, & pro immobili habeatur, non est absurdum dicere, quod super eo possit alius census imponi, & collocari.

Nec † dicatur, quod hæc finium designatio, cum 9
sit impropria, & abusiua, vt dicunt Boccac. *&* Boninsign. *in contrarium allegati, & nos diximus sup. in præcedenti art. num. 30.* non possit esse sufficiens ad effectum, vt super censu census sustineatur, quoniam pro sufficienti ad effectum de quo agitur illam habuit *Pius V. in d. sua Bulla*, dum in ea concedit censum imponi, & creari posse super rebus: quæ pro immobilibus reputantur, non obstante quod in *eadem Bulla* pro forma

constituisset

constituisset quod census creari non possit, nisi super re,quæ esset certis finibus designata, & circumscripta, & sic cessat inconueniens quod considerabat Boccac. *d.num.49.*

10 Bene verum est,quod casu†quo census ille super quo alius census fuit collocatus venderetur,vel alio titulo ad alium transferretur,semper transiret cum onere soluendi istum nouum censum, prout cum alienatione rei censui suppositæ transire onus soluendi censum dicemus *infra par.2.c.2.q.3. art.6. & iuxta nouum ordinem Taurinensem q.78.*

11 Neque posset † ab isto onere liberari fundus super quo fuit impositus primus census, si etiam secundus census super dicto primo censu impositus non redimeretur,si credere velimus Ludou.Molinæ, *d.disput.389. n.3.vers.verum autem.*

12 Ex cuius dictis possumus etiam inferre quod sicut† peremptο fundo super quo primus census fuerat collocatus ipse quoque census perit,& extinguitur,vt fuit dispositum per *Constitutiones.* Matt. V. & Calixt. III. *registratas,in cap.1. & 2.de empt.& vendit.inter Extrau. Commun.& Bullam* Pij V. *super censib.& nos dicemus latè infra d.q.44.seu part.2.c.1.q.1.art.1.*

13 Ita quoque † perire debeat census secundus super illo primo impositus,& constitutus, vt sentit Carocc. *d.dec.103.n.20.* [& nos diximus *infra par.3.cap.1.art.1. num.22.*

Prout eadem ratione iste census super alio censu impositus dici debet extinctus,& debet cessare cursus fructuum illius,si ille prior census fuerit per illius venditorem,& debitorem redemptus,vel extinctus.]

Quod videtur satis iuri consonum,cum per peremptionem census super quo erat iste secundus constitutus, iste nouus remaneat sine subiecto & absque fundo ex cuius fructibus solui possit, vt animaduertit Leonard. Lessi.*d.dub.12.num.77. ad fin.* Mart. Bonac.*d. num.16.in fin.*

Sed difficultas fuit aliquando excitata in Consistorio sacræ regiæ conscientiæ Regni Siciliæ proponente Don Garzia Mastrillo. An hoc procedat si dominus noui census super antiquo impositi, & constituti intimauerit venditori prioris census,ne illum redimat in sui præiudicium; ex quo ipse habet censum super illo antiquo censu fundatum, & constitutum. In qua difficultate licet multa pro parte negatiua adducerentur fuit tamen decisum,& determinatum hunc nouum censum ob redemptionem prioris intelligi extinctum, & resolutum,vt testatur id. Mastrill.*d.dec.215.n.11. & seqq.lib.3.*

Nec resistit intimatio, & protestatio domini noui census, quia illa non poterat fieri in præiudicium iuris quæsiti venditori prioris census ex pacto de redimendo censum quandocumque quod vel erat expressum in ipsomet instrumento impositionis, & venditionis prioris census, vel de necessitate subintelligebatur vigore bullæ Pij V. super formam crean. census,in vers. Postremo census omnes,cui pacto non potuit dominus secundi census præiudicare, vt dixit Mastrill.*d.dec.225. numer.21.* Cum itaque per redemptionem prioris census, & per restitutionem sortis principalis illius prior census, & prior contractus sit resolutus, vt diximus *infra d. part.3. cap.1. quæst.3. artic.1. numer.5.* domino noui census nulla prorsus competit actio contra venditorem prioris census, & proinde quatenus contra illum agere vellet in vim intimationis, & protestationis per eum facta posset repelli tanquam agens sine actione ab ipsomet Iudice ex mero ipsius officio, nulla etiam præcedente partis instantia. Alex. *cons.62.num.15.lib.2.* Rim. Sen. *cons.227.n.4. lib.2.* Cephal. *cons.326.numer.3.* Magon.*dec.Lucens.17. num.18.*]

14 Vt † autem hanc noui census super antiquo impositionem ad praxim reducamus poterit, vel creari, & constitui nouus census super antiquo, prout *supra q.1. alias hac part.1.c.1.q.1.art.1.n.21.*& alteri concedi, vel poterit seruari ordo,& modus consideratus per Foller. *in d.sua Pract.censuali in verbo,huiusmodi,n.49. & indicat.*Bocc.*in d.suo tract.de censib.par.1.n.51.*vt scilicet dominus census vendat alicui partem aliquam dicti sui census antiqui, prout vendi posse innuit Pius V. *in d. sua Bulla ad finem,*in illis verbis *Hanc autem saluiferam sanctionem, &c.* nam per istam venditionem videtur quasi ad fauorem noui emptoris creari nouus census ex antiquo,licet hæc non possit propriè,& verè appellari census constitutio: hunc tamen modum communis practica obseruat.

SVMMARIA.

1 *Census super rebus mobilibus creari non potest.*
*Cuiuscunque sint generis,*n.7.9. *& sequenti.*
*Etiam de iure naturali,& diuino,*n.6.
*Declara dupliciter,*vt num.19.
2 *Nullo modo hæc verbà habent in ventre negatiuam.*
3 *Negatiua posita ante verbum, Potest, abnegat actum & potentiam.*
4 *Reddit actum aliter gestum nullum.*
5 *Nisi,hæc particula posita post Negatiuam ponit id quod exprimitur in casu sequenti.*
[*Statuo Hoc verbum est noui iuris promulgatorium.*
Forma censetur inducta ex præcepto.
Cùm in constitutione datur actui nouus, & diuersus modus.
Cum forma appellatur.
Ex decreto irritante.
Forma in dubio præsumitur substantialis.
Contractus celebratus,non seruata forma est nullus.
8 *Lapilli,& gemmæ fructum de sui natura non ferunt.*
9 *Frumentum,vinum,oleum, & pecunia consumuntur ex usu, &* num.10.
11 *Census imponitur percipiendus ratione fructuum rei super qua constituitur.*
12 *Pecunia consumitur distractione,& usu.*
13 *Pecuniæ usus non potest ab ipsa pecunia separari.*
14 *Census constitui non potest super se mouentibus, &* numer.16.
15 *Se mouentia veniunt appellatione mobilium.*
16 *Se mouentia licet afferant utilitatem, Non tamen ferunt fructus secundum eorum naturam,* numero 18.
17 *Se mouentium vita non est perpetua.*

Census constitui non potest super mobilibus cuiuscumque generis.

QVÆSTIO XXXII.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 1. art. 4.

QVod † census creari,& constitui minimè possint super rebus mobilibus est omnino negatiuè concludendum *ex Constitutione* Pij V. *edita super forma creandi census* in illis verbis, *Hac igitur nostra Constitutione statuimus censum, seu annuum redditum creari, constitui vè nullomodo posse nisi super re immobili,aut quæ pro immobili habeatur* Ponderando in primis illa verba *Nullo modo* † quæ habent in ventre negatiuam, & totum excludunt Rebuff.*in l.Labeo, in fin.ff. de verb.sign.*Ruin.*cons.30.n.30 l.3.*vnde succedit vulgaris regula quod † negatiua posita ante verbum potest,abnegat actum

actum, & potentiam Glos. *in cap. 1. in verbo, non potest, d. tit. nat. in 6.* Bart. *& alij in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & posthum.* & reddit actum in contrarium gestum nullum, & inualidum Bal. *in l. 1. n. 46. C. qui adm. & in l. fin. num. 12. versicm quando restator, C. de fideicomm.* Couar. *in cap. quamuis, part. 2. §. 4. num. 4. de pact. & lib. 6.* Secundò ponitur particulam, Nisi, † quæ posita post orationem negatiuam, & prohibitiuam ponit, & permittit id quod exprimitur in casu qui sequitur, alia autem negat, & prohibet Paris. *consil. 30. num. 35. lib. 2.* Tiber. Decian. *cons. 31. num. 10. lib. 1.* Rota *diuersor. decis. 460 num. 1. & seq. part. 1.* Cum itaque in dicta Piana constitutione in casu posito, & expresso post dictam particulam, Nisi concedatur creatio, & collocatio census super rebus immobilibus & quæ pro immobilibus habentur, sequitur, vt sit negata, & prohibita super aliis rebus, quæ non sunt immobiles, nec pro immobilibus habentur, & ita per consequens super rebus mobilibus.

[Quæ sententia vltra prædicta confirmatur, considerando quod Sanctiss. ille Pontifex in dicta sua Constitutione procedit præscribendo, & inducendo nouam formam seruandam in creatione, & venditione census, vt demonstrat illud verbum statuimus, quo vtitur *in vers. Hac igitur nostra constitutione, &c.* quod est noui iuris promulgatorium *glos. in cap. vt litigantes de offic. ordin.* Dec. *in cap. decernimus in fin. & ibi* Felin. *num. 17. de Iudic.* Quod autem ibi Papa voluerit dare, & præscribere formam seruandam in dicto contractu censuali, deducitur tum quia procedit per viam præcepti negatiui, quod census, seu annuus reditus creari, constitui ve vllo modo possit nisi super re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, ex quo præcepto induci formam, *tradit*, Paris. *cons. 95. num. 17. lib. 1.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 36. glos. 2. num. 29.* Bero *qu. 24. num. 3. in fin. & infra*, tum quia ibi Papa dat nouum, & diuersum modum obseruandum in isto contractu ab eo, qui erat constitutus de iure, vel ex constitutionibus aliorum Pontificum, vnde formam inducere voluisse censetur, Felyn. *in cap. cum dilecta num. 34. vers. nouum signum de reser.* Bece. *cons. 12. num. 24. lib. 1.* Boccac. *ad Constit.* March. *glos. 6. num. 163.* refert alios Surd. *cons. 282. num. 6.* tum & multo magis, quia ipse met Papa in dicta sua Constitutione in vers. contractusque sub alia forma, &c. hunc modum seruandum in hoc contractu formam appellat Felyn. *in d. cap. cum dilecta num. 35. vers. decimum* Boccac. *d. glos. 6. num. 164.* tum demum quia ibi Papa subiicit decretum irritans annullando contractus censuales sub alia forma factos. Alex. *& Ias. in l. 1. ff. de lib. & posth. ille num. 6. iste num. 8* Felyn. *in d. cap. cum dilecta num. 29. & seqq.* Boccac. *d. glos. 6. num. 159.* Hond. *cons. 17. num. 28. lib. 1.* & in propriis terminis huius bullæ. Nauar. *cons. 1. numer. 1. lib. 3. in tit. de Censibus, & nos diximus infra par. 2. capit. 1. quæst. 1. art. 6. num. 13. & seqq.* & proinde non potest in dubium reuocari, quin in hac Piana Constitutione sit tradita, & præfixa forma seruanda in hoc censuali contractu, quæ in dubio substantialis censetur. Paris. *d. cons. 95. num. 8.* Bece. *d. cons. 12. numer. 15.* Tiraq. *d. glos. 2. num. 29.* Osa. *d. dec. 105. numer. 16.* Rim. Iun. *cons. 207 num. 19. lib. 2.* & quin contractus sub alia forma celebratus sit ipso iure ab initio nullus, & inualidus ex defectu formæ. Osasch. *d. dec. 165. numer. 6.* & alij mox allegati. & per consequens, quod census constitui non possit super rebus mobilibus. Et hanc sententiam probauit etiam Ludouic. de Auend. *cap. 50. num. 6. & seqq. vbi numer. 12. in fine*, profitetur hanc esse receptissimam sententiam, & illam habet pro indubitabili Fernaud. Rebel. *in suo tract. de oblig. Iustit. lib. 10. quæstion. 6. sub numer. 3. vers. per secundam, & communem profitetur* Io. Azor. *Institut. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. circa fin. quarto quæritur*, etiam † de iure natu-

rali, & diuino semota etiam dispositione, & prohibitione Summorum Pontificum tàm *Martini V. & Calixti III.* quàm *Pij V.* quod plurimus ibi comprobat *Azor.*

Hæc † autem conclusio procedit in quacunque re- 7
mobili, cuiuscunque sit generis, siue sit de illis mobilibus, ex quibus nullus omnino percipi potest fructus licet lógissimæ sint vitæ, & durationis maximique valoris, quales sunt gemmæ & lapilli quia cum redditum non ferant † proinde est impossibile vt super 8
eorum dominio possit ius percipiendi annuam responsionem imponi, vt deducit Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. part. 2. disput. 389. num. 3. vers. quia vero census*, siue sint de illis, † ex quibus percipitur qui- 9
dem vtilitas, sed inde sequitur illarum peremptio, & consumptio, vt est frumentum, vinum, oleum, & his similia, quæ licet esse possint in statu fructificandi, puta si vinum, frumentum, oleum, &c. expositum sit negociationi, & propterea super illis rectè constitui posse censum affirmet post *Sot.* ab eo allegatum Federic. Martin. *in suo tract. de iure Censuali, cap. 4. num. 5. vers. Secundo*, quia † tamen secundum earum naturam 10
nec fructus, & redditum ferunt, nec sunt apta nata vt ferant, super illis pariter censum constitui non posse affirmat Conrad. *in suo tract. de contract. qu. 72. in 5. suppos. vers. nam in re cuius vsus:* cùm † enim census 11
imponatur percipiendus ratione fructuum, & redditus rei quæ subiugatur vtique re perempta, & consumpta, vel ex sui natura infructuosa existente nulli ex ea percipi possunt fructus, cum non entium nullæ sint qualitates, *l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet. l. 5. §. 1. ibi, non potest æstimari bonitas loci, qui non extet, ff. de action. empt.* & consequenter, vel ab initio census creari non potuit, vel eodem tempore ortus, & interitus illius contingeret, cum ob peremptionem rei suppositæ ipsum quoque censum extingui statuerit Pius V. *in d. sua Bulla*, & nos dicemus *infra latè par. 3. cap. 1. qu. 1. nunc q. 99.* Quod maximè procedit in pecunia numerata, quæ præterquam quod est de iis rebus quæ vsu consumuntur, *l. rogasti, l. non omnis ff. si cert. pet.* est † 12
etiam ordinata ad distractionem, qua distractione consumitur si non in substantia, saltem quoad dominium respectu illius personæ, quæ eam præhabuerat, vt considerat Conrad. *d. 5. suppositione*, & facit concludens ratio, quam affert, Laurent. *de Rodulph. de vsur. part. 2 quæst. 18. num. 57.* quod † scilicet vsus pecuniæ non 13
potest ab ipsa pecunia separari, & sicut vsus pecuniæ non potest consumi absque consumptione ipsiusmet pecuniæ, *argument. l. 2. ff. de vsufr. ear. rer. quæ vsu consum.* Ita eademmet pecunia consumi non potest absque consumptione vsus illius, quare consumpta pecunia cum suo vsu, impossibile est vt census ex ea debeatur, vt ex D. Thom. 2. 2. *q. 78. art. 1.* & alios concludit Calcan. *cons. 84. n. 1.*

Quæ † conclusio procedit etiam in se mouenti- 14
bus, nam & hæc † appellatione mobilium continen- 15
tur, *l. mouentium, & ibi* Bart. Alciat. *ff. de verbo. signifi.* Dec. *cons. 388. col. 1.* Paris. *plenè cons. 67. numer. 2. lib. 2.* Nam † quamuis ex illius percipi possit fructus, & vti- 16
litas circa ipsarum consumptionem, & interitum, vt ex equis vtilitas equitationum, ex mulis fructus vecturarum, & sic de singulis, quia † tamen harum 17
rerum vita non est perpetua, sed sunt de earum natura breuioris durationis, super illis census impoui non potest. Conrad. *d. quæst. 72. in 5. suppos. vers. sic igitur in re.* Nec repugnat, quod attenta hac ratione videatur quod non possit dari casus, in quo census impositio futura sit licita, & legitimè facta, cum nulla res siue sit mobilis, siue immobilis vitam habeat perpetuam, cum nihil sit sub sole perpetuum, *l. eum debere, ff. de seruit. vrban. prad.* Peregr. *de fideicommiss. art. 52. in prin.*

Quoniam

Quoniam ad effectum vt licitè census super aliqua re fructifera imponi valeat non repugnat; quod possit contingere casus peremptionis illius, sed quod casus ille sit de necessitate intra breue temporis spatium euenturus, vt contingit in equo, mulo, & aliis rebus se mouentibus, quarum peremptio, & interitus non solum est de necessitate futurus; prout in omnibus aliis rebus à natura constitutum est, sed breui etiam tempore de necessitate debeat contingere quæ festina peremptio in rebus immobilibus frugiferis non est secundum naturam de necessitate futura sed longiorem habent vitam, & durationem, quod satis esse vt quid perpetuum dicatur, & super eo legitimè census possit collocari fuit dictum supra *hac prima part. ca-*
18 *pit. 1. quæst. 1. art. 2. seu quæst. 2.* Præter quam quod † fructus, & vtilitas, quæ ex istis se mouentibus percipitur non est secundum eorum propriam naturam, cum suapte natura hos fructus non ferant, sed requiratur industria, & artificium humanum, quo casu res non potest dici fructifera ad effectum, vt super ea possit census imponi, *vt dicemus infra hoc cap. 3. quæst. 2. art. 1. seu qu. 35. n. 10.*

Hanc autem principalem Conclusionem in hoc quarto articulo firmatam quod census super mobilibus, seu se mouentibus constitui legitimè non possit,
19 declarat dupliciter Gregor. de Valent. *in suis comment. Theologicor. tomo 3. disput. 5. quæst. 21. de censib. puncto 2. & 4.* & quidem primò vt procedat secundum ius positiuum, secus verò secundum naturam ipsius contractus censualis, vt prosequitur *d. puncto 2. vers. & hactenus* Secundò, vt procedat in censu perpetuo, secus autem in temporali, vt declarat *d. puncto 4. vers. & sic posset admitti.* Sed quoniam, vt supra dictum fuit, mei propositi est tractare tantùm de censu perpetuo constituto secundum formam traditam per Constitutiones Pontificias, & præcipua à Pio V. *in dicta sua Bulla super censibus*, ideo super istis declarationibus Gregor. de Valentia diutius insistere operæ pretium esse non existimaui properans ad vtiliora, sed satis sit illas indicasse, & quasi digito demonstrasse, vt de illarum veritate aliquis forte curiosior valeat disserere.

SVMMARIA.

1 *Censum super iuribus, & actionibus personalibus posse imponi videtur sentire* Bon. *de censibus.*
Contraria sententia est verior. n. 4.
Respondetur Bon. num. 5. *& seqq.*
2 *Interesse non solutum ex partium conuentione effici potest fors.*
Declar. vt num. 6. *& seq.*
3 *Dotis augmentum officitur dos.*
Ratio redditur, num. 15.
4 *Census super iuribus, & actionibus, constitui non potest.*
6 *Fructus fructuum, & vsuræ vsurarum non debentur.*
7 *Accessiones accessionum non debentur.*
[*Vsuræ debitæ non possunt in stipulationem deduci, vt ex illis cumulatis cum sorte, & verò debito vsuræ debeantur.*]
8 *Vsuræ vsurarum nullo iure debentur inter eosdem debitorem, & creditorem.*
9 *Secus si sit mutata persona creditoris, vel debitoris.*
10 L. 1. C. de vsur. Intellectus.
11 *Mercatori debetur interesse tam damni emergentis, quàm lucri cessantis.*
12 *Mercatorum valdè interest habere pecunias sibi debitas suo tempore.*
13 *Dos est quid vniuersale, & recipit augmentum, & diminutionem.*
14 *Census super ipsamet iurisdictione imponi non potest.*
15 *Iurisdictio est quid separatum à proprietate.*
16 *Iurisdictio incumbit super terram sicut nebula super paludem.*
17 *Iurisdictio obligari, & hypothecari non potest.*
18 *Census super dignitate, & titulo constitui non potest.*
19 *Dignitatum aliqua ita coherent personæ, vt ab illa diuelli non possint, aliquæ transferuntur de persona ad personam.*
20 *Dignitas non est quid immobile, nec pro immobili habetur.*
21 *Fructus iurisdictionis sunt mulctæ, pœnæ, confiscationes, & huiusmodi.*
22 *Census super fructibus iurisdictionis potest legitimè constitui.*

Census super iuribus incorporalibus constitui non potest.

QVÆSTIO XXXIII.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 1. Ar. 5.

QVod † super iuribus, & actionibus personalibus census noster imponi, & constitui possit, videtur sensisse Bened. Bon. *in suo tract. de censib. articul. 11. numero 28.* dum defendit quod census possit creari super pecunia debita pro terminis census decursis, & non solutis (de hac enim loquitur, & agit ibi *Bon.* non autem de ipso iure exigendi annuum censum, & annuam responsionem) & sic super illa actione, quæ domino census competit pro illismet terminis non solutis, quod infrascriptis rationibus nititur comprobare. 1

Prima quia sicut † interesse non solutum potest ex partium conuentione effici fors principalis, siue de ea conuentione fiat publicum documentum, siue in instrumento conscripta non sit, *l. 1. C. de vsu. l. quemadmodum*, §. *Item* Labeo, *ff. ad leg. Aquil.* & sic sicut pro interesse, quod est effectum fors nouum interesse deberi potest [vt volunt multi quos refert Giurb. *dec Regn. Sicil. 24. n. 35. part. 1.*] ita etiam videtur, quod annuæ pensiones, & census decursi & suo tempore non soluti possint voluntate contrahentium assumere naturam censuum principalium, & super eis nouus census creari. 2

Secundò mouetur *Bon.* quia † sicut augmentum dotis censetur eadem dos, *l. inter socerum*, §. *cum inter ff. de pact. dotal.* eadem ratione videtur, quod si ex terminis census decursis, & non solutis, nouus census constituatur, & antiquo applicetur, iste census nouus debeat iudicari idem census cum primo. 3

Cæterùm † contraria sententia negatiua est omninò amplectenda ex *Bulla* Pij V. *super censibus*, non solum *in vers. Hac igitur nostra Constitutione, &c.* inducendo, vt supra, *art. proximo, numer. 2. & seqq.* sed etiam in *vers. Imino, & census augeri, &c.* vbi in fortioribus terminis Papa prohibet, ne pro pensionibus iam decursis, & non solutis, nouus census creetur super eodem vel alio fundo, & cum hac sententia transit Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligation. Iustit. lib. 10. quæst. 6. num. 4. vers. non poteris tamen*, & eam amplectitur Eugen. *cons. 100. num. 33. lib. 1.* [Nam iura ista incorporalia non veniunt appellatione immobilium, nec per se gignunt fructus, & proinde super eis imponi non potest resistente constitutione San. mem. Pij V. *vt animaduertit* Rota *coram* R. P. D. Merlino *in illa Romana Salutiarum* 4

Salsiam 16. *Aprilis*, 1632. *post tract. dec.* 541. *num.* 9.]

Nec obstant ea quæ in contrarium fuerunt considerata, Nam † ad *Bon.* respondetur, quod illius auctoritas non potest allegari in terminis de quibus nos agimus, etiam dicta per ipsum tendunt dumtaxat ad firmandum, quod cum pecunia debita pro fructibus census maturis & non solutis possit emi novus census à priore debitore, de qua re nos dicemus *infra part.* 2. *cap.* 1. *qu. st.* 1. *art.* 5. *nunc quæst.* 48. *num.* 16. non autem ad probandum quod census possit imponi, & constitui super illa actione personali, quæ competit ad illosmet fructus debitos, & non solutos, de quos nos in hoc articulo dubitamus, & hæc vt apparet sunt omninò separata, & diuersa, vnde non potest de vno ad alterum inferri, *arg. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acqu. possess. cum vulgar.*

Nec etiam obstant rationes super ponderatæ. Nam
6 ad Primam respondetur quod sicut † non debentur de iure fructus fructuum, & vsuræ vsurarum, *l. fin. C. de vsur. l. secundus creditor, in fine, C. de pignor. l. improbare, C. ex quib. caus. infam. irrogat. l. si non sortem, in princ. vers. supra modum, ff. de cond. indeb. cle-*
7 *ment. 1. de vsur.* Nec † etiam accessiones accessionum, *l. 1. C. de vsur. fiscal. lib.* 10. Glos. *in l. fin. C. de Magistr. conuent.* [*fexcentos cumulat.* Giurb. *d. decis.* 24. *num.* 14. *& seq. vbi num.* 15. animaduertit non probari eorum sententiam, qui volunt, quod vsuræ debitæ possint ex partium conuentione in stipulationem deduci, ita vt ex illis cumulatis cum sorte, & vero debito vsuræ debeantur.]

8 Ita quoque nullo iure permittitur, vt inter † eosdem debitorem, & creditorem interesse pro interesse non soluto debeatur etiam ratione lucri cessantis. Rota Genuen. *dec.* 87. *numer.* 8. *vers. dubitatum, post* Dec. & Stracc. *quos allegat* Ruin. *cons.* 55. *col. pen. lib.* 2. *quem (reiecto Cagnol. in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. numer.* 4.) *commendat.* Io. Bapt. Lup. *ad l.* 2. *comm.* 1. §. 6. *sub num.* 120. *C. de pact. inter empt. & vendit. sequitur* Vinc. de Franch. *decis.* 254. *num.* 14. *asserens ita semper in sacro consilio iudicatum fuisse, quod restatur etiam* Milanens. *dec. Regni Sicil. lib.* 1 *dec.* 8. *sequitur* Peregr. *de iure fisc. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 30. *& seqq.* Hon-
9 ded. *cons.* 50. *numer.* 78. *libr.* 1. Licet † secus sit si mutentur personæ vel creditoris, vel debitoris, puta si quis pro alio soluat debitum, & interesse iam maturum, & non solutum, prout soluere potest, *l. soluendo, ff. de neg. gest.* & postea repetat ab eodem principali debitore pro quo soluit; nam illo existente morosо in restituendo debetur interesse etiam illius quantitatis quæ pro interesse solutum fuerat, quia quo ad istum tertium soluentem est vera sors tàm solutum pro capitali, & principali debito, quàm solutum pro interesse, vt per Glos. *in l.* 1. *in verbo, vsurarum, C. de dolo, & in l. si prior. §.* 1. *in verbo, gessit, ff. qui pot. in pign. habe. dicit* Vincen. de Franc. *d. decis.* 254. *num.* 15. *& sequitur* Peregr. *d. tit.* 7. *num.* 33. *vers. præmissa tamen, & alij supra relati.*

Nec repugnat quod saltem ex conuentione id fieri possit, vt dicit ibi Bon. *per l.* 1. *C. de vsur. & lege quemadmodum, §. Item* Labeo. *ff. ad leg. Aquil.* Quoniam
10 † *d. l.* 1. non loquitur de stipulatione vsurarum soluendarum pro vsuris iam debitis non solutis, sed de primis vsuris, dicta vero *l. quemadmodum* ne verbum quidem de interesse conuento pro alio interesse, immo *ibi, I.C. in vers. Planè*, negat incertum interesse habendum esse in consideratione.

Secundò principaliter respondetur ad primam rationem, quod quatenus admitteretur quod interesse pro interesse deberi posset saltem ex conuentione, id
11 sustineretur † dumtaxat in Mercatoribus quibus debetur interesse non solùm ob damnum, quod patiuntur, sed etiam ob lucrum, quod amittunt, ex eo quod sibi retardatur solutio crediti, cum ipsorum valde interest habere pecunias suo tempore, vt cum illis valeant negotiari. Bart. *& alij in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo quod inter. profer.* Rota Genuen. *dec.* 16. *num.* 16. & passim admittunt omnes.

Tertiò respondetur, & proprius ad rem nostram, quod aliud est † quærere, an debeatur interesse pro 12
pensionibus, & fructibus censuum debito tempore nó solutis quod forte in mercatoribus, & solitis negotiari permitteretur. Aliud an super illis possit nouus census imponi, & constitui ita vt ex illis noua responsio tanquam ex vero, & legitimo censu debeatur, quod omnino repugnat tam Pontificiis Constitutionibus, quàm naturæ contractus censualis, cum super re, quæ de sui natura non sit apta ad fructus ferendos census legitimè constitui non possit, vt dicemus *infra hoc ti. q.* 2. *art.* 1. *nunc q.* 35.

Ad alterum de augmento dotis quod fiat eadem dos, respondetur quod ideo augmentum dotis censetur ea-
dem dos, quoniam † dos est quid vniuersale; *l. quod* 13
dicitur, la prima, ff. de impens. in re dotal. fact. Bart. *& alij communiter in* Rub. *ff. sol. matr.* quæ propterea recipit augmentum. & diminutionem, & in qualibet re augeri, & diminui potest; quæ in censu non verificantur, cum creari, & collocari non possit nisi super rebus immobilibus, vel quæ pro talibus reputantur, vt dictum est supra hac eadem *qu. art.* 1. & augmentum, vel diminutionem non recipit propter expressam Pij V. prohibitionem.

Vel possumus respondere secundo modo vt in tertia responsione allata ad præcedens argumentum Stat igitur firma conclusio, quod census non possit legitimè, & validè constitui super iuribus, & actionibus personalibus.

Ex quo non incongruè videtur quod inferri possit ad quæstionem quam excitauit Foller. *in sua pract. Censuali, in verbo, iura, iurisdictiones, census n.* 2. *& seqq.* An scilicet, census imponi, & constitui possit super iurisdictione, quam reassumit Felician. de Solis, *in suis comment. de censib. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 36. *in fine, & latius prosequitur tomo* 2. *eod. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 21. *cum plurib. seqq.*

In qua † quæstione concludiuè procedendo (quid- 14
quid dixerit Intrigliolus *super Bul. de censib. quæst.* 33. *numer.* 6. *& seq.*) in ea sum opinione, quod census super ipsamet iurisdictione nullomodo possit imponi. *ex* Foller. *d. loco, num.* 2. & Felician. *d. num.* 21. *vers. igitur.* nam † iurisdictio est quid intellectuale, & non 15
in re, sed supra rem, & personam distinctum à dominio, & proprietate rei. Oldr. *cons.* 176. *numer.* 7. Dec. *ad l.* 1. *numer.* 44. *ff. de iurisd. omn. iudic.* Soc. *cons.* 127. *sub numer.* 5. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 21. *num.* 8. *libr.* 1. & † 16
incumbit super terram sicut nebula super paludem. Bald. *in cap.* 1. *num.* 7. *in fine, de allod.* Socin. sen. *cons.* 74. *num.* 2. *lib.* 1. Natta, *consil.* 149. *num.* 19. Boer. *dec.* 227. *num.* 7. *& huc pertinet quod dicit* Bart. *in l. si is, qui §. ixta prædiorum, numer.* 2. *ff. de pignor.* quod iurisdictio † 17
non potest pignori, vel hypothecæ subiici, & *Bart.* traditionem esse receptissimam testantur Iason. *in §. Item Seruiana, num.* 104. *& ibi* Gomez. *num.* 41. *& 42. Inst. de act. & alij apud* Foller. *d. loco, n.* 2. & Felician. *d. n.* 21 *vers. igitur.*

Ex qua conclusione inferri etiam potest, quod † 18
nec etiam imponi poterit census super dignitate, & titulo, non solum super iis † quæ ex sui natura sunt 19
quid personale, & cohærent personæ ita vt de vna ad aliam, & de vno subiecto ad aliud transferri nequeant, vt sunt Dignitas, Doctoratus Militiæ, & similes, super quibus licet ex eis aliquod emolumentum percipi soleat, census creari, & constitui non potest, vt notat Felician. *d. tom.* 2. *sup. relat. cap.* 3. *num.* 23. *& seqq. & explicat.* Auend. *d. tract. de censib. Hisp. cap.*

55. *num.*

55. *num.1.* Sed nec etiam super illis dignitatibus, quæ licet personales sint, possunt tamen de vna persona ad aliam titulo singulari transferri, & in priuatorum patrimonium conuerti, & emolumentum afferunt, vt sunt quædam officia, & quædam dignitates in Vr-
20 be, cum non sint † res immobiles, nec pro immobilibus habeantur, quod pro substantiali forma requiritur, ad effectum vt licitè, & validè possit super aliqua re census collocari, & creari, ex *Constit.* Martini V. & Calixti III. *registratis in cap.1.& 2. de empt& vendit. inter Extranag. communes, & ex Bulla* Pij V. *sup. censib. & nos diximus sup. hac prima quæst. art.1.* Vnde cauendum est à Ludou. de Auend. *dum in d.c.55.n.7.* vbi contrarium affirmat; cùm ex sui natura sit quid personale, vt aduertit Felician. *d.tom.2. supra relat. cap.3. num.23. & seqq.*

Cæterùm quod super fructibus, & redditibus iurisdictionis, † qui consistunt in mulctis, pœnis, confiscationibus, & huiusmodi. Peregr. *post quos allegat in d. tract. de iure fisc. lib.6. tit.5. n.43.* Foller. *vbi supra, n.8.*
22 Felician. *d.cap.3.tom.1. num.36.* possit validè † & legitimè constitui census, vult Foller. *d. loco*, & Felic. *d. num.36.* & in effectu etiam *tomo 2. d. num.21. cum multis seqq. & sequuntur* Intriglio. *d.q.32. num.8.* & Ludouic. Auend. *d. tract. cap.52. n.6. & facit id quod diximus supra hac part. 1. cap. 2. qu.2. art.1. & 2. nunc quæst.21. & 22.* vasallum, & emphyteutam posse censum imponere super fructibus rei feudalis, & in emphyteusim accepti, *& hac ead. q.1. art.1.* dum diximus posse creari super iuribus Gabellarum, & aliis iuribus perpetuis vniuersitatum.

SVMMARIA.

1 *Census quando dicatur personalis.*
2 *Census personalis quod ex natura contractus sit licitus, si persona sit vtilis, & frugifera volunt aliqui, &* num.12.
3 *Alij quod sit licitus simpliciter dicunt.*
Contrarium tenent alij magis communiter, & hanc probat auctor, num.10. & 15.
Ita vt nec per sententiam Iudicis constituatur licitè, numero 52.
Nec per testatoris dispositionem, n.53.
4 *Clericus beneficiatus potest censum imponere super fructibus sui beneficij, obligando se ad illius solutionem.*
Intellige, vt num.24.
5 *Heres grauatus fideicommisso potest censum imponere obligatur ad censum.*
6 *Proprietarius tenetur actione personali ad solutionem census super nuda proprietate impositi.*
Intellige, vt n.26.
7 *Quilibet potest annuam pensionem gratis concedere sub obligatione sua personæ.*
8 *Operas suas quilibet potest sub certa pensione locare.*
Vide num.27. & seqq.
9 *In contractu census principalis obligatio consistit in persona, res autem est loco hypothecæ secundum Conar.*
10 *Sed contra* num.31. & seqq.
[*Personalis obligatio in censu non prohibetur ad effectum vt dominus census facilius fructus census consequatur.*
11 *Census natura est, vt ex eo transferatur ius percipiendi annuam pensionem ex re sui natura fructifera.*
13 *Rei appellatione venit persona.*
14 *Seruus parit fructus operando.*
15 *Fundus census debet esse frugifer ex sui natura, non ex accidenti.*
16 *Homo liber non est in commercio.*
17 *Homo quilibet ex natura nascitur liber.*
18 *Personæ hominis liberi principaliter obligari non potest.*
19 *Ius oriens ex censu est transitorium ad quemcunque, etiam singularissimum successorem.*
20 *Pecunia est de rebus, quæ vsu consumuntur.*
21 *Pecunia pecuniam parere non potest sine labe vsurarum.*
22 *Impositio census cum obligatione personali differt ab impositione facta habita relatione ad rem, & eius fructibus.*
23 *Nemo est dominus membrorum suorum.*
28 *Vsura considerari non potest vbi est gratuita concessio.*
29 *Ius patronatus gratis concedi potest absque labe simoniaca licet licitè vendi nequeat.*
30 *Contractus censualis ex sola suspicione redditur suspectus, & illicitus.*
32 *Materia in contractu censuali est res, non persona.*
33 *L. fundus, ff. de ann. legat. Intellectus.*
34 *Census personalis quod post Extranag. Martini V. & Calixti III. fuerit licitus, volunt aliqui.*
Contrarium est verius, num.37.
35 *Extranag. 1. & 2. de empt. & vend. Intellectus*, & num.seq. *sed reprobatur,* num.37. *vbi datur verus intellectus.*
38 *Quod dispositum non reperitur, censetur relictum dispositioni iuris communis.*
39 *Census personalis potest Bullam Pij V. in locis vbi ea fuit vsu recepta, est omnino illicitus.*
40 *Bulla Pij V. in locis vbi vsu recepta non fuit, omnes ligat secundum aliquos, & n.44. & 49.*
41 *Contrarium aliqui indistinctè tenent.*
42 *Nauar. in Commentar. de vsur. distinguit.*
43 *Census constitutus super re mobili non est prohibitus de iure naturali vel diuino, ex aliquorum sententia.*
45 *Probibito ne census fundetur super re mobili est fundata super suspicione vsurarum. &* n.48.
46 *Causa finalis dispositionis elicitur ex Prœmio.*
47 *Iuri diuino licet addere pro acquisitione salutis æternæ populorum.*
48 *Bulla Pij V. obligat vbique etiam vbi non fuit promulgata, non obstante contraria consuetudine.*
50 *Consuetudo non suffragatur in iis, quæ sapiunt vsuram.*
51 *Neque contra ius diuinum.*
[*Contractus illicitus non sustinetur pretextu consuetudinis etiam longissimæ.*
52 *Census personalis an per iudicis sententiam licitè imponatur referuntur opiniones, & concluditur.*
53 *Censum personalem an possit testator constituere, remissiuè.*
54 *Is qui pecuniam ad censum accipi non potest illius partem alteri dare, vt partem census proportionabilem soluat, vt aliqui volunt.*
55 *Contrarium volunt alij, & auctor sequitur, &* numero 56.
57 *Rationes affirmatiuæ conclusionis habentur, & resolutio pro affirmatiua.*

Census personalis an sit licitus.

QVÆSTIO XXXIV.

aliàs part. 1. cap. 3. qu. 1. ar. 6.

VLtimus supererat articulus in hac prima quæstione discutiendus, qui versari debet circa cen-

1 sum personalem, † ideſt, circa annuam reſponſionem, quæ in ſola promittentis perſona deriuatur, & pendet ſtatus de per ſe, non relata ad aliquam rem ſed longè diſtans à reali obligatione, vt explicat Ludouic. Auend. *de cenſib. Hiſpan. cap. 15. num. 1. & 3.* In quo articulo eſt breuiter inueſtigandum, an cenſus poſſit imponi ſuper perſona, & ſic an cenſus perſonalis ſit licitus, circa quem duæ ſunt neceſſariæ inſpectiones principales.

Prima an ſemota lege humana, & poſitiua licitè poſſit ſecundum naturam contractus conſtitui cenſus ſuper perſona.

Altera an poſt conſtitutiones Pontificias tàm Martini V. & Calixti III. *regiſtratas, in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter extrauag. Commun.* quàm Pij V. *ſuper forma creandi cenſus*, tanquam licitus ſuſtineri.

Quo ad primam inſpectionem duplex fuit Scribentium opinio, vna affirmans, quam aliqui amplexi
2 ſunt, † dummodo perſona ſit vtilis, & induſtriosa, & cuius opera ſit commoda, ſecus ſi ſit debilis, inutilis, & infructuoſa quam tenuit Ioan. Azor. *Inſtitut. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 5. quæſt. 1. verſ. ſecunda ſententia*, Feder. Mart. *in ſuo tract. de iure cenſu. cap. 4. ſub numero 26. iunctis ibid. per eum num. 41.* Mich. Salon. *in tract. de contract. & commerc. human. in tit. de Cenſib. artical. 3. controuerſ. 5. numer. 6. & 7.* Et forte alij. Plerique tamen
3 † illam amplexi fuerunt ſimpliciter, & indiſtinctè, & maximè Couar. *Var. Reſolut. lib. 3. cap. 7. numer. 5. verſ. Ego ſanè & ſi videam*, Sot. *de iuſtit. & iure libr. 6. qu. 5. art. 1. in 4. Concluſ. &* illam conſuetudine obſeruari, & receptam eſſe in camera Imperiali teſtatur. Andr. Gail. *Pract. Obſeruat. lib. 2. obſeruat. 7. numer. 13. de eadem ſententia non eſſe dubitandum dicit* Ludou. Molina, *in ſuo tract. de contract. part. 1. diſput. 387. num. 6. eandem ſententiam probauit* Tiber. Decian. *conſ. 2. n. 73. & n. 142. lib. 1.* Gaſp. Roderic. *in ſuo tract. de annu. reditib. lib. 1. q. 4. ſub n. 33. verſ. quid dicendum*, Felician. de Solis, *in ſuis Commentar. de Cenſib. tomo 1. lib. 1. c. 8. n. 4. vbi hanc ſententiam pluribus conatur confirmare, & à contrariis defendere communem profitetur, tom. 2. eodem lib. 1. & c. 8. n. 1. & ſeqq.* Leonard. Leſſ. *in ſuo tract. de Iuſtit. & iure, libr. 2. cap. 22. dubit. 4. num. 16. cum multis ſeqq. vbi contrariis reſpondet* Mich. Sælon. *d. contron. 5. num. 2.* Io. Azor. *d. q. 1. verſ. & ſecunda ſententia*, Martin. Bonacin. *in tract. de Contract. diſput. 3. q. 4. punct. vnico, ſub num. 3. verſ. Perſonalis, & alij multi, quos congerit* Sigiſmundus Scacc. *de Commer. §. 1. q. 1. n. 204. verſ. contrary*, qui multos in hanc ſententiam congerunt illorum rationes referentes, quæ licet ſint multæ, infraſcriptæ tamen videntur magis vrgere.

4 Prima eſt quod †-Rector alicuius Eccleſiæ poteſt imponere cenſum ſuper fructibus bonorum ſeu beneficij obligando ſe ad illius ſolutionem, quo caſu fructus non obligantur in perpetuum, ſed remanet ipſe imponens obligatus. Foller. *in ſua pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi n. 18.* Redoan. *de reb. eccleſ. non alienan. in Rubr. de Conſtit. ann. cenſ. n. 19.*

5 Secunda eſt ratio, † quia Similiter hæres poteſt ſuper bonis reſtitutioni ſubiectis cenſum imponere, vt dictum eſt *ſupra cap. præced. q. 1. art. 6.* non tamen vt bona remaneant affecta, ſed vt oriatur perſonalis obligatio. Bart. *in l. Codicillis, §. Inſtituto, n. 4. ff. de leg. 2.* Foller. *in d. verbo, huiuſmodi, n. 41.* Bon. *in d. ſuo tract. de Cenſib. art. 30. n. 56. verſ. ſi igitur bona.*

6 Tertia affertur ratio, quia † pariter proprietarius imponens cenſum in fundo, cuius habet nudam proprietatem, remanet perſonaliter obligatus ſi cenſus impoſitus non poſſit ex fructibus prædij percipi, *arg. cap. illo vos. ext. de pignor.* Foller. *d. verbo, huiuſmodi, n. 44.* Bon. *d. tract. artical. 10. n. 26.*

7 Quartam addunt rationem, quod † quilibet poteſt gratis concedere annuam penſionem ſoluendam in pecunia numerata ſub obligatione perſonali, & quilibet † poteſt operas ſuas ſub certa penſione locare, *l. qui operas, l. in operis. ff. locat.* 8

Quintam ſubnectit rationem Couar. *d. num. 5. verſicul. 4. ſi contractum*, quod † in conſtitutione cenſus res 9
quæ ſubiicitur ſit loco pignoris, & hypothecæ, perſona autem principaliter obligetur, *argum. l. fundus, quem. & ibi* Bart. *ff. de ann. legat. quam rationem probauit etiam* Decian. *d. conſ. 2. numer. 142. verſ. præterea, lib. 1.* Mich. Salon. *d. controuerſ. 5. numer. 12. verſ. ſequitur ſecunda, ad fin. & infra, & num. 15. verſic. ad octauum* Felician. de Solis *dd. commentar. de Cenſib. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 4. & 5. verſ. ex quo, & alij multi, quos refert* Gaſp. Roderic. *in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 19. num. 29. verſ. & quod in reditib.* quam opinionem ipſe quoque veriorem eſſe dicit de iure communi ſecluſa *Bulla* Pij V. *ſuper forma creandi cenſus.* Cùm itaque fundus ſubiugatus ſit loco hypothecæ, & obligatio principalis ſit in perſona ſequitur quod perempto fundo adhuc pro annui cenſus ſolutione remaneat obligata perſona imponentis, & ipſa perſonalis obligatio, *l. creditor qui non idoneum, ff. ſi cert. pet. l. aduerſus, & ibi* Glo. Bart. Bald. *& alij C. de action. & obligat.*

Quibus tamen, & aliis ſimilibus non repugnantibus contrariam, & † negatiuam ſententiam in hoc 10
articulo magis communiter tenuerunt Scribentes, & maximè Innoc. *in cap. in ciuitate, num. 2. ad fin. ext. de vſur.* Laur. de Rodulph. *in tract. de vſur. par. 2. quæſt. 12. num. 46. verſ. ſoluit.* Marian. Soci. ſen. *in Rubr. ext. eod. tit. de vſur. num. 99. in fine*, Foller. *in d. verbo, huiuſmodi, numer. 64.* Conrad. *in ſuo tract. de contract. q. 74.* Nauar. *in ſuo commentar. de vſur. num. 75.* Ludouic. Lopez *in ſuo tract. de contract. cap. 54. verſ. quæritur ergo*, vbi latè hunc articulum examinat, & verſ. eſt autem concluſio pro hac negatiua concludit, & infra illam pluribus comprobat, & in *verſ.* ad primum argumentum, & infra contrariis reſpondet. [*hanc etiam amplexa fuit* Rota *in vna Foroliuienſi cenſus 10. Februarij 1620. coram* R. P. D. Manzanedo *quæ eſt poſt tract. dec. 350. numer. 2. & in ead.* coram eod. *25. Februarij 1622. quæ ibid. eſt dec. 365. num. 5. & 8.* vbi teſtatur hanc eſſe veriorem ſententiam, quam etiam ſequuta fuit coram eod. *in vna Romana pratenſi canonis, ſeu cenſus 23. Iunij 1606. quæ ibid. eſt dec. 379. num. 11. & hanc ſententiam communi omnium conſenſu approbari teſtatur.* Iacob. Graff. *dec. caſuum conſcient. part. 1. cap. 118. num. 16.* licet affirmet contrariam eſſe in iure veriorem: dicit tamen, hunc contractum non eſſe in vſu.] Eandem ſententiam fuit amplexus Fernand. Rebell. *in ſuo tract. de obligat. iuſtit. lib. 10. q. 3. num. 1. verſ. negantem, & num. ſeq.* Vbi teſtatur hanc eſſe certam, magis canonicis ſanctionibus conſentaneam, ac bonis moribus fauentem tum etiam communiorem, ac multo proinde ſecuriorem, & latè eam comprobat, & à contrariis defendit hanc etiam magis communem profitetur Ludouic. Molina, *d. diſput. 387. num. 4. verſ. communior.* Felician. de Solis, *d. tomo 1. lib. 1. cap. 8. num. 3.* vbi quam plures hanc ſententiam amplectentes congerit, *& communem dicit; alios refert* Mich. Salon. *d. controuerſ. 5. num. 1. eandem opinionem latè confirmat.* Io. Gutierez. *Pract. Quæſt. lib. 2. cap. 177. num. 7. & ſeq. Quam ſententiam poſt hæc ſcripta reperio amplexos etiam fuiſſe* Nicol. Intrig. *ſup. Bulla, de Cenſib. quæſtion. 97. num. 6. &* Ludouic. Auend. *d. tract. cap. 58. numero 17. cum multis ſeqq.* vbi latiſſimè illam confirmat, & contrariis reſpondet, & ab hac non eſſe tutum recedere; Ego quoque exiſtimo infra ſcriptis potiſſimum rationibus, quas vti vrgentiores operæ pretium eſſe duxi referre.

Prima eſt, quia † natura cenſualis contractus ea 11
eſt, vt ex eo transferatur ius percipiendi annuam reſponſionē ex re vtili, & ſui natura fructifera, vt dicemus infra queſt. ſequenti, quod nō poteſt verificari in cenſu conſtituto

constituto super persona, vt dicit Cassan. *cons.63,num. 6.& seqq.& deducit latius* Rebell.*d.qu.3.num.2.& 3.*

12 Quam rationem † licet conentur euitare Mich. Salon. Ioan.Azor. & Federic. Martia. *citati supra num. 1.* restringentes primam, & affirmatiuam sententiam,vt procedat dumtaxat quando census imponeretur super persona vtili, & frugifera, puta super persona, quæ artem aliquam, scientiam, siue industriam habet, aut vires ad aliquem laborem, vel obsequium ex quibus lucra sibi comparet, affirmantes ex eo censum extingui morte eius super cuius persona fuerat impositus, & constitutus, à qua sententia non videtur longè abesse. Innoc. *in d. cap. in ciuitate, sub num.2.*dum sentit posse censum imponi super persona serui,tum quia
13 eo casu census dicitur impositus super re, cum † rei appellatione veniant etiam personæ, *l. omnia, §.fin.ff. de legat.2.l.1.§.quidam,ff. de rer. diuis.* Alciat. *in l.rei, in princ. ff. de verbor. significat.*ac etiam super re fructi-
14 fera, seruus † enim parit fructus operando, *§. constituitur. Institut. de vsufr. §. de iis, Instit. per quas pers. nob. acquir. l. si vrbana,ff. de condit. indeb.* Adhuc tamen stat in suo robore hæc prima ratio: quoniam ad
15 licitè constituendum censum non est satis quod res super qua census imponitur possit ex accidenti extrinseco aliquam afferre vtilitatem, sed nec esse est vt sit apta ferre fructus secundum suam propriam,& intrinsecam naturam; vt dicemus infra *hoc eod. cap. 3. quæst. 2. artic. 1. nunc quæst. 35.* quod in persona etiam serui non verificatur.

Secundò hæc etiam negatiua sententia confirmatur
16 hac ratione, quia † operæ hominum maximè liberorum non possunt considerari tanquam fructus cum homo liber non sit in commercio *l. si in empt.bonorum, ff. de contrahen. empt. l. inter stipulat. §. sacram, ff. de verb. obligat. §. 1.& 2. Institut. de inutilib. stipul.* & hæc secunda ratio videtur quod confirmari possit ex
17 eo, † quod omnes homines liberi à natura procreentur, *l. manumissiones, ff. de Iustit. & iure,* vnde eius per-
18 sona † principaliter obligari non potest, *l. ob as,& authen. immo C. de actio. & obligat.l.2.C.qua res pignor.oblig. poss. cap. 2. ext. de pignor.* ergo nec etiam poterit super ea, vel eius operis licitè census collocari, & ita argumentatur Cassan. *d.cons.63.num.6.& seq.*

Tertia additur ratio, quia iste censualis contractus
19 eius est naturæ, † vt ex illo constituatur ius in re transitorium ad quemcunque etiam singularissimum successorem, Alciat. *cons. 3. n.18.lib. 1.* Cranet.*cons. 217. num. 5. lib. 2. & dicemus infra par. 2. cap.2.qu. 3. art. 3. nunc quæst. 65.* quod non posset contingere si concederemus posse censum collocari, & constitui super sola persona constituentis, & ita videtur ratiocinari Alc. *d.cons.3.num.3.& seqq. & deducit clarius* Fernand. Rebell. *dicta quæst.3 numero 5. & 6.*

Quarta adiungi potest fortis ratio, quia concedere censum personalem, nil aliud est quam obligare personam ad annuam pensionem pro vsu pecuniæ, qua
20 census ille, & annua responsio emeretur; pecunia † autem est de rebus, quæ vsu consumuntur, *l.rogasti,ff.*
21 *si cert. petat,* cum vulgar.& † est sterilis, nec pecuniam parere potest citra labem vsurarum; [*can.eiiciens, & ibi* Archid.88.*distinct.*Rota *in recollect.per* Farinacc.*dec. 72.sub numero 5.part.2.*] Decian.*d.cons.2.numero 22.lib. 1.*& omnes exclamant,quod si concedamus licitè constitui posse censum super persona nil aliud esset quam concedere vsuram, quod absurdissimum, & impium est admittere,per quas rationes cum hac posteriori negatiua sententia esse transeundum arbitror.

Nec obstant rationes supra pro contraria opinione adductæ, quoniam præter quam quod possunt omnes vnica responsione subuerti, considerando quod non valet consequentia, potest quis se adstringere sola personali obligatione ad aliquid dandum: ergo potest censum imponere, vt sola ipsius persona obligetur, vt pro solido fundamento asserebat Couar. *d. numero 5. in fine.* Aliud † est enim imponere censum super fru- 22
ctibus, & redditibus alicuius prædij habendo relationem, & respectum ad ipsam rem ex qua fructus, & redditus percipi debent, aliud obligare personam ad dandum etiam cum obligatione, & hypotheca bonorum. Nam primo casu oritur principaliter obligatio personalis, realis verò est secundaria, & accessoria, Bursat. *consil.361.num.2.lib. 4.* & ideò impositio census in primo casu est valida: in secundo sustineri non po-
test, quia persona principaliter non potest obligari, 23
cum nemo † sit dominus membrorum suorum, vt argumentatur Cassan.*d.consil.63.n.6.& seq & in cathalog. Glor. mundi,par. 12. consideratr. 99.in 25. limit. vers. aduerte tamen ad onum & vers. seq.* Marian. Soc. *sen.in d. Rubr.ext.de vsur.num.99.& bene* Laurent. Calcan. *consi. 85.num.10.vers.& si quis diceret.*

Respondetur etiam pro clariori firmatæ conclusionis veritate demonstranda singulis contrariæ opinionis rationibus sigillatim,&

Ad primam de Rectore Ecclesiæ respondetur quod 24
valde est controuersum, An † is possit super bonis suæ Ecclesiæ censum constituere.& negatiuam sententiam simpliciter, & indistincte defenditur *supra c.2.qu.3.art. 2.nunc q. 24.* sed in omnem euentum tenendo aliam opinionem quæ vult, quod licet Clericus non possit super bonis sui beneficij censum perpetuo duraturum imponere possit tamen creare duraturum durante eius vita, vt dictum fuit *duar.1.& sentium* Follet.& Redoan. *in contrarium allegati; & sequitur* Felician. *in dd.suis commentar. de censib. tom.1.libr.2.cap.3. numero.* 10. vtique eo casu non fundatur, neque constituitur census super sola persona Rectoris, sed super bonis ipsius Ecclesiæ,& sic cessat hoc primum fundamentum.

Ad secundum de hærede respondetur, † quod eo 25
quoque casu census fundatur super re immobili, quamuis oneri fideicommissi subiecta, non autem super sola constituentis persona,an autem,& quibus casibus huiusmodi impositio sit valida dictum fuit *supra cap. 2.quæstio.1.articul.6.nunc qu.19.*non repeto.

Ad tertium de proprietatio similiter respondetur, quod census † ab eo impositus non est contra natu- 26
ram contractus censualis, cùm proprietarius, qui imponit sit fundi subiugati dominus,& census sit fundatus super re de sui natura fructifera, non autem super sola persona constituentis. Ponit enim proprietarius constituere super dicto suo prædio censum licet habeat nudam proprietatem, vt diximus *supra d. cap. 2. q. 1. art. 1.* & pro illius solutione omnia alia sua bona obligare,vt latius dicemus *infra hoc eod.c.qu.3. art. 2. vel q. 41.in hac impressione.*

Ad quartum vltra responsiones consideratas per Ludo. de Auend. *d.c.58.num. 26.& 29.* qui multipliciter respondet,existimo quod possit responderi quod non obstat id quod dictum fuit de locatione operarum,& gratuita annuæ responsionis concessione,quoniam † qui locat operas, tenetur operari ad benefici- 27
um conductoris, & merces soluitur æquipalens, & proportionata ad laborem, & operarum præstatio-
nem, At in censu nullæ considerantur operæ, quibus census, qui solui debet possit proportionari, sed simplex personalis obligatio ad soluendum, quod quidem sapit vsuram, cum census eo casu non debeatur ratione rei fructiferæ nec ex fructibus rei certæ, sed pariatur à pecunia quæ emitur, quod concedi non potest absque labe vsurariæ,cùm pecunia sit de sui natura sterilis,vt dictum est.

Quando † autem census,aut pensio gratis concedi- 28
tur non potest cadere suspicio vsurariæ. *argum. text. in c. super eo,ext. de transact.c.sicut Episcopum, & ibi* Glos. 1.q.2.Alex. Ambrosin.*dec. Pernsina,4.num.1.& facit id*

quod in simili notauit Paul. de Cittad. *in suo tract. de iure patronat. par. 9. num. 11. in fine, sequitur,* Redoan. *in d. suo tract. de reb. Eccles. non alien. par. 2. cap. 37. num. 13.*

29 quod † licet ius patronatus vendi non possit absque labe simoniaca, potest tamen licitè, & impune donari, & gratis concedi quod multorum auctoritate comprobant; At quando censûs imponitur sub simplici obligatione personali vt vendatur pretio, insurgit præsumptio, quod talis impositio, & constitutio fiat in fraudem vsuratum. Angel. *in sua Summa, in verbo, vsura vers. 78.* Iste † autem censualis contractus ex so-

30 la præsumptione redditur suspectus, immo illicitus, colligitur ex Marian. Soc. *d. Rub. ext. de vsur. num. 99. merito, &c.*

Ad quintum, & vltimum respondetur falsum esse id quod *Conar.* sibi pro solido fundamento assumit, sci-

31 licet, quod in hoc contractu † Censuali principalis obligatio sit personalis, realis autem accessoria, & eum reprehendunt in hoc Fernand. Rebell. *d. lib. 10. qu. 1. num. 7.* Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. c. 9. num. 50. in fin.* Ludou. Auend. *d. tract. cap. 23. num. 16. & latius d. cap. 58. num. 30. & c. 96. numero 8. sub vers.* Tertio, *& nouiter. ibi, at verò in Censu diuersum est,* & respectu censûs constituti iuxta formam *Bullæ Pij V.* Gasp. Roderic. *de ann. redditib. lib. 2. qu. 19. numero 11. versic. 7. & num. 29. qui multos allegat, mouetur* Rebell. *per tex. in cap. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. commun.* vbi iste contractus appellatur emptio, & venditio, non autem obligatio personalis, quod repeti idem Rebell. *q. 3. num. 14. ad fin. vers. id verò.*

[Et hanc quintam rationem falsam esse, affirmat Cæsar. Manent. *in suo tract. de Iur. contract.* Liuell. *pecun. constit. q. 1. pact. 4. num. 40.* affirmans in contractu censûs principaliter, & expressè bona obligari, & secundariò personas.]

32 Et confirmatur quia † fundus non persona est materia, in qua ius exigendi censum consistit, *vt dicit* Ioan. Azor. *instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 4. versicul. item quia, & non obscurè declarauit* Fernand. Rebell. *d. lib. 10. qu. 6. num. 11. & 12.* & ad fundum terminatur, vt deducit Conrand. *in d. suo tract. de contract. quæstio. 72. in prima suppos. in 4. & 5. Corollar.*

[Non tamen prohibetur ex Bulla Pij V. quod in hoc censuali contractu obligatio personalis adhibeatur ad maiorem securitatem emptoris, & citius consequatur per capturam personæ, & bonorum suos redditus debito tempore exoluendos, vt dicit Gutierez. *practic. quæstio. libr. 2. quæstio. 177. num 8.*]

33 Nec obstat † *l. fundus, ff. de ann. legat. à Conar.* in contrarium allegata. Quoniam legatum de quo ibi non erat fundatum, neque radicatum super fundo. Hæres enim fuerat grauatus simpliciter soluendo certum quid anno quolibet, sed pro securitate legatarij fuerat oppignoratus, & hypothecatus fundus, & ideo non potest ad casum nostrum allegari, in quo fundus est fundamentum censûs. Has autem contrarias opiniones nititur conciliare distinguendo, *Scacc. d. num. 204. vers. Breuiter distinguo:* quem sufficiat digito demonstrasse, & hæc de prima inspectione.

Altera sequitur principalis inspectio, in qua videndum est, an post promulgatas Pontificum Constitutiones sit multò magis reprobatus census personalis. In qua ex mente aliquorum videntur distinguenda tempora: vnum scilicet, ante promulgationem Constitutionis Pij V. *super form. celebran. cens.* Alterum verò

34 post illius promulgationem. Circa primum † tempus Felician. de Solis, *in dd. suis comment. de Censib. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 7. vers. præterea,* & alij plerique, qui in præcedenti inspectione census personalis ex natura contractus admittendos esse existimarunt in ea fuerunt sententia, quod semota constitutione præfata Pij V. licitè possit census personalis constitui moti hac potis-

simum ratione, quia † etiam ex constitutionibus Mar- 35
tini V. & Calixti III. *relatis in d. c. 1. & 2. de empt. & vend. inter extrauag. commun.* videtur permissum vt possit constitui census super certis bonis, vt illis pereuntibus maneat nihilominus obligatus venditor ad soluendum redditum, quod ex dictis Constitutionibus nituntur deducere Couar. Decian. & Salon. *in locis supra relatis*, ita illas inducendo, sicut † enim ibi illi 36
Summi Pontifices declarauerunt, quod pereuntibus rebus super quibus census constitutus, & collocatus fuerat, venditor cogi non possit ad solutionem sortis, & capitalis, siue pretij, quod à principio datum fuit pro illo emendo, ita etiam si ob peremptionem dictarum rerum venditor census remanere deberet liberatus à solutione annuæ respensionis, & annui redditus, hoc expressissent, & explicuissent, cùm autem hoc non determinauerint, censentur tanquam certum illum non liberari à solutione census reliquisse, pereuntibus itaque bonis super quibus census est impositus, obligatio quæ adhuc remanet pro solutione census, est re, & effectu personalis. Ergo videtur quod satis clarè inferatur quod post dictas Constitutiones *Martini, & Calixti*, licitè possit sustineri census personalis.

Cæterum † in hac quoque controuersia negatiua 37
sententia tenenda est, quam amplexi sunt Nauar. *in suo comment. de vsur. num. 73. in fine, & num. seq.* Ludou. Lopez. *d. lib. 1. cap. 55. sub prin. vers. ex quo sequitur* Ioan. Azor. *d. lib. 10. cap. 5. vers. 1. quæritur*, qui pro hac opinione ponderant *tex. in d. Extrauag. 1. & 2. de empt. & vend.*

[Hanc eandem sententiam, quod etiam sublata constitutione Pij V. census personalis sit vitiosus, & Resp. summè damnosus dixit Rota *coram* R. P. D. Manzanedo *in d. Romana prætensi canonis, seu census 23. Junij 1606. quæ est post tract. decis. 379. num. 13. post* Felician. *de censib. lib. 1. c. 9. num. 16. vers. septimam conditionem.*]

Ex quorum dictis tollitur argumentatio, quam ex dd. Extrauagant. desumunt *Couar. Decian. & Salon.* quam retulimus in præcedenti.

Considerant enim *Nouar. & Azor.* quod Summi Pontifices in dd. eorum Extrauagant. omiserunt declarare quod perempto fundo census illius venditor remaneat liberatus ab illius solutione, tanquam notissimum, tum quia certum est quod pereunte reperit ius quod super illa consistit, *argument. l. creditor qui non idoneum, ff. si cert. pet.* & sic census super ea constitutus, tum quia res empta perit emptori, non venditori, *tot. tit. ff. & C. de pericul. & commod. rei vendi.* ergo pereunte re censui subiecta, perit census ipse emptori illius, & proinde venditor liberatur ab onere, & obligatione soluendi illum, quam respensionem amplectitur etiam. Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure censu. cap. 4. num. 57.* Vel possumus respondere quod non valet consequentia quam faciunt Couar. Decian. & Salon. *ex dd. Extrauag. 1. & 2. Martin. & Calixt.* non declarauerunt: ergo reliquerunt tanquam certum emptorem census non liberari à necessitate illum soluendi, sed † consequentia debet duci, non disposuerunt 38
ergo reliquerunt dispositioni iuris communis *l. commodissimè, ff. de liber. & posthum. cum vulgar.* de iure autem communi pereunte re super qua census est impositus, ipse quoque census pereat necesse est, vt mox diximus, & probatur, quia cum pereat fundamentum, & subiectum in quo talis census inhæret, & radicatus est, debet etiam simul perire census ipse, *argum. can. cum Paulus. 1. qu. 1. meritò.*

Circa secundum tempus, & sic post promulgationem *Bullæ Pij Quinti.* Rursus distinguunt aliqui loca in quibus dicta Constitutio fuit publicata, & vsu recepta à locis in quibus neque publicata, neque vsu recepta fuit. Nam in locis † vbi fuit vsu recepta, omnes 39
nemine discrepante consentiunt verissimam; & ab

omnibus

omnibus comprobatam esse sententiam quod census personalis sit omnino illicitus, & fœneratitius, prout fuit expresse sancitum ab illo Sanctissimo. *Papa in dicta sua Bulla. in versicul. Hac igitur nostra*, ibi. *Nisi super re immobili*, Inducendo, vt facimus *supra hac eadem quæstio. 1. articul. 4. num. 2. & sequen. & fatetur ipsemet* Mich. Salon. *d. controuers. 5. num. 2. vers. ita colligunt, & num. 9. versic. secunda conclusio.* Quia vt ibi subdit, vbi dicta constitutio recepta est, & redacta in vsum, obligat in vtroque foro cum omnibus conditionibus, quas continet, quarum præcipua, & solemnis est, vt non constituatur census nisi in re immobili, certis finibus designata, & fructifera, & hanc eandem opinionem confirmat post multos quos allegat Gasp. Roder. *in d. suo tract. de ann. reddit. lib. 2. cap. 10. num. 11. vers. septimo, & num. 29.* & de ea impium esset dubitare. In iis autem locis in quibus Constitutio præfata nec promulgata, nec vsu recepta est an liget, & obliget non
40 bene inter se conueniunt Scribentes. Nam † partem affirmatiuam indistinctè amplectitur, & pluribus nititur comprobare Surd. *cons. 282. per tot. lib. 2.* ponderando maximè *dictam Constitutionem, in vers. contractúque sub alia forma, &c. vt numero 3. vers. tertio, & infra, & num. 13. & placuit* Rota *in vna Nullius seu Melnicensi census, 27. Martij, 1613. coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *quæ est post tract. Dec 87. num. 6.*

41 Et contrario † verò partem negatiuam amplexi sunt simpliciter, & absque distinctione Tessau. *dec. 154. post num. 4.* Leonard. Less. *in suo tract. de iust. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 13. numero 98. & seq.* Ioan. Azor. *d. lib. 6. capit. 19. quæst. 3 & cum hac videtur transire Bartolin.*
42 *ad d. Bulla Pij V.* Glos. 7. Nauar. † *autem in d. suo commentar. de vsur. num. 104. & seq.* hanc controuersiam definiuit distinguendo vt obliget omnes, & vbique in iis, quæ respiciunt declarationem iuris naturalis, vel diuini, vel requiruntur ad tollendum imminens periculum, vel suspicionem vsuræ, negat autem omnia disposita in dicta constitutione rendere ad declarationem iuris diuini, vel naturalis, siue ad tollendum periculum, vel suspicionem vsuræ, vt ratiocinando ex verbis *d. Bulla* nititur demonstrare, quod comprobat etiam Mich. Salon. *d. art. 3. controuers. 4. num. 4. vers. hoc posito sit prima conclusio, & vers. secunda conclusio & amplectitur* Sutd. *cons. 282. num. 13. lib. 2.* Honded. *cons. 35. num. 2. & 3. lib. 2.* & Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure Censu cap. 4. num. 72. & seq.* vbi propterea infert quod in iis locis in quibus dicta *Bulla Pij. V.* non est vsu recepta, non sit prohibitum vt census constituatur, super rebus mobilibus, & personis, & dictam Bullam non obligare in ea parte qua disponitur vt census emantur super re immobili suis finibus designata.
43 Quoniam † hac, dicit ipse, non sunt iuris naturalis, diuini, vel canonici, nec vsuræ præsumptionem continent, sed magis videntur concernere æquitatem, & iustitiam publicam humanam, & ciuilem, prudentum tamen iudicio æqua sunt, & digna, quæ in contractu
44 censuali seruentur. Verum † Boccac. *in suo tract. de censib. par. 2. num. 208. vers. igitur Sanctissimus*; & Paul. Comitol. *è Societate Iesu, Responsor. Moral. lib. 3. qu. 28.* tenent indistinctè, quod hæc Constitutio liget omnes, & vbique etiam in locis vbi ea non fuerit vsu recepta;
45 mouentur hac ratione † quia contra Nauar. & Salon. [*& Sccac. in tract. de commer. &* Camb. §. 1. *qu. 1. num. 245. in fin. vers. secus quando*] existimant quod omnia disposita Pium V. *in dicta sua Constitutione* tendant saltem ad tollendum periculum, & suspicionem vsuræ, & pro maiori conseruatione iuris diuini, vel naturalis ne in hoc contractu per illicitas, & prauas pactiones conturbentur, vt ex eius Proœmio clarissimè colligitur, ex quo
46 † causa finalis dispositionis elicitur, *l. fi. ff. de hared. instit. l. 1. in princ. ff. ad Macedon. & vbique* Bart. Bald. *in l. nostram, num. 1. vers. in dic. Cod. de testam.* Alex. *cons. 7. numero 5. lib. 2.* Curt. iun. *cons. 10. num. 7. vers. confirmatur tertio.* Crau. *cons. 192. num. 2.* & ex illa tota dispositio *d. Bulla* debet regulari, & omnes clausulæ in ea appositæ debent intelligi & declarari, licet ita intelligendo videatur ex illarum adiectione fuisse aliquid iuri diuino additum, nam † pro acquisitione sa- 47
lutis æternæ populorum permissum est iuri diuino aliquid addere, *cap. vt constituerentur, 50. distinct. vbi Præpos. num. 4. hoc not. & deducit* Boccac. *d. tract. par. 2. num. 13. Et hanc vltimam opinionem sequitur* Surdus *d. cons. 282. num. 13. ad fin. vers. constitutio vero.*

Quamobrem † siue sequamur distinctionem *Na-* 48
uar. siue amplectamur sententiam Boccac. *& Comitol.* clara sequitur conclusio, quod dicta Constitutio obliget etiam in iis locis in quibus non fuit publicata, nec vsu recepta, cùm ad dictum effectum satis sit quod fuerit publicata in Vrbe [Ioan. Monach. *in cap. in generali num. 7. & ibi Prob. num. 4. de regul. iur. in 6.* Nauar. *cons. 1. numero 19. & seq. de constit.* & in terminis huius bullæ] *vt dixit* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resol. vlt. casu 1. in fi.* Et cum hac sententia quod simpliciter, & indistinctè d. Constitutio in † ea parte in qua 49
prohibetur, ne census imponatur nisi in re immobili, tendat ad tollendum imminens periculum, & suspicionem vsuræ post multos voluit Rota *in illa Romana prety palatij 15. Ianuarij 1607. coram* bon. mem. Iusto, *quæ est post tract. dec. 80. n. 6. & seq.* [*& coram* Reuerendiss. Coccino Decano *in illa Melnicensi census 27. Martij 1613. quæ est post tract. decis. 87. num. 6. sequitur* Gratian. *in additionib. ad suas dec. Marchiæ dec. 224. num. 2.*]

Nec attendenda † esset quæcunque consuetudo quæ 50
in illis locis in contrarium vigeret, Nam licet Mich. Salon. *d. Articul. 3. controuers. 4. num. 7. & in controuers. 5. numero 5. & numero 10. vers. altera pars*, voluerit talem consuetudinem esse attendendam respectu earum conditionum, quæ per *d. Bullam* requiruntur tantum ad tollendum imminens periculum, vel suspicionem vsuræ, eius tamen opinio mihi non probatur, cùm in iis, quæ † vsuram respiciunt consuetudo non suffragetur 51
tanquam contra ius diuinum. Bero. *cons. 167. per tot. & signanter num. 10. vers. non obstat consuetudo. lib. 1. & fuit dictum in* Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *in illa Romana societatum, 29. Ianuarij, 1601. quæ est in fine Tract. dec. 9. num. 23. & in d. Romana prety palatij coram* bon. mem. Iusto, *quæ est ibidem decis. 80. num. 7. & seq.* [*& in vna Foroliuiensi census 10. Februarij 1620. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ post tract. est decis. 56. num. 4. & in ead. causa coram eod. 25. Februarij 1622. quæ est ibid. dec. 365. num. 11. cum trib. seqq.*] in quibus in propriis terminis contractus censualis fuit resolutum, quod talis contractus non sustineatur ex consuetudine inductiua vsurarum, tanquam contraria iuri diuino. [Et non sustineri contractum aliàs illicitum sub prætextu consuetudinis etiam longissimæ pluribus comprobat *Cæsar. Manent.* loquens in contractu huic nostro valdè simili *d. tract. qu. 6. per tot. & signanter num. 1. cum multis seqq. & num. 27. & seq. & num. 32.*] ex quibus omnibus remanet firma conclusio, quod census personalis est omni casu illicitus, & reprobatus tàm ex dispositione iuris positiui, quàm ex suimet natura.

Sed quæstionis esse potest, an per iudicis sententiam possit huiusmodi census personalis constitui puta si Iudex ob moram, & contumaciam debitoris condemnari in soluendo iudicatum illud condemnet ad soluendum quid annum, Quam quæstionem primus omnium, quos viderim excitauit Nauar. *in d. suo commentar. de vsur. numero 59. & sequentibus.*

In qua † licet ipse concluserit cùm ea distinctione, 52
quod si lis mota fuerit super rebus, quæ consistent in numero, pondere, & mensura, constitutio annuæ pensionis facta per Iudicis sententiam sit inutilis, & cum eo in hoc primo casu transeat Boccac. *in d. suo tracta-*

tu

tu de cenſib. part.2.num.4. Crauet. *conſ. 693. num. 11. & ſeqq.lib.4.* Theſaur. *dec.79.& deciſ. 98.quorum meminit* Felician. *in dictis ſuis Comment. de cenſibt tomo 2. lib. 2. cap.5.numero 2.verſic. contrarium* ſecus autem ſi lis agitata fuerit ſuper aliis rebus non mutuabilibus,quo caſu vult ſuſtineri talem cenſum iudicialem ſaltem ratione intereſſe, & in pœnam contumaciæ, cùm tunc non videatur vigere illa vſurarum ſuſpicio, propter quam improbatur condemnatio præfata cum petitur res mutuabilis, & cum *Nauar.* in vtroque caſu ſimpliciter, & indiſtinctè ſentiat Boninſign.*in ſuo tractatu de cenſib. tap.17.num.3.* E conuerſo autem Ludouic. Molina, *in d. ſuo tractatu de contract.parte 2.diſput.394. num.1.verſ. arbitror tamen,* videatur in ea reſidere opinione, vt in vtroque caſu talis cenſus conſtitutio per Iudicis ſententiam facta ſuſtineatur, dummodo ceſſet fraus, & ſimulatio, & ea via ex partium conſenſu non perueniatur ad creandum cenſum perſonalem,aut ſine conditionibus, vt ſit licitus neceſſariis.Felician. verò *in dd. ſuis comment. tam tom.1.libr.2.cap. 5.num. 13. & ſequent.quàm tom. 2. d. verſicul. contrarium*, magis probet quod in vtroque caſu ſimpliciter, & indiſtinctè ea ſententiæ forma à iuribus non ſubſiſtat ea ratione, quia in vtroque caſu deficiunt requiſita *Bullæ Pij Quinti*, cùm non conſtituatur cenſus ſuper re immobili, frugifera, & certis finibus deſignata, non ſoluitur pecunia in ipſo actu impoſitionis cenſus coram teſtibus, & notario, ac etiam quia non poteſt Iudex condemnare debitorem, vt quandiu non pauerit ſententiæ ſoluat vſuras,cum ad officium Iudicis non pertineat poſt condemnationem futuri temporis tractus, vt reſpondit Papinia. *I.C.in l.1.§.ſocius.ff.de vſur.* Mihi tamen placet opinio *Nauar.* in ſecundo caſu, vt dicta Iudicis condemnatio ſuſtineatur non tamen vti cenſus, cùm deficiant requiſita neceſſaria, ſed ratione intereſſe, quod placuit etiam Gaſp.Roderic. *de ann.reddit. lib.1.quæſt.16.num.22. & ſeq.* maximè *numero 24.* Quod tamen intelligendum eſſe exiſtimo ſi Iudex per ſuam ſententiam non condemnet debitorem ſimpliciter ad ſoluendum aliquid annuum pro ſumma debita, ſed condemnet ad ſoluendum debitum, & donec ſoluat ad ſoluendum aliquid annuum, quia cùm eo caſu non ſit in poteſtate creditoris agere ad illam annuam reſponſionem, ſed ſtet in facultate debitoris liberandi ſe ab illa ſoluendo debitum, talis condemnatio ſuſtinetur, vt in puncto,dicit Marc. Ant. Peregr. *conſ.97.num.8. lib.1.* & confirmat Ludou. Auend. *dict. tract.cap.30. num. 9.* & comprobatur ex iis, quæ dice-
53 mus † *infra* de annua reſponſione impoſita à teſtatore *par.2.cap.1.qu.1.art.1.nunc q.44.*

Ex qua principali concluſione videtur etiam oriri occaſio dubitandi, an quis licitè poſſit ex pecunia, quam ad cenſum accepit dare partem aliquam alicui tertio ea conditione,vt partem quoque proportiona-
54 bilem cenſus, & annuæ reſponſionis ſoluat. In † qua difficultate partem negatiuam amplexus fuit Nauar. *in d. ſuo Commen. de vſur num.131. verſ.14. ſequitur Fernand.Rebel.d. lib.10.qu.fin. num.12.verſ.6.difficultas,* Roderic.*d.ſuo tract.de ann.reddit.lib.2.qu.13.num.28.in fine,* vel quia incidat cenſus perſonalis, vel quia ex mutuo percipiatur lucrum, quam ſententiam enixè defendit etiam *Fab.Turret.* olim conciuis meus I.C.inſignis *conſi. 91.num.19.& ſeqq.lib.1.*

55 Contraria † tamen ſententia placuit Boccacc.*d.par. 2.num.28.& 29.* quem ſequitur Ioan. Azor.*d. lib.10.cap. 20.qu.4.vbi eam confirmat* [Lup. *ad cap. per veſtras.in 6. notab.§.2.num.2.fol.246.*Sum.Angelic.*poſt alios par.2. in Verb. Vſura. el.1. num.11.* cum hac tamen declaratione, dummodò hoc faciat non alio reſpectu, quam vt ſe indemnem præſeruet, quia eo caſu non ſtipulatur vſuram, ſed ſuam indemnitatem, vt euitet damnum, quod licet *cap. ſi quis clericus 14.qu.4.* Quia non tenetur quis cum ſuo damno alteri ſubuenire *l. qui ſeruandarum, in princ.ff.de præſcr.verb.*] Ludou.Molina *d. diſput. 394. numero 2. & eius auctoritate* Felician. *dd. Commentar. tomo 2.lib.1.cap.7.num.5.verſ.denique mouetur,quem ſequitur* Auend.*d.tract.cap. 101.numero 9.verſi. Aliam quæſtionem. Felicianus* autem duabus vrgentiſſimis rationibus hanc ſententiam confirmauit, Prima,
† quia iſte contractus, qui inter iſtos celebratur non 56
eſt contractus cenſus, ſed mutui in quo permiſſum eſt pactum, & conuentio per quam quis nihil lucretur, ſed ſolùm ſe conſeruet indemnem, *cap.peruenit, & ibi communiter* Doctor.*ext.de fideiuſſ. cap.præcarie.10.quæſt. 2.* Sed iſte mutuans nihil lucratur,ſed ſolum ſe conſeruat indemnem ne ſuum intereſſe,& reditum pro pecunia quam mutuò dedit merito, &c. Secundam affert rationem, quæ cum præcedenti eſt ſatis affinis, quod iſte mutuans dum paciſcitur vt is,qui partem pecuniæ mutuo accipit,annuum reddirum pro illa parte ſoluat, id tantùm agit vt liberet ſe à damno emergenti quod patitur dum eſt obligatus ad ſolutionem annui cenſus pro ea pecunia, quam alteri mutuo conceſſit:ergo licitè id facit,cùm in contractu mutui paciſci liceat, vt mutuans ſecurus ſit, & liber à damno emergenti, vt ex communi concedit idem Turret. *d.conſ.91. num. 22.* & multorum auctoritate confirmat. Felician. *in dd. ſuis Comment. tom. 1. lib. 1.cap.3.num.12.* Et per iſtas rationes Ego quoque cum hac affirmatiua opinione tranſeundum cenſeo,maximè ſi is qui mutuo pecuniam accepit recognoſcendo bonam fidem eius, qui cenſum vendidit, & cum eo pretium participauit fateatur pro illa parte cenſum fuiſſe eius contemplatione, & commodo impoſitum, & venditum,& aſſumat in ſe onus illum ſoluendi, & ad ſui libitum extinguendi, cum eo caſu iſte efficiatur verus debitor cenſus,vt dicemus *infra part.2.cap.2. quæſt.3.art.1.nunc qu.73.num.6.*

Cum qua reſolutione ſatis videtur conuenire diſtinctio quam conſiderabat Mich.Salon.*d.tit.de cenſib. art.3. controuerſ.24. num.1*, vbi hanc quæſtionem reſoluebat diſtinguendo, quod aut tempore venditionis cenſus venditorem, & eum cui poſteà dedit aliquam pecuniarum ad cenſum acceptarum partem actum fuit vt is, qui cenſum vendere diſtinauerat,venderet illum pro maiori quantitate,quam ipſemet indigeret,ad effectum,vt de parte pretij inſeruiret amicum,& eo caſu liceat tuta conſcientia dare partem aliquam dictarum pecuniarum amico, qui proportionabile onus reſponſionis in ſe ſuſciperet: ſecùs ſi vendidit cenſum ſimpliciter nulla facta conuentione de partiendis pecuniis, ad cenſum acceptis, & eo caſu non licere citra vſuram dare partem aliquam dictarum pecuniarum amico onus cenſus proportionabiliter in ſe ſuſcipienti, ne ex mutuo lucrum percipiatur,Mihi tamen abſolutè, & indiſtincte placet ſententia affirmatiua,ſi venditor cenſus tempore quo partem pecuniarum amico dedit cum eo egit, & expreſſè conuenit, vt onus cenſus proportionabiliter ſuſciperet, cùm eo caſu nihil ſuſcipiat tanquam lucrum ex mutuo, ſed pro conſeruatione ſuæ indemnitatis, & vt ſit ſecurus, & liber à damno emergenti, quod patitur dum eſt obligatus ad ſolutionem annui redditus, pro ea pecunia quam amico mutuò dedit,quod eſſe licitum ſupra fuit demonſtratum. Submitto me tamen in hoc,& in omnibus determinationibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

* *
*

Fundus Census debet esse frugifer, cur, & quando talis dicatur.

QVÆSTIO XXXV.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 2. ar. 1.

SEcunda huius tertij capitis quæstio quæ nunc sequitur, versari debet circa secundam qualitatem quam debet habere fundus, super quo census est creandus, & collocandus quæ est, vt sit aptus de sui natura ad ferendum fructus, quam in quinque articulos esse partiendam duxi.

Primus, est cur fundus census debeat esse frugifer, & quando talis dicatur.

Secundus, an contractus sit in totum nullus, si fundus non possit supportare onus integri census.

Tertius, si fundus suppositus non ferat fructus sufficientes pro integro censu, an ille sit aliunde supplendus.

Quartus, an super fundo magni redditus possit constitui & fundari paruus census

Quintus, an super vno, & eodem fundo possint diuersis temporibus constitui plures census.

SVMMARIA.

1 *Fundus census debet esse frugifer.*
2 *Census, vt plurimum imponitur, vt alteri mediante pecunia concedatur.*
3 *Æqualitas naturalis rationis exigit, vt valor rei quæ venditur respondeat pretio quo emitur.*
4 *Venditor census si res fructiferas non habeat, non celebratur contractus venditionis census, sed mutui sub vsuris.*
5 *Constitutio census facta super fundo non fructifero est illicita, & vsuraria.*
6 *Fundus census non ideo debet esse frugifer quod in dicto contractu vendantur fructus illius.*
7 *Sed quia emitur ius percipiendi annuam responsionem, vel in fructibus illius, vel in pecunia.*
Fructus bonorum stabilium taxantur iuxta valorem dictorum bonorum, ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno.
[Boccae de Censibus par. 1. n. 9. versicul. *Ista pacta* asserens licitum esse pactum, quod quis percipiat maiorem redditum ex censu imposito super fundo, quam reddat ipsemet fundus declaratur.
Fachin. controuersiar. lib. 2. c. 43. in fin. idem affirmans declaratur.]
9 *Census in impositionem non habetur ratio valoris fundi, sed tantum fructuum illius.*
[*Iustitia pretij in contractu census non consideratur respectu valoris prædij, quod subiicitur, sed respectu iuris percipiendi annuam responsionem, quod venditur.*
10 *Fructiferum id dicitur quo est aptum ad fructus ferendos, secundum sui naturam.*
11 *Secus si non ex sui natura, sed ex humano artificio vtilitatem afferat.*
12 *Census impositus super fundo, qui cum effectu fructus non fert, si sit aptus ferre, valet.*
13 *Census valide potest imponi super turri, quæ non est solita locari, si ex illius locatione pensio possit percipi.*
14 *Census potest imponi super prædio licet non ferat fructum quolibet anno, sed singulo biennio, vel alio tempore.*
15 *Census vt sustineatur tanquam impositus super re fructifera sufficit, quod hanc, vel illam speciem fructuum ferat.*
16 *Fundari potest census super fundo, quem sola amœnitas reddit fructiferum.*
17 *Fundus dicitur frugifer propter solam amœnitatem.*
[*Oblectatio in prædio parato ad amœnitatem idem operatur ad fructus in prædio, quod paratum ad fructuum perceptionem.*
Fructus prædij consistunt non solum in iis, quæ parantur ad esum, & potum, sed in iis quoque quomodocumque conferunt ad humanum vsum.
Oblectatio, quæ percipitur ex prædio ad amœnitatem parato est pretio æstimabilis.]
18 *Fundus census debet ferre fructus tam pro censu soluendo, quam pro aliis expensis faciendis gratia fructuum colligendorum.*
19 *Fructus non possunt dici nisi deductis expensis.*
20 *Fundus vt censui subiici possit, debet ferre fructus sufficientes pro solutione annuæ responsionis, & pro alimentis, & suæ familiæ. Quod tamen Auctor non recipit pro requisito substantiali contractus censualis.*
21 *Census super fundo imponendus non potest excedere fructus illius fundi.*
22 *Assertioni venditoris census, quod fundus censitus sit frugifer standum donec contrarium probetur.*
[*Instrumentum præsumitur verum solemne, & de partium consensu confectum.*
Census, qui ex forma instrumenti apparet rite constitutus, sustinetur, donec contrarium probetur.
Venditio redditur inualida ob pretij iniustitiam.
Census venditus non iusto pretio est inualidus.
Venditio rei quæ non est in rerum natura non est valida.
Materia venditionis est res, quæ venditur.
Multa facta tenent, quæ fieri non concederentur.
Auendan. de censib. Hisp. cap. 53. sub num. 5. declaratur.
Iudex in iis, quæ respiciunt priuatam vtilitatem non impertitur suum officium, nisi requisitus.]
23 *Instrumentum præsumitur verum, solemne, & celebratum de partium consensu.*

QVod fundus census † debeat esse frugifer sancit Pius V. in sua Bulla super forma creat. cens. in vers. hac igitur nostra. ibi, de sui natura fructifera, & volunt communiter Scribentes, maximè Foller. *in suo tract. censuali, in verbo, huiusmodi, num. 45.* Nauar. *in suo Commentar. de vsur. num. 79. & seq.* Boccac. *in suo tractatu de censib. par. 2. num. 100.* Ludouic. Lopez. *in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 60. vers. deinde iam tandem, & vers. seq.* Gregor. de Valent. *Commentar. Theologicor. tomo 3. disput. 5. quæst. 22. de censib. puncto 2. vers. quinto sequitur,* Federic. Martin *in suo trac. de iure censu. cap. 4. num. 1. & seqq. & post hæc scripta visi,* Ludou. de Auend. *de censib. Hisp. in cap. 53. num. 2. & seqq. &* Sigism. Scacc. *de commerc. §. 1. qu. 1. num. 177.* & nemo est qui discrepet [*& dixit* Rota *in vna Romana census, & fructuum coram* R. P. D. Pirouano 20. *Maij* 1616. *quæ est post tract. dec. 448. num. 2.*]

Cærerum de duobus potest in hoc articulo dubitari, & primo, Cur requiratur, vt fundus census sit frugifer, secundò, Quando fundus iste dicatur frugifer.

Circa primum, ea reddi potest ratio cur fundus in quo census imponendus, & collocandus est, debeat esse frugifer, quia † cùm census constituatur vt plurimum, vt non sit otiosus, sed vt alteri mediante pecunia concedatur ei super sola personali obligatione, & absque aliquo certo fundo creari, & consistere non possit absque vsuræ suspicione, vt deductum fuit supra in præcedenti *qu. art. 6. per tot.* debet iste fundus esse frugifer, & capax oneris, quod semper est imponendum, nam † naturalis rationis æqualitas exigit, vt tanti valeat res, quæ emitur quanti valet id quod pro ea datur. & è conuerso. Foller. *in d. verbo, huiusmodi, sub d. num. 45.*

vers.

vers. & quod ad primum : Sed si supponamus fundum census posse esse infructiferum, absque controuersia inde sequeretur, quod census super eo impositus nihil valeret, cum ex eo fundo percipi, & leuari non posset, & per consequens venditus destitueretur illa naturali æquitate æquiualentiæ, merito concludendum est, quod hoc de iure, & secundum bonam conscientiam fieri non possit. Quod alia ratione ex mente Feder. Martin. *in suo tract. de iure cens. d. cap. 4. num. 1. vers. quarto in specie, & num. 2.* confirmari potest, videlicet, quod † si venditor census res fructiferas ex quibus censum præstet non habeat, non emptionis census, sed mutui contractus sub vsura celebrabitur; quia vt ibi subdit Martin. *d. num. 2.* Merx, id est ius census percipiendi ex rebus venditis deficiet enim ius quod in huiusmodi contractu comparatur non est Metaphysicum, Logicum, & inane, sed morale, ethicum formatum, vtilitatemque afferens cuiusmodi ius vendere nequit is, qui res fructiferas non habet: vnde sequitur, quod fundus census debet esse frugifer, & quod in hoc censuali contractu necessarium sit, vt census super fundo fructifero constituatur, aliàs † illicita, vsuramque sapiens censeretur census constitutio, dicebat Rota *in vna Rauennatensi census. 10. Maij, 1606. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post Tract. dec. 88. num. 3.*

Non † autem ideò requiritur quod fundus census sit frugifer, quia in huiusmodi contractu emantur; & vendantur fructus ipsius fundi, qui subiicitur, vt latè deducit Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de cens. art. 1. controuers. 1.* & Felician. de Solis, *in suo Commentar. de cens. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 7. vers. rursus refellitur, & vers. deinde probatur, & repetit tom. 2. eod. lib. & c. 4. num. 1.* Sed † quia emitur, & venditur ius, vel percipiendi illos si census sit fructuarius, vel percipiendi annuam responsionem extrahendam ex fructibus eiusdem rei subiugatæ si census sit pecuniarius, vt dictum fuit *supra hac eadem part. 1. cap. 1. qu. 3. art. 1. nunc q. 7. num. 3.*

Et licet fundus, attento eius valore, & æstimatione non soleat reddere, nisi ad rationem quinque pro centenario, respectu † valoris eiusdem fundi, prout taxari solent fructus bonorum stabilium. Ceph. *cons. 85. num. 26. lib. 1.* Caualcan. *qui alios allegat, de vsufr. mul. relict. num. 31. in fine*, Rota *diuers. dec. 51. num. 2. part. 1.* potest tamen super eo imponi, & vendi census cum annua responsione ad rationem septem octo, & decem pro quolibet centenario, & anno, vt diximus *infra part. 2. cap. 1. qu. 1. art. 4. nunc q. 47. num. 16. & seqq.* dummodo fundus ille reddat tot fructus, qui sufficiant pro integra satisfactione dictæ annuæ responsionis, vt declarat Scacc. *d. qu. 1. num. 300.* [& ita intelligendum esse censeo Boccac. *in suo tract. de cens. ib. part. 1. numer. 9. vers. ista pacta*, dum dicit, quod est licitum pactum, quod quis percipiat maiorem redditum ex censu imposito super fundo, quam percipi possit ex eodem fundo, pura quod super prædio, quod iuxta ipsius valorem reddit annua quinque pro quolibet centenario, quod placuit etiam Facchin. *controuers. iur. lib. 2. cap. 43. in fin.* Hoc, inquam intelligendum esse arbitror non quod super re valoris centum, quæ reddit anno singulo quinque, in fructibus possit imponi census, & annua responsio septem, octo, nouem, & decem, sed quod super re, quæ reddit annua quinquè pro centenario valoris, & communis æstimationis ducentorum possit imponi census respondens fructibus illius, & vendi pro centum, & sic quod res valens ducenta, & fructans decem, possit subiungari pro illis decem annuis, & illam responsionem vendi posse pro scutis centum, & sic fructus scutorum centum in censu erit maior fructus scutorum centum in vero valore rei subiugatæ, nam si aliter intelligantur falsissima, & erronea erit illorum traditio. Quia in constituendo, & imponendo censum super re non † est habenda ratio valoris, & æstimationis ipsius rei super qua census imponitur, & constituitur, sed dumtaxat fructuum quos res illa reddit, vel reddere potest [Nauar. *consil. 9. numer. 1. de cens. lib. 1.*] *vt deducit* Martin. Bonacin. *de contract. disput. 3. qu. 4. puncto vnico, num. 20. vers. 4.* nam constitutiones Pontificiæ fructum rei, non pretium, & valorem expendunt, & considerant, cum vt dictum est non ematur res super qua census imponitur, sed ius percipiendi censum ex fructibus illius, & huc respexisse existimo Innoc. *in cap. in Ciuitate, ext. de vsur. quem refert. & sequitur* Gasp. Caballin. *ad Constitut. March. lib. 1. cap. 17. num. 2. vers. mihi tamen* dum dicebant quod census debet regulari à fructibus rei super qua imponitur, & Mar. Soc. sen. *ad rubr. ext. de vsur. qu. 15. n. 99.* dum dicit, quod iustum annui redditus pretium sit id quod respondet fructibus fundi, qui oneri dicti reditus subiicitur, & hanc sententiam amplectitur, & dicit veriorem Ioan. Azor. *Institut. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 6. qu. 8.* Ioan. Francisc. Leonis *in suo Thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 1. de censib. num. 59.* [Et licet hoc reprehendat Cæsar. Manent. *in tract. de iur. contract. Lined. pecun. constitut. qu. 1. pac. 2. num. 5. & 6.* Ea ratione, Quia tam inspecto iure communi, quam inspecta dispositione bullæ Pij V. super forma creandi census. Pretium rei vendendæ debet esse iustum, quæ iustitia deficere videtur, si supra firmata conclusio recipiatur, ab hac tamen impugnatione facili negocio defendi potest dicta conclusio, considerando quod verum quidem est, quod pretium rei vendendæ debet esse iustum, sed in contractu isto censuali non venditur prædium, quod subiicitur censui, sed ius percipiendi annuam pensionem respectu fructuum dicti prædij, & ideò iustitia pretij in hoc contractu non debet considerari respectu valoris prædij subiugati, sed respectu illius iuris quod venditur, de qua re agimus *infra part. 2. cap. 1. qu. 1. art. 4. seu qu. 47. per tot.* Vnde falsum est id, quod subiungit ibi Manent. *num. 6. ad fin.* quod fundus valoris mille ratione iniustitiæ pretij non possit subiici oneri census scutorum centum in sorte principali, nam non potest considerari huiusmodi iniustitia pretij, cùm non vendatur, nec ematur fundus ille, sed ius percipiendi annuam pensionem correspondentem pretio scutorum centum, vt dictum est,] & hæc de prima inspectione.

Pro resolutione secundæ inspectionis aduertendum est, quod dum *Pius. V.* voluit non posse creari census nisi super re, quæ ferat fructus, non intellexit quod res illa cum effectu, & realiter fructus ferat, sed dumtaxat, quod ex sui natura sit apta nata ad fructus ferendos, quod satis expressit in illius verbis; *Re sui natura fructifera*, cum † id fructiferum, seu frugiferum propriè dicatur, quod est de sui natura aptum ad fructificandum, vt declarat Rebuff. *in l. frugum. 77. ff. de verbor. signif.* & in puncto dicit Surd. *cons. 162. num. 18. lib. 2.* Vbi aduertendum est quod non sine misterio *Pius V.* adiecit illa verba, *Re sui natura*, volunt † enim excludere res illas, quæ non ex propria earum natura, sed mediante humano artificio afferunt aliquando vtilitatem, vt declarauit Ioan. Azor. *d. cap. 6. & qu. 8.*

Prout è conuerso † si res aliqua sit apta nata secundum sui naturam ad fructus ferendos, licet ex ea dominus illius fructus capere non sit solitus, poterit nihilominus super ea licitè census constitui correspondens tamen fructibus, qui ex ea percipi possent.

[Luber hic referre controuersiam in vrbe agitatam super quodam censu, vt infra imposito. In platea Agonis in vrbe solet singulis diebus Mercurij, si in eo die non incidat festum ex præcepto, fieri publicum mercatum, & emporium, in quo tam Hæbrei, quàm aliæ particulares personæ, & artifices exponunt eorum merces ad vendendum, collocantes illas in quibusdam

sitis,

sitis, & stationibus, certis finibus inclusis, & distinctis, quas quilibet, ad dictum effectum empras, vel conductas habet, fuit super vno ex dictis sitis, & locis impositus annuus census respondens quidem mercedi, quæ locus ille, & statio locari erat solita, fuit dubitatum de validitate impositionis dicti census, & pro illius inualiditate, & nullitate adducebatur, quod census imponi debeat super re, quæ de sui natura sit fructifera, & apta ad fructus ferendos, *ita disponente* Pio *V. in sua Bulla super Censib.* Azor. *institut. moral. par. 3. lib. 10. in tit. de censib. cap. 6. Scacc. de Cambiis* §. 1. *quæst. 1. num. 202.* Surd. *cons. 162. num. 18. lib. 2.* & præterea istos allegabatur etiam locus huius nostri tractatus *in par. 1. cap. 3. quæst. 1. articul. 5. nunc q. 33. numero 11. ante fin. & quæst. 2. articul. 1. nunc quæst. 35. num. 10.* Quod negabatur esse in situ, & loco præfato, cùm quatenus ille fructus reddere soleat ex locatione, dicebatur id contingere non ex propria ipsius natura, sed ex accidenti mediante humano artificio, quod non sufficere *diximus d. q. 2. art. 1. num. 11.*

Quod multo magis tenendum esse dicebatur considerando, quod platea Agonis est publica, ita vt non videatur esse in alicuius particularis personæ dominio §. *vniuersitatis. Inst. de rer. diu.* & consequenter super aliqua illius parte census constitui non possit iuxta *ea quæ diximus par. 1. cap. 2. q. 1. art. 1. & cap. 3. in princ. n. 2. & seqq. nunc q. 14. & 28.* Quibus tamen non obstantibus existimo censum præfatum fuisse licitè impositum, & validum, tanquam constiturum iuxta formam dictæ Pianæ constitutionis super re immobili, certis finibus designata, & non solùm apta ex locatione reddere fructus, sed verè, & realiter mediante vsu, & locatione fructus actu ferente, non quidem mediante artificio humano sed ex sui natura, non secus ac ferre soleant Domus, Molendina solo affixa, Turres etiam quod non sint solitæ locari, super quibus censum licitè, & validè imponi, & constitui posse *diximus par. 1. cap. 3. q. 1. art. 1. nunc q. 29. num. 6. 9. & seq. & eod. cap. 3. q. 2. art. 1. nunc q. 35. numero 12. & 13.* Imò sola amœnitas fundi reddit illum fructiferum, & capacem impositionis census *vt dictum est artic. 1. numero 16. & seq.*

Nec etiam visum est obstare, quod locus, & situs ille tanquam pars plateæ Agonis in nullius sit dominio, quia contractum fuit demonstratum ex quo loca illa, & situs soleant etiam particularibus personis certo constituto pretio vendi, & perinde transeunt in dominium particularium personarum §. *si quis à non domino. §. per traditionem, & vtrobique dd. Inst. de rer. diu. cum similibus.*

Sed maiorem difficultatem faciebat, quod licet loca illa transeant in dominium particularium personarum, illud tamen non transit liberum, sed limitatum, & certis legibus restrictum, videlicet quod illorum emptores non possint loca illa obligare, vel hypothecare sine expressa licentia dominorum ædilium & Præfectorum viarum vrbis sub pœna amissionis, & proinde super illis absque dicta licentia non posse censum imponi existimo, prout emphyteuta super re quam in emphyteusim recipit cum expressa prohibitione illam obligandi non potest censum imponere *vt diximus d. p. 1. quæst. 2. art. 2. num. 7.* (licet cessante dicta expressa prohibitione vel accedente licentia, vel consensu domini directi id sibi liceat *vt ib d. art. 2. num. 12.*) maximè quando in casu alienationis fuit apposita pœna caducitatis *d. art. 2. num. 14.* provt etiam hæres fideicommisso grauatus non posset censum imponere super re expressè prohibita alienari *d. cap. 2. quæst. 1. art. 6. num. 5.* licet cum licentia fideicommissarij id sibi liceat *d. art. 6. num. 35. 36.*

Quamobrem cùm census ille non fuerit impositus super fundo libero, sed expressè obligari, & hypothecari prohibito sequitur quod sit omnino nullus, & in-

uaiidus, vt dictum est, nec sustineri possit super sola obligatione imponentis, per ea *quæ diximus d. par. 1. cap. 3. q. 1. art. 6. per tot. seu q. 34.*

Verùm enim verò licet census ille tanquam impositus super re obligari prohibita sit ipso iure nullus, non propterea illius impositor est immunis, & liber à refectione damnorum, & interesse quæ resarcire debet emptori, per ea quæ *dixit* Rota *coram* Seraph. *dec. 287. pec tot, & per nos d. q. 19, olim part. 1. c. 2. q. 1. art. 6. num. 41. & seqq. vbi num. 45. 46.* post multos subiunximus hoc interesse deberi, & liquidatum remanere ad rationem qua fuit constitutus census.

Et quod etiam quando census est nulliter constitutus impositor illius teneatur ad solutionem damnorum, & interesse, *voluit* Rota *in Vrbeuetana census 10. Maij 1628. coram* R. P. D. Vbaldo iuniore *quæ est post tract. decis. 519. num. 6. vt nos diximus infra par. 2. cap. 2. q. 5. art. 3. num. ..., nunc q. 92.*] vt de tutri † quæ non sit solita locari, si tamen locari possit, & ex dicta locatione percipi aliqua pensio, quod super ea validus imponatur, & constituatur census correspondens pensioni, quæ ex ea percipi valeret, *dixit* Nauar. *d. Comment. de vsur. num. 113. q. 13. quem sequuntur* Boccac. *in d. suo tract. de censib. part. 2. num. 27. &* 100. Ioan. Azor. *d. cap. 6. quæst. 4.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. q. 6. num. 6. vers. nec ita. Quod placuit etiam* Martino Bonacin. *sub d. num. 20. vers. Ex dictis.* 13

Non tamen est necesse, quod † fundus super quo census constituendus, & collocandus est anno singulo ferat fructus, sed satis est quod illos ferat singulo biennio, vel alio tempore ad effectum, vt super eo census legitimè collocari queat, nam non est necesse, vt id ex quo census venditur eodem omnino anno, quo est pensio soluenda pariat vtilitatem, sed satis est vt ex fructu illius vnde census venditur possit statis temporibus solui pensio, vt animaduertit Gregor. de Valent. *Comment. Theologicor. tom. 3. disput. 5. q. 22. de censibus, puncto 2. vers. sed neque etiam*, Bonacin. *d. numero 20. vers. Addo non opus esse*; vbi alios allegat. Pout non est faciendavis, quod res illa, † quæ censui est subiuganda hanc, vel illam speciem fructuum ferat, sed dumtaxat, vt apta sit ad producendam aliquam speciem fructuum, qui possunt mediante venditione redigi ad pecuniam, si census sit pecuniarius, vel ad aliam speciem fructuum, quæ pro censu solui debet si sit census fructuarius, vt expressè volunt Ludou. Molina. *in suo tract. de contract. part. 2. disput. 389. sub numero 4. vers. non desinit.* Boninsig. *in tract. de censib. cap. 2. numero 7. & cap. 4. num. 15. & seq.* Nauar. *d. tract. de vsur. num. 120.* Fernand. Rebell. *d. quæst. 6. num. 6.* Ioan. Azor. *d. c. 6. in princ.* Bonacin. *d. num. 20. vers. Rursus non est necesse, & non obscurè visa est sentire* Rota *coram* R. P. Dom. Pamphilio 26. *Maij*, 1614. *in illa Beneuentana census, quæ est post Tract. decis. 76. paulo post principium.* 14 15

Immo † si ex sola prædij amœnitate possit tantus fructus percipi, qui sufficiat pro pensionis, & census solutione, posse super eo censum imponi, viderur sentire Baccac. *d. tract. part. 2. num. 27. &* 100. *&* Ioan. Azor. *dict. cap. 6. in princ.* vbi firmat fundum † dici frugiferum propter solam illius amœnitatem, per *l. si vsusfructus*, §. *vsufructuarius, & l. si fundi, ff. de vsufr. l. competit, in princ. ff. quod vi, aut clam.* [nam in tali prædio oblectatio idem operatur quod fructus in re, & prædio parato ad fructificandum, vt latè declarat Gratian. *discep. forens. tom. 2. c. 258. num. 8. cum seqq. & reperit tom. 4. c. 615. num. 4.* fructus enim non consistunt in illis dumtaxat, quæ sunt destinata ad esum, & potum sed etiam in aliis quæ quomodocumque conferunt ad vsum humanum *l. in fructu. ff. de vsu, & habitat.* Menoch. *cons. 66. num. 1. cum multis seqq. lib. 1. refert* Rota *in recollect. per* Farinacc. *decis. 394. numero 1. in fin. par. 2. &* Gratian. *d. cap. 615. n. 42.* Et propterea licet huiusmodi oblectamenta non 16 17

sint pœnes omnes pretio æstimabilia prout est vinum, oleum, frumentum, & alia similia, attamen apud aliquos solent pretio æstimari, vt dicebat Rota *d. decis. 394. num. 2. & seq. & repetit* Gratian. *d. cap. 615. n. 43. & seqq. & ante eos* Gabr. *consil. 74. num. 5. in fine & num. 6. lib. 1.* & proinde nihilminus si super tali fundo ratione fructuum amœnitatis, & oblectamenti licitum est censum imponere.]

Cæterùm aduertendum est, quod ad effectum, vt fundus dicatur de sui natura frugifer, pro fundo ali-
18 cuius census, † opus est, vt sit aptus ad ferendum fructus sufficientes non solum pro solutione annuæ responsionis, verùm etiam pro omnibus expensis, quas fieri necesse sit in excolendo agro, in colligendis fructibus, & his similibus; vt considerat Fernand. Rebell. *d. quæst. 6. numero 4. vers. secunda* Ferder. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. cap. 4. num. 7.* & Rota *in illa Ravennatensi census coram* R. P. D. Manzanedo, 10. *Maij. 1606. que est post Tract. decis. 88. numero 6. & repetit in eadem causa* coram eodem 2. *Maij*, 1608. *vt ibidem*
19 *dec. 87. per tot & signanter num. 5.* ea ratione † quia fructus non dicuntur nisi deductis omnibus expensis, *l. diuortio, §. Impendia, ff. soluto matrim. cum aliis relatis per* Rotam. *d. numero 6.* Immò ex mente Ludou. Auend.
20 *d. cap. 53. numero 4.* & per discursum, † fructus rei censitæ debent non solùm esse maiores, vel respondere pensioni, & censui imposito, sed necessarium est etiam quod venditori census ex ipsis rebus, seu aliis liberi illius remaneant fructus, quibus se, & familiam congruenter alere possit, alias census creatio non sustinebitur, neque censuarius ad eius census solutionem compellendus erit. Quod tamen dictum respectu alimentorum licet sit valdè æquum, quia tamen non est indè requisitum per *Bull. Pij V. super cens.* non videtur quod recipiendum sit pro vno ex requisitis substantialibus dicti contractus.

21 Vndè apparet † malè sentire. Andr. Fachin. *controuers. iur. lib. 2. cap. 43. ad fin. vers. constat, quem sequitur* Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. tomo 1. cap. 141. num. 26.* dum affirmant, quod possit super aliqua re imponi census, & annua responsio, quæ superet annuos fructus, qui ex re illa percipi, & haberi possunt, & cum hac sententia transiuit etiam Felician. *in dd. Commentar. de cens. tomo 1. lib. 1. cap. 4. numero 7. maximè in fine.* Hanc tamen opinionem reprehendit, & contrariam latè comprobat Ioan. Guttierez. *Pract. Quæst. lib. 2. c. 177. per tot & signanter num. 5. vers. verum, & infra*, & re vera est non solum reprehendenda, sed penitus damnanda, & abominanda, cum eo maximè vtatur præcipuo fundamento, quod census personales sint liciti: cuius contrarium latè comprobauimus *supra quæst. 34. alias hoc cap. 3. quæst. 1. art. 6.* Beneverum impositionis, & venditionis census enunciauerit ven-
22 † est, quod si in instrumento dicat fundum super quo censum imposuit esse frugiferum, & reddere tot fructus, qui sufficiant ad supportandum onus census impositi, stari debet in dubio huic assertioni, [Cum instrumentum præsumatur verum solemne, & de partium consensu confectum, vt auctoritate Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. numero 6.* & Menoch. *cons. 343. numero 2. lib. 4. dicit* Rota *coram* R. P. D. Pamphilio *in vna Beneuentana census 26. Maij*, 1611. *que est post tract. dec. 76. num. 4.* Et propterea donec contrarium probetur census sustinebitur, vt saltem venditor illius teneatur ad interesse; si credimus *Ludou. Auendan. d. cap. 53. sub. num. 5.*

Cæterum non videtur ita indistinctè cum hac *Auendan.* traditione transeundum cum enim census pro ea parte, quæ excedit fructus rei suppositæ sit nullus non solum propter rationem, quam consideranimus supra *hoc eod. art. num. 3.* Quia scilicet census pro ea rata, quæ est supra fructus rei suppositæ, destituere-
tur naturali æquitate æquiualentiæ quæ consistit, vt tanti valeat res, quæ emitur quanti valet id, quod pro ea datur, & è conuerso, quæ æquiualentia non posset considerari fundus census non redderet tot fructus, qui sufficerent ad solutionem integræ responsionis, cuius percipiendæ ius venditur, sub habita ratione ad id, quod deficit pretium esset excessiuum, & non responderet rei venditæ, & proinde ratione dictæ iniustitiæ pretij talis venditio esset, nulla, sed etiam quia in dicta impositione, & venditione census non seruaretur forma tradita in Constitutione Pij V. super censibus in vers. rursus nisi, &c. vbi Papa prohibet vendi census non iusto pretio, & inde resultaret nullitas dictæ impositionis, & venditionis: vt diximus *infra par. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 4. nunc quæst. 47. per tot.* Et multo magis insurgeret nullitas, quia de iure ad validitatem venditionis vltra consensum, & iustum pretium requiritur etiam existentia rei, vt diximus *d. q. 1. art. 2. num. 2.* cùm autem in contractu census loco rei venditæ sit non fundus ipse, super quo fundus imponitur, nec pecunia ipsa, quæ annuatim soluitur, sed ius percipiendi annuam responsionem vt diximus supra sæpius, & *infra d. part. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. seu quæst. 45. num. 8.* si fundus suppositus non ferat tot fructus, ex quibus possit percipi integra quantitas annua, cuius percipiendæ ius venditur vtique pro dicta rata, quæ deficit, venditio caret sua materia, videlicet re, quæ venditur; & per consequens est nulla, vt argumentatur. Gutierez. *pract. quæst. lib. 2. quæst. 177. numero 6. vers. quarto.* Quæ nullitas multo fit clarior ex Bulla præfata Pij V. in versic. postremo census omnes, &c. Dum Summus Pontifex fundo census in toto, vel pro parte infructifero effecto voluit censum quoque ad ratam perire, & proinde si Papa censum legitimè constitutum declarat nullum pro ea rata, pro qua fundus efficitur infructuosus, multo magis dicendum est quod voluerit esse nullum eum censum, qui ab initio imponeretur super fundo pro parte non capace dicti census, & per consequens respectu dictæ ratæ infructuoso cum facilius sustineantur ea, quæ iam in esse deducta sunt, qua in concedatur aliquid inesse deduci *arg. leg. patre furioso, ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.*

Stante autem nullitate dicti census pro dicta rata, vtique nulli fructus ex eo deberi possunt, neque etiam ratione interesse, cum ex censu nullo, nec etiam is possit fructus percipere, qui est solitus suas pecunias collocare ad honestum lucrum, vt nos diximus *infra part. 2. cap. 2. quæst. 4. art. 7. seu quæst. 88. num. 8. auctoritate* Rotæ *in illa Vrbeuetana census 2. Maij*, 1595. *coram* bon. mem. Gypsio, *que est post tract. dec. 128. num. 3.*

Ex quibus satis clarè apparere existimo illud dictum Ludouic. Auendan *d. cap. 53. sub. num. 5.* non esse simpliciter recipiendum, sed dumtaxat in certis casibus, quorum aliquos retulimus *d. art. 7. num. 14. & seqq. & ibi in addition. num. 20. & seq.*

Quibus etiam casibus non posse iudicem ex officio venditorem huiusmodi census ad tale interesse condemnare existimo; cum in iis, quæ vtilitatem priuatam respiciunt non possit Iudex officium suum non petenti impartiri *l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de damn. infect.* sed ita demum si emptor talis census pro dicto interesse consequendo, egerit: vt non obscurè voluit Rota *in illa Romana census S. Celsi 28. Iunij 1602. coram* bon. mem. Iusto. *que est post tract. decis. 229. in fin. & expresse dixit* Rota Genuen. *dec. 37. num. 11. vers. neque etiam attendebat Rota.*]

SVMMARIA.

1 *Census impositus super fundo non capace integri census, non est omnino nullus.*

Limit.

Limit. si emptor census tempore emptionis sciuit fundumnon esse capacem totius census, num. 12.
2 *Quod sit vltra modum, reducitur ad modum.*
3 *Vsura est de iure diuino absolutè prohibita.*
4 Bald. *in cap. 1. sub* num. 15. *de iureiur. declaratur.*
5 Natta *consil.* 498. num. 5. *reprehenditur.*
6 *Baldi auctoritas est maxima.*
7 *Vbi eadem est ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*
8 *Census impositus super duobus prædiis vno peremptо sustinetur in alio, si sit capax totius census.*
9 *Societas officij contracta super duobus officiis, vno venditо sustinetur in alio, si sit capax.*
10 *Donatio non insinuata non annullatur in totum, sed in excessu.*
11 *Vtile per inutile non vitiatur in diuiduis.*
12 *Census de sui natura est diuiduus.*
13 *Emens scienter censum impositum super fundo non capace totius census, committit vsuram mentalem.*
14 *Vsura mentalis quod ad Deum non differt à reali.*

Census impositus super fundo non capace integri census, an sit in totum nullus.

QVÆSTIO XXXVI.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 2. art. 2.

FIrmauimus in præcedenti articulo, quod census constitui, & collocari non potest super re, quæ de sui natura non sit apta ad fructus producendum, qui æquent, vel superent annuam responsionem impositam, & male sentire eos, qui opinantur posse super re imponi annuum censum, qui annuos rei subiugatæ fructus superet, & excedat: sequitur vt in hoc articulo videamus, an impositio census facta super fundo, cuius fructus non possunt esse sufficientes pro solutione integri census impositi, & venditi, sit in totum nulla. An vero dumtaxat pro ea parte, pro cuius solutione fructus rei suppositæ non suppetunt.

1 In quo articulo † annullari censum solùm quo ad eam partem, & ratam, pro qua fundus suppositus non potest onus annuæ responsionis suppotare, firmo, & valido remanente contractu, & census impositione pro ea rata, cui fructus rei suppositæ correspondent, & quam fundus subiugatus supportare potest, concludendum censeo ex Bal. *in c. 1. sub numero 15. vers. istæ sunt quæstiones, ext. de iureiur.* Vbi quærens an emptio annui redirus ad vitam sit licita, respondet quod sic, dummodo emptor excessiuum fructum non faciat, postea ad propositum nostrum quærit. Quid si lucrum sit excessiuum; rescindaturne totus contractus, an verò dumtaxat tantùm quantum modum excedit. Et respondet concludendo quod rescindatur dumta-
2 xat in excessu, quia quod † fit vltra modum reducitur ad modum, & mensuram, *l. rogasti. §. si tibi ff. si cert. pet. l. placuit. ff. de vsur.* Quæ traditio *Bal.* licet iuxta terminos legum quas allegat non videatur recipienda à viris Christianis, qui sub gremio Sanctæ Romanæ
3 Ecclesiæ viuentes tenentur seruare ius diuinum quo † vsuræ in vniuersum, simpliciter, & indistincte sunt prohibitæ iuxta illud Euangel. *mutuum date nihil inde sperantes, & probat* Nauar. *in suo Commentar. de vsur. numero 7. & seqq. & repetit in suo Manuali, cap. 17. numero 207. versicul. & quod vsura*, cui repugnat dispositio dictatum legum permittentium, vt vsuræ excessiuæ reducantur ad legitimum modum permissum de iure ciuili, quo vsuræ non erant simpliciter, & indistinctæ prohibitæ, sed vsque ad certum modum permittebantur *tot. tit. ff. & C. de vsur. & prater cete-*

ros fatetur Nauar. *in d. cap. 17. numero 208. ad fin.* nihilominus in terminis nostris videtur omnino recipienda, & amplectenda: loquitur † enim *ibi Bald.* 4
retento themate à se proposito, videlicet: in terminis contractus emptionis annui redditus, quam licitam esse dicit, & nos probauimus latè *supra hac par. 1. cap. 1. q. 4. art. 3. & 4. nunc qu. 10. & 11.* & concludit quod si in isto contractu contingat excessus non rescinditur & annullatur totus, sed reducitur ad modum licitum, & cum *Bal.* videtur concordare etiam Petr. *in l. si ea pactione, C. de vsur.*

Et licet † Natta *cons.* 498. *numero 5. lib. 3.* præsup- 5
posito quod contractus, de quo loquitur Bal. *d. num.* 15. sit verus contractus emptionis, & venditionis, videatur intelligere illud dictum *Bal.* cum distinctione, quod si excessus in pretio sit vltra dimidium, & incidat læsio enormissima vltra dimidium, sit succurrendum læso per remed. *l. 2. C. de rescind. vendit.* non existente autem huiusmodi excessiua læsione sit standum conuentis. Ego tamen secluſa, & circumscripta fraude, & certa scientia, quod fundus esset incapax totius census amplector indistinctè conclusionem *Bal.* tùm propter ipsius rationes, & auctoritatem, quæ † ma- 6
xima est Ruin. *cons. 3. numero 18. lib. 2.* & quando est fundata lege, vel ratione excedit omnem viuentem, vt affirmat idem Ruin. *cons. 58. numero 15. lib. 3.* tùm quia non repugnat & intentioni *Pij V. in d. sua Constitutione super forma creandi cens.* dum disponit, quod si res super qua census constituitur, & collocatus fuit, reddatur infructuosa in totum, vel pro parte census, etiam in totum, vel pro parte extinguatur nam non videtur quod retentis terminis quæstionis propositæ, reddi possit concludens diuersitatis ratio respectu Iustitiæ & validitatis contractus quod res suppositа oneri, census non esset ab initio capax totius census, & integri oneris impositi, vel incapacitas incidat, vel superueniat ex post facto ad affectum, vt contractus in totum, vel pro parte sit inefficax, & inualidus, & ideò † idem ius in vtroque casu statui debet: *argum. regulæ,* 7
l. 4. §. ratio. ff. de dam. inf. & pro hac conclusione satis videtur facere resolutio Rotæ *coram* Reuerendissimo D. Sactato *in vna Romana census*, 14. *Ianuarij*, 1602. *quæ est post tract. dec. 90. numero 6.* dum ibi concluditur, quod † census impositus super duobus fun- 8
dis vno deficiente sustinetur in alio si sit capax pro sustentatione totius census, & melius resolutio facta *in eadem* Rota *coram* bon. mem. Penia, 18. *Iunij*, 1610. *in illa Romana census de Caruaschinis, quæ est ibidem dec. 66. numero 1.* vbi fuit resolutum quod census impositus super fundo partim libero, & partim subiecto fideicommisso sustinetur in parte libera si erat capax totius census, vel super parte census capace, à qua non est dissimilis resolutio facta *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *15. Decembris*, 1614. *in illa Romana retractus domus, quæ ibidem est dec. 71. num. 12.*

Et videtur etiam quod conclusio supra firmata possit comprobari ex eo, quod dicitur in societate officij, † quæ si sit contracta super pluribus officiis, si alterum 9
vacet sustinetur in alio, quatenus sit capax totius summæ in societate positæ, si verò officium quod remansit non sit capax totius summæ, sustinetur societas pro tata cuius est capax, vt fuit resolutum in Rota sæpius, & signanter *in Romana societatis officij*, 28. *Ianuarij*, 1604. *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *quæ est impressa post tract. dec. 91. per totum.*

Et confirmari potest exemplo donationis excedentis summam quingentorum aureorum, † quæ si non 10
insinuetur, prout necessarium esse sanciuit Imperat. *in l. sancimus, C. de donat.* non vitiatur in totum, sed tantum in excessu, vt ibi expressè disponitur.

Nam † in diuiduis, & separalibus vtile per inutile 11
non vitiatur, *cap. vtile, & ibi* Din. *de reg. iur. in 6. laſ.*

per text. in d. l. sancimus, in l. 2. num. 170. C. de iure emphyteut. Bart. *in l. Græcè, §. illud, num. 3. ff. de fideiuss.* sed contractus censualis est de sui natura diuiduus, *vt latè dicamus infr. q* 110. *alias per. 3. q. 3. art. 8.* meritò, &c.

Cæterum si ab initio tempore impositionis, & venditionis census emptor † illius habuisset notitiam quod fundus subiugatus non ferret tot fructus qui essent satis ad solutionem integri census super impositi, & non obstante hac sua notitia, & scientia gerens prauam intentionem ex datione pecuniæ faciendi lucrum vltra quam permissum est, nihilominus censum excessiuum emisset, non crederem illum esse tutum in foro conscientiæ. quia † licet non committat vsuram formalem, vt dicit Bal. *d. numero 15.* committit tamen vsuram intentionalem, & mentalem, per ea quæ habentur apud Syluestr. *in sua summa, in verb. vsura, el 1. numero 1.* & alios Summistas passim, quæ quo † ad Deum à formali non distinguitur, vt dicit Natt. *d. consil. 498. numero 6. & seqq.* Calcan. *consil. 84. num. 1.*

SVMMARIA.

1 *Census impositus super fundo non capace integri census quod sit aliundè soluendus volunt aliqui.*
2 *Contraria tamen opinio est verior.*
3 *Census deberi non potest ex sola bonorum obligatione.*
4 *Fundus census si pro vno vel pluribus annis fructus non ferat sufficientes, an census debeatur, aliquid distinguunt.*
Affirmatiua sententia vera est, & communis num. 6. *& infra.*
Ampliatur, num. 15.
Declaratur, num. & 11. seqq.
5 *Ex natura contractus censualis soluendi essent fructus, qui ex re censuata colliguntur.*
7 *Census non imponitur super fructibus rei sed super ipsamet re respectu fructuum.*
8 *Fundus de sui natura frugifer non desinit esse talis ex eo quod per aliquot annos fructus non ferat.*
9 *Sterilitas vnius temporis, cum vbertate alterius compensatur.*
10 *Emphyteuta tenetur respondere de pensione consistente in fructibus, licet bona emphyteutica aliquo anno fructus non ferant.*
12 *Annua præstatio debita ex fructibus rei, si vno anno fructus sufficientes non nascantur, soluenda est ex fructibus sequentium annorum.*
13 *Maximè si pensio sit soluenda in pecunia.*
14 *Pensio debita, ex beneficio Ecclesiastico pro anno sterili soluenda est ex fructibus sequentis anni veteris.*
16 *Commodum quis ex sua culpa non debet reportare.*

Fundus Census si pro aliquo tempore non ferat fructus sufficientes, an pensio sit soluenda ex fructibus aliorum bonorum.

QVÆSTIO XXXVII.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 2. ar. 3.

IN proposito articulo duæ sunt necessariæ inspectiones. Prima est quando ab initio tempore impositionis census fundus illius in rei veritate non erat capax totius census. Altera quando post census impositionem ex accidenti contingit, vt pro vno, vel pluribus annis fructus dicti fundi non sufficiant pro solutione integri census.

In prima inspectione licet Guid. Pap. *quæstio. 8. quem refert* Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, huiusmodi, numero 45. & verbo, tanquam, num. 61.* Cassan. *ad consuetud.* Burgund. *Rubr. 11. Des censes, §. 2. in princ.* Soto *de Iustit. & iure, lib. 6. quæst. 5. artic. 1. in 2. corrollar vers. sequitur.* Bon. *in suo tract. de censib. art. 12. num. 29. vers. at in casu nostro.* Petr. Caball. *consil. ciuil. 94. num. 11. lib. 1.* censeant † censum esse aliundè supplendum ex fructibus aliorum bonorum, vel propter generalem hypothecam cui tempore impositionis, & venditionis census alia bona venditoris census subiiciuntur, vel illa deficiente, ob personalem obligationem, qua tenetur imponens, & cum istis videatur etiam sensisse Rota *coram* bon. mem. Penia *in vna Romana census de Canalleriis, 26. Iunij, 1596. qua est post Tract decis. 6. num. 1. & seqq.* 1

Verior † tamen est contraria opinio, quia census imponi non potest ita vt obligetur dumtaxat persona imponentis, vt latè dictum fuit *supra hoc eod. cap. 3. quæst. 1. art. 6. nunc q. 34.* quod contingeret si pro ea parte pro qua fundus, qui fuit subiugatus, non est capax, & tempore impositionis notum erat contrahentibus, quod non erat capax, esset soluendus census ex fructibus aliorum bonorum, vt aduertunt Laurent. de Rodulph. *in suo tract. de vsur. part. 2. q. 12. numero 46. vers. soluit. quem refert.* Canet. *ad extrauag. Volentes, §. successiuè. num. 10. fol. mihi 164.* Ioan. Azor. *Instit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 6. vers. primo quæritur vbi testatur communi*, & comprobat affirmans hoc non solum prohiberi ex dispositione constitutionum Pontificiarum, [& vere repugnat Constitutioni Pij V. super forma creandi census quæ *in vers. hac igitur nostra*, &c. prohibet ne census creari constituiue possit, nisi in re de sui natura fructifera; ideſt apta ad ferendum tot fructus, qui sufficiant ad solutionem integri census vt declarat Nauar. *in suo Commentar. de vsur. numero 85. vers. 8. & cons. 9. numero 1. lib. 3. in tit. de censibus, &* Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino *in illa Rom. census 30. Octobris 1601. qua est post tract. dec. 1. numero 1. & coram* Ludouis. *in illa Romana fideicommissi de Iacobatiis 5. Decembris 1605. qua ibid. est dec. 4. & 5.*] sed dicit etiam repugnare naturæ contractus censualis, † quia census deberi non potest, ex sola omnium bonorum obligatione, & hypotheca, vt sæpius dictum fuit. 2 3

[Et hanc opinionem latè defendit Ioan. Gutierez, *practic. qu. lib 2. cap. 177. per tot. & signanter num. 5. vers. verum*, & infra per optimas rationes, & illam potissimum, qua omnes mouentur, quod data pro vera contraria opinione, sequeretur quod census pro ea rata, ad cuius solutionem non sufficiunt fructus fundi subiugati, sustineretur super personali obligatione, quod esse alienum à mente Pij V. & esse magis communiter à scribentibus reprobatum fuit latè supra demonstratum. Et per hæc fundamenta in contingentia facti obtinui quendam censum impositum super pluribus prædiis, quorum aliqua non reperiebantur, in rerum natura, & illud quod reperiebantur, in rerum natura, & illud quod reperiebatur, non erat capax totius census, reduci ad limites fructuum dicti prædij existentis tàm pro tempore præterito, quàm pro futuro vsque ad extincta ex fructibus totius census indebitè perceptis, qui fuerunt in extinctionem sortis principalis proportionabiliter computati.]

Doctores autem pro contraria parte allegati non loquuntur de censu consignatiuo, de quo nos agimus, aliàs malè loquerentur, & contra communem de qua *d. art. 6.* Rota *vero in d. Romana census de Canalleriis* præsupponit rem super qua census fuerat constitutus esse de sui natura aptam ad supportandum onus integri census, sed fuisse antea oneratam alio censu, & sic ex accidenti illius fructus nõ posse sufficere ad solutionẽ integr

integri census, & non apparet emptorem secundi census de hoc habuisse notitiam.

4 In secunda † inspectione, quando fructus rei suppositæ post census impositionem, & venditionem, ex aliquo accidenti, puta propter incursum hostium, sterilitatem, vel aliam extrinsecam causam pro vno, vel pluribus annis non sufficiunt pro solutione totius census, Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. par. 2. disput. 390. num. 6. vers. contrarium*, tacitè distinguit, an casus propter quem fundus subiugatus non fert fructus sufficientes contingat absque aliqua culpa, & negligentia debitoris census, sed sit merè fortuitus, puta pestis, belli, grandinis, & similes. An verò contingat ex negligentia debitoris census qui non curauit fundum oneri census subiugatum colì, vt inde fructus solitos posset percipere, sed voluit cessare à cultura agri vno anno, vt vberiores sequenti anno fructus caperet, vel alia simili causa, vt primo casu census non sit supplendus, secundo verò suppleri debeat ea motus rationes, quia emptio census nil aliud est quam emptio iuris ad percipiendum partem fructuum quo res censui obnoxia quotannis reddiderit, vel in ipsis fructibus, vel in aliquo æquiualenti:

5 nam † ex natura huius contractus est, vt soluantur fructus qui percipiuntur ex prædio censuato, si credimus Ludouico Lopez. *in suo tractatu de contract. lib. 1. cap. 56. vers. si autem quis suscitetur*, licet, vt ipse dicit consuetudo inoleuerit, vt census soluatur in pecunia numerata, scilicet ad propulsandum omnis impostura, & fraudis genus, quod aliàs in persoluendo pensiones in fructibus posset contingere, quia fructus aliquando valerent pluris aliquando minoris, pecuniæ autem pretium vniformè semper existit, & hinc factum esse credendum est, vt census, vt plurimum constituatur soluendus in pecunia numerata, non autem in fructibus, & propterea dicebat Molina *loco supra citato*, quod sicut pereunte etiam casu fortuito re subiugata, debitor census ex natura contractus deinde non tenetur ad solutionem census, vt nos quoque dicemus *infra part. 3. cap. 1. quæst. 1.* Ita pereuntibus fructibus etiam casu fortuito pro aliquo anno non debet teneri debitor census pro eo tempore ad illius solutionem, & cum hac opinione videtur transire etiam Hieron. Gabr. *cons. 47. num. 2. & 3. lib. 2. & 3. lib. 2.* Gasp. Anton. *Thesaur. in addit. ad dec. Anton. sui patris, dec. 20. ad fin. & Leonard. Leff.* quando ex fundo supposito nulli prorsus percipiuntur fructus *in suo tract. de Instit. & iure, lib. 2. cap. 22. in tit. de censib. dubit. 12. num. 82.* [*quam amplectitur etiam* Cæsar. Manent. *in suo tract. de Iur. contract.* Liuellar. *pecun. constit. quæst. 2. pact. 2. numero 9. & pact. 4. num. 41. & 42.*]

6 Verùm enimuero, † quod immò debitor census simpliciter, & indistinctè teneatur ad solutionem census pro eo etiam tempore, quos res supposita, vel nullos prorsus fructus reddit, vel non reddidit sufficientes pro solutione integri census, & quod omni casu census sit aliunde supplendus, tenent communiter Scribentes. Nauar. *d. commentar. de vsur. num. 117. quæst. 23. & seq.* Soto, *dict. lib. 6. de iustit. & iure, qu. 5. art. 5. post. med. ante prim. corolar.* Surd. *cons. 162. num. 15. in fine, & num. 16. & 21. lib. 2.* Idem voluit Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligation. Iustit. lib. 10. quæst. 10. num. 11. & 12.* ea potissimum

7 ratione, quia † census non imponitur super fructibus ipsius rei, sed super ipsa re, nec per censum venditur ius ad ipsosmet numero fructus ex eadem re colligendos (alioquin inuito domino census non posset censuarius de fructibus rei censitæ pro arbitratu disponere comedendo eos, vel alienando) sed venditur dumtaxat ius ad rem? id est; ad constitutam census pensionem ratione rei censitæ exigendam, vt comprobat Felic. de Solis, *in suis commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 4. numero 7.* eiusmodi autem ius idem, eodemque modo perseuerat, quandiu res, quæ fundamentum ipsius iuris est extincta remanet, tam quando ex dicta re per aliquod tempus fructus non percipiuntur casu aliquo fortuito, quam quando id prouenit culpa, & facto debitoris census merito, &c. Et eandem sententiam amplexi sunt etiam Boccac. *in d. suo tract. de censib. part. 2. numero 41. & facit part. 3. numero 70.* Ioan. Azor. *d. cap. 6. quæst. 5.* Boninsign. *in tract. de censib. cap. 2. numero 9. & seqq. & cap. 15. numero 1. vers.* Intellige, qui optima & concludenti ratione mouetur, quæ deseruit etiam ad subuertendum fundamentum, quo nituntur *Gabr. & Molin.* & alij qui contrarium sentiunt. Nam de substantia contractus censualis est quidem, vt res super qua census fundandus, & constituendus est sit de sui natura fructifera, id est, apta ad fructus ferendos, non autem quod realiter, & cum effectu fructus ferat, vt diximus *supra art. preced.* Et ideò † quando fundus super quo census fuit 8
collocatus est de sui natura aptus ad ferendum fructus, si propter aliquod accidens, non tamen perpetuum, fructus per aliquod temporis spatium non reddit, non propterea dici potest quod † desierit esse de sui 9
natura frugifer, vt declarauit idemmet *Pius V.* in quadam *Bulla* quam edidit *ad declarationem Bullæ suæ de censib. vers. nec hæc discrimina*, cuius copia habetur impressa in principio huius nostri Tractatus. Confirmatur præterea hæc conclusio forti ratione, quia sterilitas vnius temporis cum vbertate alterius compensari debet, *l. licet, C. locat. c. propter sterilitatem, ext. eod. tit.* quam rationem in proposito considerauit Rota *coram* bon. mem. Penia, 31. *Maij*, 1591. *in illa Vrbenetiana census, quæ est post tract. dec. 10. num. 5.* Vnde non repugnat naturæ contractus censualis, vt etiam pro dicto tempore quo res censita fructus non tulit ex fructibus aliorum bonorum census integer soluatur. Hanc eandem sententiam tanquam veram amplectitur [Ioan. Bapt. Madius *in suo tract. quem inscripsit Censuum requisita, & instrumenti forma circa 7. quæsitum, num. 2. & seq. & numero 6. nec non*] *idem* Ioan. Azor. *d. cap. 6. quæst. 6.* ea ratione qua mouetur etiam Rebell. *d. quæst. 6. num. 11. & 12.* quam nos *supra* retulimus, *n. 7. eandem fuit etiam sequutus* Ludouic. Lop. *loco supra citato, cap. 56. vers. vt autem experiamur, & vers. verum ad hoc*; eo fundamento quia cum pretium pecuniæ, quæ loco fructuum rei suppositæ pro censu soluitur, vniforme semper existat, soluendus est census etiam pro eo tempore quo fundus censitus fructus non reddidit, quemadmodum † 10
emphyteuta tenetur respondere de pensione consistente in fructibus licet bona emphyteutica aliquo anno fructus sufficientes non ferant, vt dicit Lopez *d. vers. verum ad hoc*, & Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. 6. numero 304. & hac sententia placuit etiam* Vinc. Caroc. *in suo tract. de locat. & conduct. par. 5. in tit. de remiss. mercedis, quæst. 8. sub numero 36. vers. similiter. Et post hæc scripta visus*, Mart. Bonacin. *de contract. disput. 3. qu. 4. puncto vnico, numero 27.* Quæ procedit maxime si tempore constitutionis, & venditionis census fuerit inter contrahentes conuentum, quod non obstante casu fortuito sterilitatis, calamitatis, aut alterius infortunij, venditor census ad annuam pensionem præstandam teneatur (quod pactum esse licitum videbimus *infra part. 2. cap. 1. qu. 3. art. 4. nunc qu. 56.*) & ita concludit Federic. Martin. *d. cap. 6. num. 302.*

Ego autem licet non ausim ab hac communi opinione recedere, illam tamen temperandam esse existimarem ex mente Bero. *cons. 17. num. 22. & seqq. lib. 1.* qui cum maxima æquitate super isto articulo ratiocinando cõcludit. Quod si † ex re suppositi oneri census quoli- 11
bet anno non colliguntur tot fructus qui sufficiant pro totius, & integri cẽsus solutione debitor nõ remaneat liberatus, ita vt ad solutionẽ vlterius nõ teneatur,

nec etiam debeat supplere, & soluere censum ex fructibus aliorum bonorum, sed sit expectandus, & facienda illi dilatio ad soluendum donec cum fructibus colligendis ex eodemmet fundo censuato sequentibus annis possit integralem solutionem, etiam pro tempore præterito facere, & sic debitor census non acquirit totalem liberationem pro tempore quo fundus censuatus fructus non reddit, sed duntaxat dilationem ad soluendum donec possit creditori, & domino
12 censui integraliter satisfacere. Nam † quando annua præstatio est facienda ex redditibus rei, si vno anno fructus non extant, expectanda est vbertas anni sequentis, & sterilitas cum vbertate est compensanda,
13 *l. ex eo, ff. de vin. vrit. & oleo legat.* Maximè † quando, præstatio consistit in pecunia, *l. firmio, in princ. ff. quan. dies legat. eod. vt post* Castrens. *dicit* Felin. *in c. ad audientiam, el secondo, col. 7. in. 17. vers. subdit*, Pau. *de resc. refert* Gig. *in suo tract. de pension. q. 62. num. 7.* Inferens
14 ad eum, † qui tenetur soluere pensionem reseruatam super fructibus beneficij Ecclesiastici, quod teneatur ex fructibus anni sequentis vberis soluere pensiones anni precedentis sterilis, Iste autem debitor erit expectandus non solùm per vnum annum, sed etiam per plures donec fundus ille tot ferat fructus, ex quibus domino census sit integraliter satisfactum de omnibus censibus pro tempore præterito decursis, & non solutis, argu. notat. per *Bart.* & alios communiter *in l. inter stipulantem, §. sacramiff. de verb. oblig.* vbi Alex. *testatur de communi.*

15 Et in † tantum creditori census sint obligati fructus ex prædio censuato sequentibus annis colligendi, vt ex eis sit facienda solutio etiam quod domino fundi censuati nihil penitus ex fructibus eiusdem prædij sit remansurum, *l. legatum*, 17. *§. vini Falerni, ff. de annu. legat. & deducit* Bero. *d. cons. 17. num. 15. in fine, num. seq.* [Et hanc distinctionem in casu valde simili amplexus fuit, & confirmauit Surd. *in tract. de alimen. tit. 4. qu. 26. num. 113. & seqq.*]

Et hæc opinio satis æqua mihi visa fuit, & illam in contingentia facti amplecterer, nisi culpa domini fundi censuati (ex eo fortè, quod illum aptè diligenter, & congruentet non coluit, vel in alio defecit) contigerit quod fructus solitos non reddiderit. Nam si in aliquo culpæ debitoris census adscribi possit, quod fundus ille solitos fructus non tulit, crederem, quod ex fructibus aliorum bonorum esset supplendus, & sol-
16 uendus integer census, ne † ex propria negligentia, & culpa commodum, & vtilitatem sentiret, contra iuris regulas, *l. si hominem, ff. mand. l. relegatorum, §. potest aliqui, ff. de interd. & relegat.* & deducit Surd. *d. cons. 162. num. 19. & seqq. & bene conferunt dicta per* Gig. *d. quæst. 62. num. 8.* & vult expresè post alios, quos allegat Bonacin. *dict. num. 27. ad finem.*

SVMMARIA.

1 *Census paruus super re magni redditus constitui non potest, secundum aliquos.*
Contraria opinio est verior, num. 3. *& infra vbi contrariis respondetur.*
2 *Census non potest licitè fundari, nisi proportionatus fructibus rei, quæ subiicitur.*
Intellige vt non debeat esse minor fructus, quam census, non quod debeant esse æquales, num. 6.
Intellige 2. dummodo fructus rei non multum excedant census soluendos, num. 7.
[*Valor rei regulari debet ex illius fructibus.*]
3 *Census sequitur conditionem rei super qua imponitur.*

Super re magni redditus an imponi possit paruus census.

QVÆSTIO XXXVIII.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 2. ar. 4.

CIrca hunc quartum articulum. An super re magni redditus possit imponi, & constitui paruus census, † videretur negatiuè respondendum. Quia cùm 1
census ita debeat fundari, vt pereunte re censuata in totum, vel pro parte ipse quoque census debeat in totum, vel pro parte extingui, & perire, vt sanciuit *Pius V. in sua Constitutione super forma creandi cens.* Si permitteretur, quod super re magni redditus imponi posset paruus census, facili negotio contingere valeret vt menti, & dispositioni Sanctissimi Pontificis fraus fieret, & quod difficulter dari posset casus in quo emptor census subiturus foret periculum amissionis sui capitalis, nisi in casu peremptionis totius fundi censuati: non enim videtur, quod admissa opinione affirmatiua, possit contingere quod per peremptionem partis fundi pereat, & extinguatur pars census, quia si fundus est minimi redditus, census verò paruus quantulacumque pars fundi remaneat, satis futura erit pro solutione totius census, quod videtur satis absurdum, & contra Constitutionem præfatam, & cum hac opinione videtur transire Nauar. *in suo Commentar. de vsur. num. 85. vers. Octaua*, dum colligens conditiones seruandas in creatione census, iuxta dispositionem dictæ Bullæ dicit octauam esse, vt res censuata reddat tantùm, quantus est census imponendus. Ponderando quod licet Papa in dicta sua Constitutione non exprimat quantæ frugis debeat esse res oneri census subiicienda, dicendo tamen quod debeat esse frugifera, satis videtur significare quod debeat esse tantæ, quantus est census, cùm † non 2
possit census licitè constitui, nisi proportionatus ad fructus qui ex re supposita percipiuntur, vel percipi possunt. Et cum hac opinione visa est transire Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, 30. *Octobris*, 1602. *in illa Romana census, quæ est post Tract. dec. 1. sub num. 5. vers. & ideo cum censu.* [Et ob hanc eandem rationem dicebat Ioan. Bapt. Madius *in suo tract. quem inscripsit, Censuum requisita, & Instrumenti forma circa 3. quæsitum num. 5.* Quod non potest constitui census super multis bonis, quæ excedant in valore pretium erogatum in emptionem census, quia si pars dictorum bonorum periret, multoties sciri non posset quanta pars dicti census esset deperdita. Quam opinionem amplectitur etiam Cæsar. Manent. *in suo tract. de Iur. contract. Liuellar. pecun. constitut. qu. 1. pact. 2. num. 8. &* 9. ea ratione, quia aliàs contractus redderetur iniquus, & iniustus duplici ratione. Primò quidem quia cùm res sit æstimanda ex redditibus, & fructibus illius *l. si fundus in princ. ff. de reb. eorum cum vulgar.* si res censui subiugata ferat maiores fructus, quam sint necessarij ad solutionem annui census super eo impositi, vtique pluris valebit census; quam fuerit erogatum pro illius pretio, & sic pretium erit iniustum, & per consequens ratione iniustitiæ illius contractus redderetur iniquus. Secundò nititur. *Manent.* demonstrare iniustitiam dicti contractus ex traditis *per* Boccac. *in suo tract. de censib. par. 3. n. 70.* vbi ex mente *Manent.* firmat, quod quo ad obligationem soluendi annuum censum debet fieri compensatio sterilitatis cum vbertate præcedentium annorum. Vnde infert *Manent.* quod si liceret imponere censum super prædiis, quæ notabiliter excedunt pretium, quo census ille emitur, nunquam, aut raro

dari

dari posset casus restaurati, & compensationis sterilitatis, cum vbertate, quia impossibile est, quod ex re, quæ in duplum, & plus excedit pretium datum, non percipiantur tot redditus & fructus, quibus pensio annua solui possit, aduenientе etiam aliquo infortunio in ipsis, & proinde inquit *Manent.* resultat iniustitia contractus.]

3 Contrariam † tamen sententiam amplexus fuit Conrad. *in suo tract. de contract. q.* 83. *conclus.* 3. vbi expressè professus fuit super fundo magni redditus posse paruum censum constitui, & fundari, & rationibus cuiusdam Doctoris cuius nomen supprimit, contrarium sentientis respondet, & ab hac opinione non dissentit Ludouic. Lopez *in suo tract. de contract. lib.* 1. *c.* 57. *vers. iam ex hac secunda*, vbi alios allegat, & eandem amplectitur, & confirmat Io. Azor. *instit. Moralib. part.* 3. *lib.* 10. *c.* 6. *vers. secundo quæritur*, Felician. de Solis *in suis Commentar. de censib. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 7. quam opinionem fuit etiam amplexus Sigismund. Scacc. *de Commerc. §.* 1. *q.* 1. *num.* 206. *vers. Ratio istius declarationis, post hæc scripta visus* [*cum qua transit etiam* Gaspar. Anton. *Thesaur. quæst. Forens. lib.* 1. *cap.* 32. *n.* 18. *versic. eademque, & infra vbi hoc declarat.*] Et ego quoque libentet cum ea pertranseo, cum non repugnet *Constitutionibus* Martini V. & Calixti III. *registratis in c.* 1. & 2. *de empt. & vendit. inter Extrauag. Commun. & Pij V.* quæ simpliciter requirunt quod census imponatur super re, sui natura fructifera, & quæ fructum ferat, & sic certis finibus designata, & non distinguunt an redditus debeat esse maior censu imposito, vel sufficiat quod illum æquet. Præterquam quod in contractu censuali non emitur fundus ipse, qui subiicitur, nec illius fructus, sed tantum ius percipiendi illam annuam pensionem, quæ super dicto fundo imponitur, & constituitur, vt dictum fuit *supra art. preceden. numer.* 7. [Immo hoc esse regulare *dixit* Rota *coram* R. P. D. Virile *in vna Romana fructuum census* 14. *Ianuarij* 1628. *quæ post tract. est decis.* 511. *n.* 11.]

4 Nec refert † quod hoc casu difficulter census possit perire, quoniam non considerauit *Pius V in d. sua Bulla*, quod census de necessitate esset perituri immo voluit quod esset perpetuus, disposuit tamen, quod si casu, & fortè fortuna contingeret perire fundum censuatum in totum, vel pro parte, census quoque in totum, vel pro parte periret, & satis est ad effectum vt constitutioni præfatæ dicatur satisfactum, vt res super qua census est collocandus aptitudine, & potentia possit

5 perire. Nam census ipse † sequitur conditionem rei super qua fuit constitutus, si res ipsa in totum, vel pro parte pereat, nec debet haberi in consideratione quod casus iste facile, vel difficulter possit contingere.

6 *Nauar.* † autem, & Rota *coram Illustriss. Mellino* supra in contrarium allegati, non intellexerunt, nec senserunt quod census debeat adæquari fructibus fundi censuati, ita vt si fundus sit maioris redditus, quam sit census imponendus, impositio ipsa sit inualida, sed tantum quod census imponendus non sit maior, quam redditus fundi, vt colligitur ex verbis *Nauar. ibidem* alioquin iuxta subiectam materiam non satis apta diceretur fructifera, & hæc responsio satis clarè colligitur ex Io. Bap. Lup. *ad l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. com.* 2. §. 2. *num.* 80. & *seqq.* *Et hoc amplexus est* Martin. Bonacin. *de Contract. disput.* 3. *q.* 4. *puncto vnico, numer.* 10. *versic. verum tamen est*, & *sentit eadem* Rota *coram* Illustriss. Cardinali Ludouis. *5. Decembris* 1608. *in illa Romana fideicommissi de Iacobatiis, quæ est post Tract. dec.* 4. *num.* 4. *dum ibi* fuit resolutum quod pro validitate census requiritur, quod prædij redditus superet, aut æquet censum, & pro hoc allegat Nau. *d. tract. de vsur. num.* 79. [Rationes quoque *Manent.* non vrgent, nam ad primam respondetur ex iis, quæ diximus *infra hoc cap.* 3. *q.* 4. ad quem locum est recurrendum, ne eadem sæpius repetamus, secunda etiam facili negotio tollitur, ex dictis per *nos supra art. præcedenti.* vbi ostendimus falsitatem fundamenti; quo hæc secunda ratio *Manent.* nititur cum falsum sit, quod in contractu census detur remissio ob aliquam sterilitatem contingentem in prædio censito, & quo ad auctoritatem Boccac. *d. n.* 70. tantum abest, vt hoc dicat, vt potius *n.* 71. contrarium expressè affirmet.]

Non tamen † displicet sententia Ludouic. Lopez. *in* 7
d. vers. iam ex hac secunda vbi hanc affirmatiuam conclusionem veram esse fatetur, dummodo fructus rei censuatæ non multum excedant pensiones & census soluendos: si enim excessus esset apparenter maximus, talis impositio non careret suspicione fraudis, & intentionis celebrandi contractum census in fraudem vsurarum, & quod emptor illius vellet esse securus de census perpetuitate, à qua suspicione esse omnino cauendum, alias diximus.

SVMMARIA.

1 *Census plures super eodem fundo capace, quod non possint diuerso tempore imponi, volunt aliqui.*
2 *Verior tamen est opinio affirmatiua.*
3 *Quam declarat* Io. Azor. *procedere dummodo accedat consensus domini prioris census.*
4 *Opinio tamen* Azor. *reiicitur.*
5 *Impositio census super fundo alio censu onerato etiam si non sit capax vtriusque census, est valida.*
6 *Bullæ Pij V. super censib. in verbis Immo, & censum, & c. Intellectus.*
[*Census impositus super fundo alio censu grauato etiam quod non sit capax vtriusque census si tempore impositionis reputabatur capax sustinetur.*
Census iste eo vsque valet, quousque fundus eximatur irreuocabiliter vigore prioris hypothecæ.
Census resoluitur ipso iure exacto irreuocabiliter fundo censito vigore anterioris hypothecæ.]

An super eodem fundo capace possint imponi plures census.

QVÆSTIO XXXIX.

alias par. 1. *cap.* 3. *qu.* 2. *ar.* 5.

RElinquet expediendus quintus articulus in quo videndum est breuiter. An super eodem fundo capace possint diuersis temporibus valide constitui plures census. In quo licet prima † consideratione videretur amplectenda opinio negatiua, quam tenuit Surd. *consil.* 318. *n.* 7. *vers. secundo dico*; *l.* 3; ponderando Bullam Pij V. super censib. in illis verbis. *Immo & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel aliare ad fauorem eiusdem; aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus*: asserens quod ibi Papa mandat rem iam censuatam non posse nouo censu obligari, & subiici. 1

Attamen † contrariam sententiam tenuit Nauar. *in* 2
suo Comment de vsur. num. 94. *glos.* 10. *in fine* Boninsign. *in suo tract. de censib. cap.* 11. *num.* 1. Federic. Martin. *in suo tract. de iure, cens. cap.* 4. *num.* 81. qui ea mouetur ratione, quod sicut vno eodemque tempore duos plures ve census bonis suis imponere quis potest, dummodo prædia ad omnes census ferendos sint sufficientia, eodem modo, & diuersis temporibus plures census rebus suis imponere quis valet, cum non possit concludens di-

uersitatis ratio considerari, eandem sententiam amplexus fuit Cardin. Tolet. *in suo Instruct. Confessor. lib. 5. cap. 45. vers. secundum refert, & sequitur* Io. Franc. *Leonis in suo Thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 18. de censib. numer. 60. & amplexa fuit etiam* Rota *in illa Romana census de Caualleriis, coram* bon. mem. Penia, *26. Iunij, 1596. quæ est post Tract. decis. 6. num. 2.*] *& dec. 499. n. 11. coram* R. P. D. Ambrosio de Lutis *Rota Prouincie Marchie Auditore. Anconitana census 31. Octobr. 1621. huic locum sequitur*] vbi in casu magis dubitabili fuit pronunciatus validus quidam census de nouo super eodem fundo impositus licet fundus ille non esset capax totius nonicensus, & ex fructibus illius non posset solui totus, & integer census de nouo impositus, ea ratione, quia ille nouus census erat impositus iuxta formam *Constitutionis Pij V.* super re sui natura fructifera, quæ tempore creationis dicti noui census credebatur esse tanti redditus, qui sufficeret non solùm pro solutione anterioris cēsus, sed etiam alterius postmodū de nouo impositi, ergo multo magis erit valida impositio quando realiter, & cum effectu fructus dicti prædij sufficiunt pro solutione vtriusque census, vt considerauit Rota *coram eodem* bon. mem. Penia, *in una Romana census, 17. Aprilis, 1598. quæ est ibidem decis. 56. numer. 1. & anteà eandem sententiam fuit amplexa* Rota *coram* Seraphino, *decis. 321. n. 1. & seqq. part. 1.* [quam sententiam nos allegans amplexus fuit nouissimè Mart. Madices *dec. Senens. 30. num. 12.*]

3 Et licet † Io. Azor. *Instit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 7. quæst. 2. &* Martin. Bonacin. *post hæc scripta visum, in suo tract. de contract. disp. 3. q. 4. puncto vnico, n. 9.* in ea fuerit opinione, quod ad effectum, vt validè possit imponi census super fundo alio censu anteriori onerato, requiratur consensus domini prioris census, & subdat ibi vers. quæ res, quid si Titius. Quod si imponatur absque tali consensu, impositio sit nulla, sed nihilominus imponens teneatur soluere censum vtrique, donec secundus emptor resciat fundum illum esse alteri obligatum, quia dolus, & fraus nemini patrocinantur, & sibi imputare debet impositor cēsus, quod illum imposuit super fundo alteri obligato, & quod propterea emptor secundi census non tenetur ad restituendum fructus ex dicto censu perceptos, & exactos, postquam autem resciuit, ad hoc, vt licitè possit fructus census percipere, vel debet habere consensum emptoris prioris census, dummodo fundus sit capax vtriusque census, vel, quatenus onus vtriusque census sustinere nequeat sortem repetere.

Hæc tamen restrictio, & declaratio *Azor. & Bonacinæ*, non videtur necessaria, quoniam † cum in constitutione, & venditione census non vendatur fundus ipse cui imponitur census sed ius percipiendi annuam responsionem ex fructibus dicti fundi vt dictum fuit *supra hac part. 1. c. 1. q. 3. art. 2. seu q. 7. n. 3.* & alibi sæpius, & propterea quatenus fructus dicti fundi supperant pro solutione non solum prioris census, verum etiam posterioris, non est quod impositori, vel emptori secundi census vitio verti possit.

5 Quatenus † verò fructus dicti prædij pro vtriusque census solutione, non sufficiant, non propterea impositio secundi census fuit ab initio nulla, vt dicebat *Azor.* immò valida fuit, vt declarauit Rota *maximè in illa Romana census de Caualleriis*, sed consuluitur indemnitati emptoris secundi census per remedia considerata *ibi per* Rotam, *& nos dicemus infra hoc cap. 3. q. 4. nunc q. 42. n. 10. & seqq.*

6 Nec obstant † verba *Bullæ Pij V.* vt supra per *Surd.* considerata, quoniam mens Papæ ibi non fuit prohibere impositionem noui census super fundo onerato alio antiquiori cēsu, sed dumtaxat prouidere ne nouus census constituatur super eodem, vel alio fundo pro censibus iam decursis, & non solutis, vel decurrendis, ob quos nec augeri potest census antea impositus, nec imponi nouus, vt declarat Nauar. *d. numer. 97.* Glos. 10. Boninsign. *d. cap. 11. numero 1.* nec ne per censuum incrementa ex pensionibus censualibus in paupertatem redigantur censuum debitores, bonaque sua amittant, sicut ex vsurarum vsuris, atque ex recambiis consueuerunt redigi, vt animaduertit Ludou. Molina, *in d. suo tract. de contract. part. 2. disput. 390. num. 10. vers. in secunda* [suprafirmata autem conclusio duas recipit declarationes.

Prima est quod pro validitate secundi census non sit necessa, vt ille fundus sit verè, & realiter capax vtriusque census, sed sufficiat quod pro idoneo, & capace communiter habeatur, & reputetur tempore impositionis. Quod comprobatur *ex iis quæ diximus supra par. 1. c. 3. q. 4. nunc q. 42. n. 7.* de cēsu impositio super fundo alteri oneri obnoxio, qui si tempore impositionis pro libero reputabatur impositio valet, & tenet, vt ibi fuit comprobatum.

Secundo loco est declaranda quod licet verum sit quod super eodem fundo possint diuerso tempore plures census imponi validitas tamen secundi census eousque durat quousque ille fundus ex causa necessaria prioris hypothecæ irreuocabiliter euincatur, *vt declarauit* Rota *in una Rom. census 29. Aprilis 1630. coram* R. P. D. Dunozetto, *quæ est post tract. decis. 548. num. 2.*

Nam tunc resoluto iure hypothecantis, & censum imponentis resoluta quoque remanet hypotheca, & census impositio secundo loco facta, vt subiungit ibi Rota *multos allegans, & signanter nos in hoc tract. par. 3. cap. 1. q. 7. nunc q. 116. numer. 7. & ead. par. 3. cap. 2. nunc q. 119. n. 3.*

Imo eo ipso, quod fundus ille vigore dictæ prioris hypothecæ, & impositionis census fuit eiectus irreuocabiliter, secundus census remansit ipso iure resolutus, & exinde nulli ex eo deberi, vel exigi possunt fructus citra labem vsurariam, *vt dicit* Rota *coram eodem* R. P. D. Dunozetto *in eadem Romana census 14. Nouembris 1631. quæ post tract. est decis. 549. n. 1. & 3.*]

Fundus Census debet esse certis finibus designatus, & an fundari possit super vniuersitate bonorum.

QVÆSTIO XL.

aliàs part. 1. cap. 3. qu. 3. ar. 1.

PRosequendo ordinem propositum offert sese nobis discutienda quæstio, an ad validitatem impositionis census necesse sit vt res super qua est imponendus, & constituendus census sit certa, & certis finibus designata, & demonstrata. In qua duo sunt elucidandi Articuli.

Primus est, an census possit imponi, & constitui super vniuersitate bonorum.

Secundus, an possit imponi super pluribus prædiis distinctis, & separatis.

SVMMARIA.

1 *Impositio census super vniuersitate bonorum non repugnat iuri naturali, & diuino.*
2 *Ius naturale, & diuinum est immutabile.*
3 *Emptio ratione incertitudinis vitiatur.*
4 *Impositio census super vniuersitate bonorum quod non repugnet*

repugnat natura contractus censualis, sentiunt aliqui.

Contrarium tenent alij magis communiter, n. 7.

Salvatur prior opinio negativa, n. 18.

Sed reiicitur salvatio, n. 19.

5 *In contractu emptionis, & venditionis requiritur res qua venditur, & pretium quod venditur; & nil vltra.*

6 *In contractu census non venditur res subiungata, sed ius percipiendi annuam pensionem.*

7 *Periculum rei emptæ spectat ad emptorem.*

9 *Melius est incumbere rei, quam in personam agere.*

10 *Actio inanis est, quam inopia debitoris excludit.*

11 *Facilius perit vna res, quam plures.*

12 *Non est eadem ratio census impositi super generalitate bonorum, quæ est in impositione super bonis certis.*

13 *Emens censum fundatum super generalitate bonorum, videtur emere lucrum pecuniarium.*

14 *Emens censum impositum super re certa, videtur emere ius consequendi fructus percipiendos ex illa re.*

15 *Venditio non eo ipso, quod interueniat res, & pretium est valida, quia potest esse quod res vendita non sit in commercio.*

16 *Res sacra, religiosa publica, his similes inutiliter venduntur.*

17 *Census constituus super vniuersitate bonorum, est de rebus, quæ ex sui natura non sunt in commercio.*

20 *Census ex forma Bullæ Pij V. non potest constitui super vniuersitate bonorum.*

21 *Vt scilicet peremto fundo census pereat & ipse, & de eius peremptione constare possit.*

22 *Census impositus super re non designata per confinia, est nullus.*

23 *Census ante Bullam Pij V. ex Constitutionibus Martini V. & Calixt. III. poterat fundari super vniuersitate bonorum ex mente Couar.*

Sed respondetur, num. 31.

14 *Census constitui super vniuersitate bonorum non erat permissum per Extrauag. Martini V. & Calixti. III.*

Limitatur hæc conclusio, num. 33.

25 *Exprimere est verbis declarare, & specificare.*

26 *Expressio requisita à lege debet esse in specie.*

27 *Vel in individuo.*

28 *Verba legis sunt capienda in specie, immo in individuo non autem in genere.*

29 *Tunc, Ista particula, designat extremitatem temporis.*

30 *Et refertur ad initium actus.*

32 *Casus omissus in dispositione censetur relictus sub dispositione iuris communis.*

34 *Dispositio loquens indefinitè dicitur specifica, quando non potest verificari nisi in vna re.*

[*Confinium expressio cur sit necessaria in impositione census super fundo.*]

35 *Dispositio dicitur specifica quando ex demonstrationibus remanet certa, & expressa.*

36 *Census dicitur fundatus super re certa, licet desit specificatio, cùm talis specificatio potest aliter probari.*

37 *Negativa probari debet quando affirmativa probari potest aliter, quam per scripturam.*

CIrca propositum articulum tres videntur necessariæ principales inspectiones.

Prima est. An impositio census facta super vniuersitate bonorum nulla facta expressione alicuius certæ, & limitatæ rei, super qua talis census constituatur repugnet iuri naturali, vel diuino.

Secunda, An inspecta natura contractus censualis impositio census sit necessario facienda super re certa, specificatis illius confinibus.

Tertia, quid sentiendum sit de iure positiuo, & inspectis Summorum Pontificum Constitutionibus.

Quo ad primam inspectionem. Quod impositio census super vniuersitate bonorum non repugnet iuri naturali, & diuino volunt communiter Theologi, Laurent. de Rodulph. *in suo tract. de vsur. quem edidit repetendo cap. consulnit, ext. de vsur. par. 2. qu. 13.* Conrad. *de contract. q. 72. in 3. conclus.* Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 7. num. 5.* Nauar. *in suo Comment. de vsur. nu. 130. vers. tertium* Thom. Boninsign. *in tract. de censib. c. 4. sub num. 8.* & confirmatur hac ratione: *Quia* Nicolaus *huius nominis* Papa V. *in sua Constitutione promulgata in gratiam Alphonsi Regis Aragoniæ* concessit vt Insulæ Siciliæ, & Regni Neapolitani possent constituere censum super omnibus bonis imponentis, si enim talis impositio, & constitutio census pugnaret cum iure diuino, vel naturali, vtique Summus ille Pontifex sua auctoritate eam non approbasset; cum autem dicta impositione fuerit aliquando per dictam Bullam approbata tanquam licita, ergo non repugnat iuri naturali, vel diuino, quod † est immutabile, *cap. pensandum, §. his itaque, 6. distinct. §. fin. Instit. de iure natur. gent. & ciuil. quam conclusionem amplexus etiam fuit.* Io. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 5. vers. in primis secundum*, & illam confirmat alia ratione; Quia scilicet emptio † est rei certæ non incertæ: nam ratione incertitudinis contractus emptionis & venditionis, redditur nullus, *l. 3. §. incertam ff. de acquir. possess. & ibi* Bart. *& communiter alij* Tiraq. *in suo tract. de constitut. possess. part. 3. limit. 19. num. 1.* Osasc. *dec. Pedemont. 34. num. 23.* In censuali autem contractu, quamuis constituatur generaliter super omnibus bonis, non emuntur tamen bona incerta, sed emitur res certa, videlicet, ius consequendi, & percipiendi certam responsionem pretio venditori dato: ergo non repugnat iuri naturali. 9

Circa secundam inspectionem, prima fuit opinio, † quod ex natura contractus censualis certitudo rei super qua collocandus est census, & illius expressio per vocabula, & confinia non sit modo aliquo necessaria, immo quod census imponi possit generaliter super omnibus bonis imponentis, & constituentis, quam tenere visus est Abb. *in cap. in ciuitate, num. 8. ext. de vsur.* Marian. Soc. sen. *in rubr. ext. eod. tit. q. 17. num.* 101. Domin. Soto, *de iustit. & iur. lib. 6. qu. 5. art. 1. col. 3. vers. ex hac sententia.* Burfat. *cons. 214. numer. 9. lib. 2.* Brunor. à Sole *in suis Quæst. legalib. qu. 4. numer. 5.* Andr. Gail. *Observat. iur. lib. 2. obseru. 7. nu. 13. & alij plures, quos refert ibi* Bernard. Greu. *in 1. considerat. num. 1. & per* Decian. *cons. 2. nu. 72. & 141. lib. 1.* quibus addi potest Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. 4. num. 10. & 11.* [*alios refert* Alex. Trentacinq. *var. resolut. vol. 1. lib. 3. in tit. de Censibus resolut. 1. sub num. 17. vers. sunt etiam Doctores.*] Et pro ea adducitur hæc potissima ratio, census vt plurimum imponitur, & constituitur vt transferatur titulo emptionis, & venditionis, vt experientia, & communis visus demonstrat, *& nos dicemus infra qu. 45. aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. artic. 2.* Sed in † emptione, & venditione præter consensum contrahentium nil vltra desideratur, quam vt reperiatur res quæ venditur *l. ff. de contr. empt. Instit. de empt. & vendit. in princ.* Socin. *d. num.* 101. Et hæc in venditione census eodem modo reperiuntur si vendatur census impositus super re incerta, & super vniuersitate bonorum, aç si vendatur impositus super re certa, & certis finibus designata, & demonstrata, quoniam † non venditur res super qua census imponitur, sed ius percipiendi ipsum censum super re impositum, & constitutum, vt sæpius diximus, & dicemus *infra d. art. 2. num. 8.* Pretium autem est pecunia, quæ in emptionem dicti iuris soluitur, & erogatur, merito, &c. & cum hac opinione visa est transire Rota *in vna Eugubina census, 10. February 1597. coram* b. m. Litta *quæ est post tract. decis. 92. n. 7.* 4 5 6

& sequuntur

& sequuta fuit in vna Ciuitatis Castelli census, 29. *Maij*, 1600. *coram* bon. memor. Iusto, *quæ est ibidem decisio.* 81. *ante num.* 1.

7 Quibus† tamen non obstantibus contraria sententia quod immo ad validitatem impositionis census secundus illius naturam necesse sit, vt fundus super quo est imponendus sit certus, & certis finibus designatus, placuit magis communiter Scribentibus. Cassan. *ad consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 23. *num.* 35. *in addit. & rubr.* 11. §. 6. *in text. d. aucune cose in addit. in Cathalog. Glor. mund. part.* 12. *considerat.* 99 *in* 25. *limit. vers. aduerte tamen ad vnum, & cons.* 63. *numer.* 1. *& seqq. & num.* 6. *& 9.* Calcan. *cons.* 85. *sub num.* 10. *vers. & si quis diceret.* Redoan. *in suo trac. de reb. Eccles. non alienan. in tit. de constitut. ann. cens. num.* 48. Nauar. *in d. suo tract. de vsur. num.* 86. Boccac. *in tract. de cenſib. part.* 3. *num.* 26. Bursat. *d. cons.* 214. *num.* 11. *qui contrariam opinionem dicit esse extra terminos iuris, & contra communem*, Surd. *cons.* 421. *num.* 2. *libr.* 3. Io. Bapt. Lup. *ad l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. comm.* 2. §. 2. *num.* 63. *vbi testatur hanc opinionem esse communiter receptam non solum apud Canonistas, sed etiam apud Sacros Theologos* Honded. *consil.* 25. *numer.* 32. *libr.* 2. Facchin. *controuers. iur. libr.* 2. *&* 44. Brunor. à Sole, *in dd. suis Quæst. legalib. quæst.* 1. *numer.* 1. *& seqq. & signanter num.* 9. Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. iustit. lib.* 10. *quæst.* 6. *num.* 6. *vers. per quartam*, Leonard. Lell. *in tract. de Iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 22. *dub.* 12. *num.* 78. Bernard. Greu. *ad d.* 7. *obseru.* Gail. *considerat.* 1. *num.* 3. *& seqq.* Marc. Anton. Peregr. *cons.* 97. *num.* 5. *lib.* 1. Quam est etiam amplexus Ludou. Auend. *de cenſib. Hiſpan. cap.* 57. *num.* 7. *verſi. Rursus, & infra, & illam amplexa fuit* Rota *in vna Romana nullitatis census.* 4. *Nouembris*, 1583. *coram* bo. m. Cantuccio, *quæ est dec.* 93. *post tract. vbi in vers. & quamuis etiam*, dicitur hanc esse communissimam conclusionem [*quam sequuntur alij quos refert* Trentacinq. *d. num.* 17. *vers. in hoc dubio.*] quæ est etiam optimis fundata rationibus, & quidem.

Primo adducitur, quia aliàs sequeretur, quod emptor dicti census nullum subiret periculum rei emptæ, sed semper esset tutus, & redditum semper saluum haberet, quod † repugnat dispositioni *l.* 1. *C. de peric. & comm. rei vend.* §. *cum ante. Instit. de empt. & vend. cum vulgar.* Quamuis rationem optimè considerauit Redoan. *d. tit. de constitut. ann. cens. num.* 47. *& sensit* Rota *in vna Ciuitatis Castelli census*, 10. *Maij* 1599 *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *quæ est post tract. dec.* 94. *num.* 3. Et licet huic rationi conetur respondere Couar. *d. cap.* 7. *num.* 6. *vers. quod item*, quod immo maius periculum subeat emptor census si suppositis omnibus bonis venditor personaliter obligetur, quam si census imponatur super certo, & limitato 9 fundo, quia † melius est incumbere rei quam in personam agere, *l. Cautius, ff. de reg. iur.* quando enim imponitur census super omnibus bonis cum obligatione personali, potest euenire casus quod mortuo debitore census absque hærede, & bonis, inane, & frustratorium reddatur illud ius percipiendi annuum 10 censum, & annuam responsionem, cum † inanis sit actio, quam inopia debitoris excludit, *l. nam., & ff. de dolo, c. olim, el secundo ext. de restit. spol.* quod non ita facile euenire posse dicit *Couar.* si super re certa, & certis finibus designata census constituatur, cum eo casu possit emptor pro consecutione annuæ præstationis agere contra quemcumque, etiam singularissimum successorem ad quem res ipsa supposita transiret, cum transeat ad omnem etiam singularissimum successorem cum suo onere. Cravet. *cons.* 217. *num.* 4. *lib.* 2. & nos dicemus *infra q.* 64. *aliàs p.* 2. *cap.* 2. *q.* 1. *art.* 2. *num...* Hæc tamen responsio, & consideratio *Didaci* non tollit meo quidem iudicio, præcedens fundamentum, quoniam cum non fundus super quo census fuit impositus, sed ius percipiendi censum impositum vendatur, vt ipsemet *Couar.* ibi fatetur, *& nos diximus supra sæpius, & dicemus infra d. part.* 2. *cap.* 1. *q.* 1. *art.* 2. *num.* 8. *vers. licet enim.* nemo negauerit, qũin maius subeat periculum emptor census, si emat census fundatum in re aliqua certa, & limitata, quam fundatum in vniuersitate bonorum. Nam præterquam † quod 11 facilius est, vt vna res pereat quam multæ, & ideo eò securior erit emptor, quo ius illud à se emptum est fundatum super pluribus rebus dico etiam retorquendo propriam rationem contra *Couar.* quod sicut emptor census potest agere contra tertium possessorem etiam ex titulo singularissimo quando census est fundatus super vna re certa, & limitata, pari ratione poterit agere contra tertios possessores, & singulares successores quando census est constitutus super vniuersitate bonorum; nam per impositionem census res censuata afficitur onere reali, vt dictum fuit *supra q.* 23. *aliàs hac part.* 1. *cap.* 2. *q.* 3. *art.* 1. & ideò si census fundaretur super omnibus bonis, omnia, & singula bona imponentis remanerent obligata, & affecta dicto oneri reali, & super omnibus censeretur contracta specialis hypotheca, vt diximus *d. art.* 1. *num.* 6. *& seq.* Vnde quo plures sunt res obligatæ, & hypothecatæ ad fauorem emptoris eius eo est cautior, & minus periculum subit; cum eueniente casu, quem considerat *Couar.* quod venditor census moriatur absque hærede, & bonis, securior remaneat emptor si census fuisset impositus super pluribus bonis, quæ ad plures transiuissent, quam si super vno solo prædio, quod ad vnius tamen manus vero similiter peruenisset: ergo responsio *Couar.* se ipsam destruit.

Secunda potest afferri ratio pro hac communi conclusione, quam considerauit Angel. *in sua Summa in verb. vsura. vers.* 88. *&* Cassan. *in d. suo tract. at. Cathalog. Glor. mundi. par.* 12. *considerat.* 99. Fallent. 25. *vers. aduerte tamen ad vnum*: Quod scilicet non sit † eadem ra- 12 tio in generalitate, quæ est in specialitate: nam cum census constituitur, & fundatur super vniuersitate bonorum, & maior est suspicio quod constituatur in fraudem vsurarum, quam si constituatur super re aliqua certa, & certis finibus designata: dum † enim 13 conceditur ius percipiendi, & consequendi censum super omnibus bonis præsumuntur contrahentes habere respectum ad lucrum pecuniarum & quod illa generalis suppositio bonorum fiat dumtaxat ad assecurationem crediti, secus † autem est. si census impo- 14 natur super re certa: tunc enim videtur vendi ius percipiendi annuam responsionem ob fructus dictæ rei, vt dictum fuit *sup. quæst. praced. art.* 4. & sic cessat omnis prauæ, & sinistræ suspicio, & præsumptio vsurarum.

Non obstant ea, quæ pro contraria parte adducebantur: nam respondetur, quod licet verum sit, quod in venditione census reperiatur res, & pretium tàm quando imponitur super omnibus bonis, quam quando constituitur super re certa, & certis finibus designata, & non propterea sequitur, quod † ius percipiendi 15 censum fundatum super vniuersitate bonorum, quod venditur sit legitimè fundatum, & impositum, & quin venditio possit esse minus legitima, & inualida ob qualitatem inhærentem ipsi rei venditæ, vt contingit in venditione rei sacræ religiosæ, publicæ, & similis: nam licet in venditione harum rerum reperiatur res, quæ venditur, & pretium quo venditur, necnon consensus contrahentium, non tamen sequitur quod res quæ venditur sit talis, quæ licitè vendi possit. Et propterea † sicut venditio rei sacræ, religiosæ, publicæ 16 aliarum rerum quæ non sunt in commercio nostro licet in sui forma, & figura appareat habere omnia requisita, & facta iuxta regulas iuris, attamen ratione ipsius rei est nulla, *l. si in emptione*, §. *omninm, & ibi*

glossa

gl.& Doctor.ff.de contr. empt. Fabian. *de Monte, in suo*
17 *tract. de empt. & vendit. quæst.5.num.* 1. eodem † etiam modò dicendum est quod si vendatur census constitutus super vniuersitate bonorum, licet venditio, & sui forma, & figura videatur legitima,& sustentabilis non subsistat tamen ratione ipsiusmet rei venditæ, cum census ita constitutus non possit esse in commercio nostro, ratione ipsiusmet rei venditæ, cùm census ita constitutus non possit esse in commercio nostro, ratione ipsiusmet census *vt supra fuit deductum.*

18 Et licet † Ioan. Azor, *Institut. Moral.par.3.lib.* 10.*c.* 3.*quæst.5.vers.Cæterum ego quidem* conetur saluare opinionem affirmatiuam vbi imponeretur census super omnibus bonis conditione, & lege,vt pereuntibus ex parte bonis, ex parte deberet perire etiam census.quo casu dicit ipse non esse contra naturam contractus censualis, vt constituatur census super omnibus bonis
19 constituentis. Mihi † tamen hæc *Azorij* traditio non satisfacit,quia cum census imponatur non in qualibet parte rei, sed in tota re, vt aliàs dicebat Rota *coram* Illustriss. Cardinali Mellino, 30. *Octobris* 1602. *in illa Romana census, que est post tract. dec.*1.*num.*3.donec supereſt ex re censita tanta pars, cuius fructus sufficiant pro solutione totius census, non potest debitor illius solutionem effugere, sed ad illius solutionem tenetur, & ideo pereunte parte bonorum subiugatorum non poterit perire census pro parte,sed erit soluendus ex fructibus bonorum restantium si illi pro solutione totius census sufficiant, *vt dicemus infra. part.*3. *cap.*1. *quæst.*1 *art.*2.*nunc quæst.*100.*iuxta hanc impressionem.*

20 Quo ad tertiam inspectionem, quod † huiusmodi expressio confinium requiratur ex dispositione *Bullæ Pij V.* superuacaneum est dubitare, cùm hoc expresè in ea sancitum legatur *in vers. Hac igitur nostra,&c.*in illis verbis, *& quæ nominatim certis finibus designata sit.*
21 Scilicet,† vt illa perdita, vel pereunte periret & census. Nauar. *in d. suo Comment. de vsur. num.*80. *&* 130. *quem,& alios refert.*Ioan. Franc. Leonis *in suo Thesauro for.ecclesiastic.part.*2.*cap.*15.*de censib.num.*9. *ad fin.*& de illius peremptione constare posset, vt dixit Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino. 10 *Maij*, 1599. *in illa Ciuitatis Castelli census, quæ est post tract. decis.* 94.*num.*
22 3. Et † non facta designatione confinium rei subiugatæ census impositionem esse nullam, tanquam factam contra formam præscriptam *in d. Bulla dixit* Nauar. *in d. suo tract. de vsur. num.* 86. *&* 119.Franc. Viu. *dec.* 389.*& post eos* Gasp.Roderic. *in suo trac.de ann.redditib. lib.*2.*quæst.*7.*num.*13,*quod placuit etiam* Auend.*d.cap.*37. *num.*6.*vers.Sed his omnibus, & infra & declarauit* Rota *coram* bon.mem.Iusto, 15. *Ianuar.* 1607. *in illa Romana pretij Palatij,quæ est post tract.dec.*80.*per tot.in vna Bononiensi census,*10.*Iunij*,161 1.*coram* Illustrissimo Card. Lancellotto,*quæ ibidem est decis.*95.*num.*6. *& in illa Foroliuiensi census,*14. *Iunij*, 1613. *coram* R. P. D. Buratto, *quæ ibidem est decis.*96.*num.*1. Sed difficultas esse potest an ante dictam Bullam talis expressio confinium esset necessaria ex *Constitutionib.* Mart.V. *&* Calixt.III. *quæ reperiuntur registrata in cap.*1.*&* 2.*de empt.& vend. inter*
23 *extrauag. commun.*In qua † negatiuam sententiam sentit Couar.*d.cap.*7.*num.*5.*vers.ego sanè.* Roder.*d. quæst.*7. *num.*13.*vers.sed verius est, qui in fine d. num.* multos allegat, & mouentur hac potissimum ratione: quia ex dispositione *d.cap.*1.*&* 2. in venditione census licitum est apponere pactum,quod perempta re supposita oneri census adhuc maneat personalis obligatio pro solutione census:ergo præsupponitur ibi quod in impositione census non sit necessaria specificatio rei super qua census constituendus est, nec expressio confinium illius. Et cum hac sententia visus est transire Burſat.*d. cons.*214.*num.*9. *&* Rota *in vna Panormitana, seu Agrigentina rescissionis contractus,*13. *Iunij* 1575. *coram* bon. mem. Cardinali Blanchetto *quæ reperitur impressa post Tract.dec.*97.*num.*2.*&* coram bon.mem. Iusto.29.*Maij*, 1600.*in illa Ciuitatis Castelli census,quæ est ibid.decis.* 81, *numero* 1.*&* 5.*&* coram bon.mem.Litta, 16.*Februarij*, 1597.*in illa Eugubina census quæ ibidem est dec.*92. *num.*
7. Contrariam tamen † sententiam esse existimo ex 24
eisdem Extrauagant.1.& 2. de empt. & vendit. In quarum prima paulò post princ. leguntur hæc formalia verba.*Bonis in ipso contractu tunc expressis pro ipsius census annui,ex solutione in perpetuum obligatis* in secunda vero pariter post principium eadem ferè verba replicantur. Dum enim ibi disponitur quod census constituatur super bonis tunc expressis, de necessitate videtur dispositum, quod bona super quibus est collocandus census sint certa,& certis finibus designata,& declarata. Ponderando in primis illud verbum,expressis, † quod idem est ac claris,& specificatis,*arg.l. si seruus,* 25
ff.de assignat.libert. & in l.ratum,ff.de solut. Bal. *in l. fin. col.*2.*vers.ad primum dico C.de institit.& substit.*& tali expressione,quæ præse ferat specialem,& indiuiduam demonstrationem,& designationem:cùm † enim expres- 26
sio ista requiratur à lege, debet fieri in specie,*arg.l* 1.§. *inter filium,ff.de falsi.* Immò † in indiuiduo *l.quod in ve-* 27
rum.§.fin.& ei ibi glos.in verbo specialiter,ff.de legat. 1.*c. procurator. de elect.in* 6.nam † verba legis in specie, 28
immò in indiuiduo,non autem in genere sunt capienda. Bart.*in l.hoc legatum,in fine,ff.de legat.*3.& expressio, & specificatio præfata vigore dictarum Extrauagant. facienda debet fieri in ipso actu impositionis, & venditionis census,vt demonstrat illa particula *tunc,*† quæ 29
extremitatem temporis designat, *l.*4.§.*fin.ff.de cond. & demonstr.* Menoch.*de recuper.possess.remed.*25.*num.* 392. & refertur † ad initium actus gesti. Glos.*in cap.ad au-* 30
res,de reb.Eccles.non alien. Quod apertius ex dictis iuribus com,robatur, ponderando quod in illis disponitur, quod pereuntibus bonis super quibus census creatus erat, & ipse census perire debeat: quomodo enim sequi posset peremptio census ad peremptionem fundi, nisi foret necesse esse fundum esse certum, & certis finibus designatum, & cum hac sententia post multos quos allegat, transit Aluar. Valasch.*in suo tractatu,de iure emphyteut.quæst.*32.*num.*10.Cassan.*in Cata-* [illegible]
*log.Glor. Mundi par.*12.*considerat.*99.*in* 25.Fallent. *vers. aduerte tamen,*Surd.*cons.*318.*num.*12.*lib.*3.

Ad Couar.† autem contrarium sentientem respon- 31
detur,quod id quod ipse sibi assumit ex dd. *Extrauagant.*1.*&* 2.*de empt.& vendit.*nullo modo probatur,quia non valet consequentia, quam ex dictis iuribus ipse nititur desumere. Papa non prohibuit imponere census super bonis incertis:ergo permisit, sed bene sequitur, ergo † reliquit dispositioni iuris communis, *l.* 32
commodissimè,ff.de liber. & posthum.& nos diximus supra hoc part. 1.*c.*3.*q.*1.*art.*6.*nunc q.*34.*num.*36.*& seqq.* Immo probatur totum contrarium,inducendo vt supra.

Stat igitur firma conclusio, quod census noster, tàm ex sui natura, quam ex dispositionibus Summorum Pontificum constituendus est super re certa,& limitata.[*quam amplexus fuit etiam* Trentacinq.*d.numero* 17.*vers.ego non discederem.*]

Hæc tamen conclusio debet vno, & altero modo declarari.

Primò † vt non sit necessaria expressio, & specifi- 33
catio confinium,quando is,qui census imponit in loco vbi contrahit non habet nisi vnum prædium,& super illo censum constituit:puta Titius cum in territorio Perusino non haberet nisi vnam domum,vel vnum prædium, imponeret censum super domo; vel super prædio, quod habet in territorio Perusino, nam talis impositio erat valida, etiam quod non sint expressa confinia dictæ domus, vel dicti prædij;quia illa † ex- 34
pressio loci etiam absque confinibus habet vim specialis, & indiuiduæ designationis, & expressionis. *Argum.§.nominatim,& ibi* Glos. & Doctor.*Instit.de exhæ-*
redat.

redat. liber. [Bart. *in l.2. numero 1. ff. de liber. & posth. & ibi* Ias. *num.14.* Bart. *in l. demonstratio falsa in 7. quæstion. numer.16. ff. de cond. & demon.*] *placuit* Rotæ *coram* Illustriss. Cardinal. Mellino 10. *Maij.1599. in illa Ciuitatis Castelli census, quæ est post Tract. decis.94. numer.1. & coram* bon. mem. Iusto 15. *Ianuary, 1607. in illa Romana prerij Palatij, quæ ibidem est decis.80. sub numer.2. & sequitur* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tomo 1. cap. 141. numer.14.* [Expressio enim confinium fundi subiugandi oneri census, ideò à Bulla requiritur, vt possit constare de peremptione illius, cum eius periculum spectat ad emptorem census, vt in puncto dixit Rota *coram* bon.mem. Iusto 15. *Ianuarij 1607. in illa Romana prerij Palatij, quæ est post tract. decis.80. numer.3. & nos diximus infra part.3. c.1.q.1. art.1. sen q.99. num.3.12. & sequent.* Vnde si venditor census habeat tantum vnicam domum, & super ea censum imponat per solam illius demonstrationem, vt supra factam *in tract.n.33. & seq.* est satisfactum menti, & intentioni Bullæ, quia succedente casu peremptionis domus, non potest esse dubium, quin census etiam sit extinctus, & peremptus, cùm non possit dubitari de peremptione fundi dicti census.

35 Secundò declaratur, vt † satis dicatur certa res censita si ex demonstrationibus expressis possit certificari; puta si imponatur census super quinquaginta tornaturis prædij longe maioris quantitatis, & maioris numeri perticatus, & maioris mensuræ: si enim exprimatur à quo latere prædij sint desumendæ illæ quinquaginta tornaturæ fundus census satis dicetur certus, licet diceretur incertus si non foret expressus locus prædij in quo dictæ quinquaginta tornaturæ super quibus census impositus fuit existant. Purpur. *consil.505. num.3. lib.2.* Alex. *in l.3. §. incertum, num.5. ff. de acquir. poss.* Dec. *consil.179. col.fin. vers. vltimo non obstat.* Bero. *cons.159. num.4. lib.1.* Rimin. iun. *cons.295. num 42. vers. tertio, lib.3.* Neuiz. *cons.28. n.26.* & in propriis terminis resoluit Rot. *in vna Imolensi census, 28. Februar. 1608. coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio, *quæ est post tract. dec.98. numer.1. & 4. & coram* Illustrissimo Cardinali Lancellotto, 10. *Iun.* 611. *in illa Bononiensi census, quæ ibidem est decis.95. n.6. & in eadem causa coram* R.P.D. Pirouano, 7. *Nouembris, 1611. quæ est ibidem dec.99. per totum.*

36 Cæterum † quandò constat de veritate impositionis census, licet in instrumento impositionis deficiat specificatio confinium rei subiugatæ, non propterea ipso iure census existimari debet nullus quia cum dicta specificatio; & expressio finium possit aliter probari, quam per instrumentum, & per scripturam, asserenti non fuisse demonstrata, & expressa confinia incumbit onus probandi hanc negatiuam non expressionis confinium, aliter quam per instrumentum census cùm sit fundamentum suæ intentionis, vt fuit resolutum *coram* R.P.D. Buratto, 14. *Iunij 1613. in illa Foroliuiensi census quæ est post tract. decis. 96. numero 6. 8. & seq. & rursus in eadem causa coram eodem 2. Maij*

37 1614. *quæ ibidem est decis.100. num.18.* Vbi † enim affirmatiua probari potest aliter, quam per scripturam, negatiua non dicitur concludenter probata ex sola scripturæ inspectione, vt declarat Bal. *in l. fin. num.7. C. de reb. credit.* Ias. *in l. Titia textorei, n.17. ff. de legat.1.* Ruin. *cons.35. num.19. lib.1.* Ceph. *cons.170. n.23. lib.2.* Certum autem est istam demonstrationem, & expressionem confinium posse aliter, quam per scripturam probari, vt deducit Rota *in d. Foroliuiensi census, 14. Iunij, 1613. coram* R.P.D. Burato, *quæ est post tract. dec.96. n.10. & seq.* merito, &c.

SVMMARIA.

1 *Census quod validè imponi possit super vno fundo certo, & generaliter super omnibus bonis videtur sentire Rota.*
2 *Contraria opinio verior, & de ratione,* n.10.
[*Census impositus super fundo certo cum pacto, quod si fundus pereat censeatur impositus super aliis bonis imponentis est vsurarius.*
3 *Rota coram Cardinali Mantica, in vna Beneuentana census, 16. Decembris, 1594 declaratur, & numer.6.*
4 *Super hac, dictio, importat hypothecam.*
5 *Verba debent applicari ad intellectum sanum, & ciuilem.*
7 *Vile per inutile non vitiatur.*
8 *Quæ ex abundanti apponuntur non solent obesse.*
9 *Census impositus super certo fundo cum hypotheca generali omnium bonorum imponentis, est validus.*
11 *Venditori census non est prohibitum constituere plures hypothecas pro securiori exactione census.*
[*Census impositus super tanta quantitate fundi limitati quæ reddat fructum correspondentem censui, secundum aliquos est illicitus.*
Contrarium probat auctor.
Verba dispositionis debent applicari ad intellectum bonum, & carentem vitio.
Verba debent intelligi, vt excludatur contractus illicitus.
Census impositus super tanta quantitate fundi limitati, cuius fructus sufficiunt pro solutione census sustinetur in quacunque parte, quæ reddat dictos fructus.]
12 *Census potest validè imponi, & constitui super pluribus fundis certis, & limitatis.*
Etiam quod vnus fundus sit vnius personæ, alter vero alterius personæ, n.18.
Dummodo quo ad fundum alienum concurrat consensus domini illius, n.19.
13 *Contrarium in conclusione tenent aliqui quando omnes fundi sunt de se capaces totius census.*
14 *Alij volunt esse licitam impositionem, tutiorem autem si fiat super vno solo fundo.*
15 *Vera tamen est conclusio indistinctè.*
[*Numerus singularis est conuertibilis in pluralem.*]
16 *Numerus singularis verificatur in pluribus, quando militat eadem ratio.*
17 *Quod non reperitur sublatum, stare non prohibetur.*
20 *Census impositus super pluribus prædiis capacibus censetur super omnibus æqualiter impositus.*
21 *Onus totius census impositus super pluribus fundis sustinebit vnus fundus, si alij non sint capaces.*
22 *Maximè si in constitutione, & venditione talis census fuerit adhibita clausula, coniunctim, diuisim, & insolidum, vel alia similis.*
23 *In constitutione census super pluribus fundis vtile est exprimere pro quanam rata quilibet fundus oneretur.*
24 *Census potest de vno fundo ad alium citra nouationem transferri.*
25 *Maximè si adhibeatur clausula citra nouationem, &c. vel clausula sine præiudicio iurium, quo ad alios obligatos.*
26 *Per translationem census de vno fundo ad alium nihil innouatur quo ad ipsas obligationes in præiudicium venditoris census, & fideiussorum.*

Census an fundari possit super pluribus fundis.

QVÆSTIO XXXXI.

aliàs par. 1. cap. 3. qu. 3. art. 2.

CIrca hunc secundum articulum ties faciendæ sunt inspectiones. In quarum Prima videbimus, an census possit constitui super vno fundo certo, & generaliter super omnibus bonis imponentis. In secunda explicabimus, an imponi possit super pluribus fundis certis suis finibus designatis. In tertia agendum est, an census impositus super vno fundo possit licitè ad alium transferri citra nouationem tam quo ad obligationem principalis debitoris, quam quo ad hypothecam, & fideiussores.

Quo ad primam inspectionem duo videntur considerandi casus. Vnus quando census imponitur, & cõstituitur super vno fundo certo, & certis finibus designato, & generaliter super omnibus bonis constituentis. Alter quando imponitur super re certa, & limitata, adiecta tamen generali hypotheca super omnibus bonis constituentis.

1 In primo † casu licet Rota *coram* bon.mem.Cardinali Mantica *decis.*302.*n.*11.in ea videatur fuisse opinione quod huiusmodi census impositio valida sit, & sustineri debeat.

2 Ab hac † tamen opinione recessit Nau. *in suo Comment.de vsur.num.* 129.quem refert, & sequitur Boccac. *in suo tract.de censib.p.*2.*num.*67. & contrariam sententiam, videlicet, talem census impositionem esse illicitam, & inualidam pluribus rationibus comprobauit. Quibus vnam adiungi posse existimaui, scilicet, quod si talis impositio sustineretur maximum sequeretur absurdum: nam non posset dari casus in quo census per peremptionem fundi posset, nisi cum maxima difficultate perire, quoniam ex generalitate bonorum vix fieri potest quin remaneat tanta portio, super qua census sustineri valeat, & ex cuius fructibus annua responsio solui nequeat, & hanc opinionem veram esse tam *ex Constitutione* Pij V. *vt placuit etiam* Ludouic.Molin. *in suo tract.de contract. part.* 2. *disputat.* 389. *numero* 4. *vers. vltima*, & Boccac. *d. part.*1.*numero* 36. quam ex *Constitutionibus* Mart. V. & Calixti III. *registratis in cap.*1. & 2. *de empt. & vendit.inter Extrauag. commun.* quam etiam de iure communi ex communi Doctorum sententia dicebat Rota *coram* bon.mem.Iusto, 15. *Ianuary*,1607.*in illa Romana pretij Palatij,quæ est post Tract.decis.*80. *num.*3.] Et propter eandem rationem existimo fuisse resolutum *in* Rota *coram* Staffil.*in vna Argentina census, vt refert* Sarnens.*decis.*95. *part.*1. quod sit vsurarius census impositus super certo, & limitato fundo cum pacto, quod si fundus pereat censeatur, & sit constitutus super aliis bonis ponentis, & ab hac opinione] non esse recedendum censeo.

Sed difficultas est, quomodo saluari possint à contrarietate supra relatæ *Rotæ Decisiones*, quæ inter se pugnare videntur, & propterea ego cogitabam quod *Decisio facta coram Cardinal. Mantic.* debeat altero de
3 duobus modis intelligi. Et quidem † primo, quod licet in impositione census, de quo in dicta decisione, impositor vsus fuerit particula, *super*, tam respectu particularis fundi per vocabula, & confinia specificati quàm respectu aliorum bonorum sub generalitate cõprehensorum, senserint tamen quod census foret dumtaxat constitutus super illo certo, & limitato, cætera autem bona intelligẽtur ex abundanti adiecta pro faciliori census exactione, & pro illius securiore solutione, vt in eademmet decisione fuit expressè declaratum, & sic illa particula, *super*, respectu bonorum generaliter obligatorum, & suppositorum non operatur ius aliquod reale (quale esse ius, quod ex impositione census constituitur fuit dictum *supra q.* 23. *aliàs hac* 1. *part.c.*2.*q.*3. *art.*1.) sed simplicem hypothecam pro solutione census super illo fundo certo constituti; vt † 4
regulariter solet importare *ex not. per* Bart. *in l. Codicillis*, §. *instituto*, *num.*4. *ff. de leg.*2. & alios relatos per Statil.Pacif. *in suo tract.de Saluian.interd.disput.*3.*cap.*4. *num.*60 2.*secundum postremam impress.* Rot. *diuers. decis.* 260. *part.*1. & ita dictam decisionem intelligit eadem Rota *in dicta causa Romana pretij Palatij coram* Iusto, *num.*4. nam † illa verba, *& supra aliis bonis* debent ap- 5
plicari ad intellectum sanum, & ciuilem. Rota *dec.*10. *num.*4. *& 5.de testam.in antiq.* & vt excludatur contractus illicitus. Alex. *cons.*191.*num.*6. *lib.*2. vt in his terminis considerauit *eadem* Rota *in vna causa Assisiensi census*,29.*Nouemb.*1604.*coram* bon.mem.Penia, *quæ est* 6
*in fine Tract.decis.*102. *num.*7. *&* 8. [*& in puncto repetit* Rota *coram* Reuerendissimo Domino Coccino Decano *in eadem causa* 27.*Iunij* 1605.*quæ est post tract. decis.*139.*n.*7.] Secundo † potest intelligi *decisio facta in dicta causa Beneuentana census coram Mantica*, quod in casu de quo ibi census impositus super fundo certo, & generaliter super omnibus bonis constituentis sustineretur ratione certi corporis, & sic ratione illius prædij per vocabula, & confinia certa designati, & demonstrati: nam vt dicit *ibi Rota*, cum certa corpora fuerint expressa † vtile per inutile non vitiatur, *l.*1.§. 7
sed si mihi, *ff. de verbor. obligat. cum vulgarib.* Illa autem verba super omnibus, & quibuscunque bonis, fuerunt adiecta ex abundanti, pro faciliori census exe- 8
cutione, quæ † autem ex abundanti interponuntur obesse non solent, *l. item si*, §.*procuratori*, *vers. quid tamen*, *ff. de negot. gest.l.testamentum*, §. *non ideò*, Cod. *de testam.quem intellectum fuit etiam ampleza* Rota *in dict. Romana pretij Palatij coram* Iusto, *sub dict. num.* 4. [& per hanc rationem Rota *in dicta Assisiensi Census*, *quæ non est Peniæ*, *sed* Reuerend.D.Coccini Decani, *vt inter eius impressas decis.* 208. *num* 6. in casu magis dubitabili saluauit censum impositum super rebus certis designatis, & super tanta quantitate dictorum bonorum, quanta supperat ad reddendum fructus correspondentes censui imposito: licet enim in dicto casu quantitas quæ supperet ad reddendum annuum fructum sufficientem pro solutione census esset incerta, & sic ratione incertitudinis impositio census præfati videretur inualida, & contra formam Bullæ Pij V. attamen quia fuerunt circunscripta aliqua bona certis finibus super illius census remansit validè impositus, & constitutus, & eo magis quia in casu dictæ decisionis fuerat per contrahentes adiecta protestatio, quod census ille intelligeretur in omnibus impositus iuxta formam dictæ Pianæ constitutionis, *vt considerat ibi* Rota *d.num.*6.]

In secundo † verò casu huius primæ Inspectionis 9
censum dicendum esse validum, & legitimè constitutum, docuit Fernand. Rebell. *in suo tract.de obligat. Iustit.lib.*10.*quæst.*7.*num.*2. *vers.licitum quoque à fortiori*, Steph.Gratian. *Disceptat.Forens. tom.* 1.*cap.*141.*n.*10. *& seq. & resolvit* Rota *coram* bon. mem. Cardinali Blanchetto 13.*Iunij.*1575. *in illa Panormitana*, *seu Agrigentina rescissionis contractus*,*quæ est post Tract.decis.*97.*num.* 2.*vers. quod eo magis*, *& in vna Beneuentana census*, 29. *Martij*,1593.*coram* bon.mem.Cardinali Pamphilio,*quæ est ibidem dec.*103.*num.*14.[*& coram eod.in ead.causa* 16. *Decembris* 1594. *post tract.dec.*174.*n.*13.] Differt autem 10
iste secundus casus à præcedenti, † quoniam quando imponitur census super certo fundo, & generaliter super omnibus bonis constituentis, vt in primo casu,

omnia bona dicuntur ſubiugata pro fundo ipſius cenſus, non ad faciliorem cenſus executionem, ſed ad magis perpetuandum cenſum, quod non admitti *diximus ſup. & vult* Ludou. Lopez *in ſuo tract. de contract. part. cap. 57. in fine.* Secundò verò caſu, cenſus imponitur ſuper re certa, & limitata, & quæ aſſignatur, & conſtituitur pro fundo cenſus, cætera verò bona adiiciuntur pro hypotheca, & ſecuritate ſolutionis, & non eſt † prohibitum à venditore cenſus conſtitui plures hypothecas, vel fundos ad aſſecurationem cenſus, & faciliorem illius exactionem, *vt poſt* Nauar. *d. ſuo tract. de vſur. num. 77. & 135. dicit* Io. Franc. Leonis, *in ſuo Theſauro fori Eccleſiaſt. part. 2. cap. 15. de cenſib. num. 8. & dixit* Rota *per diſcurſum in d. Rom. prorij Palatij coram Iuſto, num. 4.* & ideò in terminis huius ſecundi caſus ceſſat omnino inconueniens conſideratum reſpectu primi caſus, & omnes aliæ rationes ob quas negant Doctores licitè poſſe conſtitui cenſum ſuper vna re, & generaliter ſuper omnibus bonis conſtituentis, quoniam quando bona ſunt duntaxat hypothecata pro ſecuriore ſolutione cenſus, non autem ſuppoſita pro illius fundo ad peremptionem ſolius fundi, ſuper quo expreſſim, & nominatim cenſus fuit collocatus, ſequitur etiam peremptio cenſus, iuxta diſpoſitionem *Bullæ Pij V.*

[Sed iuxta terminos huius primæ inſpectionis poſſet ſuſcitari non incongrua dubitatio.

An ſi cenſus imponatur quidem ſuper fundo certo, & certis finibus deſignato, ſed non ſuper toto fundo, ſed ſuper tanta illius quantitate, quæ ſuppleat ad reddendum annuum fructum correſpondentem cenſui impoſito, talis impoſitio ſit valida, & ſecundum formam Bullæ Pij V. In qua licèt prima fronte videretur negatiuè reſpondendum, ex quo eſt incerta quantitas fundi, quæ cenſui ſubiicitur cùm non appareat quanta, & in quo loco ſit Ruin. *conſ. 136. ante fin. lib. 1.* Rim. iun. *conſ. 295. numer. 45. & ſeqq. lib. 3.* attamen contrariam ſententiam amplectendam eſſe crediderim ea potiſſimum ratione, quia illa verba *ſuper tanta quantitate*, &c. debet applicari ad intellectum ſanum, bonum, & vitio carentem Rota *deciſ. 10. numero 4. & 5. de teſtamen. in antiq.* & vt excludatur contractus illicitus. Alexand. *conſil. 191. numero 6. lib. 2.* & propterea debent intelligi, vt in caſu, quo res ſuper qua imponitur cenſus periret, vel infructuoſa redderetur pro parte, & tamen pars, quæ remaneret, eſſet capax pro ſolutione cenſus, eo caſu cenſus ſuſtineatur in ea parte fundi remanente, vt in ſimili caſu ſuſtineri; fuit dictum *infra part. 3. cap. 1. quæſtion. 1. articul. 2. & queſt. 2. n. 6. & 8. Et ita fuit reſolutum coram* bon. mem. Penia *in illa Aſſiſtenſi cenſus. 29. Nouembris* 1604. *quæ eſt poſt tract. dec. 102. num. 7. cum duabus ſeqq.*] Et hæc de prima inſpectione.

Quo verò ad ſecundam, breuiter, & reſolutiuè procedendo † facit concluſionem affirmatiuam quod cenſus poſſit validè conſtitui, & collocari ſuper pluribus fundis certis, & limitatis, expreſſis tamen omnium vocabulis, & confinibus, *ita concludit* Nauar. *in d. ſuo tract. de vſur. num. 113. queſt. 15. ſentit* Couar. *lib. 3. variar. reſolut. cap. 7. ſub n. 6. verſ. quæritur deinde* Gabr. *conſil. 47. num. 1. verſ. non obſtat. lib. 2.* Boccacc. *in ſuo tract. de cenſib. part. 1. num. 30.* Io. Bapt. Lup. *ad leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. comm. 2. §. 2. num. 67. in fine*, Cæſar, Barz. *dec. 56. num. 29. & ſeq. & num. 33. & ſeq.* Stephan. Gratian. *diſceptat. Forenſ. tom. 1. cap. 141. num. 2. hanc eandem opinionem amplexus fuit* Rebell. *d. lib. 10. quæſtion. 6. num. 1. verſic. cum dicitur*, ſentit Gregor. de Valent. *comment. Theologicor. tom. 3. diſput. 5. q. 22. de cenſib. puncto 2. verſ. ubi tamen notandum eſt. Et cum hac reſolutione tranſit etiam* Martin. Bonacin. *de contract. diſp. 3. q. 4. puncto vnico, n. 15 verſ. Dicitur.*

Et † licet Ioan. Azor. *Inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. cap. 5. queſt. 6. verſ. mihi vero* obiter dicat non poſſe fundari cenſum ſuper pluribus prædiis quantumuis certis, & limitatis, quando vnumquodque ex illis ex capax totius cenſus, maximè cùm pacto quod pereunte vno nihilominus integer cenſus debeatur, *& Fernand. Rebell. dict. num. 1.* licèt † hanc affirmatiuam concluſionem non reprehendat, tutius tamen credat eſſe ſi ſuper vno tantum prædio cenſus collocetur; non ſolùm quia verba *Conſtitutionis Pij V.* ſuper cenſibus ſunt concepta in numero ſingulari, ſed etiam quia plures lites, ac dubia oriantur, cum ſuper pluribus rebus, quam cùm ſuper vna duntaxat conſtituitur, vt ipſe ibi conſiderat.

Non eſt † tamen recedendum à firmata concluſione quæ placuit etiam Rot. *in illa Romana cenſus. 14. Ianuarij. 1602. coram* Reuerendiſſ. D. Sacrato, *quæ eſt poſt Trac. dec. 90. n. 2. vbi reſpondetur* Boccac. *qui contrarium ſentit, in d. ſuo tract. de cenſib. part. 3. n. 26.*

Nec repugnat *Conſtitutio Pij V.* dum loquitur in numero ſingulari: Quia non propter ea excludit pluraliratem rerum immobilium, ſed duntaxat res mobiles ſuper quibus talis impoſitio fieri non poteſt repugnante natura contractus, vt dictum fuit *ſupra hoc c. 3. quæſt. 1. art. 4.* Nam [ſingularis numerus de ſui natura eſt conuertibilis in pluralem, vt dicit ibi Rota *num. 4. per text. in l. in vſu, & Doctor. ff. de ver. oblig.*] † & diſpoſitio loquens de vno habet locum in pluribus quãdo eadem ratio militat in omnibus, vt colligitur ex *text. iuncta gloſ. 1.* communiter recepta, *in c. ſi compromiſſarius, de elect. in 6. vbi* Gemin. *id notat.* Immò † cum hoc eſſe permiſſum per *dd. Extrauag. 1. & 2. de empt. & vendit.* in quibus verba *reſpectu prædij cenſui ſubiugandi*, ſunt concepta in numero plurali, nec reperiatur expreſsè diſpoſitum contrarium per Pium V. *in d. ſua Bulla*, non eſt à iure antiquo recedendum, *l. præcipimus, C. de appellat. cum vulgar.*

Quæ † concluſio procedit etiam, quod vnus fundus ſit vnius perſonæ, & alter alterius. Nau. *d. ſuo tract. de vſur. n. 132.* Boccacc. *dict. tract. par. 1. n. 68.*

Dummodo † tamen reſpectu fundi alieni concurrat conſenſus domini illius, iuxta ea quæ dicta ſunt *hac eadem par. 1. c. 2. q. 1. art. 1. num. 5.*

Verùm enim vero poſſet circa hanc concluſionem dubitari, quomodo plures iſti fundi remaneant obligati pro ſolutione cenſus, quod videtur neceſſarium inueſtigare ad effectum, quod ſi vnum ex dictis pluribus prædiis ſubiugatis perire contingeret, apparere poſſit an aliqua pars cenſus, & quanta extinguatur.

In qua difficultate ita breuiter ſtatuendum eſſe arbitror. Quod ſi † ſinguli dicti fundi æqualiter capaces, & idonei ad ſupportandum onus, & grauamen cenſus intelligatur quilibet fundus pro ſua æquali portione oneratus, vt ex multis dicit Ceſar. Barz. *deciſ. 56. num. 32.*

Quod ſi † ex dictis pluribus fundis vnus ſit idoneus, & capax, alter verò minus idoneus, tunc totus cenſus ſuſtineatur ſuper idoneo, quatenus illius fructus ſatis eſſe poſſint ad ſolutionem integri cenſus, *vt fuit reſolutum in* Rota *coram* bon. mem. Orano 3. *Iulij 1589. in illa Romana cenſus, quæ eſt poſt Tract. deciſ. 72. num. 8. & nos dicemus infra queſt. 45. aliàs par. 2. cap. 1. q. 1. art. 2.* Id † quod abſque difficultate admittendum eſſet, ſi in conſtitutione cenſus fuiſſet præinſerta clauſula, coniunctim, diuiſim, & inſolidum Ioan. Bapt. Coſta. *in ſuo tract. de Ration. ſine conſiderat.* Rotæ *q. 108. num. 16.*

Et propterea † eſſet valdè expediens ad lites effugiendas declarare, & exprimere in ipſo actu impoſitionis, & venditionis cenſus, quænam annuæ reſponſionis portio ſuper ſingulis, rebus imponatur, & conſtituatur.

Circa tertiam, & vltimam inſpectionem, an cenſus

ſuper

super vno fundo licitè impositus, & constituturus, possit ad alium fundum transferri absque eo, quod census extinguatur, & absque eo; quod requiratur nouus consensus fideiussorum tempore emptionis census præstitorum, & absque eo quod fiat, & inducatur aliqua nouatio respectu hypothecæ contractæ ad fauorem domini census: Breuiter, & concludendo pro-
24 cedendo partem † affirmatiuam tenendam esse censeo, scilicet posse censum de vno fundo ad alium absque aliqua nouatione transferri. Quam non obscurè fuit amplexa Rota *in vna Romana anteriorita̅tis hypotheca*, 28. *Nouembris*, 1597. *coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio, *quæ est in fine tract. dec.* 104. [*& in vna Romana census de Celsis* 27. *Nouembris* 1609. *coram* b. mem. Greg. XV. *vt inter eius decisiones impressas dec.* 442. *n.* 1. 2. *&* coram eodem *in vna Romana census*, 10. *Iunij*, 1602. *& in ead.* 9. *Iunij*, 1608. *quæ sunt ibidem dec.* 60. *&* 445. *& ibi* Beltramin. *in addit. confirmat.*]

25 Maximè † si in eadem translatione adhibeantur clausulæ citra nouationem, &c. citra præiudicium iurium quo ad alios obligatos, &c. *vt benè considerat ibi* Rota *per discursum*, *& eandem sententiam probauit* Statil. Pacific. *in suo tract. de Salu. interd. Inspec.* 3. *c.* 2. *n.* 212. *& seq. secundum vltimam impressionem*, & Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tom.* 1. *discept.* 113. *n.* 81. *& eam fuit sæpius amplexa* Rota, *& signanter in vna Romana census*, 10. *Iunij*, 1602. *coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio, *quæ est post Tract. at. decis.* 105. *per tot. &* coram eodem *in vna Romana census scutorum decem*, *& octo millium*, 9. *Iunij*, 1608. *quæ est ibid. decis.* 60. *n.* 2. *&* 3. *& coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *in vna Romana census* 26. *Nouembris*, 1604. *quæ ibid. est decis.* 106. *n.* 2. [*& confirmat* Grat. *discept.* Forens. *tom.* 5. *c.* 943. *n.* 24.

Ista autem conclusio firmata in hac tertia, & vltima inspectione non posset sustineri si dicta liberatio prioris fundi fieret per viam venditionis illius, & onus census transferretur super pretio, eo enim casu, cum translatio fieret super re infructifera, census non sustineretur, sed remanet tanquam impositus super re non fructifera, vt fuit resolutum *in vna Romana census, & fructuum* 20. *Maij* 1616. *coram* R. P. D. Pirouano, *post tract. dec.* 448. *n.* 2.]

26 Nam † per dictam census translationem de vno fundo ad alium quo ad ipsas obligationes nihil innouatur præter rei mutationem, & non agitur de noua obligatione inducenda, sed de veteri conseruanda, vt dicemus *infra part.* 2. *c.* 2. *q.* 3. *art.* 5. *n.* 3. & propterea quo ad præiudicium impositoris census, & fideiussorum dicitur remanere super priori fundo, vt declarauit Rota *coram* Illustrissimo Ludouisio, *in d. Romana census n.* 4. *& seqq.* & nos dicemus *d. art.* 5.

SVMMARIA.

1 *Census fundari non potest super fundo non libero.*
Sufficit tamen quod sit libera tanta pars quæ possit supportare censum impositum, n. 5.
Vel quod reputetur & tredatur libera, n. 7.
Vel quando impositor asseruit fundum esse liberum, numer. 8.
[*Assertio facta ab impositore, quod fundus non est alteri oneri obnoxius, non impedit, quominus super eo fundari possit census, etiam quod esset oneratus, & subingatus alteri censui.*
Dummodo illius fructus sint sufficientes pro vtroque censu ibid.
2 *Fundus census per impositionem afficitur oneri reali.*
3 *Pactum quod si res supposita detegatur non libera venditor census nihilominus teneatur ad solutionem census est illicitum.*
4 *Vsuris via aperienda non est.*

5 *Census in dubio præsumitur impositus super parte libera.*
9 *Emens censum super fundo non libero ignoranter licitè percipit fructus, nec tenetur illos restituere.*
10 *Emens scienter censum impositum super re non libera, non potest sine peccato fructus recipere, & retinere.*
11 *Emptio fundi super quo est impositus census, non debet rescindi propter illud onus.*
12 *Emptor tamen potest agere contra venditorem, vt rem illam à dicto onere liberet.*
13 *Dominus census impositi super fundo non libero, potest agere contra impositorem census ad interesse.*
14 *Maximè si hoc fuerit promissum.*
Etiam si sit promissa euictio, & illa non sequuta, numer. 16.
Etiam si sint præstiti fideiussores, n. 17.
15 *Euictio in contractu census potest licitè promitti.*
18 *Dominus census potest agere contra venditorem census impositi super fundo non libero, vt ipsum liberet à quacumque molesta occasione dicti census.*
19 *Impositor census tenetur ad quamcumque defensionem illius.*
20 *Dominus census impositi super fundo non libero, potest agere contra venditorem, vt fundum censitum liberet, vel faciat consentire omnem personam interesse habentem.*
Et vt faciat consentire omnem personam quæ super dicto fundo habet potiora, vel priora iura ibid.
[*Liberare qui tenetur fundum debet illum liberare à quocumque onere, & quacumque, hypotheca.*
Promittens tradere liberam rem venditam, quod tenetur ad precisam liberationem, volum aliqui.
Contrarium firmat Auctor, quod satisfaciat per dationem fideiussoris.
Liberam rem qui promisit tradere emptori satisfacit, si certum illum faciat damnum pati non posse.]
21 *Dominus census impositi super fundo non libero, potest contra venditorem agere pro recuperatione pretij.*
22 *Contrarium quo ad pretij restitutionem videtur sentire Rota.*
23 *Sed illa Rota decisio declaratur, & saluatur conclusio.*

Fundus Census debet esse liber.

QVÆSTIO XLII.

aliàs part. 1. *cap.* 3. *qu.* 4.

INter aliàs qualitates, quas supra in principio huius tertij capitis, dicebamus esse necessarias in fundo super quo constituendus est, & collocandus census; Quarta erat, vt ille esset liber, & alteri oneri non obnoxius, de qua est in hac quarta Quæstione vnico articulo pertractandum. In quo est constituenda conclusio.

Quod census † super fundo non libero, sed alteri 1
oneri obnoxio constitui, & collocari non potest, quæ vt est ab omnibus communiter recepta, ita est optima fundata ratione. Cùm enim per impositionem census constituatur † ius reale super fundo, qui subii- 2
citur, & ille remaneat specialiter obligatus, & hypothecatus pro solutione census desuper impositi *cap.* 1. *& 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* & dictum fuit *supra qu.* 23. *aliàs hac ead. par.* 1. *c.* 2. *q.* 13. *art.* 1. si res super qua collocandus est census non sit libera facili negotio contingere posset, quod emptor census eluderetur, & remaneret in damno, excluderetur enim ab eo, qui super re censuata anteriorem, vel potiorem

haberet hypothecam, *ex regula l.potior.ff.qui pot.in pignor.hab.*Neguſ.*in ſuo tract.de pignor.par.5. memb.2.numer.1.*Ioſeph.Ludouic. *dec. Peruſ.45.num.7.par.1.* & à venditore cenſus forte non poſſet cenſum exigere propter illius inopiam, vel fugam, & ſic propter debitoris inopiam remanerer ſibi actio inanis, *cap.olim, il ſecondo ext. de reſtitut. ſpoliat. cum vulgar.* Quæ quidem cenſus impoſitio ſuper fundo non libero, neque eriam licita reddi poſſet adiecto pacto quod venditor cenſus caſu quo res cenſuata detegatur non libera, ſed alicui oneri obnoxia, nihilominus cenſum ſoluere teneatur donec pretium integrum reſtituat: cùm
3 † tale pactum ſit illicitum, & reprobatum, vt multis rationibus comprobant Nauar. *in ſuo Comment. de vſur.numer.118.quæſt.28.* Boccacc. *in ſuo tract. de cenſibus part.1.numer.46.* ſed ea videtur potiſſima, quia ſi tale pactum reciperetur pro licito, aperiretur magnum oſtium exercendis vſuris: nam volentes ſub vſuris pecunias recipere, poſſent conſtituere cenſus ſuper bonis alteri obligatis, quos poſtea emerent illi qui vellent exercere vſuras cum ſupradicto pacto, &
4 ſic ſecurè reciperent vſuras ſub nomine cenſus, & † huiuſmodi oſtium, & via nullatenus eſt aperienda, *argument.l.conuenire, ff.de pact. dotal.cap.ex par. de conſuetud.*

Aduertendum tamen eſt, quod ad validitatem impoſitionis cenſus factæ iuxta formam *Bullæ Pij V.* ſuper re immobili frugifera, & certis finibus deſignata, non eſt † neceſſe quod tota res illa ſit libera, &
5 alteri oneri non obnoxia, ſed ſatis eſt quod ſit libera tanta illius portio, cuius fructus ſufficiant ad ſolutionem integri cenſus impoſiti: nam tunc impoſitio ſuſtinetur in dicta parte libera, *vt reſolutum fuit ſæpius in* Rota, *& ſignanter coram* bon.mem. Orano, *16. Februarij,1586.in illa Peruſina fideicommiſſi de Almericis, quæ eſt poſt tract.dec.49.num.18. & coram* Rerendiſſ.D. Sacrato, *in vna Romana cenſus de Paluciis,20. Nouembris,1600.quæ ibidem eſt dec.64.n.1. & 2. & coram* Illuſtriſſ.Cardinali Ludouiſio, *in illa Romana de Iacobatiis, 26.Nouembris,1605.quæ eſt ibidem deciſ.67.numer.1. & rurſus in eadem* coram eodem, 12. *Maij*, 1606. *vt ibidem dec.65.num.1. & coram* bon.mem.Penia, 28. *Iunij*, 1610.*in vna Romana cenſus de Caranaſchinis,quæ eſt ibidem dec.66.ad finem, & in eadem cauſa coram eodem,24. Nouembris eiuſdem anni,1610.quæ eſt ibidem dec.57. nu-*
6 *mer.5.* Immò † in dubio cenſebitur creatus, & conſtitutus cenſus duntaxat ſuper illa parte libera, cum voluntas reguletur à poteſtate, vt per hanc rationem, voluit Rot. *in illa Peruſina fideicommiſſi de Almericis*, 8. *Aprilis* 1587.*coram* b.m.Orano, *quæ eſt ibid. dec.39.n.3. & ſequuta fuit ſæpius in aliis cauſis, & maximè in vna Auximana bonorum 4. Martij*, 1602.*coram* Illuſtriſſ.Cardinali Mellino, *quæ ibidem eſt dec.107.n.7.conferunt dicta per nos ſupra q.præced.art.5.*

7 Ad effectum † autem validitatis prædictæ non eſt neceſſe quod fundus cenſus ſit realiter, & cum effectu liber à quocumque alio grauamine, ſed ſufficit quod tempore impoſitionis pro libero reputaretur, & crederetur liber ſaltem pro tanta parte cuius fructus ſufficerent pro cenſibus tàm anterioribus quàm pro eo qui tunc imponitur, vt fuit reſolutum in Rota *coram* b.m.Penia, *in illa Romana cenſus de Caualleriis,26.Iunij, 1596.quæ eſt poſt tract.deciſ.6. per tot. & in vna Romana cenſus de Turinis,quæ eſt ibidem dec.13.n.1.*

8 Et multo † magis cenſenda erit valida impoſitio, ſi venditor cenſus tempore impoſitionis aſſeruiſſet fundum illum eſſe liberum, & alteri oneri non obnoxium, vt auctoritate Tiraq. *de legib. connub.gloſ.8. n.135. cum ſeq. dixit* Rot. *coram* bon. mem. Cantuccio,29. *Martij*, 1587.*in illa Romana cenſus, Saluiani, Interd. & intereſſe, quæ eſt in fine tract.deciſ.45.n.5.*

[Licet enim fundus ille eſſet eo tempore obnoxius oneri alterius cenſus, nihilominus hæc ſecunda, & noua impoſitio valet, ſi fructus dicti fundi ſatis ſint pro ſolutione tàm prioris quam noui cenſus, per ea quæ diximus *ſupra q.35.alias hoc eod.cap.3.q.2.art.5. per tot. & ſignanter num.2.* Quia huiuſmodi aſſertio, quod fundus ſit liber, & alteri oneri non obnoxius non debet intelligi ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſecundum quid, videlicet quod non eſt obnoxium alteri oneri quod impediat impoſitionem huius noui cenſus, & quod per primam impoſitionem fundus ille non deſierit eſſe capax huius ſecundi cenſus, Rota *coram* Cardin. Lancelloto, *ſeniore in vna Rom.cenſus* 18.*Maij* 1579.*poſt tract.dec.423.n.1.*

Quo caſu quod emptor cenſus poſſit illius fructus in foro iudiciali exigere, non poteſt dubitari ſtante eius validitate, ſed dubium eſſe poteſt an illos exigendo ſit tutus in foro conſcientiæ, ita vt ad eorum reſtitutionem non teneatur. In qua difficultate diſtinguunt Doctores, aut tempore emptionis dicti cenſus ipſe ignorauit rem ſubiugatam eſſe alteri oneri obnoxiam, & eo † caſu donec reſciuerit onus illud poſſit licitè, 9
& abſque peccato fructus dicti cenſus recipere. Nauar. *in ſuo comment.de vſur.num.118.q.26.* Boccacc. *in ſuo tract.de cenſib.par.2.num.44* Ludou.Molina, *in ſuo tract. de contract. par.2 diſput.394.num.4.* Aut verò † tempo- 10
re quo cenſum emit ſciebat fundum illum non eſſe liberum, ſed alio onere grauatum, & propterea non eſſe capacem cenſus, quem emit, & eo caſu non poſſit abſque peccato, & neceſſitate reſtituendi cenſum illum percipere. Nauar. *d. tract. numero* 119. Boccacc. *d.par.1.numer.47.* tacite ſentit Molina, *d.num.4.* & cum hac diſtinctione tranſit Stephan.Gratian. *Diſcept. Forenſ.tom.1.c.43.num.45. & cap.175.n.17. & ſeqq. &* dec. March.13.*num.13. & ſeqq.* & illam Ego quoque libenter amplector.

Retenta autem hac diſtinctione ſequitur concluſio, quod ſicut † ſi dominus fundi cenſuati fundum illum 11
vendat, licet emptio reſcindi non poſſit propter illud onus, vt firmat Ludou.Molina, *d.diſput.394. n.6. verſ. deinde & nos dicemus infra par.2.c.2.q.1.art.1. nunc q.63. in fin.ex* Io.Guttierez. *Pract. Quæſt.c.169.n.3. lib.2.* poteſt † tamen emptor agere aduerſus venditorem, vt 12
fundum illum ab onere præfato liberet, & ad dictam liberationem faciendam poterit illum cogere etiam per capturam perſonalem, vt conſultus in hac facti ſpecie reſpondit Io.Bolognet. *conſ.31.per tot. & placuit.* Nau. *d.tract.de vſur.d.n.118. in 27.q.verſ.tum quia venditor.&* Boccacc. *d.par.2.n.45.* Ita quoque conſulitur indemnitati domini cenſus.

Nam † præterquam quod agere poteſt contra ven- 13
ditorem cenſus, vt ſupra ſuper fundo non libero impoſiti ad intereſſe, iuxta ea quæ diximus *ſupra hac eadem part.1.cap.2.q.1.art.6.nunc q.19. n.41. & ſeq.* Maximè † quando in inſtrumento venditionis cenſus fue- 14
runt promiſſa damna, & intereſſe, vt fuit reſolutum in Rota *coram* Seraphino, *deciſ.787.n.1. et ſeq.part.1.* non obſtante quod fuerit promiſſa euictio, quæ † etiam 15
in contractu cenſus promitti poteſt. Nauar. *d.tract. de vſur.numer.135.verſ.decimum & conſ.9.numer.3.in tit.de cenſib.part.3.numer.70.* & † euictio adhuc ſequuta non 16
fuerit, vt voluit eadem Rota *coram* Seraphino *dec.121.* in ſecunda difficultate, vel † dati fuerint fideiuſſores. *Rota* ibi in tertia difficultate. Poteſt etiam aliis 17
multis remediis ſibi, & ſuæ conſcientiæ proſpicere, & maximè.

Agendo contra venditorem cenſus, vt ipſum libe- 18
ret à quacunque moleſtia ſibi ſuper dicto cenſu illata, fuit reſolutum *in vna Bononienſi cenſus*, 20. *Maij*, 1602. *coram* Illuſtriſſimo Cardinali Mellino *quæ eſt poſt Tract.deciſ.108.numer.1.* Is enim † qui cenſum im- 19
poſuit, & vendidit, tenetur ad illius defenſionem, vt dicebat eadem Rota *coram* b. m. Iuſto *in vna Bononienſi cenſus*,

census, 11. *Decembris*, 1602. *quæ est ibidem decis.* 109. *numer.* 7.

Poterit etiam agere contra eundem, venditorem census vt fundum censitum liberet, aut faciat consen-
20 tire habentem interesse, & habentes priora, & potiora iura super eodem fundo *arg. tex. in l. ex his prædus, C. de euict.* Dec. *cons.* 483. *n.* 18. Ozasc. *dec.* 24. *num.* 4. *& seq. & faciant ea, quæ tradit.* Alex. *consilio* 63. *num.* 9. *vers. ex quibus concludo, & num.* 10. *lib.* 6. & in puncto ita dicit Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. redditib. lib.* 2. *q.* 7. *num.* 7. *& firmat.* Sigismund. Scac. *de commerc.* §. 1. *q.* 1. *n.* 182. *& seqq. post hæc scripta visus, & fuit resolutum in* Rota *in illa causa Romana census de Turinis quæ est in fine Tract. decis.* 13. *n.* 2. *& in illa Romana census de Caualeriis*, 26. *Ianij*, 1596. *coram* b.m. Penia, *quæ est ibidem decis.* 6. *n.* 5. *& inter decisiones diuersor. decis.* 186. *n.* 6. *& seqq. par* 1. [Ista autem liberatio fieri debet non solum à rata census super fundo illo censito impositi sed in totum, & ab omnibus hypothecis, & oneribus Bolognet. *conj.* 31. *per tot. & bene comprob.* Mari. Giurb. *dec. Regn. Sicil.* 113. *n.* 9. *& seqq. part.* 1.

An autem huic obligationi satisfiat per dationem fideiussorum, qui promittant rem disbrigare, & disobligare, eueniente casu molestiæ, vel euictionis, an verò sit necessaria præcisa liberatio? & præcisam liberationem esse necessariam firmat Giurb. *d. dec.* 113. *numer.* 12. *& seq.* Sed quod per fideiussionem præstitam de euictione sit satisfactum, non obscurè resoluit Rota *in vna Romana censuum* 16. *Februarij* 1607. *coram* b.m. Greg. XV. *vt inter eius decis. impressas dec.* 295. *num.* 5. *& seq. & sub num.* 3. *& ibi* Beltramin. *in addit. in littera A*, id confirmat ratione desumpta *ab* Alex. *cons.* 65. *num.* 4. *& 5. lib.* 5. vbi dicit quod ille, qui tenetur tradere rem liberam sufficit, quod taliter satisfaciat ei, cui ad liberandum tenetur, vt eum certum faciat damnum pati non posse, nam, vt ibi subdit *Beltramin.* non videtur in hoc aliud spectandum, quam an emptoris census interesse fundum ab allo onere præexistente liberare, quod auctoritate Rotæ in multis decisionibus comprobat.]

21 Item † poterit agere contra eundem census venditorem vt sibi pretium, quod in dicta emptione erogauit restituat, *l. emptorem, §. qui autem circa fin. ff. de action. empt. per quem tex. ita tenuit* Dec. *cons.* 102. *in finalib. verbis, & in puncto* Nauar. *d. num.* 118. *q.* 27. Boninsin. *in suo tract. de censib. cap.* 16. *n.* 2. Stephan. Gratian. *decis. March.* 13. *num.* 18. *& seq.* vbi hoc comprobat Petr. Gabell. *cons. ciuil.* 94. *n.* 4 *& seqq. lib.* 1. Scacc. *d. q.* 1. *sub d. n.* 182. & placuit Rotæ *coram* bon. mem. Penia, *in illa Bononiensis census*, 20. *Martij*, 1600. *quæ est post tract. decis.* 46. *n.* 2. [eandem sententiam confirmat Ioan. Petr. Fontan. *de pact. nuptialibus clausul.* 4. *glos.* 18. *par.* 3. *n.* 92. *& seq.* vbi alios allegat Mari. Muta *decis. Sicil.* 98. *num.* 1.] & nos dicemus *infra q.* 106. *alias part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 4 *num.* 21. licet quo ad hoc contrarium sentire videatur Roder. *d. q.* 7. *num.* 7.

22 Et † licet hanc pretij restitutionem nullatenus peti, nec concedi debere dixerit Rota *in vna Romana census*, 17. *Aprilis*, 1598. *coram* bon. mem. Penia, *quæ est post tract. dec.* 56. *n.* 1. quando res, quæ subiicitur oneri census est tanti valoris, vt omnes obligationes, & omnia quibus erat subiecta ante census impositionem non consumeret tot dicti valoris partes, vt non esset relictus locus præfato censui, cùm eo casu emptor census nullum patiatur damnum.

23 Ego † tamen hanc *Rotæ* decisionem vitio Scriptorum fuisse alteratam in eo quod *ibi Rota* ad impediendam restitutionem sortis, considerat valorem fundi, quod non esse admittendum censeo, cum *supra* dictum fuit *hoc cap.* 3 *quæst.* 2. *art.* 1. *nunc quæst.* 15. *num.* 8. census sit commensurandus fructibus rei subiugatæ, non autem illius pretio, & valori. Et hunc sensum habuisse Rotam *in d. Romana census*, 17. *Aprilis*, 1598. colligo, dum excludit restitutionem sortis ex eo quod Bertolonus emptor census nullum ex dicta impositione patiebatur damnum, nec constabat casale dicto censui subiugatum fuisse tot obligationibus obnoxium, & hypothecis grauatum vt dicti census impositionem sustinere non posset, quæ omnia videntur potius respicere redditus, & fructus dicti casalis, iuxta naturam contractus censualis, quam illius valorem. Quarenus autem decisio illa referatur ad fructus satis iuridica fuit resolutio, quod pretij restitutio concedi non debeat, cùm illud repeti non possit quando fructus rei subiugatæ sufficiunt tam pro oneribus antiquis quam pro solutio census de nouo impositi [Verum quoniam Rota *in eadem Romana census coram* eod. bon. mem. Penia 12. *Nouembris* 1601. *post tract. decis* 327. rursus repetiit esse probandum valorem casalis super quo erat impositus census nec non etiam onera, quibus prætendebatur grauatum, & aliis hypothecatum, vt cognosci posset an impositor census eo sub prætextu, quod censum imposuisset, & collocasset super fundo non libero, sed aliis oneribus grauato cogi posset ad pretij census restitutionem. Ego arbitror mentem Dominorum de Rota in vtraque decisione non fuisse, vt deberet inuestigari valor casalis, & onera, quibus illud erat grauatum ad effectum, vt facta collatione, & pretij, & onerum posset apparere, & cognosci an remanssisset tanta pars eiusdem casalis libera cuius, valor corresponderet pretio census de super impositi sed vt cognoscantur an illa pars quæ remanet libera, ferat tot fructus, qui sufficiant pro solutione annui census de nouo super eo impositi, cùm, vt sæpius dictum est census sit metiendus non à valore fundi censiti, sed ab illius fructibus.]

SVMMARIA.

1 *Impositio census dicitur legitima, quando est facta à persona habili, vel ab inhabili cum debitis solemnitatibus.*

2 *Impositio census si sit facta super re stabili, de sui natura frugifera, & certa, & in pecunia numerata, est legitima.*

3 *Impositio census vt dicatur legitima, debet fieri iuxta formam Bullæ V.*

[*Census impositio facta contra formam Bullæ Pij V. est nulla ab initio.*

4 *Instrumentum est necessarium in impositione census.*

[*Verbum nullum in dispositione stat sine effectu operandi.*

Census natura originalis est, vt imponatur perpetuò duraturus.

Scriptura in Emphyteusi requiritur ne rei gesta memoria temporis longinquitate excidat, & deleatur.]

5 *Saltem ad effectum vt ex censu agi possit in iudicio.*

6 *Impositio census tanquam in facto consistens debet probari ab eo qui illam asserit.*

7 *Impositio census probatur per publicum instrumentum.*

8 *Contenta in publico instrumento præsumuntur vera.*

9 *Instrumentum publicum transfert onus probandi contrarium in eum, qui instrumento contradicit.*

10 *Facit probationem manifestam, notoriam, probatam, &c.*

11 *Facit rem liquidam, & euidentem, & est casus legis.*

12 *Instrumentum habetur pro casu legis.*

13 *Instrumentum quod sit necessarium ad probandam census impositionem videtur.*

Contrarium est verius, n. 15.

14 *Probationum materia non est coangustanda.*

16 *Bulla Pij V. non se restringit ad aliquam speciem probationis.*

17 *Probatio quæ fit per testes est ceteris validior, & dignior.*
18 *Impositio census probatur per testes.*
19 *Impositio census probatur per confessionem partis extraiudicialem, quam extraiudicialem.*
20 *Confessio iudicialis est probatio maxima.*
21 *Habet vim publici instrumenti.*
22 *Imo est efficacior publico instrumento.*
23 *Habet executionem paratam.*
24 *Confessio iudicialis probat census impositionem.*
[*Census dominium probatur ex confessione debitoris facta medio Iuramento, & ex susceptione censuarum & mandati executiui.*
25 *Impositio census probatur per confessionem extraiudicialem partis.*
26 *Confessio extraiudicialis non facit præiudicium confitenti.*
27 *Fallit de iure Canonico, quo iure plenè præiudicat.*
28 *Dummodo sit plenè, & legitimè probata.*
29 *Plena probatio dicitur, quæ fit per duos testes contestes.*
30 *Secus si testes sint singulares.*
[*Confessio extraiudicialis non probatur per testes singulares, etiam si sint plures.*]
31 *Confessio debitoris iudicialis, vel extraiudicialis præiudicat sibi sed non aliis.*
32 *Impositio census probatur præsumptionibus, & coniecturis.*
33 *Solutio census in præteritum, facit præsumi censum esse legitimè impositum.*
[*Solutio fructuum census magnam vim habet ad remouendam suspicionem nullitatis illius.*
Et operatur, vt non possit amplius dubitari de validitate census.
Etiam quod instrumentum census careat clausulis sine quibus non datur fides Instrumentis.
Obseruantia longæua dat fidem scripturæ minus solenni, & non authentica.]
34 *Promissio imponendi censum sequuta diuturna illius solutione, facit præsumptionem legitimæ impositionis.*
35 *Extinctio census inducit præsumptionem, quod fuerit impositus.*
36 *Immo quod fuerit legitimè impositus.*
37 *Enunciatio census facta in aliquo instrumento, facit præsumi censum fuisse retro impositum.*
38 *Enunciatio facta in instrumento venditionis fundi quod ille fundus erat oneratus censu, facit præsumptionem impositionis census.*
39 *Descriptio prædij in æstimo tanquam grauati censu, inducit præsumptionem quod census fuerit super eo impositus.*

De impositione census, & eius probatione.

QVÆSTIO XLIII.

aliàs part. 1. cap. 4.

RElinquum est vt pro complemento huius primæ partis principalis postquam egimus de ipsomet censu, de personis, quæ illum imponere possunt, vel non: De rebus super quibus potest imponi, vt iuxta ordinem propositum aliqua dicamus de ipsius census impositione, quod in hoc quarto capite breuius quam fieri poterit expediemus. Et licèt caput istud in duas videatur secandum quæstiones. Primam scilicet, quando census impositio legitimè facta dici possit. Alteram, quibus modis impositio ista probari queat. Quia tamen explicatio primæ quæstionis videtur satis apertè resultare ex iis, quæ supra sparsim dicta sunt circa personas, quæ census possunt constituere vel non; & circa res in quibus imponi, & collocari census potest. Ideò circa eam breuiter me expediam. Nam quantum ad personas fuit demonstratum, quod licitè † censeatur census impositio, si sit facta à persona habili, & quatenus fieret à persona inhabili, puta à minore, & muliere, prodigo, vel simili si facta sit cum solemnitatibus à iure requisitis, vt colligitur ex resolutione facta *in* Rota *coram* R.P.D. Manzanedo, *in vna Romana Saluiani interdicti*, 11. *Ianuarij*, 1616. *quæ est post tract. dec.* 32. *per tot.* & *supra per integrum Caput Primum deductum fuit.* 1

Quantum † verò pertinet ad res tunc legitima censeatur huiusmodi impositio, si appareat census fuisse impositum super re certa, immobili, & de sui natura fructifera, & in pecunia numerata, vt dicebat Rota *coram* b. mem. Penia, 29. *Nouembris*, 1604. *in illa Assisiensi census, quæ est post tract. dec.* 102. *in princ. In vna Ianuensi census*, 28. *Aprilis*, 1608. *coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est ibid. dec.* 110. *num.* 1. *& in vna Romana census*, 23. *Iunij eiusdem anni* 1608. *coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio; *quæ ibid. est decis.* 7. *in princ. & in vna Imolensi census*, 28. *Februarij eiusdem anni coram eodem, quæ ibidem est dec.* 98. *in princ.* Et † generalitèr legitima reputatur census impositio si fiat seruata forma *Bullæ* Pij V. *super forma creandi cens.* & adhibitis omnibus circunstantiis, & conditionibus per eam requisitis, vt dixit Rota *coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio *in illa Romana census*, 26. *Nouembris*, 1604. *quæ est post tract. decis.* 5 *in princ. & coram eodem in alia Romana census*, 23. *Iunij* 1608. *quæ est ibid. dec.* 7. *in princ.* & alia seruentur quæ *supra cap.* 3. *per totum* seruanda esse admonuimus 2 3

[Prout è conuerso census impositio est ab initio nulla, si fiat non seruata forma tradita à Pio V. in dicta sua Constitutione, prout ibi Papa talem impositionem nullam, & cēsum taliter constitutum fœneratitium expressè declarat, & resoluit Rota *coram* b. m. Corduba *in illa Leodiensi census*, 11. *Decembris*, 1596. *quæ est post tract. decis.* 8. *n.* 5. *& nos diximus supra hac* 1. *part. c.* 1. *q.* 4. *art.* 2. *nunc q.* 9. *n.* 2.]

Ad hoc autem † vt census impositio, saltem respectu census imponendi iuxta formam *Constitutionis Pij V.* dici possit valida, & legitimè facta, esse de illa necessario conficiendum publicum, & authenticum instrumentum manu publici Notarij, videtur satis manifestè colligi ex eademmet Bulla in versi. *Rursum nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, Notario in acta celebrationis instrumenti non autem prius recepto integro, iustóque pretio* ponderando illa verba, *In acta celebrationis instrumenti*, [quæ licet non sint prolata dispositiuè, non est tamen credendum quod stent otiosè, & sint apposita sine mysterio, cùm ea sit capienda interpretatio, vt in qualibet dispositione nullum verbum stet otiosè, & sine effectu operandi; Soc. Sen. *conf.* 4. *n.* 8. *vol.* 4. Cranet. *in respons. pro gener. numer.* 46. 312. & 340. Rip. *in cap.* 1. *de rescript. num.* 41. Bellon. *cons.* 7. *n.* 12. Rota *coram* Ludouis. *decis.* 526. *num.* 4. *& 5. in recollect. per* Farinac. *decis.* 587. *n.* 11. *part.* 2. Quod multo magis dicendum est in proposito, quia cum dicta verba sint apposita in ea parte in qua Papa dat formam seruandam circa constitutionem annui census, satis indicare videntur quod inter cætera ad effectum, vt census licitè, & legitimè impositus, & constitutus dici possit, sit nec esse vt de tali impositione conficiatur publicum instrumentum manu publici Notarij, & coram testibus, Quod ea saltem ratione videtur necessarium, vt semper cognosci, & concludenter demonstrari possit, quod talis census sit impositus iuxta formam dictæ Pianæ Constitutionis. 4

[Nam cùm principalis natura huius contractus censualis in eo consistat, vt census constituatur perpetuò duraturus, vt non obscurè sensit idem Pontifex

in

in dicta sua Bulla *in verſic. pacta etiam continentia, &c. & nos diximus ſupra hac par. 1. cap. 1. quæſt. 1. artic. 2.* neceſſe fuit modum aliquem præſcribi, per quem perpetuo illius probatio haberi poſſit, ne rei geſtæ memoria temporis longinquitate excideret, & deleretur, per quam rationem requiri ſcripturam in contractu Emphyteutico, dicebat Bald. *in l. 1. num. 5. & poſt eum* Iaſ. *numero 6. & 7. C. de iure emphit. quos refert, & ſequitur.* Surd. *deciſ. 331. ſub numero 11. ante med.* vbi multa ſubnectit, quæ ad confirmationem huius concluſionis benè conferunt, & reſpondet contrariis.] Et hoc in cenſu imponendo ſecundum dictam Conſtitutionem concedit Felician. de Solis, *in ſuis Commentar. de cenſib. tomo 1. lib. 1. capit. 9. num. 8. in fine, & infra.* Alcibiad. Lucarin. *Obſerua. Practic. lib. 1. Academ. 5. Obſervat. 1. numero 4.* Stephan. Gratian. *Diſcept. Forenſ. tomo 2. cap. 208. num. 7.* Gaſpar. Roderic. *in ſuo tract. de annu. reddit. lib. 1. quæſt. 15. num. 1. & dicit perſpicuum* Mich. Salon. *in ſuo trac. de contract. & commerc. human. in tit. de cenſib. art. 3. controuerſ. 24. num. 2.* Quamuis ſemota dicta *Bulla* id negent eſſe neceſſarium, quam ſententiam amplexus etiam fuit D. Proſp. Farinac. *conſ. 112. num. 4. lib. 2. in criminal.* & Ioan. Azor. *inſtit. Moral. par. 3. lib. 10. c. 19. q. 1.* Ab ea tamē receſſit Rota pluries, *vt videbimus paulò poſt num.* 15. *& ſeq.* & illam declarauit Azor. *d. q. 1.* dum dixit † in contractu cenſus eſſe neceſſariam ſcripturam non ad effectum, vt illius conſtitutio, & venditio probari poſſit, ſed vt ex cenſu in iudicio agi poſſit. Et ſuper firmaram concluſionem puto poſſe comprobari ex iis, quæ tradit Intrigliol. *ſuper Bull. de cenſib. q. 5. per tot.* qui licet loquatur de cenſu imponendo iuxta *Bullam Nicolai V.* illius tamen rationes adaptari optimè poſſunt & concludunt etiam in cenſu imponendo iuxta *Bullam Pij V.* de quo nos loquimur, & hæc circa primam Quæſtionem.

Venio nunc ad ſecundam in qua de probatione huius impoſitionis tractandum eſt: cùm † enim impoſitio cenſus in facto conſiſtat probanda eſt ab illo, qui in ea ſe fundat Bened. Bon. *in ſuo tract. de cenſib. art. 33. n. 59. & dicebat aliàs* Rota. *in vna Anconitana cenſus. 25. Maij, 1598. coram* bon. mem. Corduba, *quæ eſt poſt tract. dec. 111. num. 1.* & cum plura ſint probationum genera, vt præter alios dicit Maſcar. *in ſuo tract. de Probat. vol. 1. q. 1. num. 2. & ſeq.* operæ pretium eſſe duxi vt modos quibus probari poteſt huiuſmodi cenſus impoſitio inueſtigemus.

Et primum non videtur quod in dubium poſſit reuocari probationem iſtam fieri poſſe † per inſtrumentum ſuper dicta cenſus impoſitione, & venditione confectum manu publici Notarij. Bon. *d. art. 33. numero 59.* & pro indubitabili habuit Rota *in pluribus cauſis, & ſignanter in illa Romana cenſus, 26. Nouembris, 1604. coram* Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio *quæ eſt poſt tract. dec. 5. in prin. & in alia Romana cenſus coram* Reuerendiſſimo Sacrato. 10. *Iunij 1603. quæ eſt ibid. dec. 68. n. 2.* [*& in Romana nullitatis cenſus 5. Martij 1621. coram* R. P. D. Pirouano *poſt tract. dec. 395. num. 1.*] Contenta † enim in publico inſtrumento præſumuntur vera. Socin ſen. *conſil. 213. numero 7. lib. 2.* vbi multos allegat. Abb. *in cap. 1. ſub num. 5. ext. de fide inſtr.* Et propterea † per exhibitionem publici inſtrumenti non ſolùm transferetur onus probandi contrarium in aduerſarium Specul. *in tit. de probat. §. videndum teſtat. n. 10. verſ. item ſi contra reum.* Menoch. *de præſumpt. libr. 2. præſumpt. 44. n.* 3. Immò † reſultat probatio manifeſta, notoria, probata, & euidentiſſima, Bar. *in l. 1. in pren. numero 8. & ibi* Iaſ. *num. 10. ff. de nou. oper. nunc* Bald. *in l. Imperator la ſeconda, ff. de ſtat. hom. Tiraq. de Retract. Lign. §. 2.* Gloſ. 1. *numero 20. & ſeq.* Crauet. *conſ. 56. num. 2. libr. 1.* Rol. à Valle, *conſ. 40. numero 8. & ſeq. lib. 2.* Vbi plus † dicunt quod inſtrumentum inducit rem liquidam, & euidentem, veritatemque apparentem, adeo, vt non indigeat diſcuſſione, habet vim definitionis, & de † eo iudicatur, vt de caſu legis, de quo non venit dubitandum: firmata ſit igitur concluſio quod cenſus impoſitio per ipſius impoſitionis inſtrumentum legitimè, & concludenter probari poteſt. 12

Sed quæſtionis eſſe poteſt, † an talis probatio fieri poſſit per aliud genus probationis, quam per inſtrumentum. In qua difficultate pro opinione negatiua videntur ſtare expreſſa verba Pianæ Bullæ ſupra relata. *In actu celebrationis inſtrumenti.* 13

Verum † quoniam probationum materia non eſt coanguſtanda Clem. *ſæpe §. non ſit tamen, de verb. ſign. cap. interpoſita, in princ. & ibi* Glo. & Scribentes; *ext. de appellatione* Tibet. Decian. *conſil. 41. num. 29. lib. 3.* 14

Inde † videtur inferendum quod huiuſmodi cenſus impoſitio non requirat de neceſſitate ad eius probationem publicam ſcripturam, quinimo poſſit probari abſque ſcriptura, quod non negauit Ioan. Azor. *d. cap. 19. q. ſt. 2. & probauit* Ludou. de Auend. *de cenſib. Hiſpan. cap. 8. num. 5. & ſeqq. vbi reſpondet contrariis, & voluit* Rota *coram* Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, *in vna Spoletana cenſus, 18. Iunij 1601. quæ eſt poſt tract. dec. 112. num. 4. & coram* R. P. D. Ottembergo *in vna Romana cenſus. 24. Nouembris, 1606. quæ ibidem eſt dec. 134. num. 1. & ſequuta fuit coram* R. P. D. Buratto, *in vna Foroliuienſi cenſus, 14. Iunij, 1613. quæ eſt ibid. dec. 96. num. 12. & in eadem cauſa coram eodem 2. Maij 1614. quæ ibid. eſt deciſ. 100. n. 3.* quidquid contrarium ſenſiſſe videatur ipſamet Rota *in coram* R. P. D. Manzanedo *in vna Ianuenſi cenſus. 28. Aprilis, 1608. quæ eſt ibidem dec. 110. n. 1. & coram* bon. mem. Corduba *in vna Anconit. cenſus 25. Maij 1598. quæ ibidem eſt dec. 111. ſub num. 1.* [*& dicat Riccius in ſua praxi rerum fori Eccleſiaſt. par. 2. reſolut. 61.* 15

Nec debent † facere ſcrupulum illa verba Bullæ, *& in actu celebrationis inſtrumenti, &c.* quoniam ibi Papa non magis includit vnam, quam aliam ſpeciem probationis, *vt dixit* Rota *coram* Seraphin. *dec. 1226. n. 1. par. 2. & coram* R. P. D. Buratto *in illa Foroliuienſi cenſus, 2. Maij, 1614. quæ eſt in fine tract. dec. 100. numer. 10. & vna Romana cenſus, 24. Nouembris, 1606. coram* Ottembergo, *quæ eſt poſt tract. deciſ. 113. num. 2.* & ibi Papa loquutus fuit habito reſpectu ad id quod communiter fieri ſolet: nam à communiter accidentibus ſuper creatione, & venditione cenſus confici conſueuerunt publica inſtrumenta manu publici Notarij: & leges aptari debent ad ea quæ frequentius accidunt, *l. nam ad ea, ff. de legib.* Vnde ſequitur impoſitionem, & venditionem cenſus probari poſſe per omne genus probationum. 16

Et propterea primo per teſtes: nam probatio † quæ fit per teſtes eſt non ſolum concludens, ſed cæteris probationum generibus validior, & dignior. Abb. *in Rub. ext. de teſtib.* Felin. *in Rubr. ext. de fide inſtrum. num. 1. latè* Maſcar. *in ſuo tract. de probat. vol. 1. quæſt. 5. num. 1. & ſeqq.* vnde etiam † hanc cenſus impoſitionem per hanc probationum ſpeciem probari poſſe dicendum eſt, & voluit Bon. *in d. ſuo trac. de cenſib. art. 35. num. 61.* Federic. Martin. *in ſuo trac. de iure cenſu. cap. 7. numero 32. & admittit* Rota *in dicta cauſa Foroliuienſi cenſus coram* R. P. D. Burratto, 14. *Iunij 1613. in fin. tract. dec. 96. numero 11. & 2. Maij, 1614. ibid. dec. 100. num. 1.* Vnde circa hoc non videtur vlterius immorandum. Secundo impoſitionem cenſus poſſe † probari per confeſſionem debitoris annuæ reſponſionis tàm iudicialem, quam extraiudicialem poſt Guid. Pap. *quæſtio. 24. in prin. tenuit* Bon. *d. tract. art. 33. num. 59. & art. 39. num. 65.* Federic. Martin. *in d. ſuo tract. de iure cenſu. cap. 7. num. 27. & ſeqq.* Gaſpar. Roderic. *in ſuo tract. de ann. redditib. lib. 1. quæſt. 15. num. 24. & ſeqq. & ſignanter num. 26. & amplexa fuit* Rota *coram* Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, 18. *Iunij 1601. in illa Spoletana cenſus, quæ eſt poſt tract. dec. 112. num. 3. &* 17 18 19

coram R.P.D.Ottembergo, 24. *Nouembris*, 1606. *in illa Romana census, quæ est ibidem dec.* 113. *num.* 3. & 5. *& coram* R.P.D. Buratto *in illa Forolivienſi census*, 14. *Iunij*, 1613. *quæ est ibid. dec.* 96. *num.* 12. *&* 2. *Maij* 1614. *quæ ibidem est dec.* 100. *num.* 4.

De confeſſione iudiciali non videtur dubitandum,
20 cùm † ſit probatio maxima, ſecundum Menoc. *de Arbitr. iudic. caſu* 268. *numero* 7. *& latius de recuper. poſſeſſ.* Remed. 1. *numero* 317. Marant. *de ordin. iudic. part.* 9. *art.*
21 5. *numero* 21. & † habeat vim publici inſtrumenti, *l. cum te, la ſeconda, & ibi* Bal. *in prin. & alij communiter, C.*
22 *de tranſact.* Immo † ſit probatio efficacior publico inſtrumento, & omnibus aliis probationum generibus, *cap.* 1. *de confeſſ. in 6. Canoniſta c. immuniter in Rubr. ext. de confeſſ.* Maranta, *d. actu* 5. *num.* 21. Ias. *in d. l. cum te,*
23 *num.* 5. *& ſeq. & ibi* Alciat. *numero* 8. *C. de tranſact.* Et † habeat executionem paratam, Galleſſ. *ad camer. al. obligat. par.* 1. *q.* 2. *num.* 1. *per tex. in l. proinde* §. *notari, ff. ad leg. Aquil. & in l.* 1. *ff. de confeſſ. & colligitur ex reſolutione facta per* Rotam *in illa Anconitana cenſus coram* Seraph.
24 *dec.* 1226. *par.* 2. & confeſſionem † iudicialem eſſe legitimum modum probandi impoſitionem cenſus dicebat Bon. *d. tract. art.* 36. *numero* 65. Ibi pro iudicato enim confeſſus habetur, dummodo id in iure fiat. [*& hinc forè coram* R. P. D. Gypſio *in una Romana cenſus* 29. *Februarij* 1488. *poſt tract. deciſ.* 401. *numero* 1. reſoluit quod dominium cenſus ad fauorem domini illius concludenter cenſeatur probatum ex eo, quod medio iuramento Paulus confeſſus fuerat debitum, cenſuras, mandatum que executiuum ſuſceperat.]
25 De confeſſione † extraiudiciali idem concludendum eſt ex Rotam. *in d. Romana cenſus*, 24. *Nouembris*, 1606. *coram* R. P. D. Ottembergio, *quæ eſt poſt tract. de ciſ.* 113. *num.* 3. vbi habetur pro legitima probatione quæ reſultat ex confeſſione emanata in precibus, & in inſtrumento extinctionis cenſus, *& in d. Spoletana cenſus coram* Illuſtriſſimo Cardinali Lancelotto, 18. *Iunij* 1601. *quæ eſt ibid. dec.* 1601. *quæ eſt ibid. dec.* 112. *num.* 3. vbi ſimiliter fuit reſolutum impoſitionem cenſus intelligi probatam ex confeſſione emanata à debitore
26 in eius teſtamento. Nam † licet dubitent Scribentes, an inſpecto iure ciuili huiuſmodi ex traiudicialis confeſſio faciat præiudicium confitenti, pex tex. *in l. fin. C. de non numer. pecun. & in c. fin. ext. de confeſſ.* Iu-
27 ris † tamen Canonici æquitate inſpecta plenam facere probationem volunt communiter Scribentes. Didac. Couar. *ad c. quamuis, par.* 2. §. 4. *num.* 1. *ext. de pact.* Hieron. Gabr. *conſ.* 40. *numero* 64. *libr.* 2. Ioſeph. Ludou. *dec. Perus.* 9. *num.* 6. *par.* 1. Maſcard *in d. ſuo tract. de proba. vol.* 1. *concluſ.* 347. *numero* 57. *& ſolet tenere* Rota, *vt dicitur dec.* 4. *num.* 1. *part.* 2. *diuerſ. & in una Romana cenſus de comitibus*, 31. *Maij* 1596. *coram* bon. mem. Penia, *quæ repe-*
28 *ritur impreſſa poſt tract. deciſ.* 114. *numero* 1. Id quod † procederet ſi foret plenè, & legitimè probata. Grat. *reſponſ.* 2. *num.* 59. *libr.* 2. Hieron. Gabr. *conſ.* 71. *num.* 18. *lib.* 1. *& d. conſ.* 40. *numero* 65. *lib.* 2. Seraphin. *in ſuo tract. de Iuram. Primileg.* 24. *numero* 9. *& placuit* Rotæ *in d. Romana cenſus de comitibus coram* bon. mem. Penia, *numero*
29 3. Plene † autem, & concludenter probata diceretur ſi pro ea ſtent duo teſtes conteſtes: plena enim probatio illa dicitur quæ eſt integra, & facta per duos teſtes conteſtes, [Doctor. *in cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Gabr. *conſil.* 71. *num.* 17. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 10. *numero* 45. *vol.* 2. Aym. *conſ.* 267. *numero* 1. Gabr. *de confeſſ. concluſ.* 2. *num.* 3. Rota *coram* Reuerendiſſimo D. Coccino Decano *in una Interamnenſi pecuniaria* 12. *Iunij* 1606. *quæ inter eius dec. impreſſas eſt dec.* 297. *num.* 7.] Doctor. *in l. admonendi, ff. de iureiur.* Corn. *conſ.* 247. *ſub num.* 11. *lib.* 2. Rebuff.
30 *ad leg. Heremius, col.* 4. *ad fin. ff. de verb. ſign.* Vnde † probatio facta per teſtes ſingulares non poterit dici, plena nec integra, ſecundum Grat. *d. reſponſ.* 2. *numero* 56. *& 59. lib.* 2. *poſt* Dec. *ab eo allegatum.* [etiam ſi de illa ponant plures teſtes ſingulares, vt ſæpius reſoluit Rota, ſignanter *coram* Put. *dec.* 466. *lib.* 2. *iuxta nouam impreſſ.* Ceſar. de Graſſ. *dec.* 4. *num.* 4. *de ſentem. & re iudic.* Seraph. *dec.* 129. *numero* 11. *dec.* 1156. *numero* 2. *& dec.* 1172. *numero* 5. *& coram* R. P. D. Buratto *in una Reatina cenſus* 22. *Iunij* 1616. *poſt tract. dec.* 402. *n.* 2.]

Dum autem concluſum fuit, quod impoſitio cenſus dicatur plenè, & legitimè probata per confeſſionem debitoris cenſus iudicialem vel extraiudicialem, declarandum † eſt hoc procedere in damnum, & præ- 31
iudicium ipſius confitentis, ſecus autem in damnum, & præiudicium aliorum ſi non concurrunt præſumptiones, & adminicula, vt dicit Stephan. Gratian. *Diſcept. Forenſ. tomo* 1. *cap.* 22. *numero* 2. & 4. Et ad huiuſmodi † probationem faciendam maximi eſſe momen- 32
ti præſumptiones, & coniecturas præſertim ſi aliàs ſit difficilis illius probatio, dicit Calcan. *conſ.* 8. *num.* 8. *& in puncto* Bon. *in d. ſuo tract. de cenſibus art.* 40. *numero* 66. & aſque dubio ſi ſint plures, & vrgentes, vt colligitur ex d. *deciſione facta coram* R.P.D. Ottembergio *in illa Romana cenſus*, 24. *Nouembris*, 1606. *quæ eſt poſt tract. dec.* 113. *per tot.* [*& dicta Romana cenſus coram* bon. mem. Gypſio *poſt tract. dec.* 401.]

Inter multas autem coniecturas & præſumptiones, pro valde vrgenti habent aliqui illam quæ elicitur † 33
ex eo quod dominus cenſus probet ſibi fuiſſe ſolutas annuas reſponſiones in præteritum: nam ex tali ſolutione reſultare præſumptionem impoſitionis validè, & legitimè, volunt Crau. *conſ.* 217. *num* 10. *in fine, lib.* 2. Marius Antonin. *var. reſol. lib.* 1. *reſolut.* 44. *n.* 6. *vbi alios allegat.* [Seraph. *deciſ.* 1226. *num.* 1.

Nam obſeruantia reſultans ex ſolutionibus fructuum cenſus magnam vim habet ad remouendam ſuſpicionem nullitatis cenſus, vt dicebat Rota *in illa Forolivienſi cenſus coram* R.P.D. Buratto 14. *Iunij* 1613. *quæ eſt poſt tract. dec.* 96. *numero* 16. Etiam quod obiiceretur, quod inſtrumentum cenſus eſſet informe, & in eo deficerent clauſulæ, ſine quibus non datur fides inſtrumentis, quia obſeruantia longæua tribuit fidem ſcripturæ minus ſolemni, & non authenticæ, vt poſt Cyn. *inter conſil.* Bal. *conſ.* 400. *& alios dicit* Crau. *de antiq. tempor. par.* 1. §. 4. *limitatur numero* 16. *& ſeqq.* Rota *coram* Card. Mantic. *dec.* 82. *numero* 2. *& coram* Seraph. *dec.* 928. *numero* 2. *deciſ.* 980. *numero* 1. *dec.* 1000. *numero* 13. *& in recollect. per* Farinacc. *deciſ.* 482. *numero* 3. *verſ. maximè concurrente, part.* 1. Et in inſtrumento confecto ſuper contractu cenſus abſque clauſulis voluit *in dicta Forolivienſi cenſus coram* R. P. D. Buratto, *quæ eſt poſt tract. dec.* 96. *numero* 22. *& in ead. cauſa* coram eod. 2. *Maij* 1614. *quæ eſt ibid. dec.* 100. *numero* 7. talis enim obſeruantia ſupplet defectum huiuſmodi ſolemnitatum clauſularum, & informitatis inſtrumenti Crau. *conſ.* 274. *numero* 7. Seraphin. *dec.* 1232. *numero* 3. Et ob talem obſeruantiam non poſſe amplius dubitari de validitate cenſus dicebat Stephan. Grat. *diſcept. Forenſ. tom.* 4. *cap.* 796. *numero* 2. *poſt* Crau. *conſ.* 101. *numero* 4. *& dicto conſ.* 274. *num.* ero 7. *& poſt* Seraph. *d. deciſ.* 928. *num.* 2. *& dec.* 703. *numero* 8 *par.* 2. *in recollect. per Farinac.*]

Verùm quoniam dubitant Scribentes, an hæc probatio præſumptiua ſit releuans tàm in iudicio petitorio, quam in poſſeſſorio, & de hac re dicturi ſumus latius *infra part.* 2. *cap.* 2. *quæſt.* 3. *art.* 9. *& quæſt.* 5. *art.* 1. *&* 4. Ideò ad ibi dicta ne pigeat Lectorem in contingentia facti recurſum habere.

Aliam † præſumptionem Rota *in illa Forolivienſi* 34
cenſus, 14. *Iunij*, 1613. *coram* R.P.D. Buratto, *quæ eſt poſt tract. dec.* 96. *numero* 24. colligebat ex eo, quod apparebat de obligatione imponendi cenſum per debitorem facta, nam præcedente obligatione imponendi, & ſecura diuturna cenſus ſolutione non poſſent

dubi

dubitari de census impositione, dicit *ibi* Rota.

35 Alia † etiam potest considerari coniectura, & præsumptio impositionis census, quæ ducitur ex eo quod is qui censum soluebat illum extinxerit, quam pro releuanti habuit Rota *in illa Spoletana census*, 18. *Iunij*, 1601. *coram* Illustrissimo Cardinali Lancelotto, *quæ est post tract. dec.* 112. *numero* 5. *& in illa Romana census*, 24. *Nouembris*, 1606. *coram* R. P. D. Ottembergio, *quæ*

36 *ibidem est dec.* 113. *numero* 5. Ex qua extinctione † resultat probatio non solum ipsius impositionis, sed etiam quod impositio fuerit legitimè facta, seruatis requisitis Bullæ Pij V. *vt dixit* Rota *in d. Spoletana census*, *numero* 5. *& repetitum in d. Romana census in vltimis verbis.*

37 Posset etiam † considerari alia præsumptio, & coniectura ad inducendam probationem legitimæ impositionis census, si de tali censu fiat mentio in alio instrumento, quoniam ex dicta enuntiatione concurrentibus aliis adminiculis probari census impositionem validam, & legitimam, tenuit Rota *in d. Spoletana census num.* 2.

Posset denique, vt cætera omittam, haberi alia præsumptio, & coniectura, si is † qui dicitur censum su- 38
per aliquo suo fundo imposuisse, alienando talem fundum assereret illum esse dicto annuo censu grauatum, vel † dum illum in suo æstimo, & catastro describi fa- 39
cit, enunciat illum esse dicto oneri census obnoxium. Crau. *d. cons.* 217. *n.* 8. *& sub num.* 10. *lib.* 2. Redoan. *de reb. eccles. non alienand. in tit. de Constitut. ann. cens. num.* 73. Bon. *in d. suo tract. de censib. art.* 34. *num.* 60. *& faciunt dicta per* Mascar. *in tract. de probat. vol.* 1. *concl.* 280. *vbi declarat quomodo hoc procedat.*

Et per hæc ad laudem Omnipotentis Dei, & eius Glorioſissimæ Virginis remanet expedita hæc Prima Pars huius noſtri Tractatus de Censu.

LVDOVICI

LVDOVICI CENCII
V. I. D.
IN TRACTATVM DE CENSIBVS.
PARS SECVNDA.

De progreſſu, & vita Cenſu.

EXPLICITIS iis, quæ circa creationem, & impoſitionem cenſus in mentem venerunt, ſequitur vt de illius vita, & progreſſu diſſeramus. Et quoniam progreſſus iſte duobus potiſſimum reſpectibus conſiderari poteſt. Vno quidem reſpectu tranſlationis, quæ fit de perſona in perſonam. Altero verò dum poſt factam tranſlationem penes illius dominum permanet, & durat. Idcirco hanc ſecundam partem in duo præcipua capita partiendam, & diuidendam eſſe exiſtimaui, vt eorum primò de iis agatur, quæ in ipſo actu tranſlationis & acquiſitionis cenſus iam creati, & conſtituti contingere poſſe viſa ſunt: in altero verò de iis, quæ occurrere, & contingere poſſunt habita ratione ad cenſum dum penes illius dominum permanet, & reperitur.

Et quia in actu alienationis, & tranſlationis cenſus multa contingunt, quæ ſcitu digna ſunt, & in hoc primo capite veniunt diſcutiendà, Ideò vt ea quæ magis neceſſaria ſunt aliqua methodo, & congruo ordine perſtringam, hoc primum Caput tribus Queſtionibus principalibus explicandum eſſe cenſui.

In quarum prima videbimus, quo titulo Cenſus poſſet in alium transferri licitè poſſit.

In ſecunda, an in alienatione Cenſus poſſit licitè accedere fideiuſſor.

In tertia explicabimus, quæ pacta in illius tranſlatione ſint licita, vel illicita.

Quo titulo Cenſus conſignatiuus poſſit alienari, & in alium transferri.

QVÆSTIO XLIV.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 1.

PRoposita Quæſtio octo explicari debet Articulis. Primus eſt. Quibus titulis Cenſus alteri concedi poſſit.

Secundus. An titulo venditionis.

Tertius. Quod pretium erogandum in emptionem Cenſus debeat eſſe certum.

Quartus. Quod pretium Cenſus ſit iuſtum, & in quo conſiſtat illius Iuſtitia.

Quintus. An pretium iſtud poſſit ſolui in alia ſpecie quam in pecunia numerata.

Sextus. An totum, & integrum pretium Cenſus ſolui debeat in pecunia numerata.

Septimus. An ſolui debeat integraliter in actu venditionis Cenſus coram Notario, & teſtibus.

Octauus. Quomodo probari poſſit pretium hoc fuiſſe integraliter ſolutum coram Notario, & teſtibus in actu venditionis Cenſus.

SVMMARIA.

1 *Cenſus non poſſe in alium transferri, niſi titulo venditionis volunt aliqui.*
Contraria opinio verior. num. 2. & ſeq.
2 *Cenſus creatio differt ab illius venditione.*
3 *Cenſus poteſt in alium transferri ex quocumque contractu approbato.*
4 *Cenſus transfertur in alium omni titulo habili ad acquirendum dominium.*
5 *Cenſus donari poteſt.*
6 *Cenſus transfertur titulo tranſactionis.*
7 *Intellige ſi concedatur cenſus antea conſtitutus, ſecus aliàs.*
8 *Cenſus legari poteſt.*
9 *Siue legetur cenſus iam conſtitutus, ſiue legetur annua reſponſio tunc impoſita.*
10 *Legatarius licitè poteſt exigere annuam reſponſionem ſibi legatam ſi hæres aliquid non faciat vel non ſoluat ſcilicet, ſi non ſit in eius facultate cogere heredem vt faciat vel ſoluat, ſecus aliàs.*
11 *Cenſus transfertur per Iudicis ſententiam.*
12 *Cenſus acquiritur præſcriptione, & longa conſuetudine.*
13 *Iura incorporalia præſcribuntur.*
14 *Cenſus non conſtitutus legitimè, nullo tempori curſu præſcribitur.*
15 *Præſtationis annuæ vt præſcriptione acquirantur multa exiguntur, remiſſiuè.*
16 *Cenſus acquiritur, multis aliis modis, & titulis, remiſſiuè,*

Quamuis

QVamuis circa hunc primum articulum Felician de Solis, *in suis Commentar. de censibus tomo 1. lib.*
1 *2. cap. 5. num. 8.* asseueret † censum hunc nostrum non nisi titulo emptionis, & venditionis creari, & transferri posse, & quod contrarium asserere sit in re perspicua excutere, quam etiam sententiam amplexus fuit Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10.*
2 *quæst. 1. num. 12.* Ego tamen † illos hac in re allucinari existimo, tum quia creatio, & constitutio census est quid disiunctum, & separatum ab illius emptione, & alienatione, vt apertè colligitur *ex cap. 1. & 2. de empt. & vendit. Extrauag. Commun. & ex Bulla Pij V. edita*
3 *super forma creandi cens.* tum † quia vt ex infra dicendis apparebit, census transferri in alium potest, non solum titulo venditionis, sed quolibet alio à iure approbato. Cassan. *ad Consuetud. Burgund. Rub. 11.* Des censes. §.
4 *2. numer. 2.* quia † quot sunt mundi acquirendi rerum dominia, tot sunt tituli quibus census constituitur, & conceditur, vt exorditur. Federic. Martin. *cap. 3. sui tract. de iure censuali.* Et hanc sententiam amplexus est etiam Ludou. de Auend. *de censib. Hispan. cap. 40. num. 10.* [*& alij multi lati à* Mart. Mut. *dec. Regn. Sicil. 73. num. 7. vbi hanc sententiam sequitur.*]

5 Transfertur autem primo † titulo donationis. Ioan. Azor. *Iustit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 4. in princ.* Feder. *Martin. d. cap. 3. num. 2.* Quod contingere potest, vel cùm quis censum super suis bonis impositum, & creatum alteri donat, *l. sancimus, §. fin. C. de donat.* Gasp. Rode. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 3. q. 6. n. 3.* vel cum quis censum, quem ab altero gratis concedit, *vt probatur ex cap. sanè. 12. quæst. 7. & ibi* Glos. *& voluerunt* Crau. *cons. 217. num. 4. in fine lib. 2.* Didac. Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 7. num. 3. vers. quarto omnium,* Menoch. *de præsump. lib. 4. Præsump. 107. num. 8.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 25. sub num. 52. circa med.* Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. par. 2. disput. 383. num. 1.* Foller. *in sua Pract. censuali in verbo, huiusmodi, num. 66.*

6 Item transfertur † titulo transactionis, vt dicunt Crau. *d. cons. 217. num. 4.* Menoch. *d. præsumpt. 107. num. 9.* Federic. Martin. *d. c. 3. num. 10.*

7 Quod † intelligendum est, quando quis aduersario suo vt à litè discedat cedit annuum censum iam constitutum & in esse deductum, secus si debitor non habens præ manibus pecuniam pro satisfactione sui debiti, super quo cum suo creditore litem exercet, constituat super suis bonis annuam aliquam responsionem soluendam suo creditori annuatim, donec sortem principalem sui debiti soluat: ista enim conuentio est omnino illicita ea potissimùm ratione, quod in illius concessione non interuenit pecunia numerata, vt necesse esse dicemus *infra hac ead. quæst. artic. 5. & seqq. & ita consuluit* Felician. *in suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 2. c. 5. num. 16. & sequitur* Auend. *d. tract. cap. 42. n. 2. vers. Aut enim census à principio.*

8 Item, & titulo † legati Cassan. *ad consuetud. Burgund.*
9 *dict. §. 2. num. 2.* Non solùm † quando dominus census illum alicui in suo testamento legat, *l. ex testamento, C. de fideic. & nos dicemus infra quæst. 72. aliàs hac 2. par. cap. 2. quæst. 2. art. 6.* Verùm etiam, quando quis qui testamenti habeat factionem, testamento, codicillisue, annuum censum rei suæ imponat, illumque alicui relinquat, vt defendit Bon. *d. artic. 25. numero 51. & seq. &* Gasp. Roderic. *in d. suo tract. de ann. reddit. lib. 2. q. 6. n. 2. & certum esse dicit* Auend. *d. tract. c. 3. num. 1. & 3.*

Sed posset esse difficultas, An per legatarium licitè exigi possit annua responsio, quam sibi reliquit testator ab hærede præstandam donec ipse hæres, quid faciat, vel soluat ipsi legatario: circa quam dubitationem licet latè insistat Federic. Martin. *d. cap. 3. num. 24. vsque ad num. 70.* Ego tamen omissa disputatione in ea sum sententia, vt quæstio ista sit fœdere distinctionis
10 terminanda. Si quidem † est in arbitrio ipsius legatarij exigendi ad sui libitum summam legatam, vel arbitratu suo cogendi hæredem, vt adimpleat, & faciat opus sibi à testatore iniunctum, & eo casu talis census & annua præstatio tanquam illicita, & à iure reprobata exigi non potest. Aut verò confertur in hæredis arbitrium facultas se à dictæ annuæ responsionis solutione ad sui beneplacitum liberandi, & eo casu tale legatum est licitum, & exigi potest, & cum hac distinctione hanc difficultate resolnunt Soc. *sen. cons. 41. lib. 4. & in l. 2. num. 7. & sequenti ff. de his, quæ pan. nom.* vbi testatur secundum hanc distinctionem fuisse in Curia Romana iudicatum, sequitur Rip. *in l. nemo potest, n. 23. ad fin. ff. de leg. 1.* Cagnol. *ad l. curabit, num. 14. C. de act. empt.* Alciat. *cons. 8. num. 7. lib. 1. & Paradox. lib. 5. cap. 20.* Couar. *d. lib. 3. var. resolut. cap. 1. numero 9. vers. sed vbi.* Paris. *cons. 60. num. 21. lib. 1.* Ruin. *cons. 73. num. 3. vers. quartus, lib. 1.* Sim *de Pret. de interpret. vlt. volum. lib. 1. interpr. 2. dubit. 2. solut. 2. n. 133. & seq.* Peregr. *in suo tract. de fideic. art. 11. num. 28. vers. quam tamen, & cons. 97. num. 8. vers. nec quia testator, lib. 1.* Menoch. *cons. 441. libr. 5.* Surdus, *cons. 23. num. 12. lib. 1. Quorum auctoritate incontingentia facti ita obtinui in Curia Episcopalis Ciuitatis Perus. coram.* R.P.D. Alexandro Ambrosin *Foro sempronien. tunc Reuerendissimi D. mei colendissimi Neapoleonis Comituli, Dei gratia Perusiæ Episcopi Vicario Generali, vt in eius decis. for. Episcopali* Perus. *decis. 4. num. 18. Quibus nunc addo* Gasp. Roderic. *dict. tract. de ann. redditib. lib. 3. quæst. 6. n. 8. & 9. qui alios allegat, &* Felician. *à Solis, in suis Comment. de censib. tomo 2. lib. 2. cap. 5. num. 1. &* Ludou. Auend. *d. cap. 3. num. 8. & seq.*

Transfertur etiam † & alienatur census per iudicis 11
sententiam, si creditus Feder. Martin. *d. cap. 3. num. 12.* videlicet, cùm reus, per Iudicis sententiam condemnatur ad soluendum, puta mille petita, vel donec mille soluerit, annuam responsionem præstandum. Et licet *ibi Martin* conetur deducere hunc constituendi census modum esse licitum, & non improbari, Ego tamen ab eo non possum non discedere per ea quæ diximus *supra quæst. 34. aliàs par. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 6. num. 51.* vbi egimus de hac re.

[Potest etiam census capi in causam iudicati, vt si creditor mandatum, & relaxatum exequi faciat super annuo censu debitoris, quæ executio (cùm census inter immobilia connumeretur) fieri debet prout fit super immobilibus, *vt post* Bald. *& alios dixit* Rota *in Romana pretensa subhastationis 10. Nouemb. 1623. coram* bon. mem. Buratto, *post tract. dec. 468. numero 4.* & potest etiam subhasta poni, & plus offerenti deliberari, *vt resoluit* Rota *in eadem causa coram eodem 10. May, 1623. post tract. est dec. 467. vbi num. 2.* dicit, quod ad effectum vt huiusmodi subhastatio legitime, & valide facta dicatur, requiritur vt fiat præcedente partis citatione, & competentis Iudicis decreto, & plenè comprobat. Hoc tamen casu fructus decursi, & non soluti ante deliberationem census non pertinent ad licitatorem, & eum cui census ipse fuit deliberatus, sed ad eum cuius erat census in causam iudicati aptus, & deliberatus, *vt benè deducit, & comprobat* Rota *in d. decis. 468. num. 2. & 3.*]

Dubitant autem † nonnulli, an census acquiratur 12
longa consuetudine, & præscriptione. In qua difficultate omissa disputatione breuiter, & concluiuè procedendo partem affirmatiuam veriorem esse existimo, quæ placuit etiam Feder. Martin. *d. c. 4. num. 71.* nam regulare est, vt † iura (quale esse ius exigendi annuam 13
responsionem diximus *supra quæst. 7. alias par. 1. cap. 1. quæst. 3. art. 2. num. 2. & 3.*) sint præscriptibilia. Balb. *in suo tract. de Præscript. in 4. par. prin. quæst. 1. & seqq.*

Quod † tamen intelligendum est de censu legitimè, 14
& iuxta formam *Bullæ Pij V.* super re immobili frugifera, & certis finibus designata, creato & constituto, secus autem si census de cuius præscriptione agitur non habeat dictas qualitates, quia tunc tanquam

reddi

redditus vsurarius nullo temporis cursu etiam longissimo, & immemorabili præscriberetur, vt late deducit Gasp. Roderic. *d. suo trac. lib. 1. quæst. 17. num. 4. cum multis seq. & numero 76. & seq.* Quam distinctionem videtur non obscurè sensisse Auend. *d. tract. cap. 5. & num. 3. & seq.*

15 Cùm autem † multa requirantur ad effectum, vt annuæ præstationes per longam consuetudinem, & præscriptionem acquirantur, ad cognoscendum an præscriptio in qua quis se fundat sit legitima, & illi possit suffragari, adeundus est Iacob. Venenc. *in suo tract. de ann. præstat. part. 2. quæst. 20. & seqq.* qui plenè per sex quæstiones hoc argumentum magistraliter prosequitur. & Feder. Martin. *d. c. 3. numero 73. vsque ad num. 136.*

16 Transfertur † etiam, & alienatur census multis aliis titulis, vt videre est apud Thom. Boninsign. *in suo tract. de censib. cap. 17. n. 1.* & alios supra relatos, quos consultus prætereo, vt propius ad rem nostram accedendo videamus; an transferatur titulo venditionis.

SVMMARIA.

1 *Censum titulo emptionis acquiri non posse, sentiunt aliqui.*
Contraria opinio est communis, & tenenda. num. 5. & infra.
Non solum quando venditur ab imponente, sed etiam ab eo qui est effectus illius dominus, num. 21.
Dummodo census sit certus, num. 15.
Dummodo non adiiciantur pacta illicita, vt dicto n. 21.
2 *Emptio, & venditio non consistit vbi non adest res, quæ venditur, & pretium quo venditur.*
3 *Pecuniâ cætera res æstimantur, non ipsa est suimet æstimatio.*
4 *Tempus vendi non potest.*
6 *Census de venditione debet solui gabella, & à quo solui debeat.*
7 *Census in venditione reperitur res quæ venditur, & pretium quo venditur.*
[*Census vitalitius sortitur naturam emptionis, & quare.*]
8 *In censu non venditur pecunia, quæ annuatim soluitur, sed ius illum percipiendi.*
9 *Ius percipiendi censum est quid diuersum à censu, qui percipitur.*
10 *Venditio iurium est de iure permissa.*
11 *Census alter materialis, alter formalis.*
12 *Census in venditione non materialis, sed formalis venditur.*
13 *Census dominus, quod licitè percipiat ex redditu tractu temporis, plus, quam expedit in illius emptione permittitur, & quare.*
14 *Cap. Naniganti, ext. de vsur. Intellectus.*
16 *Incertitudo rei, vitiat contractum venditionis.*
17 *Census vt licitè vendatur debet esse impositus ab antiquo, secundum aliquos.*
18 *Contraria sententia, quod possit eodem tempore constitui, & vendi verior est, & communis.*
[*Census potest eodem tempore constitui, & vendi.*]
19 *Et ita obseruat communis praxis.*
20 *Quæ ab initio sunt nulla, tractu temporis non conualescunt.*
21 *Census vendi potest non solum ab eo, qui illum imposuit, verum etiam ab eo, qui est effectus illius dominus.*
Dummodo in venditione non adiiciantur certa pacta illicita, ibidem.

Census an alienari possit titulo venditionis, & an Census de nouo creatus.

QVÆSTIO XLV.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 2.

AN Census noster possit titulo emptionis, & venditionis acquiri, & alienari non bene inter se conueniunt Scribentes.

Nam † Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 7. n. 3. vers. quarto,* 1
videtur fuisse in ea opinione, quod census iste non possit per contractum venditionis in alium transferri: mouetur primò, quia non † potest dici emptio, & ven- 2
ditio, vbi præter contrahentium consensum, non reperitur res, quæ venditur, & pretium quod soluitur, *l. 1. C. de contrab. empt. l. fin. C. de fund. patrimo. libr. 10.* Fabian. de Monte, *in suo tract. de empt. & vendit. quæst. 5. num. 1. & 72.* Et hac ratione quod census vendi non possit vbi non adest pretium, sensit Rota *in vna Eugubina, seu Perusina census coram* bon. mem. Cardinali Blanchetto, 24. *Maij 1596. quæ est post tract. dec. 115. num. 1. & 2.* in hoc autem contractu censuali licet possit considerari pretium, videtur tamen deesse res, quæ venditur, quoniam fundus super quo census imponitur, & collocatur remanet quo ad dominium, & proprietatem penes imponentem, vt dictum fuit *supra q. 1. aliàs par. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 1. num. 21. & seqq.* Annua verò responsio, & annuus census qui soluitur cùm consistat in pecunia numerata nec emi, nec vendi potest, quia † pecunia adinuenta fuit, vt per eam cæteræ 3
res æstimarentur, non sit sui ipsius æstimatio, *l. 1. ff. de contrab. empt. l. 1. ff. de rer. permut.* meritò, &c.

Secundò mouetur *Didac.* Quia certum est, quod emptor census tractu temporis est plus percepturus ex redditu empto quam sit pretium, quod pro illo dat, id quod videtur illicitum, cum videatur vendi tempus † contra dispositionem *cap. Nauiganti cap. consuluit, cap.* 4
si extr. de vsur. Alias rationes referunt Doctores, & *maximè* Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commer. human. in tit. de censib. artic. 3. controuers. 2. & alij aliis in locis,* quas tamen referre omnes plus laboris, & tædij, quam vtilitatis afferret, & ideo illas missas facere volui, cùm contrariam opinionem nimirum † huiusmodi 5
censuum alienationes, & translationes licitè fieri posse titulo emptionis, & venditionis declaratum fuerit Summorum Pontificum Constitutionibus tum Martin. V. & Calix. III. *in cap. 1. & 2. de emp. & vend. inter extranag. commun.* Nicol. V. Pij *pariter* V. & *aliorum, & sic magis communiter receptum à Scribentibus, & signanter ab* Oldr. *cons.* 207. *numero* 2. & *seq.* Bald. *cons.* 210. *n.* 1. *lib.* 3. vbi dicit emptiones istas annuorum reddituum non minus esse licitas, quam emptiones iurium percipiendi annuos fructus ex aliquo fundo, eandem sententiam amplexi sunt, Cranet. *cons.* 217. *numero* 4. *lib.* 2. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 4. *Præsumpt.* 107. *num.* 11. Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. par.* 2. *disput* 383. *numero* 1. Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu cap.* 3. *num.* 137. & *seqq.* Quam sententiam amplexus etiam est Ludouic. Auend. *de censib. Hispan. cap.* 17. *num.* 1. *post hæc scripta visus, & alij communiter, & sit apud omnes gentes vsu confirmatum,* cùm experientia ipsa demonstret alienationes, & translationes huiusmodi censuum frequentius fieri titulo emptionis, & venditionis, quam alio quocunque, & ideo † ex ista vti ex vera, & 6
reali venditione deberi gabellam, voluerunt *Molina, d. tract. disput.* 384. *num.* 1. & *per tot.* Surd. *decis.* 204. Felician. de Solis, *in suis commentar. de censib. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 1. & *tomo* 2. *eod. lib.* 2. & *c.* 6. *num.* 1. Gasp. Roderic.

deric. in suo tract. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 5. numero 7. Quam conclusionem sequitur etiam Ludou. de Auend. d. tractatu. cap. 93. numero 1. vbi illam aliquot modis ampliat, & declarat qui alios allegat. Quæ gabella, vt id obiter dicam; si per statutum mandans illam solui non exprimatur an sit soluenda ab emptore, si credimus Bald. in l. si prædium, col. 2. C. de edil. action. quem sequitur Roderic. d. quæst. 4. numero 8. & communem dicit post alios Ios. Lud. dec. Perus. 113. numero 3. part. 2. & comprobatur ex eo quod dicit Cassan. ad consuetu. Burgund. tit. 11. Des censes, §. 1. in tex. lots, n. 3. Laudemium esse soluendum ab emptore. Contrarium tamen quo ad solutionem gabellæ quod non sit facienda ab emptore solo, sed ab vtroque æqualiter, cum contractus emptionis, & venditionis gratia vtriusque celebratur nititur comprobare. Cœpol. in l. debet autem, num. 3. ff. de ædilit. edict.

Redeundo autem ad rem nostram tenendo veram, & communem opinionem, quod census licitè vendi, & emi possit, non obstant rationes supra ex mente Conar. & aliorum partem negatiuam tenentium allegatæ, quoniam illis facili negotio respondetur; &

7 Ad primam, quod † etiam in venditione annui Census reperitur res, quæ venditur, & pretium quod soluitur, vt optimè deducit Inn. in cap. in ciuitate, num. 2. ext. de vsur. Oldr. d. cons. 207. num. 3. Guid. Pap. in tract. de vsur. numero 28. Archiepisc. Florent. in eod. trac. cap. 3. §. 14. & seqq. num. 132. & seq. Ludou. Molina, d. disput. 383. num. 11. & fatetur ipsemet Couar. d. num. 3. vers. secundo hos annuos redditus. Mich. Salon. d. controuers. 2. num. 6. vers. ad quintum. Ioan. Azor. Institut. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 4. in prin. Federic. Martin. d. cap. 3. num. 39. & seq. [& bene intellexit Rota coram bon. mem. Card. Sacrato in una Foroliuien. societatis 13. Ianuarij 1613. quæ est post Zacch. de socier. offic. decis. 48. num. 15. dum dixit, censum vitalitium sortiri naturam emptionis, quo pretium fit recipientis ad l. ex empto in prin. ff. de act. empt. Nam ius exigendi certum quid vita durante deseruire potest loco rei, quæ venditur, & sic in tali censu concurrunt tria, quæ requiruntur in contractu emptionis, & venditionis, nempe res, pretium, & consensus, & dicit ibi Rota in d. decis. quæ licet loquatur in censu vitalitio, aptari tamen bene possunt censui perpetuo, in cuius venditione eademmet tria requisita concurrunt, vt dictum est hoc 2. artic. hoc num. 7.]

Licet enim annuus census sit soluendus, & præstandus in pecunia numerata, non † tamen venditur ipsa 8 pecunia, nec ille redditus annuus, qui percipitur, & leuatur, sed ius percipiendi illum Decian. cons. 2. num. 179. lib. 1. qui multos allegat. Leonard. Less. in suo tract. de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 3. num. 14. Mich. Salon. d. tit. de censib. art. 3. controuers. 1. num. 3. Greg. de Valent. comment. Theologicor. tomo 3. disput. 5. quæst. 22. de censib. puncto 1. vers. & hac clarissima ratione. Et hanc sententiam post hæc scripta repetij firmasse etiam Auendannum, d. tract. cap. 17. num. 9. & seqq. & num. 19. & maximè numero 20. & voluit Rota in una Bononien. census, 26. Iunij, 1600. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, quæ est post Tract. at. decis. 116. num. 9. in illa Romana census, 30. Octobris, 1602. coram Illustrissimo Cardinali Mellino, quæ ibidem est decis. 1. num. 2. & coram Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 5. Decembris, 1608. in illa Romana fideicommissi de Iacobatiis, quæ est ibidem decis. 4. numero 5. [& in illa Anconitana census, 31. Octobris 1622. coram R. P. D. Ambrosio de Lutis Rotæ Prouincia Marchia Auditore infra decis. 499. numero 12. vbi hunc locum refert.] Quod † quidem ius est quid diuersum 9 à pecunia, quæ in illius emptionem erogatur. Marian. Socin. sen. in Rubr. ext. de vsur. numero 103. circa med. vers. nam in talibus contractibus Bened. Bon. in suo tract. de censib. art. 14. numero 35. Conrad. de contractibus quæst. 79. conclus. 3. Couar. sub d. numero 3. Sot. in tract. de iustit. & iure, lib. 6. quæst. 5. articulo 1. conclus. 2. & in responsion. ad prim. argument. Decian. d. cons. 2. numero 179. vers. præterea, lib. 1. Fernand. Rebell. in suo tract. de obligation. Iustit. lib. 10. quæst. 1. numero 5. & 11. Ludou. Molina, d. disput. 383. numero 11. Boninsign. in suo tract. de censib. cap. 2. num. 2. & cap. 4. numero 5. Menoch. de præsumpt. 107. sub. num. 11. lib. 4. Ludouic. Lopez. in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 56. vers. his tamen non obstantibus, qui omnes vlterius † dicunt venditionem dicti 10 iuris esse licitam, & permissam, non secus ac venditionem quorumcunque iurium, puta percipiendi tributum percipiendi fructus ex fundo, & similia, argum. l. necessario, §. fin. ff. de pericul. & commond. rei vend. l. emptor nominis, ff. de hæred. vel action. vendit. lib. certi, C. eod. tit. leg. Iubemus, C. de Sacrosc. Eccles. per quem text. hoc dicit Bald. cons. 154. n. 2. lib. 2. & d. cons. 210. n. 1. lib. 3.

Cùm enim † census sit duplex, vnus formalis, id 11 est, ius percipiendi annuos redditus, alter materialis, videlicet, ipsemet census, & annuus redditus qui percipitur, & leuatur, vt docet Conrad. in d. suo tract. de contract. q. 72. in prima suppos. vers. dixi autem notanter, Ludou. Molina, d. disput. 383. num. 3. Paul. Comitol. è Societate Iesu, Respons. Moral. lib. 3. quæst. 14. num. 7. dum venditur † census non venit in venditione cen- 12 sus materialis, id est ipsa pecunia, quæ soluitur, nec fructus census, qui percipiuntur sed formalis scilicet, ius percipiendi illos quod inhæret rei super qua census imponitur, vt dixit Rota, coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, 26. Iunij, 1600. in illa Bononien. census, quæ est post Tract. Decis. 116. num. 9. quod esse quid immobile, & pro immobili reputari deduximus latè supra par. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 2. nunc quæst. 30.

Ad alterum verò respondetur ex mente Inn. in d. cap. in ciuitate, sub num. 2. de vsur. quod † non debet re- 13 putari inconueniens, nec illicitum quod emptor census tractu temporis plus percipiat ex redditu annuo quam soluerit pro pretio illius, cum idem contingere videamus in emptione aliarum rerum frugiferarum, vt considerat etiam Paul. de Castro, cons. 290. num. 4. vers. quinto, lib. 1. Guig. Papa in suo tract. de vsur. num. 31. vers. nec obstat. Sot. d. quæst. 5. art. 1. in respons. ad prim. argum. Felician. de Solis, d. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 3. post princ. vers. in emptione namque. Mich. Salon. d. controuers. 2. num. 6. vers. ad vltimum. Ioan. Azor. d. lib. 10. cap. 4. quæst. 3. ad fin. vers. obiicies. Feder. Martin. d. cap. 3. num. 163. Vltra quod in huiusmodi emptionibus multa possunt contingere incommoda, & damna, puta quod res supposita oneri census in totum, vel pro parte pereat, & consequenter hoc ipsum ius quod emitur in totum, vel pro parte extinguatur ex Constitutionibus Martini V. Calixti III. & Pij V. Summorum Pontificum, & aliis incommodis subiaceat, vt considerat Fernand. Rebell. d. suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. 2. num. 3. propter quæ concludit reddi licitam venditionem talis iuris, etiam quod plus sit allatura redditus, & fructuum quam sit pretium, quod erogatur in illius emptionem.

Ad † cap. nauigantes & alia iura in contrarium ponde- 14 rata respondet Laurent. de Rodulph. in suo trac. de vsur. par. 2. q. 11. n. 34 quod in illis, ideò prohibetur ne merces vendatur carius ob dilatam solutionem pretij, quoniam pro illa summa pecuniarum, quæ vltra lustum, & æquale pretium solui contingeret videretur vendi tempus, quod est omnino illicitum, & reprobatum: sed in contractu census vtrumque est præsens, scilicet, ius consequendi annuam responsionem, quod venditur, & prætium quod soluitur, præsupponimus venditionem fieri iusto, & æquali pretio ergo non obstantibus iis, quæ pro contraria parte supra fuerunt deducta, est recipienda conclusio, quod census noster possit in alium transferri

titulo emptionis,& venditionis,& quod talis venditio sit licita.

15 Debet † autem in dicta venditione de necessitate obseruari, vt ius quod venditur sit ad certam, & claram responsionem. Anch.*cons.*30.*numero* 5.*& 6.fuit di-*
16 *ctum sup.part.*1.*cap.*1.*qu.*1.4. *art.*2. *nunc q.*9.alioquin † sicut ratione incertitudinis rei quæ venditur,quælibet venditio redditur nulla,& inualida.Doctor.*in l.*3.§.*Incertam ff.de acqu.poss.*Paris.*cons.*55.*num.*11.*& cons.*59. 59.*num.*15.*lib.*1. ita nulla redderetur impositio census si redditus,& responsio quæ singulis annis percipi debet esset incerta,*vbi diximus,num.*4.*& seq.*

Retenta autem hac communi conclusione, quod census emi, & vendi possit. Reuocatum fuit in dubium per Scribentes, an hoc procedat tantum in censu ab antiquo impositio,& constituto,an verò validè vendi possit etiam census de nouo creatus tempore ipsius venditionis faciendæ.

17 Nam quod si census † eodem tempore constituatur, & vendatur,venditio sit inualida, & contractus illicitus celebretur,videtur sentire Castr. *in d. cons.*290. *sub num.*4.*vers.quinto fortius post med.lib.* 1. Calcan.*cons.*95. *num.*10.Alcias.*cons.*3.*num.*9.*&* 18.*lib.*1. Sot.*d. quæst.* 5. *art.*1.& alij relati à Deciano *d.cons.*2.*num.*30.*lib.*10.Eo enim casu videtur maior subesse suspicio vsurarum, quam quando venditur census ab antiquo impositus: vbi enim eodem tempore creatur, & venditur census; Venditor nihil tradit emptori sed videtur quod dum taxat remaneat obligatus ad soluendum pro fructibus pecuniarum ipsam pecuniam, sed quando venditur census ab antiquo constitutus venditor transfert ad emptorem ius exigendi illum, & cedendo illud ius liberatur,nec vlterius soluit quid pro sorte à se receptæ merito,&c.

18 Cæterum † magis communiter Scribentes contrariam sententiam amplectuntur. Anch.*d.consil.*30. *num.* 5. Archiepisc. Florent. *in d. suo tract. de vsur. cap.* 3.§. 14.*num.*27.Marian.Soc.*in dict.rub.de vsur.num.*103. *circa med. vers. ego arbitror.* Natta, *consil.* 341. *numero* 1. Cacheran.*dec.Pedem.*95.*numero* 7.Conrad.*d. tract. de contract.q.*79.*in* 8. *concluf.* Couar.*d.cap.*7.*num.* 3. *vers. caterum.* Follet. *in sua Pract. Censuali, in verbo, huiusmodi, num.*65.Cagnol.*ad leg.*2.*sub num.*50. *vers. pro opinione prima,in fin.C.de pact.int.empt.& venditor.* Bon.*in d.tract.de censib. art.*6.*sub num.*18. *vers. qui annui census, & artic.*22.*num.*47. Menoch. *d. præsumpt.* 107. *num.* 1. Boccacc.*in suo tractat.de censib.part.*2. *n.*85. Boninsign. *eod.tract.cap.*2.*num.*5.*vers.quapropter,& num.seq.* Vrsill. *ad* Affl.*dec.*80.*num.*2. Ludou. Lopez. *in suo tractat. de contract.lib.*1.*cap.*57. *versic. his præmissis, & de communi testatur* Decian.*d.cons.*2.*num.*178.*lib.*1.Fernand. Rebell. *d.suo tract.de obligat. Iustit.lib.*10.*q.*2.*num.*2.*vers.denique non poterunt;*Leonard.Leff.*in suo tractat.de Iustitia, & iure,lib.*2.*cap.*22.*dubitat.* 3. *numero* 13.*vbi hoc comprobat.* Mich.Salon.*d.tit.de censib.art.*3.*controuers.*2.*num* 6.*vers.* 5.*fatentur,& vers.seq.*Ioan.Azor.*d.lib.*10. *cap.* 4. *in fine, vbi multos citat,& testatur hanc opinionem esse verissimam,* Gregor.de Valentia *comment. Theologic.tomo* 3.*disput.*5. *quæst.*22.*de censib.puncto* 1.*versicul.*& hac clarissima ratione. Qui ferè omnes affirmant non posse reddi probabilem rationem diuersitatis quo ad hunc effectum permissæ alienationis inter censum antiquum,& censum de recenti constituendum, vt dicit Decian. *dict.num.* 178. *qui de communi* testatur, quidquid aliter dixerit ibi *d.num.*30. pro ratione dubitandi, [Hanc eandem opinionem amplectitur post Sot.*& Summ.Angel. ab eo citatos* Maurus Ant.Berarduc.*in sua summa Corona part.* 2.*cap.* 8. *de vsur. circa contract. censual. numero* 6. vbi affirmat eodem modo vendi ius exigendi annuam pensionem in censu, qui constituitur tempore venditionis, ac in censu ab antiquo constituto *sequitur etiam* Alex.de Neu.*cons.*95.*numero* 16.*ad fin.& numero* 17.*ea ratione,quam dixit habuisse ab Abbate in d. c. in ciuitate de vsur.* videlicet, quod sicut ante potuit constitui, ita nunc etiam, & si non posset de nouo constitui tanquam illicitus, nec etiam iam constitutus esset tolerandus, hanc eandem sententiam amplectitur attestans,omnes tàm Theologos, quam Canonistas illam sequi Iacob.de Graffis *decis.casuum conscient.part.*1.*cap.* 118.*num.*14.] & ita ex communi praxi obseruari asserunt, prout re vera communis Praxis vrbis, & orbis 19 obseruat, vt in ipso vestibulo contractus venditionis census præcedat illius creatio, & constitutio,& statim sequatur venditio.

Quæ opinio videtur comprobari posse,quoniam eo ipso quod census est creatus, & constitutus incipit inter immobilia connumerari, & ideo tanquam rem immobilem statim vendi posse dicendum,& sentiendum est.

Præterea si non posset vendi nisi census ab antiquo impositus nulla aut certè rara censuum venditio esset licita,cum satis sit verisimile etiam censuum antiquorum primam venditionem fuisse factam de censu eo tempore creato, & constituto, & sic, vt tenentes negatiuam opinionem prætendunt, nulliter, & ex cursu temporis præfata venditio non potuisset reddi licita,& valida:nam quæ † ab initio nulla sunt solo tem- 20 poris tractu non conualescunt,*l. quod initio,ff.de reg.iur. cum vulgar.*

Cum autem vendi possit census, vt supra conclusum fuit, hoc licere debet † non solum ei qui censum 21 constituit, & imposuit, verum etiam ei,& censum ab alio constitutum, iusto titulo acquisiuit, dummodo illum simpliciter, & absolutè vendat; secus autem si venditio esset facienda in certum tempus,vel ad vitam ipsius venditoris, vel emptoris, vt docet Nauar. *in suo commentar.de vsur.numero* 112.Quem intelligendum esse existimo; si tempore huius venditionis inter emptorem, & venditorem fieret pactum, quod venditor teneretur censum illam intra certum tempus redimere,quod pactum improbat Nauar.*d. tract. numero* 97.*glos.*16.ad quem locum ipsemet se refert,*d.numero* 112. secus autem si pactum non esset arctatiuum, sed facultatiuum reponens redemptionem census in facultate venditoris,nam hoc pactum congruit dispositioni Pij V. *in sua Bulla de censibus,& nos dicemus. inf. hoc eod.c.*1.*q.*3.*art.*7.*nunc quæst.*59

SVMMARIA.

1 *Venditio absque pretio consistere non potest.*
2 *Et illud debet esse certum.*
3 *Pretium census vendendi debet esse certum.*
Intellige de pretio huius,vel illius particularis census.
4 *Pretium census in genere sumpti, quod non possit vniforme pro omnibus locis, & pro omni tempore constitui,volunt aliqui.*
*Contrarium verius,*num.8.& seqq.
5 *Æstimatio rei illa est iusta,qua valori illius secundum tempus præsens commensuratur.*
6 *Pretia rerum variantur ex multis causis.*
7 *Census æstimari debet habita ratione non solum ad quantitatem responsionis, sed etiam ad securitatem fundi subiugati.*
9 *In censu non venditur res supposita,nec illius fructus, sed ius percipiendi annuam responsionem correspondentem fructibus illius.*
11 *Pretium census,quod debeat esse vniforme pro omnibus locis,non expedit statuere.*
12 *Census debet æquare, vel saltem non excedere fructus annuos rei subiugatæ.*
13 *Leges adaptantur iis,quæ frequentius accidunt.*
14 *Occasio peccandi est penitus amputanda.*

15 *Tutior*

15 *Tutior via est eligenda in materia concernente peccatum, & fauorem animæ.*
16 *Periculum, vbi est maius, ibi cautius est agendum.*
17 *Homines sunt valdè prori ad committendum vsuras.*
18 *Quæ sunt speciali nota digna, nisi specialiter notentur, censentur neglecta.*
19 *Bulla Pij V. super censib. in versic. rursum, &c. Intellectus, &* num. seq.
21 *Pretij census taxatio, & conuentio videtur relinquenda arbitrio contrahentium.*

Pretium census debet esse certum.

QVÆSTIO XLVI.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 3.

FIrmauimus in præcedenti articulo posse censum concedi, & transferri in alium etiam titulo emptionis, & venditionis, sed quoniam in emptione, &
1 venditione vnum ex substantialibus est, † vt conueniatur de pretio rei vendendæ, *leg. 1. l. 2. l. pacta conuenta, ff. de contrah. empt. l. empti fides, Cod. eod. titul.* necessario videndum est de pretio census. In quo cùm multæ considerari possint qualitates, & circunstantiæ, & ma-
2 ximè, quod sit certum, † *l. hac venditio. §. 1. ff. de contrah. empt. §. pretium, & ibi gloss. Instit. de empt. & vendit.* Azor
3 *in sua Summa, Cod. eod.* quis † negauerit hoc requiri etiam in venditione annui census? Quod non obscurè
„ expressit. Pius V. *in sua constitut. super censib.* dum in
„ *versicul. declarantes,* sanciuit *Pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri.*

Quæ conclusio respectu huius, vel illius. particularis census venditi procedit absque difficultate, sed dubitatio esse potest de censu in genere sumpto, an scilicet, nullus census constitui, & vendi possit nisi eodem certo, & taxato pretio, ita vt in quocumque loco, quocumque tempore census debeat vniformi, & æquali pretio distrahi. Quæ dubitatio duas habet inspectiones. Altera est, an sit possibile in contractu census constituere talem pretij certitudinem, quæ semper, & omni loco sit vniformis; Altera quatenus possit, an hoc expediat.

4 Quoad primam, † quod non possit huiusmodi vniformitas pretij constitui, inde maxime videtur affir-
5 mandum, quoniam † ad hoc, vt alicuius rei iusta habeatur æstimatio, hoc in primis obseruandum est, vt commensuretur valori ipsius rei secundum tempus præsens in quo re ipsa venditur, & traditur, *l. in lege Falcidia, la quarta, in fine ad leg. Falcid. per quem tex.* Soto *de Iustit.*
6 & *iure, libr. 6. quæst. 4. art. 1.* Cùmque † rerum pretia non solum pro diuersitate locorum, sed etiam temporum varientur, itémque pro copia, vel penuria ementium, aut vendentium, necnon mercium, & pecuniæ numeratæ, *l. pretia rerum §. fin. & ibi not.* Doctor. *ff. eod. tit. ad leg. Falcid.* consequenter sequi videtur quod certa pretij census taxatio fieri non possit etiam pro certo lo-
7 co, & prouincia, cùm † maxime in contractu census æstimetur non tantùm quantitas census, & responsionis quæ distrahitur, verum etiam stabilitas, & firmitas rerum super quarum fructibus constituitur, vt animaduertit Sot. *d. lib. 6. quæst. 5. art. 2. vers. de pretio autem.* quibus addi potest, quod cùm diuersarum rerum licet alioquin eiusdem sint valoris, impares sint fructus, vt experientia ipsa docet: quomodo fieri potest, vt pro omnibus censib. generaliter, & indistinctè certum, & vniforme pretium prescribatur, in quacumque re illi collocentur, & constituantur? *& hanc sententiam amplexus fuit* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censuali, c. 5. num. 10.*

Cæterum † re diligentius perpensa contraria sen- 8
tia mihi verior visa fuit hac potissimum ratione. Quia
† cùm in contractu census non vendatur, nec ipsa censi- 9
ta, nec illius fructus, sed ius percipiendi annuam responsionem correspondentem fructibus rei, quæ censui subiicitur, vel saltem illis non minorem. Io. Bap. Lup. *ad. leg. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. comment. 2. §. 2. n. 80. & nos diximus supra q. 38. aliàs par. 1. cap. 3. quæst. 2. art. 4. per tot. & signanter num. 6.* Ludouic. Velasquez. *de Auend. de censib. Hispan. c. 17. num. 9. & seqq. & signanter num. 19. &* 20. licet propter rationes supra in contrarium allegatas non possit constitui, & taxari certum, & vniforme pretium rebus super quibus imponendus est census, nec illarum fructibus, non † tamen video, 10
quod repugnet, quin licitè statui, & decerni valeat, ne ius percipiendi annuum censum, & annuam responsionem legitimè constitutam super re certa immobili, & frugifera, vendatur semper, & vbique eodem certo, & vniformi pretio, puta ad rationem septem, aut octo pro quolibet centenario, & anno, cum ius istud non subiaceat variationi pretij rerum subiugatarum, vel illarum fructuum.

Sed maior est difficultas circa secundam inspectionem, an expediat huiusmodi pretij census vniformem certam, & æqualem summam præfigere, statuere, & taxare. In qua † pars negatiua videtur tenenda: licet 11
enim in quibusdam regionibus statutum, & decretum reperiatur ne annuales census certam summam excedant, & maxime in Hispania, & quibusdam aliis prouinciis, *vt refert* Nauar. *in suo Commentar. de vsur. num.* 104. & alij alibi, experientia tamen ipsa docemur, quod huiusmodi taxatio cedit in præiudicium eorum, qui similes census venduntnam in iis locis non reperiuntur qui velint census hos emere viliori pretio; vt contingit in locis vbi vsu recepta est *Bulla Nicol. V.* qua permissum fuit, vt annualis census constitui, & vendi posset ad rationem decimæ partis sortis principalis, seu pretij illius, & sic ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno.

At in his locis vbi dicta Bulla, vel aliæ Principum Leges, & constitutiones certum annui census pretium non constituerunt reperiuntur pecuniæ ad censum ad rationem quinque, sex, septem, vel octo pro singulo centenario, & anno. Vnde apparet quod hæc pretij census taxatio cedit in certum damnum vendere volentium, & propterea huiusmodi taxationes pretij non esse expedientes, *dicebat* Nauar. *in suo Manual. confessor. cap. 23. n. 88.*

Præterea cùm † annuæ præstationes censuales de- 12
beant æquare, vel saltem non excedere fructus annuos, qui percipi possunt ex bonis; quæ censui subiiciuntur, vt diximus paulò superius, sequitur quod ex taxatione pretij possit contingere quod responsio annualis futura sit maior annuo dictorum bonorum redditu, id quod in materia suspecta videtur omnino cauendum. Licet enim † leges adaptari debeant ad ea, quæ sepius 13
accidunt, non autem respicere solent ea, quæ rarò euenire solent, & casus insolitos, *l. nam ad ea, ff. de legib.* In materia † autem concernente peccatum omnis pec- 14
candi ansa & materia est penitus tollenda, & fauore animæ actus indifferens de quo potest esse dubium, an sit vsurarius, vel non debet vsurarius reputari, cùm † tutior via sit eligenda. *cap. in ciuitate, in fine,* 15
& ibi notat. omnes, ext. de vsur. quia si talis actus dubius habeatur pro licito consulitur bonis, si verò habeatur pro vsurario consulitur animæ, vt dicit Decian. *conf. 1. numero 56. lib. 1.* & vbi † maius est peri- 16
culum ibi est cautius agendum *cap. vbi periculum & ibi Scribent. de elect. in 6.* in hoc autem contractu cen-

suali facilè posse vsuram committi, & ad eam † committendam valdè esse pronos homines, satis colligitur ex *Proœm. Bullæ Pij V. super censib.* & licet tàm graui morbo, lætiferóque veneno salutari antidoto mederi volens idem Sanctissimus Pontifex certam formam huic contractui censuali præscripserit, certásque leges in eo celebrando seruandas sub certa pœna decreuerit, nihil tamen circa certitudinem, & vniformitatem pretij edixit, sed dum taxat super illius iustitia, & numeratione *in vers. Rursum nisi verè, &c.* Vnde non obscurè nobis demonstrauit non fore expediens certum, & vniforme pretium census pro omni loco, & pro omni tempore definire, & taxare. Non est enim verisimile, quod ille oculatissimus, & vigilantissimus, Pastor, & Legumlator fuisset prætermissurus articulum adeò notabilem, & necessarium, *argum. tex. in l.*
18 *item apud Labeonem, 15. §. ait Prætor*, ibi *ea* † *enim quæ notabiliter sunt nisi specialiter notentur videntur quasi neglecta, ff. de iniur.*

Cui conclusioni non obstat eadem *Constitutio Pij V. ad fin. vers. declarantes pretium* cuius verba retulimus
19 *supra in princ. huius art. num. 3.* Quoniam *ibi Pius V.* † non intellexit de pretio vniuersali constituto censui in omni loco, sed de pretio, quo venditus fuit census aliquis particularis, & sic in terminis conclusionis
20 factæ *in princ. huius art. d. num. 3.* quod quidem † pretium, vt id obiter dicam, prohibuit augeri vel minui respectu redemptionis eiusdem census per venditorem
21 ipsum faciendæ, vt scilicet emptor illius, dum eundem censum reuendit non possit augere pretium semel constitutum nec venditor dum illum redimit possit prætendere velle illum viliori pretio redimere. Non autem quin dominus census possit censum per se acquisitum alteri vendere minori, vel maiori pretio, prout inter contrahentes conuentum fuerit, vt per bonas rationes intelligit. Nauar. *dict. suo tract. de vsur. num. 112. sequitur, & confirmat* Thom. Boninsign. *in suo tract. de censibus, cap. 18. num. 1. & 2.* licet in hoc aliter sentire videatur. Felician. de Solis *in suis Comment. de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 43.*

21 Quamobrem, vt ad rem nostram redeamus; † videtur non expedire certum, & vniforme pretium census præfigere, & taxare, sed potius hoc relinquendum facultati, & arbitrio ipsorum contrahentium, vt inter se conueniant de pretio ipsius census, quemadmodum in aliarum rerum emptionibus obseruari, vbi à Principe pretium certum constitutum non fuit, docet Nauar. *in suo Manual. Confessor. d. cap. 23. num. 78. & seq. & in d. tract. de vsur. d. num. 112.* quod fuit de mente Martini V. & Calixti III. *in eorum Extrauag.* regestratis, *in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. commun.* nec fuit à *Pio V. in d. sua Bulla* immutatum.

SVMMARIA.

1 *Pretium census debet esse iustum.*
2 *Alias contractus esset fœneratitius.*
3 *Pretium census in locis, vbi reperitur per leges taxatum, est iustum etiam in foro conscientiæ.*
4 *Iustum pretium census quale sit varia sunt Doctorum opiniones.*
5 *Pretium iustum census, quod sit ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno volunt aliqui.*
Alij, quod iustum pretium sit illud quod in viginti annis æquat sortem principalem, num. 7.
[*Bulla Nicolai V. super censibus concedens census vendi posse ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno non est localis, sed communis toti orbi.*
6 *Pretium iustum rei immobilis frugiferæ est, quod respondet illius fructibus viginti annorum.*
8 *Iustum pretium census, secundum aliquos, est id quod respondet iusto valori rei subiiciendæ.*
Hæc tamen opinio repellitur, num. 11. & seqq.
9 *Æstimatio alicuius prædij fieri potest multis modis.*
10 *Æstimatio rei frugiferæ debet fieri habito respectu ad illius annuos fructus.*
12 *Onus inhærens rei æstimandæ, est pars pretij illius.*
13 *Census emi potest vilius ob pactum redemendi, quod habet annexum.*
14 *Census pretium quale sit iustum non est nec de iure, nec ex Pontificum constitutionibus taxatum.*
Limit. *in censu constituto super bonis vniuersitatum Status Ecclesiastici, vel in quibus ipsæ vniuersitates sunt obligatæ, num. 24.*
15 *Pro habenda declaratione, quale sit iustum pretium census adeundus est Princeps.*
16 *Pretium iustum census illud dicitur, quod in regione receptum est, & vsu frequentatur.*
[*Pretia rerum variantur ex locorum diuersitate.*
Immo in eadem Prouincia solent esse varia.]
17 *Intellige dummodo non excedat decem pro quolibet centenario, & anno, secundum* Bocacc.
Sed hæc limitatio repellitur, num. 19. & seq.
18 *Census, quod vendi non possit minori pretio, quam ad rationem decem pro centenario, volunt aliqui.*
Contrarium Auctor, num. 20. & seqq.
19 *Pretia rerum variantur ex variatione locorum & temporum, & ex aliis circunstantiis.*
20 *Pretium census variari potest ex variis circumstantiis.*
21 *Remed. l. 2. C. de rescind. vendit. non habet locum in venditione annui census.*
Sed debet agi de nullitate contractus, num. 23.
22 *Remed. l. 2. C. de rescind. vendit. non habet locum, vbi pretium rei venditæ est certum, & determinatum, sed tantum vbi est arbitrarium.*
25 [*Hactenus, hæc particula refertur ad tempus præteritum.*
26 *Participium resolvitur in relatiuum, & verbum sui temporis.*
27 *Participium sine copula restringit dispositionem.*
Limit. *respectu eorum quæ ob identitatem rationis comprehenduntur in dispositione.*
28 *Non entium nulla sunt qualitates.*
29 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
Limit. 1. *Quando inclusio non fit negatiuè, sed affirmatiuè.*
Limit. 2. *Quando in excluso viget eadem ratio, quæ in incluso.*
30 *Extensio non fit in odiosis etiam ob identitatem rationis.*
Limit. *quando in Constitutione est expressa ratio.*
Bulla Clement. VIII. reducens census communitatum status Ecclesiastici comprehendit etiam census creatos post illius promulgationem.
31 *Causa finalis constitutionis colligitur ex illius proœmio.*
Rationis identitas operatur, vt dispositio comprehendat omnes casus, in quibus illa viget.
33 *Identitas rationis est velut genus comprehendens tanquam suas species omnes casus in quibus illa viget.*
34 *Interpretatio est semper capienda, vt plenius prouideatur, & consulatur.*
35 *Ius querendum facilius tollitur quam ius quæsitum.*
36 *Actum, quod est difficilius, tollitur quam impediatur ne quid fiat.*
37 *Lex, & constitutio futuris non præteritis prouidet negotiis.*
38 *Testator disposuisse censetur id quod disposuisset si de eo fuisset interrogatus.*
39 Ampl. 1. *idem in statuentibus.*
40 Ampl. 2. *in Principe rescribente, & aliquid concedente.*

41 *Fabritius Verospius Rotæ Romanæ Auditor, & Perusiæ & Vmbriæ Gubernator laudatur.*
42 *Casus comprehensus in constitutione ob identitatem rationis dicitur immediatè per illam decisus.*
43 *Identitas rationis operatur vt id, quod est comprehensum in constitutione dicatur expressè dispositum.*
44 *Etiam in materia pœnali, & exorbitante.*
45 *Ratio legis vbi viget, ibi dicitur prodita lex.*
46 *Dispositio dicitur odiosa, vel favorabilis, pro vt principalis intentio disponentis respicit odium, vel favorem.*
47 *Species omnes æquè propriè comprehenduntur sub suo genere.*
48 *Determinabile vnum respiciens plura determinabilia debet illa pariformiter determinare.*
49 *Res eadem non debet diuerso iure censeri.*
50 *Fructus census indebitè soluti, qua actione repetantur remissiuè.*
51 [*Tempus præteritum non trahitur ad fructuum.*
52 *Est tamen aptum illud comprehendere.*
53 *Maximè vbi concurrit mens loquentis.*
54 *Vel in vtroque tempore viget eadem ratio disponendi.*
55 *...determinato modo prolatum non recipit functionem alterius temporis.*
56 *Intellige quando est determinatum ad præcisum tempus.*
57 *...determinatum importat contrariam dispositionem finito tempore.*
58 *Pretium census est regulandum ex regionis cõsuetudine. Lex futuris dat formam negotiis.* sub num. 59.
60 *.....debet esse generalis comprehendens omnes actus.*
61 *Intentio constitutionis colligitur ex illius proœmio.*
62 *Indefinita constitutionis æquipollet vniuersali.*
63 *Maximè si sit iuncta personis, & nomini collectiuo.*
64 *Priuatio præsupponit præexistentiam.*
65 *Statutum censetur disponere id super quo si statuentes fuissent interrogati ita statuissent.*
66 *Mens dicitur spiritus constitutionis, verba autem vice corporis funguntur.*
67 *Verba debent inseruire intentioni, non intentio verbis.*
68 *Interpretatio desumpta ex mente constitutionis dicitur necessaria.*
69 *Interpretatio desumpta ex mente constitutionis nunquam censetur reiecta.*
70 *Etiam quod constitutio excludat omnem interpretationem.*
71 *Mens constitutionis magis attenditur, quam verba &* num.
72 *Proœmium legis dat intellectum toti legi.*
73 *Ius quæsitum difficilius tollitur, quam ius quærendum.*
74 *Verba legis etiam geminata debent intelligi ad limites rationis.*
75 *Ratio legis præualet verbis, & illam regulat.*
76 *Bulla Clem. VII. reducentis census impositos per communitates ad rationem septem pro centenario, & anno, quæ sit causa finalis.*
77 *Præmissa, ista dictio operatur idem ac si precedentia essent specificè expressa.*
78 *Causa finalis dispositionis, & non alia debet attendi.*
79 *Princeps non præsumitur velle tertio præiudicare.*
80 *Damnum consistit in diminutione patrimonij.*
81 *Lucrum cessare, & damnum pati sunt diuersa.*
82 *Iustitia contractus non debet iudicari à futuro euentu.*
83 *Peccatum fuit per legem cognitum.*
84 *Quidquid fit contra legem nulliter fit.*
85 *Quilibet præsumitur bonus, & contraria possibilitas non est habenda in consideratione.*
86 *Præsumptio exclusiua delicti est semper capienda.*
87 *Nemo præsumitur immemor salutis æternæ.*
88 *Tristes euentus non habentur in consideratione.*
89 *Communitates, & vniuersitates, vt plurimum contrahunt mediante persona syndici.*
90 *Communitas, & vniuersitas obligatur ex contractu gesto per Syndicum.*
Lim. *quo ad incurrendum pœnas periurij, & spiritualias.*
91 *Iuramentum licet obliges præcisè ad soluendum, potest tamen repeti indebitè solutum.*
92 *Obseruantia non inducitur ex iis, quæ fiunt ad cautelam, & ad bene esse.*
93 *Obseruantia debet plene, & concludenter probari.*
94 *Obseruantia non inducitur nisi ex actibus vniformibus.*
95 *Obseruantia interpretatiua non dicitur ea, quæ induxit aliquid diuersum à constitutione interpretata.* & num.....
96 *Vsus contrarius constitutioni non potest illam interpretari.*
97 Clausula sublata &c. *claudit os omnibus ne quid contra constitutionem dicant, vel gerant.*
98 *Clausula, & decretum irritans tollunt facultatem obseruandi contrarium.*
99 *Inferior non potest interpretari Constitutionem superioris, nisi de illius consensu expresso.* num. 73.
100 *Papa potestas non est ab homine.*
101 *Officialis nemo præsumitur ignorare gesta per antecessores.*
102 *Obseruantia non inducitur ex gestis ab officialibus ignorantibus gesta ab officialibus antecessoribus.*

Pretium census debet esse iustum, & in quo consistat illius iustitia.

QVÆSTIO XLVII.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 4.

QVod † pretium erogandum in emptionem census debeat esse iustum expresè sanciuit Pius V. *in sua Bulla super censibus vers. rursum nisi verè in pecunia numerata, ibi iustoque pretio, &c. & omnes admittunt.* Natta *consil.* 498. *num.* 10. *lib.* 3. Ioan. Bapt. Lup. *ad leg.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. commen.* 2. §. 2. *num.* 72. Soto, *in sua pract. de iustit. & iur. libr.* 6. *quæst.* 5. *art.* 2. alias † contractus censendus esset fœneratitius stante maximè pacto de redimendo. Calcan. *consil.* 85. *num.* 10. *& satis clarè expressit.* Pius V. *in d. sua constitutione.* 1 2

Sed difficultas versatur in declarando in quonam consistat Iustitia huius pretij. Et cùm in aliquibus Regionibus per particulares leges fuerit constitutum, & definitum huiusmodi pretium, *vt animaduertunt DD. & signanter* Auend. *in d. suo tract. de censib. Hispan. cap.* 32. *per tot.* non † potest in dubium reuocari, quin in illis regionibus sit iustum pretium, & seruandum etiam in foro conscientiæ, vt post multos dicit Gaspar. Roderic. *in suo trac. de ann. redditibus, lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 2. Ludou. Auend. *d. cap.* 32. *numero* 9. Vnde difficultas restringenda est respectu illorum locorum in quibus non reperitur facta huiusmodi pretij declaratio, & taxatio quale dicatur huius census iustum pretium. 3

Circa † quod variæ fuerunt scribentium opiniones; vt videre est apud Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 6. *numero* 17. *& seqq.* Follet. *in sua pract. census. in verbo, Dummodo, numero* 1. Bocacc. *in suo tract. de censib. par.* 3. *num.* 50. Ioan. Bap. Lup. *d.* §. 2. *num.* 74. *& seq.* Felician. *de solis, in suis Commentar. de censibus, tomo* 1. *libr.* 2. *cap.* 1. *n.* 15. *& seqq.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de oblig. iustit. libr.* 10. *quæst.* 5. *per tot.* Leonard. Less. *in suo tract. de iustit. & iure, lib.* 2. *cap.* 22. *dubita.* 14. *num.* 102. *& seqq.* Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art.* 3. *controuers.* 9. Ioan. Azor. *Institut. Moral. part.* 3. *lib.* 8. *c.* 9. 4. Paul. Comitol. è Societate Iesu, *Responsor. Moral.* 4

Mor. lib. 3. q. 28. per tot. Feder. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 5. usque ad num.* 11. Roder. *d. quæst. 6. per tot.* Andr. Fachin. *controuer. iur. lib. 2. cap.* 43. Nigol Intriglol. *post hæc scripta visus, super Bulla de cens. quæst. 45. per tot. & alios passim.*

5 Aliqui † enim senserunt iustum pretium census esse posse, vsque ad rationem decem pro centenario, & anno quolibet, vt ex Bal. *&* Paul. de Cast. *dicit* Bened. Bon. *in suo tract. de cens. ant. 8. num. 24. Thesaur. dec. Pedemon. 134. num.* 1. Tiber. Decian. *cons. 2. num. 77. libr.* 1. *refert alios* Natt. 498. *num.* 10. *lib.* 3. Ioan. Bapt. Lup. *d. §. 2. num.* 74. Facchin. *d. cap.* 43. *vers. iustum esse pretium.* Federic. Martin. *d. cap. 5. numero* 2. & in Regno Siciliæ declarauit *Nicol.* huius nominis *Papa V.* per suam particularem constitutionem, quam fuit plenissimè commentatus Foller. *in sua pract. censuali, & ibidem* ipsemet not. *in verbo, dummodo, num. 1. in fin.* [quam constitutionem *Nicol. V.* quo ad facultatem emendi censum vsque ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno esse localem, & restrictam ad Regn. Sicil. sed communem toti orbi, dicit Mari. Mut. *Regn. Sicil. 81. numero* 39. *&* 44.] & hæc opinio non displicuit, Rotæ *coram* bon. mem. Orano, 15. *Nouembris*, 1589. *in vna Forolium. censu, que est post tract. dec.* 117. *num.* 8. *in fin. & coram* bon. mem. Cardin. Pamphilio, 9. *Iunij*, 1604. *in illa Assisien. census, que est ibid. decis.* 17. *num.* 4. [*& coram* bon. memor. Penia *in illa Rauennatens. census* 27. *Ianuarij* 1620. *post tractat. decisio.* 337. *numero* 1.] & eandem opinionem comprobauit Fatinac. *consil.* 54. *num.* 22. *libr.* 1. *in criminal.* Tiraq. *d. glos.* 6. *num.* 17. *&* 19. *ad finem*, Surd. *consil.* 162. *numero* 34. *lib.* 2. Hanc tamen sententiam multorum auctoritate improbat, & reprehendit. Menoch. *consil.* 445. *numero*, 11. *lib.* 5. *vbi num.* 19. respondet rationibus contrarium sentientium [*&*
6 *post alios* Mar. *vor.* 125. *num.* 12. Alij itaque fuerunt in sententia, quod sicut † in emptione, & venditione aliarum rerum immobilium frugiferarum iustus valor, & pretium dicitur, quando in viginti annis illarum fructus æquant sortem, & quod respondet fructibus illorum viginti annorum *argument. §. si verò, & ibi glos. auth. de reb. eccles. non alienan.* Natta. *consil.* 341. *num.* 10. Crauet. *consil.* 940. *num.* 7. *lib.* 5. Couar. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 5. Tiraquel. *d. glos.* 6. *num.* 19. Ari. Pinel. *ad leg.* 2. *C. de rescind. vendit. part.* 3. *cap.* 4. *num.* 29. Rota Genuen. *decis.* 194. *num.* 4. Vinc. *in tract. de locat. & conduct. part.* 1. *in tit. de rescind. locat. numero* 5. *vers. tertia est.*
7 Ioseph. Ludou. Perus. 65. *num.* 14. *part.* 2. Ita etiam † in venditione annui census iustum illius pretium sit, quod in viginti annis æquat sortem principalem, & sic ad rationem quinque pro quolibet centenario, & anno, *vt refert* Felian. *d. cap.* 1. *num.* 16. Ioan. Bapt. Lup. *d. §.* 2. *num.* 77. Fachin. *dict. cap.* 43. *vers. tertia.* Andr. Gail. *Pract. Obseruat. lib.* 2. *obseruat.* 7. *num.* 15. *vbi refert ita fuisse per Carolum* V. Imperatorem *taxatum, &* Bernard. Greu. *ad ipsum d. obseruat.* 7. *considerat.* 1. *de requisit.* 4. *num.* 14. *Feder.* Martin. *dict. cap.* 5. *numero* 6. *versic. quinta*, Tiraq. *d. glos.* 6. *n.* 18. Et hanc sententiam receptissimam profitetur, & latè comprobat. Auend. *d. tract. cap.* 31.

Hæc autem opinio licet quod ad alia bona stabilia fructifera magis communiter recipiatur, attamen quo ad annuos census non fuit vsu recepta, cum quotidie videamus census vendi ad rationem septem, & octo pro quolibet centenario, & anno, cuius differentiæ multas reddit rationes Steph. Gratian. *post hæc scripta visus*, Discept. Forens. *tom.* 3. *cap.* 545. *num.* 17.

8 Et propterea nonnulli senserunt, quod iustum † istius census pretium sit id quod respondet pretio prædij super quo census constituendus, & collocandus est, *ita visus est sentire.* Innoc. *in cap. Ciuitate, sub num.* 2. *extr. de vsur.* Calcan. *consil.* 84. *num.* 1. Alciat. *consil.* 3. *numero* 15. *&* 19. *lib.* 1. Fachin. *dict. cap.* 43. *versic. sexta*, Menoch. *d. consil.* 445. *numero* 10. *lib.* 5. Federic. Martin. *d. cap.* 5. *numero* 6. *versicul. sexta*, Ioan. Bapt. Lup. *d. §.* 2. *num.* 79.

Ista autem † fundi censiti æstimatio licet multis 9
modis haberi possit, *teste* Abb. *in c. in causa, num.* 3. *ext. de testib.* Ang. Aret. *in §. si quis agens, num.* 1. *&* 2. *Inst. de act.* latissimè Mascard. *in suo tract. de probat. volum.* 1. *concl.* 650. *& seqq.* Omnes tamen in hoc conueniunt, quod quomodocumque æstimatio fiat, debeat fieri † habito respectu ad fructus, & redditus, qui ex re 10
æstimanda singulis annis percipi possunt, *l. si fundus, in princ. ff. de reb. eor. l. si quos, C. de rescind. vendit. l. si fundum* 94. *ff. de leg.* 1. Folet. *d. verbo, dummodo, num.* 17.

Hæc tamen † opinio non videtur recipienda, tum 11
quia Constitutiones Pontificiæ de materia census loquentes non pretium, & valorem rei subiugandæ, sed illius fructus considerant: tum, quia in annuo censu non emitur res ipsa subiuganda, nec illius fructus, sed ius exigendi annuum reditum super illa, ratione fructuum impositum, & constitutum, *vt supra sæpius fuit dictum, & signanter, part.* 1. *cap.* 1. *q.* 3. *artic.* 2. *nunc. quæst.* 24. *num.* 3. tum denique, quia verus rei valor diminuitur, si alicui oneri sit obnoxia, cum dici soleat † quod 12
onus est pars pretij, *l. fundi partem ibi: ideo vilius fundum vendidisti, & ibi not. gl. in dict. verbo, vendidisti, &* Bald. *&* Salyc. *ff. de contr. empt. cum aliis apud* Tiraq. *de retractu conuent. in præfat. num.* 21. *vers. & semper*, qua ratione † 13
ipsummet censum ob pactum de retrouendendo ad libitum venditoris ex Bulla Pij V. de necessitate in illius venditione apponendum, vilius emi posse dicebat, Cassan. *cons.* 63. *num.* 1. Bon. *in suo tractat. de cens. art.* 81. *n.* 114. Boninsing. *in eod. suo tractat. cap.* 4. *num.* 11. *& cap.* 5. *num.* 10. *& seq. & post alios, quos allegat.* Martin. Bonacin. *de contract. disput.* 3. *quæst.* 4. *puncto vnico, num.* 7. *&* Sigismund. Scacc. *in tractat. de comoner. §.* 1. *q.* 7. *par.* 2. *ampl.* 8. *post hæc scripta visi.* Vnde non videtur quod in census impositione possit, nec debeat haberi ratio veri valoris, & prætij rei subiugandæ.

Cæterum in tanta scribentium varietate † cum nec 14
de iure, nec per Pontificum sanctiones reperiatur definitum quale sit iustum istius census pretium, & valor, *vt dicit* Nauar. *in d. suo Comment. de vsur. num.* 138. *vers. decimum octauum.* Ego dicerem, vel esse recurrendum † ad Principem pro declaratione quale debeat esse hu- 15
ius census pretium, vt admonet Rip. *lib.* 1. *respons. in tit. de constit. respons.* 14. *num.* 3. *& seqq.* vel † esse seruan- 16
dam consuetudinem regionis, in qua census constituendus, & distrahendus est: hæc enim cuiuslibet rei iustum pretium solet definire, & præscribere, *arg. l. pretia rerum, ff. ad l. falcid. vt sensit*, Couar. *var. resolut. libr.* 3. *cap.* 10. *num.* 2. Bon. *d. tract. art.* 8. *numero* 24. *& alij relati* à Bocacc. *d. tract. de cens. part.* 1. *num.* 35. *& par.* 2. *num.* 50 Federic. Martin. *d. cap.* 5. *numero* 9. Boninsign. *d. tract. de cens. cap.* 5. *num.* 14. Stephan. Gratian. *qui alios allegat. Discept. Forens. tomo* 1. *cap.* 141. *num.* 27. *& seqq.* Felician. de Solis, *dd. suis Commentar. de cens. tomo* 1. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. *vers. consuetudine vero*, Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clausul.* 4. *glos.* 18. *par.* 2. *num.* 8. vbi multos allegat., & confirmat ea ratione, quia quælibet Prouincia diuersum habet pretium ab alia: Immo in vna., & eadem prouincia solet circa rerum pretia esse diuersitas, vt ipse deducit eandem sententiam sequitur Ioan. Garzias *in tract. de expens. & meliorat. cap.* 9. *numero* 81. *circa princ. versic. & inter illas plurimum, quam confirmat per tex. in extrau.* 1. *& 2. de empt. & vendit. inter extraag. commun.* in quibus *Calixt. III. & Martin. V.* plurimum tribuunt consuetudini loci, & ciuitatis quam opinionem amplectitur etiam Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 1. *& non videtur improbare* Nauar. *d. tract. de vsur. numero* 104. *vers. vnde quamuis, & num.* 138. *vers. decimum octauum, ibi tum quia pro varietate, nec videtur dissentire.* Gregor. de Valent. *Commentar. Theologic. tom.* 3. *disput.* 5. *quæst.* 22.

de

de censib. puncto 5. vers. conclusio secunda, & Ioan. Franc. Leonis, *in suo Thesauro fori Ecclesiast. par. 1. cap. 15. de censib. num. 12. & seqq. & fuit dictum in* Rota *coram* bon. mem. Otano, 13. *Novembris*, 1589. *in illa Foroliviensi census, quæ est post tract. decis. 117. num. 9. & in illa Assisiensi census coram* bon. mem. Pamphilio, 9. *Iunij*, 1604. *quæ est ibidem decis. 17. sub num. 3. vers. minus obstat.*

17 Et licet † Bocacc. *d. par. 1. numero 35.* hoc restringat dummodo talis consuetudo non excedat, decem pro quolibet centenario, & anno, motus auctoritate. *Extranag. Nicol. V.* qui in constitutione, quam edidit super impositione, & constitutione annuorum censuum in Regno Siciliæ, definiuit censum posse constitui dummodo annualis census decimam partem annualis recepti, seu pretij census non excedat, Ex qua *Extranag.* Sigism. Scacc. *d. quæst. 7. part. 2. ampl. 10. num. 81.* affir-
18 mabat † quod census non possit vendi minori pretio, quam ad rationem decem pro quolibet centenario, & annos ita vt si minori ematur contractus censualis non teneat, ea motus ratione, quia cum Pius V. *in sua Bulla de censib.* nihil circa hoc disponat, videatur reliquisse in suo robore, *dictam* Nicolai V *constitutionem* Quia
19 † tamen pretia rerum variantur pro varietate gentis terrarum, & temporum, vel pro copia, & pecunia ementium, vel vendentium aut mercium, vel pecuniæ numeratæ, *vt per text. in l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* dicit in proposito, Nauar. *d. tract. de usur. num.* 104. Ideò
20 † non est inconueniens, quod etiam pretium census variari possit, maximè ob maiorem, vel minorem securitatem ementis, cum minori pretio ematur à diuite, quàm à paupere, & egeno, vt considerat Boc. acc. *d. tract. par. 1. num. 50.* vbi innuit censum constitutum à paupere solere aliquando emi ad rationem decem, vel vndecim pro centenario, & anno. Et propterea hanc restrictionem non existimo necessariam, sed posse censum imponi, & vendi maiori, vel minori pretio, quam decem pro quolibet centenario, & anno.

Nec aliquid facit allegata. *Extranagans Nicolai V.* [quæ disponit pretium census non posse excedere decimam partem pretij census, & sic censum non posse vendi minori pretio, quam ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno, quia in hac parte,] illa est constitutio localis, & restricta ad Regna Siciliæ, citra, & vltra Pharum, & ad loca in ea expressa, & specificata; vt colligitur ex pluribus illius partibus non autem est Lex generalis: vnde non potest ex ea desumi regula generalis, quod census non possit emi minori pretio, quam ad rationem decem pro quolibet centenario, & anno, [& propterea non debet extendi ad alia loca, & alias prouincias vt in illis census vendi non possit maiori, vel minori pretio, si ita loci, & prouinciæ consuetudine receptum sit.] Et multo minus, cum habeamus, *Constitutionem* Martini V. *registratam in cap. 1. de empt. & vendit. inter extranag. communes*, qua permittitur, vt census constituatur, & vendatur ad rationem, & pro qualibet marca annui census, decem, vndecim, tredecim, & quatordecim, marcæ auri, aut plus, vel minus, secundum temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes inter se conuenerint. Quam *Martinianam Constitut.* habere vim legis vniuersalis, multorum auctoritate firmauimus *sup. par. 1. cap. 1. & quæst. 4. art. 4. nunc quæst. 11. n. 3.* Et propterea cùm dicta Constitutio non sit circa hoc immutata, vel alterata per Pium V. *in d. sua Bulla*, videtur concludendum, quod sit relicta in suo robore, vt argumentabat. Scacc. *d. n. 8. de constitut. Nicolai V.* Et consequenter, quod ex qualitate temporum, vel partium conuentione, & aliis circunstantiis supra consideratis, concedatur, vt census constitui, & vendi possit minori pretio, quam ad rationem decem pro quolibet centenario. Stat igitur conclusio, quod circa iustitiam, vel iniustitiam prætij census non possit aliqua certa, & determinata regula constitui, sed seruandam esse consuetudinem regionis, & certum, & iustum census pretium esse illud, quod loci consuetudine fuit receptum.

Vnde cùm ex consuetudine soleant vendi huiusmodi census ad rationem septem, vel octo pro quolibet anno, & centenario, tale dicetur iustum illorum pretium.

Hinc obiter subnectendum existimaui inferri posse, quod † stante hac certa pretij census ex consuetu- 21
dine taxatione, si in contractu censuali incidat læsio vltra dimidium, puta quia vendatur non iusto, & communiter recepto pretio, sed minori vltra dimidium, non habebit locum dispositio, *l. 1. C. de rescind. vendit.* quod † procedit dumtaxat in pretio arbitrario; non 22
autem in pretio certo, vt dicit Cquar. *d. lib. 3. variar. resolut. cap. 14. num. 3. vers. quod, & si quis, & sequitur* Felician. *in dd. suis Commentar. de censibus tomo 1. lib. 1. cap. 3. numer. 15. &* Ludouic. Auend. *d. tract. cap. 36. numer. 4.* Poterit † tamen eo casu contractus argui de nul- 23
litate, vt benè firmat Felician. *d. lib. 1. cap. 9. num. 12. & libr. 2. cap. 1. num. 23. & tomo 2. lib. 2. cap. 1. num. 1.* In quibus locis plures in vtramque partem allegat, & istam defendit, licet *dict. num. 1.* testetur contrariam esse vsu Forensi receptam, quam confirmat. Auendan. *d. cap. 36. num. 14. & sequentibus.* Illud etiam prætereundum non existimaui, quod licet regulariter & certitudinariè nõ 24
sit taxatum pretium censuum hoc † tamen fallit, quo ad census impositos super bonis vniuersitatum Status, & ditionis S. R. E. Sedi Apostolicæ immediatè, vel mediatè subiectarum, vel in quibus dictæ vniuersitates sunt obligatæ quoniam iustus illorum valor, & pretium fuit declaratum, & taxatum per *Clement.* huius nominis *Papam VIII.* ad rationem septem pro quolibet centenario, & anno, vt in eius *Bulla reductionis censuum sub datum Romæ, prima Maij, 1592. eius Pontificatus anno primo*, cuius constitutionis tenor de verbo ad verbum habetur, *in principal. huius nostri tractat.*

[Quæ licet videatur disponere dumtaxat circa census ante illius promulgationem creatos, & venditos, vt videntur suadere illius verba, ponderando ea multipliciter, &

Primò ibi omnes, & singulos census hactenus super quibuscunque rebus, &c. paulò & inferius, ibi hactenus creatos, &c. ponderando illam particulam, hactenus, † bis reperitam quæ ad tempus præteritum refert *§. fin. instit. de gradib.* Rim. iun. *cons.* 491. 25
num. 23. *lib.* 3.

Secundo, pondero illa participia creatos constitutos, &c. quæ debent resolui † in relativum, & verbum 26
sui temporis Barr. *in l. 2. num. 35. ff. de cond. & dem.* Rim. Iun. *consult.* 591. *num.* 17. *lib.* 5. Surd. *cons.* 151. *num.* 50. *lib.* 2. & cùm sint prolata, restringunt dispositionem ad census antea creatos. Rol. *consil.* 43. *num.* 34. *lib.* 4. Surd. *cons.* 127. *num.* 47. *lib.* 1.

Tertiò videntur ponderanda illa verba, reducimus, & moderamur, &c. quæ de necessitate respiciunt census iam creatos † nec referri possunt ad census postea 27
creandos, & constituendos; quia quod nondum est, nec reduci; nec moderari potest, cum non entium † nullæ 28
sint qualitates, nec partes, *l. eius, qui in Prouincia. ff. si cert. pet. cum vulgar.*

Cùm igitur Constitutio hæc Pontificia, loquatur de censibus antea creatis, videtur, quod sic retinenda intra limites, in quibus loquitur cùm inclusio † vnius 29
sit alterius exclusio, *l. cum Prætor. ff. de Iudic.* & quod lex non dicit, nec nos dicere debeamus. *l. illam. Cod. de collat. cum cumulatis à* Bocc. *cons. 35. num. 4. lib. 1.*

Quartò pro hac eadem sententia negatiua videtur 30
multum facere, glos. *notat. in auth. quas actiones. Cod. de sacros. Eccles.* dum vult, quod in odiosis, † & exorbitantibus 36
non sit licita extensio etiam ob identitatem rationis.

Rē tamen maturiùs cōsiderata, consultus pro veritate in quadam causa magni ponderis contrariam sententiam veriorem, & pro veritate amplectendam esse existimaui maximè ex infrascriptis.

Primò quia ratio finalis, qua motus fuit Sanctissimus ille Pontifex ad promulgandam hanc Constitutionem fuit æquitas, & paterna charitas ad subleuationem grauaminum populorum Sac. Romanæ Ecclesiæ ditioni in temporalibus subiectorum, vt legitur in
31 illius proœmio ex quo causa † finalis ipsius Constitutionis desumitur. *l. fin. & ibi* Bart. *& alij ff. de hæred. instit.* Ceph. *cons.* 571. *num.* 50. *lib.* 4. Rim. iun. *consil.* 556. *num.* 7. *lib.* 5. quæ ratio cùm non minus conueniat censibus post dictæ constitutionis editionem creandis, quàm ante illius promulgationem creatis, non video, cur non etiam illos comprehendat, non quidem per
32 viam extensionis, † sed per viam comprehensionis Franc. Becc. *cons.* 62. *num.* 17. *lib.* 1. Rimin. Iun. *consil.* 544.
33 *num.* 74. *lib.* 5. sicut genus † comprehendit sub se omnes suas species, vt dicit *ibi* Becc. & Rim. Iun. *d. cons.* 544. *num.* 77. *bene* Decian. *consil.* 43. *n.* 20. *versicul. & est ratio, & num.* 21 *lib.* 2.

34 Secundò, quia semper illa interpretari †, & via capienda est, per quam plenior fit prouisio *leg. adoptiuus* §. 1. *ff. de rit. nuptiar.* Crau. *consil.* 278. *num.* 5. *lib.* 2. Rimin. Iun. *consil.* 563. *num.* 40. *lib.* 5. sed nemo negauerit, quin plenius succurratur grauaminibus populorum per dictam Constitutionem, si ea comprehendat etiam census postea creandos, quam si restringatur ad census antea creatos, meritò, &c.

35 Tertiò quia facilius tollitur † ius quærendum, quàm ius quæsitum, Glos. & Doct. *in l. seruus. Cod. de pact.* Bero *cons.* 76. *num.* 118. *lib.* 1. Becc. *consil.* 56. *num.* 13. & 36. *lib.* 1. Decian. *consil.* 33. *num.* 5. *lib.* 1. Surd. *cons.* 175. *n.* 40. *lib.* 2.
36 & facilius impeditur, † ne quid fiat, quam tollatur id, quod factum est. *l. patre furioso ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* Dec. *consil.* 113. *num.* 2. *vers. & facilius* Surd. *d. consil.* 175. *num.* 41. Sed reducendo census, qui iam creati erant, est tollere ius emptoribus illorum iam quæsitum, & tollere, vel saltem alterare id, quod factum erat respectu verò censuum in posterum creandorum, non est tollere ius alicui quæsitum, nec alteratur id, quod factum erat, ergo dum Papa voluit prospicere populis Sacræ Romanæ Ecclesiæ ditioni subiectis respectu censuum creatorum, quod tendit in alterius præiudicium, dicendum est, quod multo magis prospicere voluerit respectu creandorum, quod fiebat absque damno, & præiudicio alicuius *arg. auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccles. cum vulgar.*

Quarto mouet me. Quia si Papa fuisset interrogatus, vtique respondisset, quod suę intentionis erat quod in dicta Constitutione prouideretur indemnitati, & grauaminibus populorum S. Rom. Ecclesiæ ditioni subditorum non solum quo ad census creatos, sed etiam quo ad creandos, tum ob rationis identitatem, immo maioritatem, vt dictum est, & infra dicetur, tum quia
37 natura † legis, & Constitutionis est, vt non ad præterita, sed ad futura respiciat *l. fin. in fin. C. si cert. petat.* §. *Prouinciarum vers. vnde præterim.* Auth. *vt fact. nou. Const.* Crau. *cons.* 541. *n.* 9. *lib.* 3. Bero *cons.* 16. *n.* 13. *lib.* 1. Ceph. *Consil.* 511. *n.* 29. *l. b.* 1.

38 Nam quod disponens † si fuisset interrogatus verisimiliter disposuisset habetur pro disposito, vt de testatore dicit *glos. communiter approbata in l. tale pactum.* §. *fin. C. de pact.* sequuntur Doct. *in l. Titius* §. *Lucius ff. de*
39 *lib. & posthum.* de statuentibus † firmat Dec. *consil.* 19. *n.* 3. *circa fin. vers. fic. & si statuentes.* Curt. Sen. *cons.* 9. *n.* 16. Soc. Iun. *cons.* 1. *n.* 127. *lib.* 1. Fatin. *consil.* 36. *n.* 7. *lib.* 1. *crimin.* de Legislatore Calc. *consil.* 11. *n.* 24. De Principe †
40 rescribente, vel aliquid concedente. Bald. *in d. l. tale pactum.* §. *fin. ante n.* 1. *vers.* 2. *nota & ibi* Paul. de Castr. *n.* 6. *quos referunt, & sequuntur* Soc. Iun. *consil.* 128. *num.* 17. *d. lib.* 1. Roland. *consil.* 62. *n.* 25. *lib.* 3. Curt. Sen. *cons.* 44. *n.* 12. *vers. nam fine.*

Ex quibus cum hac posteriori sententia transeundum censui, & eò libentius, quò in ea me confirmauit summa auctoritas Illust. & Reuerend. Domini mei † Fa- 41
britij Verospij Romanæ Rotæ Auditoris integerrimi, & Pernsiæ, & totius Prouinciæ Vmbriæ pro S. Sede Apostolica Præsidis amplissimi viri quidem eruditissimi, & de Legali scientia optimè meriti: quem cum fuissem percunctatus, an super hoc casu fuerit vnquā in Rota dubitatum, & quæ esset ipsius circa illum sententia, perhumaniter respondit de illo non fuit vnquam in Rota hæsitatum, & se firmiter sentire Constitutionem hanc Clemen. VIII. census etiam post illius promulgationem creatos, & venditos comprehendere, & valdè gauisus sum, me tantum in hac mea opinione socium reperiisse. Nec obstare visa sunt ea, quæ pro contraria opinione supra deducta sunt.

Nam non est facienda vis, quod Constitutio illa loquatur de censibus creatis non de creandis, & quod propterea illorum inclusio istos excludat.

Quoniam † cum eadem, immo maior vigeat ratio 42
in creandis post promulgationem Cōstitutionis, quam in creatis antea, vt demonstratum est, iudicandum est de creandis tanquam de casu comprehenso, & immediatè deciso per eandem Constitutionem. Rimin. Iun. *cons.* 4. *num.* 10. *lib.* 1. nam non dicitur casus omissus vbi adest eadem ratio. Crauet. *cons.* 183. *sub n.* 3. *vers. nec dicitur casus omissus libr.* 1. Rim. Iun. *multos allegans cons.* 4. *num.* 11. & 13. & id † in quo viget eadem ratio le- 43
gis, & constitutionis, dicitur expresè cautum, & dispositum in lege & constitutione *l. his solis.* §. *fin. C. de reuoc. donat.* Becc. *cons.* 62. *num.* 17. *in fin. lib.* 1. Etiam † in 44
materia pœnali & exorbitanti. Rim. Iun. *post* Bald. Anchar. & Castr. *cons.* 657. *n.* 30. *lib.* 6. & bene facit Fulgos. *cons.* 240. *sub num.* 1.

Quia † vbi habet locum ratio legis, circa id dici de- 45
bet prodita ipsa lex, vt post Cald. *cons.* 1. *in fin. vt lit. pendent. dicit* Crau. *d. cons.* 183. *sub n.* 3. *quos refert & sequitur* Rol. *cons.* 72. *n.* 47. *lib.* 1.

Nec in casu isto procedit regula *l. cum Prætor. ff. de Iudic.* tum quia dicta constitutio non includit census creatos ante illius promulgationem negatiuè, sed affirmatiuè ad Bero. *cons.* 79. *sub num.* 16. *vers. vel quia ita lib.* 1. tum quia eadem, immo maior viget ratio, vt includantur census creandi, quam illi, qui erant tunc creati. Rim. iun. *post multos, quos congerit cons.* 244. *num.* 295. *lib.* 3. & *cons.* 689. *n.* 156. *lib.* 6. Surd. *cons.* 25. *n.* 34. & *cons.* 36. *num.* 20. *lib.* 1. & absque dubio, quia ratio est expressa in ipsa constitutione. Honded. *cons.* 1. *num.* 11. & 61. *lib.* 1.

Ad glos. vero *in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles.* respondetur Primò illam procedere quando in lege, vel constitutione non est expressa ratio: sed quando ratio est expressa tunc admittitur extensio etiam in exorbitantibus, & odiosis ob identitatem rationis, vt pluribus confirmat Dec. *post multos, quos alleg. cons.* 34. *num.* 23. *lib.* 2. tunc enim non extensio, sed comprehensio dicitur vt supra latè deductum fuit. Secundò respondetur, quod cùm † hæc constitutio fit facta prin- 46
cipaliter fauore populorum S. Rom. Ecclesiæ ditioni subiectorum & ab subleuationem grauaminum, quibus illi præmebantur, licet redunder aliquo modo in odium eorum, qui census emerant, nihilominus dicitur simpliciter, & absolutè fauorabilis. Rim. Iun. *post multos quos congerit lib.* 2. & propterea est extendenda *ad* Brun. *de statut. exclus. famin. artic.* 3. *n.* 12. *& seq. refert* Honded. *cons.* 1. *num.* 7. *lib.* 1.

Quare cùm ratio finalis expressa in proœmio dictæ constitutionis sit tanquam genus ad omnes casus, in quibus militat dicta ratio Decian. *consil.* 301. *num.* 6. &

alij

alij supra allegati, & proinde census post dictam constitutionem creari sub illius dispositione, ob rationis identitatem tanquam species sub suo genere comprehendantur, vt supra deductum fuit, debent eodem modo, & forma comprehendi prout comprehenduntur
47 census antea creati, & venditi, tum quia † quælibet species sub suo genere eodem modo, & æque propriè continetur. *l. si quid eorum, §. inter emptum, ff. de leg. 3.* Crau. *cons. 785. numer. 20. lib. 5.* Menoch. *cons. 366. n. 69. libr. 3.* tum quia cùm determinatio, & dispositio dictæ constitutionis ob identitatem, immo maioritatem rationis respiciat æqualiter vtrumque casum, & vtrumque æqualiter decidat *dd. hic solis, §. fin. C. de rouoc. donat.* Dec. *cons. 301. num. 6.* Rim. Iun. *cons. 4. num. 10. lib. 1. & cons. 657. num. 30. lib. 6.* Becc. *d. cons. 62. num. 17. in fin. lib. 1.*
48 Crot. *cons. 118. nu. 4. & consil. 120. n. 2. lib. 1.* debet † vtrumque pariformiter determinare, *l. nam hoc iure, §. fin. ff. de vulg. & pupill. substit. l. quamuis, C. de impub. & alus substit.* Surd. *multos allegans cons. 31. num. 15. lib. 1.* Et proinde sicut quo ad census creatos, & constitutos ante promulgationem dictæ Constitutionis, nec ipsæ vniuersitates, vel communitates, nec earum Priores, consiliarij fideiussores, vel aliæ particulares personæ quæ illarum, intuitu etiam vti principales principaliter, & insolidum, seu aliàs quouis modo etiam in forma Cameræ se obligauerunt, dummodo pretia dictorum censuum ad earundem communitatum vsum conuersa fuerint vigore quarumcunque obligationum, quibusuis iuramentis, seu alias vallatarum ad solutionem vltra summam scutorum septem pro quolibet centenario, & anno non tenentur, nec exigi possunt etiam cum clausula sublata, &c. eodem modo dicendum est, quod nec etiam quo ad census postea creatos, & venditos teneantur vltra septem pro quolibet centenario, & anno Priores, Consiliarij, fideiussores, vel aliæ personæ particulares, quæ, vt supra, in dictis censibus se obligauerunt, vt pariformis inter dictos casus fiat le-
49 terminatio, & ne eadem † constitutio diuerso iure c[on]- sentur respectu eorum, quæ pariformiter sub illius dispositione comprehenduntur, contra regulam *l. eum qui ædes, ff. de vsucap. cum vulg.*

Quatenus verò fructus dictorum censuum essent exacti vltra septem pro quolibet centenario, & anno contra dispositionem dictæ Constitutionis tanquam
50 indebitè soluti possent reperi, † vel condictione sine causa, vel condictione indebiti, vel cautius agendo, petendo simpliciter illorum restitutionem, vt admonet Specul. *in tit. de action. §. sequitur videre n. 51. in fin. & nos diximus in tract. infra q. 119. aliàs par. 3. cap. 2. in vltimis verbis.*]

[Et licet excell. D. Paulus Boncompagnus qui inter Romanæ curiæ Aduocatos honestum locum sibi ob suas dotes, & peritiam adeptus est in quodam suo responso reddito in quadam causa montis Falisci census hanc nostram conclusionem ex professo impugnare conatus fuerit, ita vt eo perfecto tantisper de hac mea sententia anceps fuerim, & non erubuissem ab ea cognita veritate recedere, tandem non obstantibus fundamentis per eum in contrarium adductis, & plena manu confirmatis, illam fuisse consonam, & conformem menti, & intentioni ipsius Papæ existimaui, & proinde ab ea non esse recedendum censui maximè per rationes à me aliàs adductas quibus non fuisse ab eodem Domino Paulo cógruas, & sufficientes responsiones datas, ex infrascriptis ni fallor liquido apparebit. Laudo nihilominus eius ingenij acumen, & peritiam, sed multo magis humanitatem, quod de me tam amanter, & honorificè locutus fuerit.

Insurgit itaque primo loco Dom. Paulus contra conclusionem à me firmatam hoc fundamento, quòd cùm constitutio præfata loquatur per verba præteriti tem-
51 poris non sit extendenda ad futuros census, † cum verba prolata in tempore præterito ad futurum trahi non possint, *ex traditis per* Rebuff. *in l. verbum oportebit. 8. versicul. regula ergo est ff. de verb. signif.* Hond. *consil. 63. n. 62. libr. 1.* Belträmin. *ad* Greg. *X. V. dec. 338. num. 15.* quia † tempus determinato modo prolatum 52
non recipit functionem alterius temporis. Greg. *dict. decis. 338. & ibi addent. d. num. 15.* Immo tempus † de- 53
terminatum importat contrariam dispositionem finito tempore. Surd. *decis. 75. n. 10. & seqq.* Gregor. *dec. 392. num. 12.*

Quod multo magis recipiendum esse dicit ob geminatam expressionem verborum præteritorum importantium, *ad l. Balista. ff. ad Tebell.* & quia quando Papa voluit includere tempus futurum id expressit dum de fructibus deinceps post promulgationem dictæ constitutionis, ex censibus iam impositis decurrendis fuit locutus, *allegans* Surd. *cons. 245. numer. 45. lib. 2.* quem in puncto loqui affirmat, & facit regula *l. 1. §. sin autem C. de caduc. tollen.* Becc. *cons. 21. num. 22. & seq. lib. 1.*

Cæterum huic primo fundamento multipliciter confirmato respondetur, quod cùm hæc constitutio non inducat aliquid contra ius commune, cum non † 57
reperiatur iure expressum, & determinatum pretium census, sed sit regulandum ex regionis consuetudine, *vt multorum auctoritate diximus supra hoc eod. art. 4. n. 14. & seqq.* & non diffitetur ipsemet D. Paulus in dicto suo responso, licet in ea Papa vtatur verbis præteritum tempus importantibus, illa † tamen apta sunt compre- 58
hendere etiam futura Ruin. *cons. 49. n. 11. lib. 3.* Menoch. *cons. 494. n. 27. & seqq.*

Quod absque difficultate videtur recipiendum in 69
terminis huius constitutionis quoniam † ratio ob
quam illa emanauit potest adaptari ad census post illius promulgationem à Communitatibus status Ecclesiastici imponendos, *iuxta theoricam* Bar. *tam in l. illicitas in princ. ff. de offic.* Præsid. quam alibi traditam, quem sequuntur Ruin. *consil. 39. num. 18. vers. non obstant. lib. 1. & cons. 49. num. 11. lib. 3.* Soc. Iun. *cons. 21. num. 5. vers. & ad regulam lib. 1.* Ceph. *cons. 644. num. et 33. lib. 3.* Marcabrun. *cons. 26. num. 68. & seqq.* Qui mouentur ea potissimum ratione quod lex, statutum, & Constitutio futuris dant formam negotiis, *l. leges, & constitutiones C. de legib.* Rim. Iun. *cons. 25. num. 52. & seqq. lib. 1.* Et lex † de- 60
ber esse generalis comprehendens omnes casus *l. leges vt generales, & ibi* Scriben. *C. de legib. can. erit autem lex. 4. distinct.* quæ generalitas in præsenti casu, in eo consistit, vt per eam prouideatur respectu omnium censuum etiam in futurum per dictas communitates imponendorum non quidem quod quãdocunque nouus census imponitur denuo talis constitutio promulgari videatur, sed in vim primordialis dispositionis eiusdem constitutionis, quæ ob identitatem rationis (videlicet ad subleuationem grauaminum, & commoda populorum) quæ militat tàm in censibus impositis ante dictam constitutionem, quàm in impositis postea æquè comprehendit vtrosque Alex. *cons. 5. ad fin. lib. 3.* Crau. *cons. 118. n. 15. lib. 1. & de antiq. temp. par. 4. in prin. n. 90. & seqq.* Surd. *cons. 302. n. 22. lib. 3. & nos diximus supra n. 21. & infra.*

Quod probatur etiam auctoritate Sacræ Paginæ *in 2. epist. ad Roman. cap. 3.* dum in illis verbis, *Iustificati gratis per gratiam ipsius per redemptionẽ quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius ad ostentationẽ iustitiæ propter remissionem præcedentium delictorum*, loquitur per tempus præteritum *præcedentium* iuncta *glossa* ibi, quæ subdit *& præsentium*, & idem D. Paul. *ad hebr. capit. 9.* in illis verbis, *& ideo noui testamenti mediator est, vt morte intercedente in remissionem eorum prænaricationum, quæ erant sub priori testamento repromissionem accipiant*, vbi similiter *glos.* ad illud verbum *priori*, addit, *& præsenti*, & sic tempus

præteritum

præteritum trahitur ad futurum, quod nulla alia ratione fieri potest, nisi quia eadem militat ratio quod D. Iesus Christus æque voluerit saluos esse eos qui vixerant in testamento veteri, ac eos qui vjuent sub lege gratiæ in testamento nouo, cum apud Deum nulla sit acceptio personarum, & D. Iesus velit omnes homines saluos fieri, vt bene expressit idem D. Paulus *in 1. epist. ad Thimot. cap. 2.* in illis verbis *Christus Iesus qui dedit in redemptionem semetipsum pro omnibus, & in eadem epist. cap. 4.* per illa verba, *Christus est Saluator omnium, & in 2. epist. ad Chorint. cap. 5.* loquens de Christo Iesu dixit, *& pro omnibus mortuus est*, & D. Ioannes *in 1. epist. cap. 2.* in illis verbis, *ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantum, sed pro totius mundi*; & habetur *in extrauag. Vnigenitus, de pœnit. & remiss. post princip.* vbi Papa loquens de Thesauro Ecclesiæ militanti per sanguinem Iesu Christi acquisito protulit hæc verba, *Volens suis thesaurizare filiis pius pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt Dei amicitiæ participes facti sunt, & proinde thesaurus iste fuit acquisitus non solum pro expiandis, & redimendis præteritis peccatis, & preuaricationibus sed etiam pro futuris*, vnde ob rationis identitatem tempus præteritum trahi debet ad futurum etiam in casu nostro, vbi intentio Papæ in dicta Constitutione (quæ
61 † ex illius proœmio colligitur *l. fin. ff. de hared. Instit.* Decian. *cons. 72. num. 49. lib. 2. & cons. 7. num. 69. lib. 5.*) fuit prouidere omnibus populis, & communitatibus Sedis Apostolicæ ditioni subiectis, vt demonstrant
62 tam verbum illud Populorum, indefinitè prolatum, † quod vniuersali æquipollet Bart. *in l. si pluribus ff. de*
63 *leg. 2.* Decian. *cons. 17. num. 20. lib. 1.* Maxime † cùm sit adiecta personis, & nomini collectiuo vt subiungit ibi Decian. *num. 21. post alios, quos allegat.* Quam illa verba ad sublenationem, & commoda, quæ conueniunt tam iis, quæ tempore promulgationis dictæ cõstitutionis grauabantur censibus ad rationem octo, nouem, vel decem pro quolibet centenario, & anno impositis, vt innuit illud verbum subleuationem gra-
64 uaminum, subleuamen † enim præsupponit existentiam grauaminum *l. manumissiones, ff. de stat. homin. cum vulgar. 6.* quam iis, qui licet eo tempore talibus censibus non essent grauati poterat tamen cõtingere quod in posterum indigerent pecuniis, & cogerentur illas ad censum accipere, & proinde valde commodum illis fuit constituere, ne census vendi possint ad maius prætium quam ad rationem septem pro centenario, & anno, vt innuit illud verbum commodo.

Quamobrem licet dicta constitutio loquatur per verba præteritum importantia, debet intelligi vt comprehendat etiam census in futurum per dictas Communitates imponendos. Et eo magis quia est val-
65 de verisimile quod † si Papa de hoc fuisset interrogatus ita respondisset, & proinde idem est, ac si id expressisset vt in statuto ita argumentatur Soc. Iun. *cons. 21. num. 5. lib. 1. cum aliis congestis per* Mascard. *de general. statutor. Interpr. conclus. 2. num. 260.* Ita autem verisimilis voluntas Papæ probatur ex eo quod ratio constitutionis in proœmio illius explicata omnino etiam in censibus post ipsius promulgationem impositis viget, *vt subdit* Soc. *ibid. d. n. 5.*

Cùm itaque huiusmodi intellectus conueniat menti ipsius Papæ constituentis etiam quod verbis non conueniret, quod ex prædictis falsum est, est nihilo-
66 minus recipiendus, † nam mens dicitur spiritus constitutionis verba autem vicem corporis gerunt Rol. *cons. 8. num. 31. lib. 1. & cons. 70. num. 56. lib. 3.* Paris. *cons. 16. num. 30. lib. 3.* Rom. Iun. *cons. 52. num. 69. lib. 1.* & sicut corpus subiacet spiritui, ita verba subiacent
67 menti nam † verba debent deseruire intentioni non intentio verbis. Rimin. Iun. *d. cons. 52. num. 68.* Decian.
68 *cons. 60. num. 20. lib. 3.* Immo talis † interpretatio elicita ex mente constituentis dicitur inesse de necessitate eiusdem constitutionis Bal. *cons. 411. numer. 1. vers. vnde quod vni lib. 1.* & † nunquam censetur reie- 69
cta Decian. *cons. 18. num. 12. & seq. lib. 5.* etiam quod statutum, & † constitutio excluderet omnem inter- 70
pretationem, *ad* Bar. *in l. omnes populi, num. 65. & ibi* Iaf. *num. 56. ff. Instit. & Iur.* Paris. *d. cons. 16. num. 51. lib. 3.*

Ad ea autem, quæ in contrarium allegabantur non videtur admodum difficilis responsio. Nam ad primum, quod Constitutio ista loquatur per verba præteriti temporis, quæ ad futura non trahuntur respondetur, quod hoc non est perpetuum immo contrarium firmat pro veritate Bart. *in l. cum lex num. 2. ff. de legib.* quod multo magis procedit vbi viget eadem ratio, *vt per* Bart. *in d. l. omnes populi, num. 64.* vbi pro vtraque parte allegans tandem in vers. si vero continet firmat quod verba statuti etiam prolata in tempore præterito trahatur ad futura vbi viget eadem ratio, prout vigere in hac constitutione supra fuit deductum.

Quæ responsio potest confirmari ex traditis per Nauar. *in can. statuimus 19. quæst. 3. num. 42. vers. octauo nota, vbi ad interpretationem decreti Concilij Tridentini sess. 25. c. 5. de regularib.* in illis verbis *Clausuram monialium vbi violata fuerit, restituì, vbi inuiolata est conseruari maximè procurent.* licet secundum illorum sonum videantur comprehendere dumtaxat illa monasteria in quibus ante concilium præfatum fuerat introducta clausura, attenta tamen mente, † quæ ma- 71
gis est attendenda quam verba *can.* Marchion. *in quæst. 1. cap. fin. de reg. iur. in 6.* concludit quod decretum illud comprehendat etiam illa monasteria, quæ nullo tempore clausuræ obseruantiam habuerunt, & hoc ob rationis identitatem propter quam verba sonantia in tempus præteritum trahunt ad tempus futurum. Quod multo magis est recipiendum in hac constitutione, ex quo verba proœmij illius sunt generalia, vt dictum est. Nam licet Papa in corpore dictæ constitutionis videatur se restringere ad census impositos hactenus, & sic per verba importantia tempus præteritum, quia tamen verba proœmij sunt generalia, tota constitutio debet generaliter intelligi etiam de censibus in futurum imponendis, *l. regula §. fi. in illis verbis. Nam initium constitutionis generale est, & ibi* Bart. *ff. de Iur. & fact. ignor.* Curt. Iun. *cons. 185. num. 1.* Nam † proœmium legis, & constitutionis dat in- 72
tellectum toti legi, & constitutioni. Bart. *in d. §. in fin.* Decian. *regul. 133. num. 4.*

Quod confirmatur, quia si ratio tollendi grauamina communitatum status Ecclesiastici mouit illum Sanctum Pontificem ad reducendum ad rationem septem pro centenario, & anno census, qui iam erant constituti ad rationem, octo, nouem, vel decem non obstante quod tolleret ius iam quæsitum emptoribus dictorum censuum contra regulam de non tollendo iure quæsito, multò magis dicendum est, quod voluerit comprehendere census in posterum per dictas Communitates imponendos in quibus nemini est ius quæsitum, & nemini in iure quæsito fit præiudicium; nam † difficilius tollitur ius quæsitum, quam 73
ius quærendum. Crau. *post alios cons. 139. sub num. 7. lib. 1.* Ceph. *cons. 58. numer. 36. & seq. & num. 60. & seq. lib. 1.*

Ad illud quod tempus determinato modo prolatum non recipiat functionem alterius temporis, respondetur † quod procedat dumtaxat quando tempus 74
est determinatum non in genere, sed præcisè & specificè Bald. *in cap. licet col. 1. extr. de supplen. neglig. prælat.* Iaf. *in auth. quæ supplicatio num. 5. vers. tamen contra istum C. de precib. Imper. offer.* Nat. *cons. 485. num. 3. vers. testatur namque, & in lib. 3.* sed in hac

constitutione

constitutione non legitur quod illius dispositio sit relata ad aliquod certum, & specificum, & determinatum tempus meritò, &c.

Ad illud quod quando Papa in hac constitutione voluit comprehendere tempus futurum expressit, respondetur quod ideo Papa non disposuit expresse super censibus in posterum imponendis, vel quia sciebat hanc suam Constitutionem ob identitatem rationis in procœmio expressæ illos quoque comprehendi, quia vbicumque ratio expressa viget etiam si verba deficiant casus dicitur comprehensus in omni materia quantumuis odiosa, & correctoria glos. *in cap. 1. in verbor. talia extr. de tempor. ordinand.* Ias. *in auth. quas actiones num. 22. C. de sacrosanct. Eccles.* Paris. *cons. 16. num. 23. & seq. lib. 3.* Crau. *cons. 183. num. 3. circa med. horum auctoritate* Ludouis. *decis. 293. num. 14.* vel quia illorum impositio erat omnino prohibita per constitutionem Sixti V. editam de anno 1586. & die 30. Septembris *in Bullario inter eius bullas num. 42.* & propterea poterat verisimiliter credere communitates census præfatos non fore imposituras, vel quia habebat in animo dictam constitutionem Sixti V. innouare prout fecit in Bulla edita super bono regimine *in ordine suarum Bullarum 10. in §. 12.*

Ad rationem desumptam ex geminatione verborum importantium tempus præteritum respondetur,
75 quod geminatio illa † & verba geminata debent intelligi ad limites mentis, & rationis procemio dictæ constitutionis expressè. Nam in constitutione plus est attendenda ratio, quam verba Alex. *cons. 52. numer. 10. libr. 4.* Oldrad. *dec.* Pedem. *59. num. 7.* Paris. *cons. 83. n. 13.*
76 *& seqq. lib. 3.* Nam † ratio regulat dispositionem *l. cum pater. §. dulcissimis ff. de leg. 2.* & hinc supra dicebamus, quod vbi ratio assistit, verba præteriti temporis comprehendunt etiam tempus futurum, & quod sequens dispositio debet secundum rationem generalem in præfationibus expressam intelligi, & interpretari Crau. *cons. 192. n. 21. post princ. libr. 1.* Menoch. *præsumpt. 2. n. 13. lib. 6.* Quod maximè recipiendum est in constitutione ista, cum illa emanauerit pro populorum Sedis Apostolicæ ditioni subiectorum commodo, & vtilitate. Becc. *cons. 10. sub n. 2. vers. & in primo lib. 1.* Gozad. *cons. 1. num. 16.*

Secundum principale fundamentum Dominus Paulus desumebat, vt ipse profiteretur à ratione dictæ constitutionis, quam dicit fuisse, non vt præiudicaret emptoribus censuum à communitatibus venditorum ad rationem, octo nouem, vel decem pro quolibet centenario contra Constitutionem Sixti V. forsam etiam de licentia Dominorum superiorum non tamen cum examinatione causæ necessitatis, sed vt reduceret ad normam dictæ Constitutionis Sixti Quinti, & sic ad rationem septem.

Verum hoc quoque tollitur negando, quod illa fuerit causa finalis ob quam Papa motus fuerit ad dictæ
77 Constitutionis promulgationem. Sed potiùs † causa finalis fuit vt subleuaret populos Sedis Apostolicæ dictioni subiectos à grauaminibus & prouideret illorum commodis, vt colligitur tum ex primis verbis Procemij eiusdem Constitutionis quæ sunt ista, *quæ ad sublenationem, &c.* tum ex subsequentibus verbis ibi, *Sane non sine animi nostri molestia accepimus pleraque communitates, &c.* ex quibus verbis procemialibus causam finalem constitutionis colligi supra fuit dictum, tum demum ex verbis sequentibus ibi *Nos igitur in præmissis opportunè ratione aliqua saltem ex parte prouidere volentes, &c.* pondetando illud verbum *in præmis-*
78 *sis,* † quod operatur idem ac si præcedentia specificè, & nominatim essent expressa Crau. *cons. 929. numer. 8. lib. 5.* Surd. *cons. 336. num. 19. lib. 2.* Rota *dec. 711. numer. 1. par. 1. diuers.* Vnde apparet quod causa finalis dictæ Constitutionis fuit subleuamen grauaminum, & vtilitas, & commodum communitatum, & populorum. Via autem, & modus perueniendi ad dictum finem fuit reductio censuum ad rationem septem pro quolibet centenario, & anno, & propterea † illa tanquam fina- 79
lis, & non alia attendi debet Soc. sen. *cons. 251. col. 8. dub. num. 6. vers. comprobatur lib. 2.* Crau. *cons. 237. num. 14. lib. 1.* Rol. *cons. 58. numero 86. lib. 3. & cons. 99. numer. 46. lib. 4.* Mandell. Alb. *cons. 57. num. 7. lib. 1. etiam non attentis verbis* Patis. *cons. 32. num. 42. lib. 2. & cons. 72. num. 52. lib. 4.*

Verùm licet Papa voluerit populorum grauaminibus prouidere, noluit † tamen nimium emptoribus 80
censuum præiudicare inhærendo regulæ *l. 2. §. merito ff. ne quid in loc. public.* impositiones dictorum censuum penitus, & omnino annullando, sed voluit vtique parti consulere prouidendo dictis grauaminibus ex parte, vt ipsemet profitetur, per reductionem huiusmodi censuum ad rationem septem qui est fructus moderatus, & indemnitati emptorum eorundem censuum accommodatus, & congruus. Quod non respicit damnum eorum, qui in posterum census forent à Communitatibus, & populis præfatis empturi, cùm † 81
eorum patrimonium non diminueretur in quo damnum consistit *l. 3. ff. de damn. infect.* Decian. *cons. 97. numer. 49. & 50. lib. 2.* Mantic. *dec. 21. num. 8.* Sed potiùs cessatio lucri, quæ † inter se valdè differunt, *vt per* 82
Bart. *in l. quominus numer. 6. ff. de flumin.* Rimin iun. *cons. 498. num. 24. lib. 5.* Surd. *cons. 321. numer. 10. lib. 3.* Nam damni, & lucri diuersa est ratio, & diuersum ius *l. Proculus ff. de damn. infect. l. fin. §. licentiam C. de iure del. lib. cum similib.*

Tertiò principali fundamento impugnabat Dominus Paulus conclusionem supra à nobis firmatam, quia inquit, si Constitutio præfata Clem. VIII. comprehenderet census in posterum imponendos daretur Communitatibus, & populis occasio committendi periuria, quam esse omni conatu fugiendam latissimè deducit, & egregiè comprobat, inferens quod sola verisimilitudo quod periurium possit committi improbatur.

Cæterùm licet ista verissima sint, non tamen videntur censui proposito accommodari posse. Nam dato etiam, quod insurgat possibilitas committendi periurium, illa tamen non potest operari, quod hæc Clemen. VIII. Constitutio, quæ est in summa æquitate, & paterna charitate fundata, vt ipsemet Papa sub illius initio profitetur & in generalitate rationis finalis comprehendit etiam census in posterum imponendos debeat quoad illos ob solam possibilitatem quod circa eos possint committi periuria reputari iniusta, & iniqua. Nam, iustitia contractus, non debet à 83
futuro euentu, vel ab iis, quæ postea contingunt, & fiunt iudicari, & cognosci, sed à forma seruata, vel non seruata tempore celebrati contractus, *vt per tex. in l. 2. C. de rescind. vendit. dicit* Surd. *cons. 282. numer. 13. vers. ratio enim lib. 2. & in tract. de aliment. titul. 9. q. 110. num. 9.*

Nec contractus venditionis, & alij, qui ex propria, & primordiali eorum natura fuit iusti, & liciti, debent reputari illiciti, & iniqui ex eo, quod in istis mille fallaciæ, & dolus multiplex in tertij præiudicium committi possit, vt aliorum auctoritate *dixi supra part. 1. c. 1. q. 4. art. 5. nunc q. 12.*

Prout lex non debet improba, & iniqua reputari, ex eo, quod † per eam sit cognitum, & inductum pecca- 84
tum, vt per Apostol. ad Romanos cap. 7. imò lex debet ab omnibus seruari, quantum vis sit dura *l. propexit. ff. qui & à quib. & quicquid fit contra legem* nullum est, vt nullius probare. *l. non dubium Cod. de leg. lib.*

Vltra † quod ista possibilitas quod Communitates, 85
& populi committant periuria non est habenda in consideratione, tanquam contrahi præsumptioni iuris

quod

quod quilibet sit bonus, *l. merito. ff. pro soci.* propter † quã semper est capienda præsumptio exclusiua delicti *glos. in Isaurs gentium §. quod fere in verb. approbatur ff. de pact.* Bald. *in l. Imperator. ff. de stat. homin.* Menoch. *præsumpt. 2. num. 1. lib. 5.*

87 Et nemo † præsumitur immemor salutis æternæ *l. fin. Cod. ad l. iul. repetund.* Hond. *cons. 91. numer. 88. lib. 1.* Et consequenter non est credendum quod quis 88 sit commissurus periurium, † cum mali euentus non sint considerandi *l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat.*

Præterea vix dari potest casus quod Communitates, & populi illaqueentur periuriis, † cùm vt plurimum soleant contrahere mediante persona eorum 89 Syndici, & Procuratoris, leges autem non ad ea quæ raro, sed ad ea quę frequenter solent contingere respiciunt, & adaptantur *l. nam ad ea de legib.*

Et licèt Communitates, & vniuersitates teneantur ad obseruantiam contractuum per Syndicos, & actores factorum laſ. *in prælud. feudor. num. 53. sequitur* Mantic. *de iuramen. part. 4. effect. 164. num. 4.* attamen quo ad spiritualia, & pœnas periurij, cum sint sine anima in eas non cadit periurium. Bald. *in l. generaliter in princ. C. de rebared.* Natt. *cons. 598. num. 13. lib. 3.* Seraphin. *de priuil. iuramen. Priuileg. 83. num. 27. qui alios allegat.* Et propterea absque labe periurij, & sine necessitate obtinendi relaxationem à vinculo iuramenti possunt contrauenire iuramento præstito, ab eorum Syndico, & actore. Bero *cons. 8. n. 23. & seq. lib. 3.* Mantin. *d. effect. 164. num. 2.*

90 Quibus addi potest, quod † quatenus Communitates, & vniuersitates propter vinculum iuramenti tenerentur soluere census post promulgationem dictæ Constitutionis ad maiorem summam quam septem pro quolibet centenario, & anno impositos, & quod tale iuramentum virtute dictæ Constitutionis non censeretur remissum, & relaxatum, nec super eo dispensatum, vt Dominus Paulus in dicto suo responso latè nititur comprobare, non propterea censerentur prohibitæ id, quod vltra summam per dictam Constitutionem taxatam soluissent, tanquam indebitè, & contra illius dispositionem solutum repetere, vt de soluente vsuras medio iuramento promissas dicit Papa, *in cap. debitores extr. de iureiur.*

Quartum, & vltimum principale fundamentum quod D. Paulus ad infringendam dictam meam conclusionem adducit est elicitum, vt ipse prætendit, ex obseruantia subsecuta, quæ huic Constitutioni Clem. VIII. interpretationem dedit, affirmat enim ipse post promulgationem illius fuisse à Communitatibus Sedis Apostolicę ditioni subiectis impositos multos census ad maiorem rationem quam septem pro quolibet centenario, & anno, & illos fuisse approbatos à sacra Congregatione Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Præpositorum pro executione Bullæ ab eodem Clem. VIII. editæ sub bono regimine.

Sed hoc quoque facili negotio subuertitur; Quatenus enim per aliquas Communitates fuerit impositus aliquis census vltra rationem septem, credendum est quod id fecerint de licentia dictæ sacræ Congregationis, quæ vel ob pecuniarum inopiam, vel ob necessitatem Communitatum, vel ob alias legitimas causas duxerit cum illis dispensandum, quod in illius arbitrio esse repositum idem D. Paulus in fine secundi fundamenti principalis confitetur, ita enim præsumendum est ad euitandum delictum, quod Communitates commisissent, contrauenciendo Constitutioni Sixti V. de qua suprà dictum fuit.

Nec obstat quod idem D. Paulus dicit in dataria solere concedi reductiones censuum Communitatum ad annua scuta septem pro centenario, & anno, & quod huiusmodi noua concessio foret superflua si eos complecteretur Bulla Clem. Quod asserit conuincere sub Constitutione præfata census impositos post illius promulgationem non comprehendi, idque manifestè colligi ex hac subsequenti obseruantia.

Quia non docetur fuisse habitum recursum ad Dataria pro reductione censuum venditorum ab aliqua Communitate status Ecclesiastici post promulgationem dictæ Constitutionis, & quatenus doceretur, talis recursus, & reductio diceretur facta ad cautelam, ex quo non erat necessaria stante dispositione dictæ Bullæ Gabr. *cons. 71. num. 3. lib. 2.* & quæ fiunt ad maiorem cautelam non † sunt superflua, nec ex eis potest resul- 91
tare probatio obseruantiæ Gabr. *cons. 193. num. 12. lib. 2.* Vinc. de Franch. *dec. 663. num. 8. l. pen. C. de exhib.* sed illa est † omnino probanda ab eo, qui illam allegat Ceph. 92
cons. 299. num. 19. lib. 2. Rot. *coram* Seraphin. *decis. 153. num. 2.* Et debet esse certa, & indubitata, † & inducta 93
ex actibus vniformibus Bero *cons. 137. numer. 31. lib. 3.* Marescott. *qui alios allegat var. resol. lib. 1. c. 13. n. 15.* & de censibus impositis post promulgationem dictæ Constitutionis Rota *coram* Reuerendissimo D. meo Coccino Decano *dec. 103. num. 15.* imo cùm expressione, & specificatione dictorum censuum Rota *dec. 196. n. 8. part. 1. recent.*

Cæterum dato etiam sine veritatis præiudicio quod asserta obseruantia probaretur, non tamen posset huic Pontificiæ Constitutioni dare interpretationem. Primò † quia tunc dici posset obseruantia interpretatiua 94
dictæ Constitutionis, si illa mediante contenta in dicta Constitutione effectuarentur, sed quia per dictam prætensam obseruantiam inducitur diuersum, & contrarium dispositioni dictæ Constitutioni non potest dici interpretatiua illius, nec quod ex tali obseruantia resulter vsus Constitutionis, imo resultaret potius contrarius vsus, qui † non potest seruire pro in- 95
terpretatione illius Rota *d. decis. 196. numer. 7. vers. obseruantia enim d. par. 1. recent. & dec. 136. numer. 10. ead. part. 1.*

Secundo quia cùm dicta obseruantia habeat initium contra dispositionem dictæ Bullæ, & sic vitiosum non potest eidem Bullæ dare interpretationem. Crau. *cons. 680. num. 5. libr. 4.* Rot. *dec. 136. num. 12. par. 1. recent.*

Tertio quia cùm in dicta Constitutione adsit non solum decretum irritans, sed etiam Clausula *sublata, &c.* quæ † claudit os omnibus ne aliquid contra eius 96
dispositionem dicere, aut gerere possint Verall. *dec. 134. n. 4. lib. 3.* cum aliis apud Marescott. *variar. resolut. lib. 2. cap. 38. num. 18.* consequenter † est cuilibet sublata facultas obseruandi contrarium eius, quod in dicta Con- 97
stitutione dispositum reperitur Rim. iun. *cons. 503. n. 36. & lib. 5.* Gratian. *discept. forens. cap 546. num. 50.* Rota, *dec. 37. num. 21. par. 2. diuers. & in recent. dec. 72. n. 8. par. 1.* & proinde nihil contra dispositionem Bullæ præfatæ potuit obseruantia.

Quarto quia cùm † agatur de interpretanda Con- 98
stitutione Papæ ad ipsum erat recurrendum pro habenda illius interpretatione, nec inferiores poterant illam interpretari Rimin. iun. *consil. 659. n. 23. & seqq. lib. 6.* cum † enim potestas Papæ non sit ab homine, 99
cap. de nouit. extr. de iudic. non possunt inferiores illius dispositioni per contrarium vsum contrauenire absque illius scientia, Rota *dec. 197. num. 3. & dec. 213. numer. 2. par. 1. recent.* immo † requiritur expressus illius consen- 100
sus nec sufficit tacitus Rota *dec. 221. sub num. 5. d. par. 1. recent.*

Vnde sequitur quod, vel non reperitur obseruantia contraria dictæ Constitutioni Clem. VIII. vel in omnem euentum illa non est releuans nec potest illius dispositionem tollere; vel interpretari, quibus accedit quod Constitutio illa loquitur de censibus impo-

sitis

situs per Communitates,& vniuersitates, quæ cum re-
101 presententur per Rectores & Decuriones, qui solent
singulis annis mutari habent præsumptam ignoran-
tiam eorum, quæ antecessores gesserunt animaduertit
Alc.*cons.*203.*num.*33.*quod est* 7.*lib.*4. & proinde in illis
02 † nihil potest operati obseruantia,*vt non obscurè sentit.*
ibi Alc.*& expresse dixit* Menoch.*præsumpt.*103*num.*38.
*lib.*3.

Ex quibus existimo apparere fundamenta facta per Dominum Paulum contra supradictam à nobis firmatam conclusionem non esse talia,quæ congrua responsione tolli, & euelli non possint & consequenter illam remanere firmam,& inconcussam.

Ea autem quæ idem D.Paulus adducit pro responsionibus per eum datis ad ea,quæ ipsemet adduxit pro ratione dubitandi in dicto suo responso, sunt ni fallor, ad sufficientiam sublata in responsionibus datis primo eius fundamento ideo non repeto.

SVMMARIA.

1 *Pretium in emptione, & venditione debet conuenire in pecunia numerata.*
2 *Solui tamen potest in qualibet Specie æstimata.*
3 *Pretium rei dici potest quidquid pro ea datur.*
4 *Pretium census ex Bulla Pij V. debet consistere in pecunia numerata.*
5 *Aliàs contractus est nullus, tàm in foro fori, quam in foro poli.*
6 *Etiam si constet in auro rudi,vellaborato, non tamen excusso causa expendendi.*
7 *Et hoc est de natura contractus.*
Limitatur in censu constituto ante Bullam Pij V. numero 9.
Sed contraria opinia, quod procedat etiam in censu imposito ante dictam Bullam, est verior. numer. 10. *& seqq.*
*Limit.*2.*in censu, qui alienatur sine interuentu pretij,* num.12.
*Limit.*3.*in censu,qui constituitur in casu assignanda dotis,*num.13.
[*Dominus census potest illum vendere pretio conuento etiamsi non soluatur in pecunia numerata.*]
8 *Contractus census non dicitur perfectus antequam solum fuerit pretium in pecunia numerata.*
10 *Contractus census est magis suspectus de vsura, quam quilibet alius.*
11 *Pretium census constitui debere in pecunia numerata fuit pro forma introductum à Martino V.& Calixto III. secundum quorundam sententiam.*
14 *Census pro cuius pretio datur in solutum quauis res, est nullus.*
15 *Census,qui emitur per delegationem nominis debitoris, est nullus.*
16 *Census pro cuius pretio dantur fructus aliorum censuum non solutorum,est nullus.*
17 *Vsuræ vsurarum de iure non debentur.*
[*Præcipuè. Hæc dictio presuponit adesse alios casus.*
18 *Contractus celebratus non seruata forma,est nullus.*
19 *Emptor census venditi non seruata forma Bullæ Pij V. tenetur imputare in sortem fructus perceptos.*
20 *Pecuniæ depositatæ, ne possint leuari sine consensu Titij,eo non consentiente non possunt erogari pro pretio census.*
[*Depositum si exhæsetur, non seruata illius lege præsumitur extare penes depositarium.*
Depositum factum ad effectum inuestiendi, potest restitui deponenti.
Maximè si in actu deponendi non sit expressum tempus,nec bona quando,& in quibus inuestimentum sit faciendum.

21 *Census constitutus, vt detur venditori prædij loco pretij illius,est nullus.*
22 *Limitatur si ex instrumento venditionis prædij appareat illius pretium fuisse integraliter solutum.*
23 *Solutio momentanea si vtilitatem afferat,est considerabilis.*
24 *Solutio pretij prædij, & constitutio census, cum illius pretio,sunt actus separati.*
25 *Vendens prædium,si ex illius pretio nulliter emat censum ab emptore prædij,potest illius prædij fructus percipere.*
26 *Census licitè emi potest dando in solutum verum creditum.*
27 *Contrarium defendit Felicianus in terminis Bullæ Pij V.*
28 *Sed prior opinio placuit multis,& Auctori.*
Neque propterea contractus dici potest simulatus n.31. & seq.
29 *Debitum ex vna causa potest de consensu partium conuerti,vt debeatur ex alia causa.*
30 *Actio vna aliquando occultatur celeritate coniungendarum actionum.*
32 *Simulatio non potest considerari, vbi actus habet fomentum ex veritate præcedentis causæ.*
[*Simulatio probatur solis coniecturis maximè in fraudem vsurarum etiam,vt sequatur condemnatio.*
Simulationis exceptio non admittitur contra publicum instrumentum.
Simulationis exceptio non retardat executionem Cameralis obligationis.]
33 *Census post Bullam Pij V. validè emi posse cum pecunia vere debita,voluit Surdus.*
[*Causa finalis Bullæ Pij V. super form. creand. census fuit eradicare suspicionem vsurarum.*
Suspicio vsurarum in contractu censuali cessat quando census emitur cum vero credito.]
34 *Contraria opinio placuit aliis, & Auctori,* numero 35.
*Concilianter opiniones, vt affirmatiua si vera in foro Poli,negatiua in foro Iudiciali,*n.37.
36 *Forma non potest impleri per æquipollens.*
38 *Emens censum cum suo vero, & reali credito non est tutus in foro conscientiæ simpliciter, & indistinctè,sed cum distinctione,de qua ibi.*
[*Cautelæ vt licitè, & validè ematur census cum vero credito.*
Censu licitè emitur ex pretio eodem tempore reducto,ex venditione mercium.

Pretium census debet constitui in pecunia numerata.

QVÆSTIO XLVIII.

*aliàs par.*2.*cap.*1.*qu.*1.*ar.*5.

QVod pretium erogandum in emptionem annui redditus debeat constitui, & conueniri in pecunia numerata, non videtur quod possit in dubium reuocari,cùm enim hæc non minus sit species emptionis & venditionis,quam emptio,& venditio quarumcunque aliarum rerum, vt deductum fuit *supra hac ead. quæst.art.*1.quis dubitet † quin pretium debeat consistere in pecunia numerata,*l.*1 *ff. de contr. empt. l.*1.*ff. de rer. permut.cum sexcentis similibus.* Ari.Pinel. *ad rub.C. de rescind. vendit. par.*2.*cap.*1. *num.*10. *& seq.* Et licet contrariam sententiam pluribus confirmare conetur Ludou.de Auend. *in suo tract. de censib. Hispan.cap.*37. *num.*13. *& seqq.* dicta tamen per ipsum non videntur

adaptari posse ad decisionem propositæ dubitationis: ipse enim loquitur de censibus Hispaniæ, vbi *Bulla Pij V. super censibus*, fuit in hac parte vsu recepta, vt ipsemet profitetur, *ibid. num.23. & seqq. & sæpius in d. suo tract.* non autem censu constituto, & creato ad formam, *d. Bulla Pij V.* de quo est disputatio nostra; vt colligi etiam potest ex nouo fundamento, quod affert pro sua opinione, *n.21.* vbi concludit de censu creato secundum ius diuinum, & naturale. Cauendum tamen est ab eo, dum *d. cap.37. n.31.* negat pretij numerationem pro forma requiri à *Pio V. in d. sua Bulla*: nam contrarium firmauimus *infra num.4.* & latius, *hac ead. q.1. art.6. nunc q.49. n.11. & seqq.*

Dubium tamen esse potest, an sicut in venditionibus aliarum rerum licet pretium sit conuentum in pecunia numerata, possit † tamen solui in quacumque alia specie æstimata, *l. pretij, C. de rescindend. vendit. glos. in l.2. §. fine pretio, ff. de contrah. empt.* Pinel. *ad c.1. n.16.* Fab. de Monte, *in tract. de empt. & vendit. q.5. num.2.* & pretium † dici potest quidquid pro re datur, vt per *text. in l. seruorum, §.1. ff. de statu. hom. dicit* Tiraq. *de retractu lignag. §.1. glos.14. numer.41.* hoc etiam recipiatur in venditione annui census, vt in puncto, Paris. *cons.75. numer.32. lib.4.* Surd. *cons.162. numer.39. & seq. lib.2.* Gasp. Roderiq. *in suo tract. de ann. reddit. lib.1. quæst.13. numer.3.* Circa quam in terminis *Bullæ Pij V. super censib.* nulla potest esse dubitandi occasio, cum per eam fuerit expressè dispositum, quod pretium census debeat solui in pecunia numerata, & admittunt absque contradictione Doctores omnes † affirmantes hoc pro forma fuisse per dictam constitutionem sancitum, Ludouic. Lopez *in suo tract. de contract. lib.1. capit.59. vers. ad hæc, & alia* Surd. *cons.318. numer.8. & seq. lib.3.* Bernard. Greu. ad Andr. Gail. *Obseruat. iur. lib.2. obseruat.7. considerat.1. de requisit. 2. num.9. & 10. & placuit* Nicolao Intrigliolo *super Bulla de censib. q.97. num.1. & seqq.* Et † si pretium census non soluatur in pecunia numerata, contractum esse nullum tàm in foro exteriori, quam in foro conscientiæ, dicit Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. part. 2. disput. 390. num.1. in fine*; etiam † si pretium consistat in auro, vel in argento rudi, & elaborato, non autem coniato, & excusso gratia expendendi, *vt deducit* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 2. lib.1. cap.4. num.4.* & non dissentit Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib. q.13. num.3. vers. verum tamen est, & infra.* [Et ita hunc locum nostri tractatus referens concludit D. Ludouicus Paitellius à S. Angelo in Vado I. C. ætate nostra celeberrimus & meæ amantissimus *in annotat. 6. ad expedit. caus. ciuil.* D. Rutilij Paitelij *sui patris num.1. & seq.*] Licet in censibus Hispaniæ, vbi *Bulla Pij V.* in hac parte non est vsu recepta, vt dictum est: contrarium firmet Ludouicus Auend. *d. tract. cap.39. num.4. cum seqq.* in creatis autem iuxta Bullam præfatam non est recedendum ab opinione præcedenti, & huc † fortè respexit. Felician. *in dd. suis Commentar. tomo 1. lib.1. cap.8. num.11. vers. quarta conditio*, dum dixit hoc esse de natura contractus censualis, Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. iustit. lib.10. quæstion.1. numer.21.* affirmabat post *Bullam Pij V.* non † censeri perfectum contractum census antequam pretium in pecunia numerata solutum fuerit, & Bartholin. *ad d. Bullam glos.6. ad fin.* Molina, *d. disputat.390. num.1.* & Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art.3. controuers.7. numer.1.* asserebant verba huius constitutionis, illud apertè habere, neque debere in alium sensum transferri. Et hanc *Pij V. dispositionem* esse ad vnguem obseruandam, aliàs censum esse nullum declarauit *Rota* sæpius, & signanter *in vna Calaguritana census*, 11. *Decembriis*, 1602. *coram* bon. mem. Litta *quæ est in fine tract. decis.118. numer.3. & eadem die coram* R. P. D. Sacrato, *in vna Romana census, quæ ibid. est dec.119. in princ. & in illa Romana Pretij Pauiæ*, 15. *Ianuarij*, 1607. *coram* b.m. Iusto *quæ est ibid. decis.80. num.5. & in vna Assisien. Census*, 5. *Maij*, 1608. *coram* R.P.D. Coccino Decano, *quæ ibid. est dec.120. n.2. & in aliis causis sæpè.*

Sed dubium versatur, an ante *Bullam Pij V.* huiusmodi solutio pretij census esset necessario facienda in pecunia numerata: In quo † licet Surd. *consil.162. numero 39. lib.2.* & alij supra relati negatiuam sententiam amplexi videantur, cum datio in solutum aliarum rerum loco pretij obtinere videatur, *l. si prædium, C. de euict. per quem tex. in proposito*, Paris. *d. cons.75. n.32. lib.4.* 9

Contrariam tamen sententiam in hoc quoque dubio tenendam esse existimo, maxime *ex Constitutionibus* Martini V. *& Calixti III. registratis in cap.1. & 2. de empt. & vendit. inter Extranag. commun.* quos Pontifices non est credendum perperam, & absque magna animaduersione fecisse mentionem, quod in contractu census, quem ibi confirmauerunt, pretium soluebatur in pecunia numerata, propter quam circumstantiam, in hoc contractu qui † præter cæteros est valdè suspectus de vsuraria prauitate, si credimus. Feliciano, *in dd. suis Commentar. tomo 1. lib.1. cap.8. n.15. vers. altera est*, omnis pænitus videbatur sublata vsurarum suspicio, vt defendit Felician. *d. cap.8. num.11. & seq. post quem* Rebell. *d. lib.10. quæst. 1. num.22. vbi vrgentibus rationibus hanc partem confirmat, & repetit. ibid. quæst.6. numer.9. vers. dixi, vbi reddit rationes eur ita sancitum fuit.* Immo hoc † fuisse pro forma substantiali à Martino V. & Calixto III. sancitum *latè defendit* Felician. *d. tomo 1. lib.2. cap.5. num.17. vers. secundo, hanc eandem sententiam amplexus fuit* Mich. Salon. *d. art.3. controuers.6. n.1.* cum qua est transeundum ea saltem ratione, quia cùm agamus de materia suspecta, & in qua facilius, quam in aliis contractibus committi possunt vsuræ, etiam in casu dubio ea est recipienda opinio, quæ est tutior, & magis fauet animæ, *cap. in Ciuitate, in fin. & ibi not.* Doctor. *ext. de vsur. & nos diximus supra art. ab hinc 2. n.14. & seqq.* 10 11

Quæ conclusio sicut vera est in censu emptitio, qui alienatur ex contractu qui pecuniam exposcit, & de quo loquitur dicta Piana, & reliquæ Constitutiones Pontificiæ, ita dicendum est † eam non procedere in eo censu, qui alienatur ex iis contractibus, qui pretium non requirunt, puta ex titulo donationis, legati, vel simili, *vt defendit* Alcibiad. Lucarin. *obseruat. Pract. lib.1. Academ.5. obseruat.1. n.5. & seqq.* & clarius est, quam quod probatione indigeat. 12

Prour † nec etiam procedit in iis censibus qui creantur, & constituuntur in dotium assignandarum casu, nam tunc census ipsos etiam pecunia ad manus non habita creari posse, & creationem, & constitutionem prædictam respectu actualis numerationis faciendæ non subiacere. *Constitutioni præfatæ Pij V.* & aliorum declarauit idem *Pius V. in quadam sua Constitutione*, quam ad declarationem dictæ suæ Bullæ super censibus promulgauit, *in vers. postremo*, habetur *hæc constitutio*, impressa de verbo ad verbum *supra in principio tractatus.*] Nec similiter procedit in venditione census iam acquisiti, potest enim illius dominus eum vendere pretio conuento, licet non soluatur in pecunia numerata, vt dicemus infra *hac ead. part.2. cap.2. q.2. art.6. nunc q.72. num.16.* & hunc censum licitè pro dotibus constitui posse absque pretij numeratione, bene aliorum auctoritate comprobat Mastril. *dec. Sicil.103. per tot. lib.2.* 13

Ex hac conclusione, vt supra firmata, saltem quo ad census constitutos, iuxta formam *d. Bullæ Pij V.* infertri potest, ad nonnulla, & quidem. 14

Primò † quod cēsus pro cuius pretio datur in solutū aliqua quæuis res sit omnino nullus, vt dicit Rebell. *d. lib.10.*

*d.lib.10.quæst.6.num.9.*Martin.Bonac.*in suo tract.disp.3. q.4.punct.o vnico num.21.vers. tertio.* [quicquid contrarium defendere,& comprobare nitatur Mari.Mut.*de cis.Regn.Sicil.73.sub n.8.ante med.vers.& quamuis hanc opinionem.*]

15 Prout † etiam nullus est ille,qui emitur per delegationem nominum debitorum,vt firmat Felician. *in d. suis commentar. tom.2.lib.1.cap.8.num.10.*

16 Sicut † etiam est nullus ille, in quo loco pretij dantur in solutum fructus aliorum censuum decursi, & non soluti.Navar.*in suo Comment.de vsur.num.94.*Boccacc.*in d.tract.de censib. part.1. n.10. & part.3. num.36.* *sequitur* Leonard.Less.*in suo tract.de Iustit.& iure,lib.2. cap.22. dubitat.12. num.87.* Felician.*in dd.suis Commentar. de censib.tomo 1.libr.1.cap.9. num.16. vers.septimam conditionem.* Intrigliol. *d.tract. quæst.48. numer.1.* [*alios allegat* Mari. Giurb. *decis.Regn.Sicil.24.num.13.& seq. part.1. & resoluit* Rota *in vna Romana prætensi canonis, seu census coram* R.P.D.Manzanedo *23.Iuny 1606. post tract.decis.379. num.12.*] quidquid contrariam sententiam nitatur defendere Ludouic. de Auend. *d.tract. capit.28.num.11.& 12.* [*&* Giurb. *d.dec.24.num.34.& latè* Mari.Mut.*d.dec.75.sub num.8.vers.tamen pura veritas.* Horum tamen opinio non posset recipi in terminis Bullæ Pij V. quæ expressè requirit, vt pretium census verè,& realiter numeretur,coram testibus, & notario in actu emptionis.

Huius autem nostræ conclusionis licet Boccacc.*d.* 17 *num.10.*dicar esse rationem,quia † vsuræ decursæ non possunt facere aliàs vsuras,*l.si non sortem,§.1.ff.de cond. indeb.l.fin. C.de vsur.*[per quam rationem in hanc sententiam videtur etiam venisse Rota *in d.Romana prætensi canonis, post tract. dec.379. num.14.*] hæc tamen ratio,licet in se vera sit , non videtur tamen quod applicari possit casui nostro ,.in quo fructus non soluerentur ex creditо fructuum census non solutorum, sed ex censu denouo constituto , & vendito, tale autem creditum esset pretium huius noui census venditi, [& propterea Rota *d.num.14.* non firmauit se super sola ratione , quod vsuras vsurarum non sit licitum exigere , sed demonstrauit etiam adesse alias rationes, dum dixit , Præcipuè cum illicitum sit nam per illam particulam Præcipuè , ostendit se aliis quoque causis , & rationibus moueri , *l.1.ff.de testibus,& ibi glos. in verb. præcipuè.* Anton.Monach. *dec.Bononien.29. num.44* Augustt Barbos.*de diction.& clausul.in verb. Præcipuè , qua est dictio 230.num.1.*] Vera autem supra firmatæ conclusionis ratio est , quia per *d.Bullam Pij V.* datur pro forma,quod in census venditione pretium soluatur in pecunia numerata , vt dictum est , *supra numer.5. & seqq.* Vnde cùm in casibus mox supra relatis, scilicet, quando loco pretij census dantur in solutum aliæ res, nomina debitorum , & fructus aliorum censuum ma- 18 turati, & non soluti non seruetur forma:ergo † contractus est nullus non solum in foro exteriori , & iudiciali,*l.non dubium,C.de legibus* Laderch.Imol. *cons.184. num.11. ad med.lib.1.* Asin. *in sua Praxi Iudiciar. §.28.* 19 *cap.3. per tot.* Sed † etiam in foro Poli , & animæ , vt multorum auctoritate deducit Felician.*d.cap.8. num.7. vers.contra verò,* & apertè colligitur ex eademmet *Bulla Pij V.in vers.contractus quæ sub alia forma,&c.* dum ibi iudicantur fœneratitij omnes contractus sub alia forma celebrati,quem locum ad id bene cõsideauit Rota *coram* Reuerendissimo P..D. Coccino Decano , *5. Maij,1608.in illa Assisiensi census, quæ est in fine Tract. decis.120.n.2.*& sensit *in d.Romana Census , coram* Reuerendissimo P.D.Saerato 11. *Decembris* , 1602. *quæ est ibid.decis.119.n.3.& seq.*dum declarauit fructus ex censu empto non pecunia numerata tanquam ex contractu vsurario perceptos,non acquiri recipienti, sed esse restituendos, sic licet Intrigliol.*d.q.48.num.4.ad fin.& in inf.* extendat hanc conclusionem in tantum , vt nec etiam emi possit nouus census ex pecunia paulo ante recepta ex fructibus census , per rationes ibi ab ipso consideratas. Ego tamen in hac ampliatione contrarium censeo ex iis,quæ dicentur,*paulò infra hoc eodem art. num.22.& seqq.*

Secundo infertur,quod † si pecuniæ fuerint depo- 20 sitatæ penes aliquem ea lege , & conditione , vt non possint amoueri sine consensu,puta Titij,si Titio non consentiente conuertantur in emptionem census,contractus erit nullus ea ratione,quod emptus fuerit census absque pretio,vt declarauit Rota *in vna Perusina, seu Eugubina Census,27.e Martij.1596.coram* bon.mem. Cardinali Blanchetto,*quæ est post Tract.dec.121.per tot. & in eadem causa* coram eodem *24.Maij eiusdem anni, quæ est ibidem decis.115. num.1.* [Præsumitur enim adhuc depositum extare penes depositarium vt resoluit Rota *sæpius,& signanter in vna Romana depositi de Altonitis 10. Decembris* 1601.*coram* Reuerendiss. D.Coccino Decano,*quæ est inter eius decis.impressa decis.49.in fin.* Titio autem consentiente poterit depositarius pecunias illas exbursare in emptionem census,& consequetur liberationem.

Prout si depositarius pecunias deponenti restituat liberatur, etiam quod pænes ipsum fuissent depositæ ea lege , vt deberent inuestiri in emptione bonorum stabilium , vt deducit Anch.Regien. *qu.ſt.31.numer.15.lib.1.*

Maximè si in actu deponendi non fuisset expressum tempus,nec bona aliqua in quibus inuestimentum fieri deberet,*vt per* Anch.*d.q.31.n.13.& seq.*]

Tertiò infertur, quod † eadem ratione nulla sit & 21 inualida emptio census constituti ab eo,qui(cum emit fundum & non habens pecunias in promptu quibus pretium fundi soluat) imponit censum super suis bonis , & illum dat venditori prædij loco pretij census Ludou.Lopez *qui in suo tract. de contract. lib.1. cap.59. vers.secundum Corollarium , post* Garz. *&* Io. à Medina, *quos allegat*,dicit in vim census hunc contractum non posse sustineri, quod placuit etiam Rotæ *in vna Senogallien. Census,16. Aprilis,1597.coram* b.m. Penia , *quæ est post Tract.decis.122.n.2. & coram* Illustrissimo Cardinali Lancelotto, *9. Decembris*, 1602. *in illa Romana nullitatis census,quæ ibidem est decis.2.n.2.* Licet contrarium defendat Ioan. Guttierez. *Practicar. Quæst.lib.2. q.162.n.8.*quem sequitur Hieron.Cæuall. *Pract. Quæst. communn.contr.comm.q.163.n.51.Licet* Auend.*in d. tract. cap.30.*solùm dubitet de iustitia pretij huius census,& ad quam rationem constitui possit , præsupponens contractum ex se etiam licitum.

Verùm † si ex ipsomet instrumento venditionis 22 prætij appareret de integra pretij illius solutione facta in pecunia numerata , licet illico eædem pecuniæ forent datæ ad censum ipsimet emptori census , talis contractus , & constitutio census sustineretur non secus , ac si census fuisset constitutus , & venditus præsenti pecunia. Nam cùm ista numeratio pecuniæ facta ad computum pretij prædij empti afferat emptori illius vtilitatem , & commodum, quia consequitur liberationem ab obligatione soluendi illud pretium,li- 23 cet † dictæ pecuniæ penes venditorem prædij momento tantum temporis permanserint , ex ista tamen momentanea solutione dominium acquisiuit ille , qui statim eas restituit ad censum emptori prædij , vt considerat. Bartol.*in l. qui sic soluit, 56. ad fin. vers. secundo casu , & ibi* Paulus de Castro , *ff. solut.* Bald. *in leg. si tibi pecuniam , numero 1. vers. appono , & ibi* Alexand.*numer.5.Ias.numer.10. &* Decian. *in fine , ff. si cert. pet.* Ias. *in leg. fratre , numero 7. ff. de cond. indeb.* Imol. *in leg. si quis duos in fine , de solut.* Gerard.de Petra sancta *sing.26. numer.1.*[& ita dicebat Rot. *coram* Reuerend.D.Coccino Decano *in vna Benenentana census 18.Martij*, 1603. *quæ post tract. est decis.*

187. *numer.*10. *& coram* R.P.D.Manzanedo *in vna Romana seu Nepesina census* 13. *Maij* 1624. *post tract. dec.* 454.*num.*10. *& seq.*

Et licet Mastrill. *decis. Sicil.*172. *num.*17. *cum multis seqq. lib.*3. nitatur defendere, quod contractus istè censualis non sustineatur si pretium statim, & clam restituatur emptori cēsus. Hoc tamen dicit procedere quādo ista momentanea solutio nullam affert vtilitatem, & commoditatem soluenti, *vt n.*17. *vers. nec consideratur, & n.*43. *asserent num.*44. *& seqq.* quod quando cum eodem pretio venditor census persoluit suum debitum quod habet cum emptore census, & sic emptor pretium illud recipit ex noua causa contractus censualis sustinetur. Et propter hanc rationem Steph.Gratian. *discept. forens. tom.*4. *cap.*679. *num.*9. defendebat à nullitate contractum societatis officij, in quo socius ponens pecunias post perfectum contractum recepit partem dictarum pecuniarum ad computum fructuum dictæ societatis liberando se à debito fructuum dictæ societatis pro dicto tempore,] & propterea potuit illico pecuniam illam restituere in emptionem census:

24 nam † isti duo actus solutionis pretij fundi empti, & emptionis census sunt considerandi tanquam separati, vt dicebat in puncto Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Lancellotto, 9. *Decembris*, 1602. *in illa Romana nullitatis census, quæ est post Tract. dec.*2. *n.*3. *& optimè facit alia resolutio facta in Rota coram* b.m.Cardin. Pamphilio, *in qua Bononiensi census*, 24. *Aprilis*, 1600. *quæ est ibidem dec.*123. *n.*4.

[Licet autem solutio momentanea suffragetur quando affert aliquam vtilitatem soluenti, *vt multorum auctoritate dixit* Rota *in decisionibus hic allegatis coram* Lancellotto, *numer.*2. *&* 10. *coram* Pamphilio *num.*4. *& coram* Manzanedo *in vna Romana, seu Nepesina census* 13. *Maij*, 1624. *post tract at. decis.*454. *numer.* 10. *& seq.* attamen si huiusmodi subitanea, & momentanea restitutio fiat ex pacto præcedenti talis solutio non suffragatur, nec liberat soluentem *vt non obscure voluit* Rota *in dicta decisione coram* Pamphilio *hic allegata num.*5. Gratian. *discept. forens. tom.*5. *cap.*962. *numer.*25. *& seq. & comprobat.* Lazar. Phænurius *in tract. de proment. q.*33. *numer.*4. *vers. ſi verò certissimus, vbi num.*5. *&* 6. concludit in dubio non præsumi huiusmodi restitutionem momentaneam fuisse factam mediante pacto præcedenti, & respondet contrariis, maximè si appareat dictam momentaneam restitutionem fuisse ex aliqua noua causa: *vt considerat* Mastrill. *decis. Sicil.*261. *n.*44. *& seq.* secus autem dicendum esset circa hanc præsumptionem præcedentis pacti si aliquæ concurrerent fraudis suspiciones, *vt per* Mastrill. *ibid. num.*17.]

25 In † hoc tamen casu quatenus census saluari, & sustineri non posset, liceret tamen venditori prædij percipere eiusdem prædij fructus pro rata pretij non soluti, vel illos excomputare, & compensare cum annuis responsionibus, quas ex censu ad sui fauorem constituto percepisset, pro concurrenti tamen quantitate fructuum, quos percipere potuisset ex prædio vendito ex æquitate, *l. curabit. C. de act. empt.* & comprobari potest ex iis quæ in casu valdè simili dixit Rota *in vna Romana nullitatis census*, 5. *Maij*, 1597. b. m. Corduba *quæ est post Tract. decis.*124. *numer.*4. *vers. stante ergo, & num. seq. & coram* Reuerendissimo P.D.Sacrato, 11. *Decembris* 1602. *in illa Romana census, quæ ibidem est dec.* 119. *num* 6.

Sed posset in dubium reuocari, an sit satisfactum necessitati soluendi pretium in pecunia numerata vbi pro pecunia realiter, & vere debita daretur solutum, & pagamentum census eo tempore creatus, & constitutus.

26 In qua difficultate † si inspiciamus naturam ipsam contractus censualis, censum ita constitutum & venditum licitum esse vt fateamur persuadet auctoritas Paris. *d. cons.*75. *n.*32. *lib.*4. Ludou. Molina, *in d. suo tract. de contract. part.*2. *disput.*390. *n.*2. *vers. hic tamen censum*, Foller, *in sua pract. Censuali in verbo Census annodi. num.*95. Bursat. *cons.*214. *n.*12. *vers. quarto principaliter*. Gasp. Roder. *in suo tract. de ann. reditib. lib.*1. *quæst.*2. *ad fin. Cum qua resolutione transit etiam* Auendan. *vers. cap.*38. *n.*7. *& seqq. & num.*17.

Sed quoniam nos habemus Pontificias constitutiones huic contractui formam dantes, videndum est an de iure positiuo huiusmodi venditio census sit licita. Et † quo ad census venditos ante *Bullam Pij V.* licet partem negatiuam defendat. Felician. *in dd. suis Commentar. de consib. tom.*6. *lib.*1. *cap.*8. *num.*13. vbi ponderat *Constitutionem* Martini V. *registratam in cap.*1. *de empt. & vendit. inter Extrauag. commun. & infra numero* 14. *& seq.* vbi multipliciter nititur hanc negatiuam opinionem comprobare, quam confirmat etiam *tomo* 2. *eod. lib.*1. *& cap.*8. *num.*7. *vers. quo ad verò* vbi refert hanc esse magis communem, partem tamen affirmatiuam † amplexi sunt Paris. *d. cons.*75. *numer.*33. *in fine, & num.*34. *lib.*4. Nauar. *cons.*1. *num.*1. *lib.*3. *in tit. de empt. & vendit.* Hond. *cons.*17. *numer.*22. *lib.*2. Alcibiad. Lucarin. *obseruat. Practic. lib.*2. *Academ.*5. *obseruat.*1. *numer.*11. Nicol. Intrigliol. *d. tract. quæst.*96. *numer.*1. qui multos allegat [Ioan.Petr.Fontanell. *de pact. nuptial. claus.*4. *glos.*18. *part.*2. *num.*9. *cum multis seqq. vbi sub num.*15. *vers. scio*, de Feliciano contrariam negatiuam sententiam tenente, mentionem facit, & hanc affirmatiuam, solidiorem, & validiorem profitetur, quam probat etiam, & latè confirmat Marc.Muta *dec. Sicil.*34. *num.*6. *cum* 4. *seqq. & amplectitur etiam*] Paul. Bellon. *in suo tract. de eorum quæ fiunt incominent. vel ex interual. vi, & potest. lib.*1. *cap.*84. *num.*7. [*& confirmat* Mastrill. *dec.*266. *num.*1. *& seqq. vsque ad num.*17.] *post hæc scripta visi, & placuit Rota coram* b.m. Litta, 10. *Februarij*, 1597. *in illa Eugubina census, quæ est in fine tract. dec.*92. *num.*5. ea potissimum ratione, quia † debitum

29 ex vna causa potest de consensu partium conuerti in debitum ex alia causa, & sic vt id quod debetur ex causa mutui, vel alia, incipiat deberi ex alia causa. *l. certi condictio, §. depositi, l. singularia ff. si cert. pet. l. si sponsalibus, §.* 1. *ff. de iure dot.* Ita etiam id quod debetur ex vna causa, potest conuerti vt incipiat deberi ex causa census. Surd. *cons.*162. *num.*42. *lib.*2. quasi breui manu pecunia sit restituta creditori, & per eum soluta venditori census Hond. *in puncto d. cons.*27. *num.*20. nam †

30 celeritate coniungendarum inter se actionum vnam actionem occultari, dicit Vlpian. *in l.*3. *§. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. & ibi* Glos. *in verbo occultare*, dat concordantes.

Et licet † ista versio ex alia causa in causam census

31 videatur sapere simulationem, vt in simili casu resoluit Rota *coram* b.m. Penia, 26. *Aprilis*, 1596. *in illa Senogallien si census quæ est post tract. decis.*122. *per tot.* Hoc † tamen non videtur posse adaptari casui nostro, quoniam

32 versio ista habet fomentum ex veritate præcedentis causæ. Corn. *cons.*241. *n.*6. *& 7. lib.*3. Surd. *d. n.*42. [*& dixit* Rota *in illa Romana census* 13. *Junij* 1633 *coram* R.P. D.Motmanno *quæ est post tract. decis.*553. *n.*6.] quod cessabat omnino in casu decisionis factæ in dicta causa Senogallien si census.

[Necobstat prætensa simulatio, quia licet illa probetur solis præsumptionibus, & coniecturis etiam vt sequatur condemnatio, maximè quando agitur de probanda simulatione in fraudem vsurarum, vt ex veriori, & magis communi tradit Farin. *con.*201 *n.*54. *& seqq. lib.*3. vbi testatur ita pluries, & in multis causis fuisse resolutum *in Romana & aliis Rotis.* Attamen in casu proposito ista exceptio simulationis non debet admitti cum opponatur contra publicum Instrumentum, Verall. *dec.*421. *num.*2. *part.*2. Rota *coram*

b.mem.

bon.mem.Card. Lancellotto *in illa Romana census* 10. *Ianuary*, 1605. *quæ est post tract.dec.136.nu.8. & in illa Foroliuiensi census* 13. *Nou.*1589 *coram* b.m.Otrano, *quæ est ibid dec.* 117. *nu.* 11. *& in illa Romana census* 8. *Martij*, 1610. *coram Greg. X V. quæ ibidem est decis.*24. *n.*5. *& seq.& inter eius decisiones decis.*459. *num.*6. *& in aliis causis sæpius.*

Quæ exceptio multò minus opponi potest contra instrumentum vallatum obligatione camerali cuius executio per dictam exceptionem non retardatur, *vt fuit resolutum in illa Romana census* 3. Dec. 1599. *coram* bon.mem. Card.Lancellotto *quæ post tract. est dec.*259. *n.*5. & fuit repetitum *in illa Rom. census*, 26. *Nou.*1604. *coram* b. mem. Ludouisio *quæ est ibid.dec.*5. *num.*16. *& inter eius decis.*195. *n.*16. *& ibi addentes n.*18. *alias decisiones referunt.*]

33 Quo vero ad † census constitutos post *Bullam Pij V. licet* Surd. *d.cons.*162. *n.*38. *& seq.* nitatur defendere illos posse in solutum dari pro pecunia vere debita. *Quam sententiam videtur etiam amplecti.* Ludou.Auend. *d.cap.*38. *n.*19. dum in terminis census creati iuxta formam *Bullæ Pij V.* dicit principaliter requiri certitudinem pretij nempe debiti, pro quo census creatur; cum ex iustitia sortis iustificentur annuæ pensiones. Et in *cap.*37. *n.*18. dicit quod Constitutiones Pontificiæ, quæ de iustitia creationis, & constitutionis census meminerunt, principaliter respiciunt iustitiam pretij, & æquiualentiam sortis ad pensionem, vt ex ea cõgruentes redditus nascantur, & inter contrahentes seruetur æqualitas iustitiæ commutatiuæ venditoríque census ex iniustitia pretij nullum præiudicium irrogetur [quam sententiam amplectitur etiam Ioan. Ant.Bull. *cons.*92. *n.*10. *& 16.* motus non solum ea ratione, quam nos adduximus mox *super n.*29. quod debitum, ex vna causa potest conuerti, vt debeatur ex alia causa, sed etiam quia causa finalis Bullæ Pij V. super forma creandi census fuit, vt euitentur suspiciones vsurarum, vt ipse considerat *ante d.n.*16. & nos diximus *infra hac* 2. *part.c.*1. *q.*3. *art.*1. *nunc q.*53. *num.*9. quæ euitatur etiam quando census emitur per dationem in solutum veri crediti *ad* Mastrill. *dec.*272. *n.*5. *& 12. lib.*3.]

34 Contrariam † tamen sententiam amplexi sunt Boëcac. *in d.suo tract. de censib. part.*1. *n.*52. *& par.*3. *n.*36. Ludou.Molina, *d.tract. de contract. part.*2. *disp.*390. *n.*2. Felician. *in dd.suis commentar. tomo* 2. *lib.* 1. *cap.*8. *n.*7. *vbi late hanc sententiam contra* Surd. *tuetur, & latius, tomo* 1. *lib.*2. *cap.*5. *n.*17. *per tot. eandem amplectitur.* Mich. Salon. *de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art.*3. *controuers.*8. *num.*1 Ioan. Azor. *Instit. Moral. part.*3. *lib.*10. *c.*8. *q.*1. *&* 3. Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iust. lib.*10. *quæst.*1. *n.*23. qui eo potissimum nititur fundamento, quod iste contractus non sit licitus, nisi sub specie emptionis, & venditionis. & quod quando datur in solutum pro pecunia debita, non celebretur propria emptio, & venditio. Et eándem opinionem amplexus etiam fuit Mart. Bonacin. *in suo tractat. de contract. disput.*3. *q.*4. *puncto vnico, num.*21. *vers. secundo.* [& in puncto iuris esse veriorem videtur sentire. Rota *coram* R. P.D. Pirouano *in vna Laurentana census* 14. *Iunij* 1619. *post tract. dec.*397. *num.*4. *& mordicus tuetur.* Grat *hunc nostrum locum citans discept. forens. tom.*3. *cap.*853. *n.*36. *&*

35 *seq.*] Ego † vero licet existimem in puncto iuris posse sustineri opinionem affirmatiuam, maximè per rationes consideratas à *Surdo.* Cum hac tamen posteriore, & negatiua libentius pertranseo, non quod iste contractus non possit valide celebrari per viam dationis in solutum, vt negabat *Rebell.* cuius opinionem probauimus, *sup hac.ead. q.artic.*1. sed ob præcisam Piuæ

36 Constitutionis formam, cui † non posse per æquipollens satisfieri, dicit Franc. Viu. *dec.*369. *n.*4. *& passim Doctores.* [Quod procedere etiam si testator præcipiat hæredi, vt retineat ad censum id, quod sibi per alium

debetur firmat; Gratian. *d.cap.*853. *numero* 22. *& seqq.*]

Et licet † Felician. *d.cap.*8. *lib.*1. *tomo* 1. *numer.*13. *&* 37 *seqq.* conetur defendere, quod negatiua opinio, tam ante Bullam Pij V. quam post illius promulgationem sit verior non solum in foro iudiciali, verum etiam in foro animæ, & vt dicunt conscientiæ, attamen alij Doctores frequentius eam recipiunt distinctionem, quod tàm respectu census constituti ante Bullam Pij V. quàm constituti post dictã Bullam affirmat ua opinio procedat in foro poli, negatiua in foro fori, & iudiciali. ita distinguit Nauar. *in suo tract. de vsur. n.*88. *& num.*121. *sequitur* Boninsign. *in suo tract. de censib. cap.*5. *num.*6. Leonard. Less. *in suo tract. de iustit. & iure, lib.*2. *cap.*22. *dubit.*12. *num.*8. [Mastrill. *decis Regn. Sicil.*272. *num.*11. *&* 12.] dum concedit in foro poli posse anticipari solutionem pretij, licet in foro exteriori propter suspicionem fraudis vsurariæ id non permitti asserat, eandem sententiam sentire videtur etiam Honded. *d.cons.*27. *num.*24. illam quoque amplexus fuit, [Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.*4. *cap.*652. *n.*13. *vers. nihilominus.*] Io. Franc. Leonis *in suo Thesauro for. ecclesiastic. part.*2. *cap.*15. *de censib. n.*18. cum † hac ta- 38 men distinctione, quod ita demum recipiens annuum census solutum pro suo vero credito sit tutus in foro conscientiæ si creditum erat creatum cum pecunia numerata ex legitima causa, & cum homine sagaci, qui in sui vtilitatem pecuniam creditam exposuerat; secus si creditum fuisset creatum in mercibus, vel in pecunia numerata ad ludendum, aut in alios vsus malos, & prauos conuertenda cum iuuene bona sua dilapidante, cum hac potissimum de causa dicat statuisse Pius V. *in d.sua Bulla*, quod pretium solui debeat in pecunia numerata coram Notario & testibus in ipso actu celebrationis instrumenti, quam quidem opinionem non longè à pietate, & mente Pij V. in dicta sua Bulla esse arbitror, & propterea amplectendam.

[Si quis autem cum suo debitore, à quo non potest aliter sui crediti satisfactionem consequi velit licitè, & valide census creare, & constituere, faciat illi refutationem de suo debito, & postea, vel etiam emat ab illo censum fundatum tamen iuxta formam Bullæ, & erit tutus: vt animaduertit Rota *in illa Romana census* 17. *Iunij* 1600. *coram* Illustriss. Card. Mellino, *post tract. decis.*355. *per tot.* Quæ cautela comprobatur ex iis, quæ diximus *supra hoc eod. art.* de imponente censum super bonis, quæ mox emerat ad effectum soluendi illorum pretium, quem censum esse licitum, & validum diximus, si ex Instrumento venditionis appareat de integra pretij solutione.

Vel vtatur cautela quam dat Nauar. *in suo Comm. de vsur. n.*88. *ante fin. vers. est autem quæst. quotidiana*, quam refert Grat. *d.cap.*652. *num.*41. vt creditor monstret totum pretium coram notario, & testibus, & numeretur venditori census, & idem emptor postea illud recipiat solutionem sui crediti, & ita valide contrahet. Ex quibus videtur amplectenda resolutio, quam facit Ioann. Dom. Gayt. *in suo tract. de credito cap.*2. *tit.*7. *q.*6. *n.*202. Quod census emi possit ex pretio eodem tempore redacto ex venditione mercium, de quo fuisse inter scribentes dubitatum dicit.

Et licet vera sit conclusio quod in emptionem census sit necessaria numeratio pretij in prompta, & numerata pecunia, non tamen est curandum quid postea de dicta pecunia fiat, & in quem vsum conuertatur, *vt benè explicauit* Rota *coram* R. P.D. Vbaldo *in Vrbeuetana census* 11. *Maij* 1629. *decis.*534. *num.*8. *post tract.*]

SVMMARIA.

1 *Contractus is in dubio celebratus præsumitur, quem contrahentes nominauerunt.*
Limitatur *si natura contractus repugnet*, n. 8.
2 *Contractus nomen censetur dari ex voluntate contrahentium.*
3 *Emptio, vs, an permutatio sit, quando datur pecunia numerata, & species, spectatur quid pluris valeat pecunia ns, an species data.*
[*Excessus valoris ex quo cognoscitur an sit emptio vel permutatio, quando in venditione soluitur pretium partim in pecunia partim in specie debent esse saltem in tertia parte.*]
4 *Emptio, quod sit non permutatio, quando pecunia & species, quæ dantur sunt æqualis valoris, vult* Bald.
5 *Immo quod sit contractus innominatus, volunt alij communiter.*
6 *Quod sint duo contractus volunt* Alciat. & Pinel.
Hæc opinio est vera, quando datur species inæstimata, num. 18.
9 *Contractus censûs non potest sustineri vti permutatio, & ibi de ratione.*
11 *Bulla Pij V. super censibus, in versûrsum, &c. inducit formam substantialem.*
12 *Forma censetur inducta, quando lex, vel constitutio præcipit aliquid fieri tempore contractus.*
13 *Forma censetur inducta ex decreto irritanti.*
14 *Integrum illud dicitur cui nihil penitus deest.*
15 *Forma est præcisè, & ad vngeum obseruanda.*
[*Forma non seruata actus corruit.*]
16 *Forma omissio etiam in qualitate vitiat actum.*
[*Omissio formæ facta per notarium reddit contractum nullum, siue fiat per errorem, simplicitatem, negligentiam, & imperitiam siue per dolum.*
Notarius rogatus de instrumento non potest aliquid addere, vel supplere circa formam.
Et multo minus notarius qui etiam de mandato Iudicis rogationes notarij defuncti publicat.]
17 *Forma est individua, & diuisio illam corrumpit.*
18 *Pretium in contractu censûs debet solui integrum in pecunia numerata, alias contractus est in totum nullus, &* num. 24.
Contrarium tenet Felician. sed male. n. 25.
20 *Contractus emptionis, & venditionis est individuus vt cæteri omnes.*
21 *Amplia etiam quod contineat plura capitula.*
22 *Vile per inutile vitiatur in individuis.*
23 *In factis contra legem, si non valet quod fit vltra, nec etiam valet, quod fit intra.*
25 *Vile per inutile non vitiatur in iis, quæ sunt separabilia.*
Maximè quando vitium est in materia non in forma, num. 28.
Limita *quando alteratur natura totius contractus*, numer. 26.
Limit. 2. *quando vitium est in forma*, n. 27.
29 *Emptionis, & venditionis integritas, & substantia consistit coniunctim in re, pretio, & consensu contrahentium.*
30 *Pretium in emptione licet debeat conuenire in pecunia numerata potest tamen solui in alia specie æstimata.*
31 *Census emptus pro personis nominandis, non est vnus census, sed tot sunt quot personæ nominabuntur.*
32 *Census emptus pro personis nominandis sustinetur pro ea parte, pro qua nomine vnius fuit solutum integrum pretium in pecunia numerata, licet pro alia parte pretium non fuerit solutum.*

Pretium censûs debet totum, & integrum solui in pecunia numerata.

QVÆSTIO XLIX.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. art. 6.

CVm in superiori articulo fuerit abundè demonstratum, quod in contractu censuali pretium sit non solum conueniendum, sed etiam soluendum in pecunia numerata, sequitur vt videamus, an si in emptione censûs pretium soluatur partim in pecunia humerata, & partim in alia specie æstimata, contractus sit validus saltem pro ea parte, & rata, pro qua pretium fuit solutum in pecunia numerata. Hanc dubitationem post alios reassumpsit. Felician. de Solis, & *cæteris latius pertractauit, in suis Commentar. de censibus, tomo 3. lib. 1. cap. 4. num. 6.* vbi illius resolutionem nititur elicere, ex communibus quibusdam conclusionibus, quas faciunt scribentes in illa celebri quæstione. An quando in alicuius rei emptione pretium soluitur partim in pecunia numerata, partim in alia specie, censeatur celebratus solus, & simplex contractus emptionis, & venditionis, an verò contractus permutationis, an denique duplex contractus, videlicet, vnus permutationis, alter vero emptionis, & venditionis. In qua quidem quæstione licet Doctores maximè se torqueant, eam tamen per casuum considerationem explicant. Quos ego breuiter, & resolutiuè recensere decreui, vt ex illis de mente *Feliciani* ad terminos propositæ difficultatis de censu empto partim ex pecunia numerata, partim ex alia specie æstimata, quid in ea sentiendum sit facilius, & clarius deliberare valeamus.

Primus igitur casus est, quando constat de mente contrahentium, quod nunc, vel illum contractum celebrare voluerint, quod † ex nomine ab eis expresso 1
maximè colligi posse sentit Ror. *in decis. impressa post cons. crimin.* Farinac. *lib. 1. decis. 54. multos allegat.* Becc. *cons. 53. n. 9. lib. 1.* Surd. *cons. 366. n. 6. lib. 3.* Et eo casu dicatur, vel contractus emptionis, & venditionis, vel contractus permutationis, prout contrahentes illum nominauerunt: attenditur enim id quod principaliter agere intendunt contrahentes, & † ab eorum mente 2
nomen, & effectus contractui datur, vt ex Bart. *& aliis firmat* Arius Pinel. *ad rubr. C. de rescind. vendit. par. 2. c. 2. num. 1. & 2.*

Secundus casus est, quando partes non reprimunt nomen contractus, quo casu ad cognoscendum † qua- 3
lis contractus sit celebratus, spectandum est id quod pluris valet, & eo casu si species quæ datur plus valet quam pecunia quæ soluitur censeatur facta permutatio, at vero si pecunia soluta excedit in valore speciem, quæ cum ea datur, dicatur emptio, & venditio. Ita *Pinel.* ex communi Doctorum sententia *d. cap. 2. n. 3.* Felician. *d. num. 6. vers. vnde ego, qui multos allegat*, [*alios allegat.* Mant. *de trac. & ambig. conu. lib. 2. tit. 2. num. 17. & lib. 25. tit. 2. num. 4. & 5.* Grat. *discept. forens. tom. 5. c. 885. num. 18. & 21.*

Quantus autem debeat esse excessus ad effectum vt contractus, dici debeat vel emptio, vel permutatio, docet Mant. *d. lib. 25. tit. 2. n. 6. quem refert* Grat. *d. cap. 885. n. 22.* vbi dicunt quod si excessus non sit saltem in tertia parte non est considerabilis.]

Tertius, & vltimus casus est, quando nec partes contrahentes exprimunt nomen contractus, nec pretium excedit speciem, nec ab eius valore exceditur, sed vtrumque ab eadem parte datum est eiusdem valoris, qui casus cæteris est difficilior, & in eo Doctores in

varias

4 varias fuerunt, sententias. Nam † Bald. *in Prælud. feudor. num.* 11. fuit in sententia, quod esset solus contra-
5 ctus emptionis, & venditionis. Alij † communiter, quos refert Pinel. *d. c. 2. n. 5. vers. sed contrarium volue-*
6 *runt*, quod sit simplex contractus innominatus. At † Alciat. *in l. 2. num. 30. ff. si cert. pet. & in l. 2. num. 19. ff. de verbor. obligat.* & alij quos refert & sequi videtur Pinel. *d. capit. 2. numer. 8. & seq.* fuerunt in ea opinione, quod duplex sit contractus, vnus venditionis, & alter permutationis.

His sic breuiter relatis venio ad propositam difficultatem, An validus sit contractus census in quo pretium solutum fuit partim in pecunia numerata, par-
7 tim in alia specie, In † qua breuiter, & concludendo procedendo in ea sum opinione, quod contractus sit in totum nullus, & quod conclusiones supra relatæ non possint adaptari terminis quæstionis nostræ.

Non est considerabilis conclusio facta in primo casu, quia licet contrahentes, quando emunt, & vendunt censum partim in pecunia numerata, partim in alia specie æstimata contractum istum nominauerint em-
8 ptionem, & venditionem census, quia † tamen huiusmodi denominatio repugnat naturæ, & formæ substantiali contractus, quem gerunt quæ est vt totum, & & integrum pretium soluitur in pecunia numerata. vt disponit Pius V. *in d. sua Bulla*, & nos supra explicauimus, non potest aliquo modo ex denominatione contrahentium contractus iste sustineri per regulam, *l. insulam, 6. ff. de præscript. verb. quam ita intelligit.* Dec. *in auth. ex testamento, n. 6. vers. sed certe*, C. *de collat. & probat.* Pinelin. *d. c. 2. n. 2.*

Nec etiam videtur quòd possit sustineri ex conclusione, quam retulimus supra in secundo casu ex mente Doctorum volentium spectandum esse id quod
9 plus est. Nam quod ex valore † speciei datæ superante valorem pecuniæ quæ soluitur, & numeratur censeatur celebratus permutationis repugnat menti contrahentium, & denominationi contractus. Intendunt enim contrahentes emere, & vendere censum, & ita hunc contractum nominant, quam denominationem attendendam esse diximus, vnde non poterit sustineri contractus iste tanquam permutatio, *vt placuit etiam* Felician. *d. num. 6. vers. vnde ego.* Neque etiam sustine-
10 ri potest vti venditio etiam † quod pecunia, quæ soluitur superet pretium, & valorem speciei, quæ datur non obstante, quod Doctores velint eo casu intelligi celebratum simplicem contractum emptionis, & venditionis: Quia repugnat de diametro *Constitutio Pij V. in vers. tursum nisi verè, &c.* ibi *recepto in-*
11 *tegro, iustóque pretio.* In † quibus verbis induci formam certam, & specificam seruandam in censuali contractu, deducit Surd. *cons. 282. numer. 6. & seq. lib. 2.* & col-
12 ligitur, quia † quando lex, vel constitutio præcipit aliquid fieri tempore contractus si non obseruetur forma tradita, contractus est nullus ipso iure. Cacher. *dec. Pedem. 65. num. 8.* qui multos alios allegat. Quod
13 † multo magis procedit ob decretum irritans in fine dictæ Constitutionis Pianæ appositum. Nauar. *consil. 1. numero 1. in tit. de empt. & vend. lib. 3.* cum itaque *in dicta* Bulla detur, pro forma substantiali, vt in contractu census soluatur integrum pretium in pecunia numerata, non est possibile, vt sustineatur, nisi dicta forma fuerit ad vnguem obseruata Decian. *cons. 531. num. 2.* Becc. *consil. 62. n. 42.* & solutum fuerit integrum pretium in pecunia numerata, quod non posset verificari, quando pro pretio census daretur species
14 aliqua, etiam modici valoris Integrum † enim est illud, cui nihil pœnitus deest Menoch. *post alios consil. 264.*
15 *numero 26. lib. 3.* forma † autem est præcisè adimplenda Alexand. *cons. 42. num. 16. lib. 1.* Riminald. *sen. cons. 180. numero 4.* [Et ea non seruata actus est nullus, & vitiosus. Maluat. *cons. 45. numero 6. & 31. lib. 1.* Rota. *diuers. decis. 72. num. 11. part. 1.* Cardin. Mantic. *decis. 300. num. 2. & seq.*] & † formæ omissio etiam in qualitate, vel mi- 16
nima vitiat. Bald. Imol. *& alij in l. 1. ff. de lib. & posthum.* Butr. *in cap. finali, in 7. notab. ext. de restit. spoliat.* Dec. *in cap. prudentiam, in 4. not. ext. de offic. delegat.* [Etiam si omissio fieret per errorem notarij præsumptum, aut simplicitatem, vel per negligentiam, aut simplicitatem, vel per negligentiam, aut imperitiam, siue dolum. Nam notarius circa formam nil addere, vel supplere potest Bal. *in Rubr. C. de fid. Instr. quæst. 4. numero* 22. Fel. *in cap. ex litteris sub num. 10. declarat. 4. extra. eod. tit.* Maluat. *d. cons. 45. per tot. & signanter num. 35.* Natt. *cons. 39. sub. num. 2. vers. si in protocollo. lib. 2.* Bertaz. *cons. crim. 543. num. 2. lib. 2.* Menoch. *cons. 67. num. 7. lib. 1.* Surd. *cons. 187. numero 11. lib. 2. addent. ad* Guid. Papa. *decis. 129. in littera A, vers. extendere.* Alc. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13. num. 6. vers. & confunditur* qui de communi Barz. *dec. 39. num 39. & seq.* Grat. *discept. forens. tom. 2. cap. 201. sub num. 78. vers. quicquid* Rota *apud* Zacch. *de oblig. camer. al. dec. 83. in fin. repetita post* Pacific. *de Saluian. interd. dec. 136. n. 17* Et multominus notarius extraneus etiam si haberet facultatem publicandi rogationes notarij defuncti, nam nec is valet etiam de licentia Iudicis circa substantialia aliquem defectum supplere. Alex. *cons. 153. num. 14. & seq. lib. 2.* Natt. *d. cons. 329. n. 2.* Grat. *d. cap. 201. numero 81.* Marescott. *de communi, variar. resol. lib. 1. cap. 93. num. 1.* Vnde talis omissio etiam in minimo actum vitiat.] Etenim forma † est indiui- 17
dua. & diuisio illam corrumpit, vt post multos quos allegat firmat Bec. *cons. 12. num. 30. lib. 1.* vbi ex mente Alberti Bruni *in tract. de form.* subiungit quod in iis, quæ sunt de forma si recedatur à parte, receditur à toto. Vnde † si in contractu census non soluatur integrum 18
pretium in pecunia numerata, quod pro forma substantiali vigore d. Bullæ Pianæ requiritur totus contractus, corruat, & reddatur nullus necesse est, non obstantibus iis, quæ in contrarium ponderat. Felician. *d. num. 6. vers. nec obstat, & vers. seq.* quibus paulò inferius responsum dabitur.

Non denique aptari potest terminis huius contractus censualis conclusio relata supra in tertio casu. Quia si velimus amplecti opinionem. *Baldi*, quæ communiter reiicitur, illa repugnat Bullæ Pianæ cum non impleatur eius forma in soluendo integro pretio census in pecunia numerata, quæ ad vnguem, & præcisè est seruanda, si velimus sequi aliam opinionem communem, quod sit simplex contractus innominatus repugnat voluntas, & intentio contrahentium, qui non contractum permutationis, sed emptionis, & venditionis inire voluerunt; si verò magis placet sententia *Alciat. & Pinel.* illa † procedit quando 19
species datur inæstimata. At quando datur pars pretij in pecunia numerata, & pro alia parte datur species æstimata tunc est vnicus contractus emptionis, & venditionis, *arg. l. pen. C. de rescind. vendit. & not. per* Pinel. *ad d. Rubr. C. eod. titulo. part. 2. cap. 1. num. 16.* Qui † con- 20
tractus est indiuiduus sicut cæteri omnes; *arg. l. cum duo. ff. de in diem addict. lariticum; ff. de verbor. obligat.* Becc. *cons. 45. num. 34. in fine, lib. 1.* Prosp. Paseth. *cons. 17. numero 6. & seq.* Etiam † quod plura contineat capita, 21
Ang. *cons. 145. sub num. 2.* Cort. sen. *cons. 54. num. 4.* Bec. *d. num. 34.* Hierony. Gabr. *cons. 168. quæst. 2. numero 11. lib. 1.* Surd. *cons. 217. num. 9. lib. 2.* & propterea cum pro forma sit inductum vt in hoc contractu integrum pretium soluatur in pecunia numerata, & prohibitum sit in illis emptione soluere pretium alia specie, quàm in pecunia numerata si pars illius soluatur in alia specie ratione indiuiduitatis formæ, & contractus, venditio præfata tota corruat necesse est, cùm † in indiuiduis 22
vtile per inutile vitietur, *l. 1. §. sed si mihi, ff. de verb. obligat. cap. vtile, & ibi* Glos. Din. *& alij; de regul. iur. in 6. & optimè facit Theorica* Bald. *in l. quicumque sub num. 1. vers.*

unde si sit, C. de bon. quæ liber. vbi firmat quod si fiat concessio vltra licitum non valebit etiam in eo quod licitum est, reddit rationem, quia † in factis contra legem
23 si non valet quod fit vltra non valet etiam quod fit intra, *C. dudum, de reb. eccles. non alienan. in 6.* sequitur Crott. *consi. 250. cum duob. seqq. libr. 2.* refert Felician. *d. num. 6. vers. nec obstat.*

Quam † ob rem clara, & firma remanet resolutio
24 propositæ difficultatis. Quod contractus venditionis census in quo pretium solutum fuit partim in pecunia numerata, & partim in alia specie æstimata est generaliter & indistinctè nullus, & inualidus in totum, quam amplexus fuit Cassan. *consi. 63. num. 14. vbi illam inultriplicter comprobat* Nauar. *in suo Comment. de vsur. numero 78. vers. quarta scilicet, & consi. 1. num. 1. lib. 3. in tit. de empt. & vendit.* Ludou. Molina, *in d. suo tract. de Contract. par. 2 disput. 390. num. 1.* Ludou. Lopez *in suo tract. de Contract. libr. 1. cap. 59. post princ. vers. verum tamen.* Honded. *consi. 25. num. 34. libr. 2. &* Ioan. Azor. *Institut. Moral. par. 3. libr. 10. cap. 8. quæst. 2. & non contradicit* Rota *coram* bon. mem. Orano, *13. Nouembris, 1589. in illa Forolivien si census, quæ est post Tract. dec. 117. sub num. 10. vers. fic. minus habita fuit ratio.*

Nec † ab ea recedendum est ob auctoritatem, Bo-
25 ninsign. *in suo tract. de censib. cap. 5. num. 4.* nec ex traditis per Felician. *d. num. 6. vers. quam resolutionem* vbi nititur defendere quod sustineatur census præfatus saltem pro ea parte pro qua pretium fuit solutum in pecunia numerata, tum quia vtile per inutile non debeat vitiari, tum per *text. in l. pecuniæ, 9. ff. de vsur. & not. ibi per glos. & alios.* Quoniam respondetur Primo, quod † vbicum-
26 que in totum alteratur natura contractus, qui geritur, etiam in individuis vtile per inutile vitiatur, quia eo casu interest partis contrahentis vt contractus non valeat pro parte, sed in totum corruat, & vitietur, vt post Claud. de Seisell. *in tit. qui feud. dar. poss. col. 2. vers. 3. potest, & infra docit* Franc. Viu. *dec. 369. num. 22. lib. 2.* At in casu proposito sustinendo contractum census, in quo pretium fuit solutum partim in pecunia numerata, partim in alia specie, alteratur in totum natura contractus censualis, quæ est vt integrum pretium soluatur in pecunia numerata, & interest venditoris census vt totus contractus vitietur, quia liberatur penitus, & omnino ab onere soluendi fructus, & annuas responsiones ex dicto contractu, merito, &c. Secundo respondetur, quod cum habeamus pro forma substantiali huius censualis contractus, quod totum & integrum pretium census solui debeat in pecunia numerata, vt supra deductum fuit si † committatur contra dictam
27 formam vtile per inutile vitiatur, vt fatetur ipsemet Felic. *d. numero 6. vers. nec obstat, post* Alc. *quem allegat in l. 1. §. sed si mihi* Pamphilio *in verbo neque vitiatur vtilis, numero 6. & seqq. ff. de verb. oblig.* & per consequens ex vitio minimæ partis formæ totus contractus vitiatur.

Et licet ibidem Felician. ex Alberico *in d. l. pecuniæ,*
28 *ff. de vsur.* neget † hoc procedere quando vitium non est in forma, sed in materia, quale dicit esse in casu proposito in quo contractus, dicit ipse, habet integram formam emptionis, & venditionis, vnde ex accidenti vitiari non debet. Non tamen existimo à præcedenti
29 conclusione esse recedendum. Contractus † enim emptionis, & venditionis substantia, & integritas æquæ consistit, & coniunctim requirit rem, quæ venditur, pretium quo venditur, & consensum ipsorum contrahentium. Glos. *in l. pacta conuenta, in prin. in verbo, ex pretio, ff. de contr. empt. Roman. l. Titia, num. 16. vers. tu aduerte, ff. solut. matrimon.* Ias. *in l. iuris gentium, §. adeò, num. 1. ff. de pact.* Bertaz. *in tract. de clausul. in progm. num. 18.*
30 & alij passim; Licet † autem in emptionibus aliarum rerum solui possit pretium in aliis rebus æstimatis, vt dictum fuit supra art. præcedenti, & not. Fab. de Monte, *in suo tract. de empt. & vendit. quæst. 5. num. 2.* speciali tamen ratione constitutum fuit in contractu census, vt in illius venditione pro forma substantiali solui debeat integrum pretium in pecunia numerata, vt dictum est, & propterea quo ad hoc non ex regulis iuris communis, sed ex sua propria forma celebrandus est, & vitium respectu solutionis pretij, tanquam contra formam, non contra materiam ipsius, contractum illum in totum vitiare debet.

Hanc autem Conclusionem limitare debemus in 31
censu, qui emitur ab aliquo non pro se, sed pro persona, & personis à se nominandis. In tali enim emptione videtur ab ipsomet principio actum inter contrahentes, vt ex personis nominandis tantum quælibet acquirat de dicto censu, quantum portio pecuniæ quam quælibet soluerit capiet, & pro intranti quantitate pretij, quod quælibet verè, & realiter soluerit in pecunia numerata, & sic quod tot essent venditiones census, quot personæ ex post facto fuerint nominatæ; Et † ideò si eo casu totum, & integrum pretium cen- 32
sus, qui fuit emptus non solueretur in pecunia numerata non totus census emptus redderetur nullus, sed sustineretur pro ea parte, & respectu illius personæ, quæ pretium integraliter pecunia numerata soluisset, vt declarauit Rota *in vna Romana census, 23. Februarij, 1604. coram* Illustrissimo. Cardinali Ludouisio, *quæ est post tract. dec. 125. num. 14.*

SVMMARIA.

1 *Pretium in contractu emptionis debet conuenire.*
2 *Debet esse certum.*
3 *Emptio dicitur valida statim atque de pretio conuentum est.*
4 *In emptione potest haberi fides de pretio.*
5 *Pretium census debet solui in pecunia numerata coram Notario, & testibus alias est nullus.*
Nec validatur per expressam, & iuratam renuntiationem exceptioni non numeratæ pecuniæ, num. 9.
[*Census impositus non præsenti pecunia est nullus effectus vtroque foro.*
6 *Forma debet adimpleri.*
7 *Forma legis, & constitutionis est ad vnguem obseruanda.*
8 *Ius publicum facto priuatorum tolli, & labefactari non potest.*
10 *Census in cuius emptione pretium fuit ostensum, non autem numeratum est nullus.*
11 *Verè, hæc particula veritatem, & proprietatem significat.*
12 *Census cuius pretium fuit verè numeratum ante contractum venditionis, & in ipso contractu traditum coram Notario, & testibus, est validus.*
13 *Pretium census dicitur solutum coram Notario, & testibus, si coram illis tradatur cedula bancaria.*
14 *Cedula bancaria habet vim solutionis factæ cum pecunia numerata.*
[Habuit, & recepit ad præsentiam mei Notarij, &c.
Hæc verba verificantur in traditione cedulæ bancariæ.
15 *Census cuius pretium peruenit ad manus venditoris, sed non in actu venditionis est validus, secundum aliquos.*
16 *Contrarium voluit Felician. & non displicet Auctori.*
Affirmatiua potest recipi in foro conscientiæ, num. 20.
17 *Quæ incontinenti fiunt, censentur in esse.*
18 *Verba legis debent intelligi in casu vero.*
19 *Mercator dans cedulam bancariam satisfacit suæ obligationi quandocumque soluat ad libitum creditoris.*
[*Cedulæ bancariæ consignatio habet vim solutionis, etiam si campsor non soluat statim.*
Dummodo dicta cedula fuerit à Campsore acceptata.
Cedulæ consignatio ante acceptationem Campsoris non habet

habet vim solutionis, sed mandati ad exigendum.
Cedula bancaria acceptatio debet inferre depositum esse factum pœnes bancum de dicta summa.]

20 *In foro conscientiæ attenditur veritas.*

21 *Forus conscientiæ regulatur secundum naturalem æquitatem.*

22 *Pretium census dicitur solui in pecunia numerata, etiam si de mandato venditoris solvatur in manibus alterius.*

23 *Immo etiam si solvatur in manibus veri creditoris venditoris census.*

24 *Pretium census potest solui de pecunia aliena, & satisfit Bullæ Pij V.*

25 *Pretium dicitur solutum coram Notario, & testibus, etiam quando emptor pecunias secum reportavit, nisi probetur ita fuisse conventum ante contractum.*

26 *Hoc tamen non procedit in contractu census, in quo non attenditur an præcesserit vel ne conventio, sed omni casu contractus est nullus.*

[*Solutio census dicitur facta in pecunia numerata etiam quod illius venditori illam statim restituat emptori.*
Vel illam relinquat penes emptorem census: sub nomine depositi.
Etiam si solutio fiat ex aliena pecunia.]

27 *Pretium census constituti in casu assignationis dotis, non est de necessitate soluendum coram Notario, & testibus.*

Pretium census solui debet coram Notario, & testibus.

QVÆSTIO L.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 7.

VIdimus in præcedentibus articulis, quod in contractu censuali pro forma illius substantiali requiritur, quod pretium non solùm conueniatur, & constituatur in pecunia numerata, verùm etiam totum, & integrum numeretur, & quod non satis sit illius, formæ, si loco prætij tradatur aliqua species æstimata, sequitur nunc vt videamus, an pretium sit de necessitate soluendum in ipso limine contractus in actu celebrationis instrumenti coram Notario, & testibus. In quo articulo licet inspecta dispositione iuris communis videatur sentiendum, quod huiusmodi solutio pretij non sit de necessitate coram Notario, & testibus facienda cum eo iure validitas contractus emptionis, & venditionis, quantum ad pretium pertinet, non
1 consistat in illius solutione, sed dumtaxat † in illius conuentione, vt scilicet, conueniatur inter contrahentes de pretio, *l. 1. l. 2. l. pacta conuenta, ff. de contrah.*
2 *emptio*, quod † illud sit certum, *l. hæc venditio, §. 1. ff. eod. §. pretium, & ibi* Glo. *&* Doctor. *instit. eo.* & quod consistat in pecunia numerata, *l. 2. in fin. ff. eod. l. empti, C. eod.*
3 *§. 1. §. pretium, institut. eo.* & statim atque † de eo inter contrahentes conuentum fuit emptio validè contracta dicatur. *Instit. de empt. & venditio. in princ.* Burfat. *consil. 214. num. 11. versicu. 5. lib. 2.* nec est necesse, vt illud in ipso limine contractus realiter, & cum effectu sol-
4 uatur, sed † citra vitium contractus possit de eo fides haberi, *l. quod vendidi, 19. ff. de contrah. emptio. §. venditæ*
5 *vero res. Instit. de rer. diuis.* Attamen † in contractu censuali ex eius peculiari, & particulari natura requiri tempore quo fit, pretium præsens, & numeratum, dicit Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 8. sub num. 15. versicul. altera; & tom. 2. lib. 3. cap. vlt. num. 5. sub. versi. & licet, in mutuo*, & speciali quadam ratione, scilicet, ad euitandas fraudes, & simulatas solutiones, & omnem prauam vsurarum suspicionem, vt sanciuit Pius V. *in sua Bulla super censib. in versicul. rursum nisi verè, &c.* quod totum, & integrum pretium cēsus solui debeat in pecunia numerata, & quod realiter, & cum effectu numeretur in ipso actu venditionis census coram Notario, & testibus, vt animaduertit Boccac. *in suo tract. de censibus, part. 1. numero 44. & seqq.* Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. tomo 1. lib. 1. cap. 9. num. 10. versic. hinc que* [plenè Grat. *decis. March. 224. per tot. & discept. forens. tom. 3. cap. 588. num. 1. & seq.*] *&* dicit Rota *coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio, 29. *Martij, 1593. quæ est post tract. at. decis. 103. num. 8. & coram* Reuer. P. Dom. Manzanedo, 12. *Ianuarij 1607. in una Rauennatens. Saluiani inter dict. quæ est post tract. decis. 126. num. 8.* post alios quos allegat. [*& coram* bon. mem. Corduba *in una Leodiensi census. 15. Decembr. 1596 post tract. at. decis. 377. num. 1.* Immo procedendo vlterius declarauit contractus sub alia forma factos esse nullos, & fœneratitios. Vnde non est dubitandum, quod in hoc censuali contractu necessarium sit, quod pretium sit præsens, & cum effectu numeretur coram Notario, & testibus in actu celebrationis instrumenti, & venditionem census aliter factam esse nullam, & inualidam nulliúsque effectus, & momenti in vtroque foro. Felic. *de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 8. num. 12. in fi. & tom. 2. lib. 1. d. cap. 8. sub num. 7. versic. & contra.* Rota *post* Pacif. *de Salu. interd. dec. 207. num. 5. iuxta postremam impres.*]
cum † enim hoc fuerit pro forma substantiali huius 6
contractus dispositum, vt diximus *supra articul. præcedenti, num. 11. & sequentibus*, debet adimpleri, Garz. Masstril. *decis. Regni Sicilie. dec. 94. num. 3. & seqq. & signanter, num. 7. lib. 1.* licet ipse loquatur de censu impositio iuxta formam *Constitutionis* Nicol. V. *bene* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 44. num. 3. & bene colligitur ex* Rota *in illa Bononiensi census, 15. Februarij. 1599. coram.* bon. mem. Penia, *quæ est post tract. decis. 127. ante num. 1. & in illa Romana pretij Palatij, 15. Ianuarij, 1607. coram* bon. mem. Iusto, *quæ est ibid. decis. 80. num. 5.* [*& in una Romana census 12. Maij, 1625. quæ est ibid. decis. 561. num. 1.*] & sæpè in aliis causis. Nam † forma debet 7
præcisè, & ad vnguem obseruari, *l. qui per salutem. ff. de iureiurand.* Doctor. *in l. 1. ff. de lib. & posthum. glos. in cap. 1. extr. de vita, & honestate clericor. & nos diximus supra art. precedent. num. 15.*

Et propterea est omninò cauendum à Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. disput. 390. num. 2. & à Bartolino, ad Bullam* Pij V. *super cens. glos. 7.* dum testantur hanc Pij V. *Constitutionem*, in hac parte non fuisse vsu recepram, & à Ludouic. de Auend. *qui in suo tract. de censib. Hispan. cap. 43. num. 9. & seqq.* cauillando censum, & intentionem Pij V. *in hac sua Bulla, in versic. rursum nisi verè* nititur deducere quòd *ibi Pius V.* nullo modo disponit, in actu venditionis census requiri pro forma substantiali actualem, & præsentialem numerationem pecuniæ coram testibus, & notario, & propterea contractum census celebratum non præsenti pecunia, & absque eo, quod pretium census fuerat realiter, & verè solutum coram Notario, & testibus in ipso actu contrahendi non esse nullum. Nam intellectum per *Auend.* ad dictam particulam Bullæ excogitatum (ipso tamen *Auend.* tacente) expresè reprehendit, & confutat Felician. *d. tom. 2. libr. 1. c. 8. num. 7. versic. quo ad primum, & infra.* Licet illud ipsemet. Auend. *d. cap. 43. num. 12. de Feliciano* conquerendo, & eum acriter mordendo, nitatur ab impugnationibus, & considerationibus *Feliciani* defendere.

Non vsus autem *dictæ Bullæ* extra Regnum Hispaniæ (ad cuius Procuratorum instantiam fuit supplicatum ne in dicto Regno in hac parte Bulla præfata admitteretur, & reciperetur, vt affirmat ipse Auend. *cap. 37. n. 19. &* 23. *&* [Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial.*

par.

par.1.claus.4.glos.18.part.2.num.45.] allegari non potest, per ea, quæ diximus *supra par.1.cap.3.quæst.1.art.6. numero* 47. & expressè dixit Rota in *his terminis coram* bon.mem.Iusto, 15. *Ianuarij*, 1607. *in illa Romana pretij Palatij, quæ est post tract. decis.* 80. *num.* 6. Cùm itaque fuerit *per dictam Bullam* pro forma introductum, vt pretium census soluatur in pecunia numerata, in actu
8 contrahendi non potest ex parte, & † contrahentium facto, illi præiudicium generari, *l. ius publicum,*
9 vbi *Glos.* dat concordan. *ff. de pactis.* & hinc † contractus aliter celebratus non validaretur per renunciationem expressè etiam cum iuramento factam exceptioni non numeratæ pecuniæ. Felician. de Solis, *in dd. suis commentar. de censib. tomo 1.lib.1.cap.8.num.15. in princ. & vers. altera, & tomo 2.lib.3.cap.vlt. numero 5. sub vers. & licet in mutuo,* & *sequitur* Auend. *d. tractat. cap. 45.num.*18. [nec sustinetur census etiam quod doceatur de reali solutione facta post celebrationem instrumenti, *vt dixit* Rota *in illa Romana census* 12. *Maij* 1625. *coram* R.P.D.Merlino, *quæ est post tract. decis.*561. *num.*6.

10 Vnde † nullus erit census in cuius emptione pretium fuit simpliciter ostensum non autem numeratum coram testibus, & notario, vt affirmat Nauar. *in d. suo Commentar. de vsur. num.* 88. *sequitur* Boccac. *in suo tract. de consib. part.1.num.*47. Honded. *consil.*25. *num.*37. *libr.*1. Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. articul.*3. *controuers.*7. *num.*6. & benè faciunt ea quæ tradit Rimin. sen. *cons.*407. *per tot. & signanter n.*11. *& seqq. lib.*3. dum concludit quod contractus præsumatur simulatus quo ad numerationem pecuniæ si probetur pecuniam fuisse simpliciter demonstratam, sed postmodum ab ostendente secum reportatam, & pro simulatione, & nullitate census fuit resolutum in Rota *coram* bon.mem.Iusto *in vna Romana simulationis census*, 6. Aprilis 1601. *quæ est post tract. decis.* 128. *num*4. *in fine, & bene faciunt quæ dixit eadem* Rota *coram* R.P.D.Manzanedo, 7. *Maij*, 1610. *in vna Assisien si pecuniaria, quæ est ibidem decis.*120. *num.*1. *ad fin. & in eadem causa coram eodem*, 28. *Ianuarij*, 1611. *quæ ibidem est decis.*30. *num.*3. *in fine, & num.*5. *in fine.* Papa enim Pius V. *voluit in dict. sua Bulla in vers. Rursum nisi verè, &c.* quod pretium census verè solueretur coram testibus,
11 & notario, quæ particula † *Verè*, importat veritatem numerationis, & effectualem numerationem. Boccac. *in d. tract. de censib. part.*1. *num.* 48. *refert* Marchesan. *in suo tractat. de commission. iuxta nouissimam impressionem, in cap. de commiss. appellat. in caus. camer. al. obligat. part.*1. §.1. *num.*58. vnde impropria numeratio, & non vera, non sufficit.

Quæ tamen constitutio Piana non est adeò Iudaicè, & literaliter intelligenda quin admittat interpre-
12 tationem ex identitate rationis, & propterea si † in venditione census non numeretur totum, & integrum pretium illius coram notario, & testibus tempore celebrationis instrumenti, si verè numeratum antea sit, atque integrum in præsentia tabellionis, & testium, tradatur venditori census esse satisfactum Bullæ, dicit Ludou. Molina, *in d. suo tract. de contract. disput.* 390. *num.*2. *vers. tutum,* qui hanc sententiam procedere in vtroque foro tàm animæ, quàm Iudiciali affirmat; quidquid pro contraria opinione illum citet Martin. Bonacin. *in suo tract. de contract. disput.* 3. *quæst.* 4. *puncto vnico, num.* 21. *vers. Ex quo deducitur.* Prout † eidem
13 Bullæ esse satisfactum quo ad hoc vt pretium dicatur solutum coram Notario, & testibus, si loco pecuniæ numeratæ tradatur venditori census Cedula Bancaria pro integro pretio census, dicit Steph. Gratian. *Discept. Forens. tom.*2. *cap.*87. *num.* 46. *& declarauit* Rota *sæpius, & maximè coram* bon.mem.Cardinali Pamphilio, 29. *Mar.* 1593. *in illa Beneuentana census, quæ est post tractat. decis.* 103. *num.*7. *& seq.* [*& latè defendit* Ioan. Ant. Bell. *consil.* 92. *num.* 6. *cum seqq.* & declarauit ipsemet Pius V. in bulla, quam edidit pro declaratione constitutionis per ipsum antea promulgatæ super forma creandi census *in vers. denique, quæ est impressa in princ. tract.*] Nam † Cedula Bancaria habet vim solu- 14
tionis factæ in pecunia numerata. Bart. *in l. si solutum, ff. de solut.* Put. *decis.*156. *lib.*1. Rota *in dict. Beneuentana census, num.*7. *& coram eodem* bon.mem. Cardinali Pamphilio, 28. *Nouembris*, 1597. *in illa Romana anteriorita tis hypothecæ, quæ est post tractat. decis.*104. *num.*1. *& coram* bon.mem. Iusto, 9. *Aprilis*, 1601. *in illa Romana census, quæ est ibidem decis.*131. *num.*2. *& coram eodem in eadem causa*, 18. *Martij*, 1602. *quæ ibidem est decis.* 132. *n.* 1. [Quod adeò verùm est, vt verba instrumenti, in quo notarius asserit quod Titius confitetur, & recognouit, & recognoscit habuisse, & recepisse à Sempronio, prout verè, & cum effectu habuit, & recepit ad præsentiam mei notarij, & testum infra scriptorum Scuta mille auri in auro, &c. verificentur etiam in solutione facta per traditionem Cedulæ Bancariæ, nec propterea notarius possit de falso puniri, vt fuit resolutum *in* Rota *coram* Lancelloto *in vna Ianuensi pecuniaria* 15. *Aprilis* 1611. *post tractat. decis.*361. *num.*2. *cum seqq.*]

An autem dicatur satisfactum Bullæ præfatæ si constaret realiter, & cum effectu pretium census peruenisse ad manus venditoris illius, licet illud non fuerit numeratum coram Notario, & testibus dubitant Doctores, & pro † parte affirmatiua videntur facere not. 15
per Corn. *cons.*241. *num.*7. *lib.*3. vbi dicit statuto requirenti pretij numerationem satisfieri, si prius, vel posterius interueniat numeratio, & hanc partem tenuit Rota *coram* bon.mem.Litta, 10. *Februarij*. 1597. *in illa Eugubina census, quæ est post tract. dec.*92. *num.*6. vbi attestatur ita fuisse declaratum in signatura Sanctissimi per Gregorium XIII. non solum vbi pretium esset solutum, vel eademmet die qua census venditus fuit. Corn. *cons.* 113. *num.*2. *& consil.*284. *in princ. lib.* 1. Socin. Sen. *cons.*143. *num.*7. *lib.* 1. Sed etiam post quatuor vel plures dies, quia nihilominus videretur quod soluio dici posset factam in actu venditionis cùm contractus stipulationis, & numerationis sit vnicus, *l. si ita.* §. *fin. & ibi* Doctor. *ff. de nouat.* & statim fieri dicatur etiam id quod aliquo interuallo interiecto fit, *l. quod dicimus, & ibi* Glos. *de solut. & dicit* Rota *coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio, 29. *Martij*, 1593. *in illa Beneuentana, census quæ est in fine tract. dec.*103. *num.*11. Pro qua affirmatiua opinione multum facere videtur auctoritas Ludou. de Auend. *d. cap.*43. *num.*13. *& seqq.* vbi conatur defendere quod census iustius formetur ex anticipata numeratione pecuniarum, seu traditione iusti, & integri pretij, quam ex facta in actu celebrationis instrumenti: quod *sub num.*9. *& seqq.* conatus erat comprobare ex eademmet *Bulla Pij V. in vers. Rursum nisi verè*, & repetit *infra num.*17. *Quam sententiam post* Marium. Antonin. *in lib.*1. *var. resolut. cap.* 44. *sequitur etiam* Paulus Bellon. *in suo tract. de eor. quæ fiunt incontinen. vel ex interual. cap.* 84. *num.* 6. *post hæc scripta visus: vbi pro hac parte allegat resolutionem factam in* Rota *in d. Beneuentana census, per nos ponderatam supra n.* 14. *in fine.* Partem
† tamen negatiuam, defendit Felician. *in dd. suis Com-* 16
mentar. tomo 2. *lib.*1. *cap.*8. *num.*9. dum improbat censum in quo pecunia numeratur etiam in continenti, post quam contrahentes habuerunt contractum censitiuum pro perfecto, etiam antequam digressi sint ad extraneos actus. Licet † enim ea quæ in continenti fiunt 17
ipsi actu inesse videantur, *l. lecta ff. si cert. pet.* hoc tamen est fictè, & non verè, *vt post alios declarat.* Bolognet. *in d. l. lecta, num.*31. *& seqq.* verba autem † constitutio- 18
nis debent intelligi in casu vero, & non in casu ficto, *l.* 1. §. *si is qui nauem. ff. de exercit. act. cum vulgar.* & faciunt ea quæ diximus *supra hoc, & præcedent. de* forma

substan

substantiali huius contractus censualis obseruanda. Neque obstat *decisio* Rotæ *in illa Eugubina census* pro affirmatiua sententia ponderata, quoniam loquitur quando de ista numeratione constat per dationem Cedulæ Bancariæ, vltra quod Rota *ibi* non loquitur decisiuè, sed extra dubium de quo *ibi* dubitabatur *in d. Beneuentana census*, dum Rota dicit quod statim dicitur fieri etiam id quod fit post aliquot dies, etiam post duos menses, non loquitur respectu pretij numerandi in contractu census: nam huic necessitati sibi fuerat satisfactum per dationem Cedulæ Bancariæ, quæ in ipso actu contrahendi fuerat venditori census consignata, nam per illius dationem satisfit formæ traditæ per Bullam, vt considerat *ibi* Rota, & nos diximus *paulo supra n.13.* Sed loquitur de numeratione facta à banco, & à mercatore, qui Cedulam fecerat: nam cùm non requiritur pro forma substantiali, vt Bancus, & Mercator qui facit Cedulam, soluat in ipso actu præsentatio-
19 tionis, † sed dicitur suæ obligationi satisfacere, quandocumque ad libitum creditoris soluat & dicitur statim soluere, etiamsi post aliquot dies, postquam sibi cedula fuit præsentata, [*deducit* Ioan. Anton. Bellon. *d.conf.92.num.19.cum seqq.*] vt experientia demonstrat nimirum si *ibi* Rota habens rationem ad subiectam materiam affirmat solutionem dici factam statim, etiamsi sit facta aliquot dies post præsentationem cedulæ. [Illud verò quod dictum est de solutione, etiam quod solutio non fiat statim debet intelligi dummodo à campsore fuerit acceptata, vt declarat Bellon. *d. consil. 92.num.19.& seq.* Nam simplex consignatio cedulæ bancariæ non habet vim solutionis, sed mandati ad exigendum, vt dixit Rota *in vna Romana societatis officij 9. Martij*, 1598. *coram* bon.mem. Peregrino *quæ est post* Zacch. *de societat. offic. decis. 25. num. 2. & declarat* Bellon. *d.conf.92.num.13.* vbi de hoc loco nostri tractatus mentionem facit *& num.17.*

Debet autem acceptatio dictæ cedulæ continere, & inferre depositum fuisse factum penes bancum de dicta summa, aliàs si contineret dumtaxat promissionem de soluendo ex illius traditione non posset resultare probatio solutionis pretij census in pecunia numerata, vt colligitur ex resolutione facta *in* Rota *coram* R. P. D. Pirouano *in vna Interammensi censuum 27. Ianuarij*, 1623. *post tract.dec.435. ante num.1: vers. quia contentus.*] Ad intellectum etiam *Anend.* ad dictum *vers. Bullæ Pianæ* facili negotio respondetur ex traditis per *Felic.* cuius
20 meminimus *supra num.7. in fine.*

Bene verum est, quod † in foro conscientiæ, & animæ in quo sola veritas attenditur. Iun. *in c. quia plerique, de Immunit. Eccles.* Abb. *in c.1. & ibi* Dec. *in 2. lect.*
21 *num. 32. de constit.* & † qui regulatur secundum naturalem æquitatem. Bal. *in l.1. in fine, C. de vectigal. & commerc.* Abb. *in cap.1. in fine, ext. de in integr. restit.* Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum, num.34. ext. de constit.* huiusmodi affirmatiua opinio saluari posset ex iis, & quæ ferè in puncto dixit Nauar. *in d. suo tract. de vsur. num. 88. versicu. est tamen quæstio quotidiana, & num.121. quæst.31.*

Hoc tamen est extra omnem difficultatem, quod Bullæ præfatæ respectu solutionis faciendæ coram Notario, & testibus plenariè dicatur satisfactum siue
22 fiat solutio in propriis manibus ipsius venditoris census, siue † de eius mandato, & commissione in manu alterius, puta Mercatoris, aut Campsoris, qui constituat creditorem in dicta summa ipsum census venditorem, vt resoluit Rota *coram* bon.mem. Penia, *in vna Bononien. census, 19. Octobris, 1598 quæ est post tract.dec. 133.*
23 *num.12.* vel soluatur † in manibus eius qui est verus creditor venditoris census, vt dixit eadem Rota *in vna Romana anteioritatis 12. Martij*, 1600. *coram* bon. mem. Iusto, *quæ est ibidem dec.134.num. 4.* videtur enim solutum in eius manibus propriis, & ab eo breui manu traditum eius mandatario *arg.not. in l. singularia, ff. si cert. pet.* & consequenter numeratio, & solutio legitima, & sufficiens inducitur. Iaf. *in l. qui in aliena num. 41. ff. de acquir. hæred.* & in propriis terminis *Bullæ* Pij V. *dixit* Rota *in d. Bononien. num.12.*

[An autem dictæ Bullæ ad vnguem satisfiat etiam 24
quando emptor census soluit venditori, non proprias, sed alienas pecunias partem negatiuam videtur amplecti Mari. Muta *dec. Sicil. 75. num.11. vbi post* Auendan. *in tract. de Censib. Hispan. cap.44. & 45. num.7.* quem allegat, dicit, quod cùm sine sorte non possint currere vsuræ sequitur quod vsuræ censuales non possint deberi, quando sors ipsa principalis non est ipsius emptoris census, sed aliena, pro parte tamen affirmatiua] in puncto respondit Paris. *cons.75. num. 37. & seq. lib.4.* nam nil aliud ex forma d. Pianæ Constitutionis in hoc contractu spectandum est in proposito, quàm vt ad manus venditoris census realiter, & cum effectu perueniat totum, & integrum pretium census, quem vendidit, vt optimis rationibus firmauit Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 23 *Februarij*, 1604. *in illa Romana census, quæ est post tract. decisio. 125. num.1.*

Cæterum si pretium census fuerit verè, & cum effectu numeratum in ipso actu venditionis census, & in actu celebrationis instrumenti, emptor tamen pecunias illas secum reportauerit potest dubitari an contractus reddatur omnino nullus, & inualidus.

Et licet † in reliquis contractibus tunc demum con- 25
tractus reddatur nullus, si probetur quod ante instrumenti celebrationem esset facta conuentio de statim restituendo pretio, post alios Aret. *instit. de litter. obligat. num.10.* Bertaz. *in tract. de Clausul. instrum. clausul.34.* Glos. *8. num.3. & in addit. ad cons. criminalia patris, cons. 544. ad fin. vers. non reprobantur.* In † hoc tamen 26
censuali contractu, in quo requiritur pro forma ipsa numeratio, & quod pretium efficiatur venditoris census, redderetur nullus contractus etiam quod non probaretur dictum pactum, & dicta conuentio ex iis; quæ dicit Bertaz. *in dd. locis auctoritate* Alex. *in l. singularia, num.35. ff. si cert. pet. quem allegat* Cardin. Mantica, *in sua trac. de tacit. & ambig. conuent. lib.18. tit.6. num.16. in fin.* Farinac. *in sua Pract. crimin. in tract. de falsit. & simulat. quæst.154. par.4. num. 90. qui alios allegat. Qua sententia placuit etiam* Paulo Bellon. *d. tract. lib.1. c. 82. num. 51 & plenè comprobat* Garz. Mastrill. *decis.262. cum multis seqq. lib.2.*

Verum si dictum pretium peruenit ad manus venditoris census licet momento temporis illud retinuerit, & postea emptori restituerit, si ex dicta momentanea solutione, & retentione aliquod commodum, & vtilitatem reportauit, dici potest satisfactum bullæ, vt resoluit Rota *coram* Reuerendissimo D. Coccino Deano *in illa Rauennatensi census quæ est post tract. dec. 187. num.10. & facit dec. in vna Romana census coram* Lancelloto *quæ est ibid. dec.163. num.4. relata d. num. 10.* Nam ex ista momentanea solutione fuit pecuniarum solutarum dominium acquisitum ipsi venditori census, vt multorum auctoritate dictum fuit *in tract. hac quæst. 1. art.5. nunc q.48. num.22. & seqq.*

Maximè si hæc restitutio fiat ex alia causa puta pro solutione debiti, quod venditor census habet cum emptore; nam eo casu restituens reportaret vtilitatem quia liberaretur à sua obligatione, vt fuit consideratum per me *d. num.22. & per* Mastrill. *d. dec.262. num. 44. & seq.* vbi alios allegat. vel si venditor census dictas pecunias relinquat in manibus emptoris sub nomine depositi vt resoluit Rota *coram* R. P. D. Vbaldo *in vna Fauentina census 2. Maij* 1622. *quæ est post tractat. decis. 427. Hanc conclusionem confirmat* Mastril. *dec. Sicil. 262. num 17. & seqq.* vel si ex alia causa restituatur emptori census, *vt resoluit* Rota *in vna Romana seu Neapolitana census coram* Manzanedo, 13. *Maij* 1624. *quæ est post tract. dec. 454. num.10. & seq. & plenius in eadem causa coram* Rem-

boldo,

boldo,6.Martij,1626.quæ est decis.527.num.4.vers. Ant d.pecunia.]

27 Vnum † tamen casum excipit ab hac generali conclusione ipsemet *Pius Papa V.* in quadam sua Bulla quam edidit ad declarationem suæ Bullæ editæ super forma creandi census, videlicet, in censu, qui constituitur, & imponitur in casu dotium assignandarum, vt expressè legitur in dicta Bulla declaratoria, in impressa *supra in prin. tract. in vers. Postremo in dotium, & diximus hac ead.q.art.5.num.13.vbi alios casus enumerauimus.*

SVMMARIA.

1 *Solutio pretij census quod sit facta coram Notario, & testibus probatur ex fide Notarij, & per discursum.*
2 *Instrumentum facit rem certam, & manifestam.*
[*Instrumentum præsumitur verum non autem simulatum.*
Maximè Instrumentum census si in sui figura apparcat celebratum iuxta formam Bullæ Pij V. super censib.
Probatio resultans ex publico instrumento admittit probationem in contrarium.
Probatio probationem non excludit.
Instrumentum potest impugnari, vel vti falsum, vel vti simulatum.
Instrumentum vt tollatur tanquam falsum requiritur probatio concludentissima.
Simulatio est probanda ab eo, qui illam allegat.
Simulatio probatur coniecturis.
Coniecturæ ad probandam simulationem debent esse efficaces, lucidæ.
Simulatio excluditur per coniecturas.]
4 *Numerauit, hoc verbum significat actum hominis, & realem numerationem.*
5 *Intelligitur de numeratione facta tunc tempore contractus.*
6 *Limitatur si constaret numerationem non fuisse factam.*
9 *Gerundia sonant in factum.*
10 *Participium dans, & soluens, respicit confessionem partis.*
13 *Habuit, & recepit, hæc verba prolata à Notario in instrumento, probant realem solutionem.*
14 *Maximè si Notarius addat habuit, & recepit in præsentia mei, & testium.*
[Habuit, & recipit ad præsentiam mei Notarij, &c. *hæc verba non probant per necesse pecuniam fuisse numeratam coram Notario, & testibus.*
Limit. *quando agitur de validitate actus, vel ad vitandam falsitatem.*
Habuit, & recepit ad præsentiam mei Notarij, &c. verificantur in traditione cedulæ Bancariæ.
Habuit, & recepit in contanti, & pecunias ad se traxit, probant realem numerationem.
Etiam quando notarius assereret pecunias esse in sacculo.
Habuit in prompta, & numerata pecunia, &c. important actualem numerationem.]
15 *Habuit, & recepit ante præsentem contractum. Hæc verba non excludunt solutionem factam in ipso contractu.*
16 *Intellige in aliis contractibus non in contractu censuali, in quo requiritur pro forma solutio in ipso contractu.*
18 *Solvit hoc verbum, verificatur in qualibet satisfactione.*
19 Limit. *si dicatur solvit pecuniam, quia verificatur in vera, & reali numeratione.*
20 *Probatio resultans ex instrumento admittit probationes in contrarium.*
21 *Dummodo fiat per probationes concludentissimas.*
22 *Vel per testes omni exceptione maiores.*
23 *Et de necessitate concludentes.*
[*Assertio procuratoris, quod pretium census non fuerit numeratum coram Notario, & testibus facta post perfectum contractum non præiudicat validitati contractus.*
Etiam quod fiat coram testibus instrumentariis.
Census sustinetur si partes habuerunt pecunias pro numeratis, licèt non fuissent numeratæ, si constaret de præsentia pecuniarum.
Quantitas pecuniarum quæ dicuntur numeratæ probatur assertione partium.]
24 *Pretium census fuisse numeratum coram Notario, & testibus, potest probari aliundè quam ex instrumento census.*
25 *Realis numeratio probatur ex depositio facto apud campsorem, qui in suo libro scribat pro creditore in dicta summa venditorem census.*
26 *Solutionis substantia consistit in numeratione.*
27 *Numeratio realis in contractu census non probatur ex sola confessione venditoris census ex quo illa requiritur pro forma substantiali, &* num.32.
28 *Aliud est recipere, aliud confiteri se recepisse.*
29. *Exceptio non numerationis pecuniæ in censu, potest opponi non solum ab ipso venditore, sed etiam à tertio conuento.*
30 *Non obstante confessione receptionis pretij facta à venditore census.*
31 *Confessio debitoris de recepto, probat etiam in casibus suspectis ex consuetudine.*
32 *Maximè lapso biennio.*
33 Limit. *quando ex forma requiritur realis numeratio in ipso contractu.*
34 *Instrumentum habet vim solutionis.*
35 *Non tamen verè, sed fictè.*
36 *Numeratio in contractu census debet probari non perfictas, sed per veras, & necessarias probationes.*
37 *Confessio de recepto probat numerationem, si concurrant adminicula.*
38 *Limitatur in contractu census.*

Pretium census fuisse integraliter solutum coram Notario, & testibus, quomodo probetur.

QVÆSTIO LI.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 8.

OCtauus supereſt Articulus in quo est breuiter videndum quomodo probari possit pretium census fuisse integraliter solutum in pecunia numerata coram testibus, & Notario in actu celebrationis instrumenti prout necessarium esse dictum fuit supra in præcedentibus articulis.

Certa † autem, & sufficiens probatio illa est, quæ 1
oritur ex fide Notarij attestantis in instrumento venditionis census talem numerationem factam fuisse, *ad* Bart. *in l. singularia, num.22. ff. si cert. pet.* Mascar. *in suo tract. de Probat. vol. 2. conclus. 1112. num. 1. & in puncto probat* Ludou. Velazqu. *de Auend. in suo tract. de censib. Hispan. cap. 44. num. 1. &* Anton. *Monach. dec. Florent. 9. num. 9.* [*& voluit* Rota *in illa Romana seu Nepesina census coram Manzanedo 9. Iunij 1621. dec. 525. num. 1. quæ fuit confirmata* coram eodem *primùm 29. Maij 1623. dec. 526. deinde 6. Maij 1624. dec. 455. num. 11 & in Anconitana pradij 29. Nouembris 1630. coram* R. P. D. Verospio *ibid. decis. 536. num. 15. vers. & ead. post trac.*] nam tale † instrumentum facit rem certam, & manife- 2
stam. Bart. *in l. 1. in prin. num. 8. ff. de noui oper. nunc.* Abb. *in cap. cum dilecti, num. 2. ext. de donat.* Alex. *cons. 135. n. 5. lib. 6.* & hanc probationis speciem esse releuantem, firmauit Rota sæpius, & signanter *coram* bon. mem. Cardinali Mantica, *dec. 302. n. 1. & 3. coram* bon. mem.

Pe nia,

Penia,15.*Februarij*,1599.*in illa Bononiensi census, quæ est ibidem decisio.* 127.*num.*2.*& coram eodem in vna Fanemina mutui*,16.*Decembr.*1601.*qua ibid.est decis.*135.*num.*1. *coram* Illustrissimo Cardin. Ludouisio *in vna Romana census*,23.*Februarij*, 1604.*quæ est ibidem decis.*125.*num.*4. *& in alia Romana census*,23.*Iunij*, 1608. coram eodem, *quæ est ibidem dec.*7.*num.* 1. *&* coram eodem *in alia Romana census*,8.*Martij*,1610.*quæ est ibidem dec.*136.*num.*1. [*& coram* R. P. D. Manzanedo 13. *Maij* 1614 *in vna Romana,seu Nepesina census,dec.*454.*num.*1. *& dec.* 491. *numero* 1. *in eadem causa* coram eodem 10. *Iunij*, 1621. *post tract.*nam in dubio standum est instrumento, cum præsumatur verùm Rota *sæpius* , *& signanter coram* Emmentissimo D. Cardinale Pamphilio *in Beneuentana census* 26. *Maij* 1614.*decis.*76.*num.*4.*& seq.post tract. non autem simulatum* , *vt dixit eadem* Rota *in Romana census* 3. *Decembris*, 1599.*coram* Lancelloto *quæ est ibidem dec.* 259. *numero* 1. propter quam & alias rationes egregiè defendit ab obiecta simulatione quoddam Instrumentum census Rutilius Patiellus *in* 87. *expedit. caus.ciuil.num.* 25. *& infra, & in Instrumento census hac maximè dicendum esset si in sui figura appareat celebratus iuxta formam Bullæ* Pij V. *editæ super forma creandi census vt diximus supra hac eadem quæstio.*9.*num.*1.*&* 2. *aliàs part.*1.*cap.*1.*q.*4.

Et hæc probatio licet sit relenans , & concludens, non propterea excludit , quin possit contrarium probari cum regulariter probatio probationem non excludit Pur.*dec.*34.*num.*4.*lib.*1.*sequitur* Rota *coram* Coccino *dec.*401.*num.*3.*& in Romana,Saluiani interd.coram* R. P. D. Pamphilio 15. *Decembris* 1614. *post tract, dec.* 35 .*num.*1.

Ad hanc autem contrariam probationem deueniri posset vel probando falsitatem enunciatæ numerationis arguendo notarium de falsitate,*vt diximus in tract. hoc eod.art.num.* 20. vel probando illius simulationem probando assertam numerationem fuisse fictam, & simulatam , vt admittit Rota *in d. Romana seu Nepesina census* 13. *Maij* 1614.*coram* Manzanedo, *post tract. dec.* 454.*& sæpe in aliis causis.*

Verum enim verò in primo casu,quia probatio tendit de directo contra Instrumentum debet esse plena, & concludens,& per testes omni exceptione maiores. Rebo.*cons.*137.*sub num.* 34.*lib.* 2. *& in puncto dixit* Rota *sæpius, & signanter in decis.*125.*num.* 13.*decis.* 137. *num.* 7. 135.*num.*5.136.*num.*7. *post hunc nostrum tract.& decis.* 355.*num.*1.*& dec.*374.*num.*6. *post tractat. & in dicta Romana seu Nepesina census num.*3.*& nos diximus in tract. hoc eod.art,num.*21.*& seq.*

Inuecundo verò casu † talis simulatio,& illius causa probanda esset ab eo,qui illam allegat,vt dixit Rota *in multis causis,& signanter in dec.*112.*num.*6.*dec.*125. *num.*22.*dec.*128.*num.*6.*& dec.*166.*num.*3. *post tract.*

Et licet † simulario probari possit coniecturis;Rota *coram* Gregor.X V. *dec.* 195.*num.*2. *&* coram Coccino *decis.*408.*num.* 4. *& aliàs sæpius* illæ tamen coniecturæ debent esse efficaces,& dilucidæ. Gregor. X V.*d.decis.* 195.*num.*4. *& ibi addent.num.*17. *& clarè sensit* Rota *in d. Romana,seu Nepesina census num.* 7. Ita vt redderentur inefficaces,& irrelèuantes per contrarias coniecturas,& per illas excluderetur simulatio,*vt dixit* Rota *coram* Gregor.X V.*d.dec.*195.*num.* 2.*& in d. Romana seu Nepesina census num.*8.

Diceretur autem Notarius fidem facere de reali numeratione, si † dicat quod Titius dedit,& numerauit. Bald.*in l.si ex cautione,num.*10.*C.de non num.pecun.* Alex. *cons.*179.*num.*6.*lib.* 2. nam verbum † numerauit actum hominis designat, id est, numerationem vt dicit Bald. *in d.l.si ex cautione,numero* 8. Dec. *qui alios allegat in lib. singularia, numero* 33. *ff. si cert.pet.& ibi* Curt.iun. *num.* 36.*ad med. &* Cagnol.*in* 2.*lect.numero* 51.*& sensit* Rota *coram* bon. mem. Penia, 15. *Februarij* 1599. *in illa Bononiensi census, quæ est post tract.dec.* 127. *numero* 1. *&* coram eodem , 29.*Nouembris*,1604.*in illa Assisiensi census,quæ est ibidem dec.*102.*numero* 2. & † intelligitur de numeratione facta tunc tempore contractus Bal.*d.l.si ex cautione,num.*10. Alex.*de cons.*179.*n.*6. Eman. Costa, *in d.l.si ex cautione,limit.* 19.*n.*8.qui † tamen dicunt hoc non procedere quando constaret pecuniam verè tempore contractus non interuenisse , quia tunc verba illa essent referenda ad confessionem partium, vt declarat etiam Surd.*d.dec.*284.*num.*11.

Quæ † probatio clarior resultaret si Notarius illis verbis, dedit,& numerauit,adderet dictionem realiter, vel dictionem cum effectu.Socin.*cons.*143.*numero* 4. *l.b.*1.Corn.*cons.*61.*num.*13.*lib.*3. Bolognett. *ad dictam l. singularia,num.*110.*& placuit* Rotæ *in vna Ianuensi census*,28.*Aprilis*,1603. *coram* R. P. D. Manzanedo,*quæ est post tract.decis.*110.*num.*3.*& seq.* vel dictionem manualiter. Castr.*d.l.singularia,num.*9.vel dictionem vere. Felin. *in cap. si cautio, num.* 50.*ex de fide instr.* Rota *in d. Ianuensi census num.*3. vel dictiones in contanti , Rota. *in d. Assisiensi census coram* bon.mem.Penia,29.*Nouembris.*1604.*quæ est post tract.dec.*102.*num.*2.& absque dubio si adderet illa verba coram me Notario , & testibus. Aret.*instit.de liter.obligat.num.* 9. *& in* §. *actionum, num.*26.*Instit.de act.*Alex.*cons.*37.*numero* 8.*libr.*3. Socin. sen.*d.cons.*143.*num.*1.*lib.*1.Mascard.*d.conclus.*1112.*num.* 8. *&* 13. Mari. Antonin. *variar. resolut.* 44.*numero* 11. Mantica,*in suo tract.de tacit. & ambig.conuention.lib.* 18. *tit.* 6. *numero* 4. tunc enim verba dicuntur omnino restricta ad visum Notarij, & testium,& verificari nullo modo possunt in confessione partium , *vt post Roman. in l.prædia,num.*4.*ff.de acq.poss. dicit* Surdus *d. dec.* 284. *num.*7.

Et licet Prosp Farinacc.*in sua Pract.Crimin. in tract. de falsitat.& simulat.q.*154.*part.*2.*n.*81. *& seq.* videatur sentire,quod non sit facienda vis in illis verbis coram me Notario,& testibus, sed quod effectus probationis resultet ex natura verbi numerauit , quod naturalem, & actualem numerationem ex sui propria natura demonstrat , vt dictum est, attamen Rota sæpius ad demonstrandum quod ex verbis Notarij resultet probatio veræ,& effectualis numerationis ponderauit,quod Notarius addiderat illa verba coram me , & testibus, & signanter *coram* bon.mem,Penia,19.*Octobr.*2598.*in illa Bononiensi census, quæ est post tract.dec.*133.*num* 5.*coram* bon.mem.Cardinali Pamphilio,24.*Aprilis*, 1600. *in illa Bononiensi census, quæ est ibid.decis.* 123. *num.* 1. *& clarius coram* bon.mem.Penia 16.*Nouembris*,1601.*in illa Fauentina mutui, quæ ibidem est decis.* 135. *numero* 2. *vbi num.* 3. ponderat illa non esse verba confessionis partium, sed verba visus, & sensus ipsius Notarij , ex *not. per* Doctor.*in d.l.si ex cautione , C. de non num.pecun. & ex* Socy.*d.cons.*143.*numero* 1.*lib.*1. *& rursus coram* R. P. D. Manzanedo , 28.*Aprilis*,1705.*in illa Ianuensi census quæ est ibidem decis.*110.*numero* 3. *&* 4.Dicta autem per *Farinac* debent intelligi in propriis terminis in quibus ipse loquitur, scilicet , quod ad effectum vt Notarius attestans de numeratione possit conuinci de falsitate, & pœna falsi teneatur , non sit necesse vt affirmet numerationem esse factam coram se Notario,& testibus, sed satis sit si simpliciter affirmet de numeratione per solum verbum,numerauit,vel aliud,quod ex sui natura denotet , quod notarius viderit actum numerationis,vt ex ipsiusmet.*Farinac.* verbis satis apertè colligitur,non tamen ipse negat quin si notarius addat etiam illa verba coram me, & testibus , multò clariot appareat verè,& effectualis numerationis probatio.

Quæ similiter, quam clarissimè insurgeret, si notarius in instrumento confecto super venditione census diceret,quod venditor census habuit , & recepit scuta tot in sui , & testium præsentia in propria pecunia in tot paulis , quæ ad se traxit , &c. vt ex not.*per Bartol.*

& Alexand. *in l. si ita stipulatus, §. Grisogonus ff. de verbor. obligat. dixit* Rota *coram* bon. mem. Penia, *15. Februarij, 1599. in illa Bononiensi census quæ est post Tract. decis. 127. num. 2. & reperiit*, coram eod. *in illa Assisiensi census 29. Nouembris, 1604. quæ est ibidem decis. 102. n. 1. & coram* Illustrissimo Cardinali Lancellotto, *10 Ianuarij, 1605. quæ ibid. est dec. 137. n. 2.*

Prout etiam ex verbis Notarij probata diceretur numeratio pretij in ipso actu contrahendi, si in instrumento dixerit Titius habuit, & recepit à Sempronio † dando, & soluendo, & sic loqueretur per gerundium. Aret. *in d. §. actionum, num. 28. instit. de auctoritate* Bald. *qui hoc affirmat in d. leg. si ex cautione, numero 9. C. de non numer. pecun. &* Felin. *in d. cap. si cautio, de fide instrum. sequuntur* Bertazol. *in suo tract. de clausul. instrum. clausula 31. glos. 5. numero 3.* Farinac. *d. quæst. 154. numero 73.* Mantica, *d. lib. 18. & tit. 6. numero 11.* Mascard. *d. concluſ. 1112. numero 18.* reddentes rationem, quia † ista gerundia sonant in factum, quod ipsius Notarij visui subiicitur: licet contrarium teneant, si Notarius non vtatur gerundio dando, & soluendo, sed participio † dante, & soluente, cum per ista participia confessionem potius partium, quam veram numerationem probari velint. Bald. *in d. l. si ex cautione, numero 8. & in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. & in leg. si ex pretio, num. 3. C. eodem tit.* Alex. *in d. l. prædia, num. 4. ff. de acquirend. poſſeſſ.* Surd. *dict. decis. 284. numero 10.* Bertazol. *d. glos. 5. numero 1.* Mantica, *d. tit. 5. numero 19.* Mascard. *d. concluſ. 1112. numero 17.* etiam si addidisset dante, & soluente ex sua propria pecunia. Aret. *instit. de literar. obligat. num. 9.* Alexand. *d. l. prædia, numero 7. refert alios.* Bertazol. *d. glos. 5. num. 1.* vel dante, & soluente in pecunia numerata *vt post Tract. Papiensi dicit* Bertazol. *d. n. 1.*

Probatio † similiter resultaret ex instrumento, si Notarius in eo dixerit, quod venditor census confessus fuit se habuisse, & recepisse ab emptore scuta tot, & habuit, & recepit, vtendo illa copula, &, Aret. *in d. §. actionum, numero 26. vers. sed in instrumento Instit. de actio.* Quia dicit ipse, ista verba non possunt referri ad illud verbum confessus fuit, sed debent de necessitate referri ad actum, qui subiicitur visui ipsius notarij. Farinac. *d. q. 154. n. 66.* Mantica, *d. tit. 6. num. 64.* Mascard. *d. concluſ. 1112. n. 13.* Sed dubitant, quid si notarius non loquatur per copulam, &, sed per relativum, Quæ, dicendo confessus fuit se habuisse, & recepisse scuta tot quæ habuit, & recepit, & quod eo casu ex illis verbis non probetur vera numeratio, sed illa sint potius referenda ad confessionem partium, quasi Notarius scripserit in tertia persona id quod venditor census pronuntiauit in prima persona voluit Bart. *in d. l. si ex cautione, numero 1. C. de non num. pecun. & ibi* Salic. Aret. *in d. §. actionum, numero 26.* Mascard. *d. concluſ. 1112. num. 13.*

Alij † autem plures contra *Bart.* fuerunt in ea opinione, quod hoc quoque casu quando Notarius vsus fuit relatiuo inducatur probatio realis solutionis, & non simplicis confessionis, & signanter Butt. *in d. cap. si cautio, ext. de fide instrum. numero 12. & ibi* Imol. *numero 13. &* Felin. *num. 52. & alij quos refert* Mascar. *d. concluſ. num. 14. &* Farinacc. *d. quæst. 154. numero 67.* cum quibus, & ipse transire videtur. Et hæc vltima opinio videtur satis confirmari ex Glos. *in d. l. si ex cautione, in verbo, vel accepit, C. de non num. pecun.* quam sequitur *ibi* Bald. *num. 7. &* Salic. *in 8. opposit.* dum dicunt quod hæc simplicia verba prolata à † Notario in instrumento habuit, & recepit, probant veram numerationem, non autem simplicem partium confessionem, quod placuit etiam Alex. *d. consil. 179. numero 3. lib. 2. &* Ias. *in d. l. singularia numero 48 ff. si cert. pet.* licet contradicant Mantica, *d. tit. 6. numero 4.* Mascard. *d. concluſ. 1112. numero 13.* Hoc certe verum est quod illa verba in priuata scriptura non probant veram numerationem. Bertazol. *d. tract. Clausula 34. Glo. 5. nu. 3. & in addition. ad consiliorum alia sui patris cons. 544. vers. si autem.* Mantica, *d. tit. 6. num. 7.*

Quod † si Notarius dictis verbis addat in præsentia mei, & testium, quod inde resultet concludens probatio veræ numerationis, volunt etiam Mascard. & Mantica, *primus d. num. 13. alter d. num. 4.* [*& dixit* Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo *in Vrbeuetana census 11. Maij 1620. decis. 534. num. 7. post tract.*

Cæterùm quod etiam si addita sint illa verba, In præsentia mei notarij, & testium infrascriptorum non resultet necessaria probatio, quod pretium census fuerit verè, & realiter numeratum in ipso actu venditionis census, videtur resoluisse Rota *coram* Illustrissimo Lancellotto *in illa Ianuensi pecuniaria 15. Aprilis, 1611. post tract. dec. 361.* vbi resoluit, hanc assertionem notarij, licet possit verificari in solutione facta per traditionem cedulæ bancariæ, non tamen concludere per necesse, quod facta fuerit in prompta, & numerata pecunia coram ipso notario, & testibus, cum nullum verbum contineatur, quod pecuniæ fuerint numeratæ, vel manualiter solutæ, & quod recipiens ad se traxerit. Vnde non videntur benè sentire. Mantic. & Masc. *supra citati.*

Nisi dicamus, quod ibi Rota se ipsam declarat, & limitat conclusionem supra per se firmatam, vt non procedat quando ageretur de validitate actus, vel ad euitandam falsitatem, & proinde; cum in casu nostro agatur de validitate venditionis census, & de saluando notarium à falsitate, dicendum est, quod per illa verba resultet concludens, & legitima probatio, quod pretium census fuerit coram testibus, & notario in actu celebrationis instrumenti realiter, & cum effectu numerata, pro vt requiritur ad validitatem contractus censualis.

Cessaret autem omnis difficultas si notarius dictis verbis habuit, & recepit addat verba, in contanti, & pecunias ad se traxit, vt fuit dictum in illa *Bononiensi census 15. Februarij, 1599. coram* bon. mem. Penia, *post tract. decis. 126. sub numero 2. vers. secundo multo magis, & coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano *in vna Assisiensi census 29. Nouembris 1604. quæ est inter eius decisiones impressas decis. 208. numero 3. & in ead. causa 19. Iunij 1606. vt inter eius decision. est dec. 302. numero 5. & comprobat* Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 628. per tot. & signanter num. 5. & seqq. vbi n. 12.* firmat ex dictis verbis resultare probationem realis, & effectualis numerationis, etiam quod notarius in Instrumento asserat, quod dicta pecuniæ existerent in sacculo, quia illa verba sunt demonstratiua, & non excludunt numerationem quæ postea interuenit, & de qua ipse notarius rogatus fuit.

Prout realis, & effectualis numerario pecuniarum facta coram notario, & testibus probatur si notarius in instrumento asserat, habuit in prompta, & numerata pecunia, vt resoluit Rota *in vna Romana census coram* R. P. D. Buratto *22. Martij 1621. post tract. decis. 171. numero 1. & in d. Romana, seu Nepesina census 13. Maij 1614. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est ibid. dec. 454. num. 1.*]

Sed † quid si Notarius illis verbis habuit, & recepit adiungat illa verba ante præsentem contractum? dicetur ne fieri probatio numerationis, & pro parte affirmatiua allegantur multi per Mari. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. lib. 1. resolut. 44. numero 14. & per* Stephan. Gratian. *dec. Marchiæ 115.* quasi illa verba ante præsentem contractum debeant interpretari antæ præsentem contractum finitum, & perfectum; ita vt non excludant quin sit facta solutio in ipsomet contractu, & dum contrahentes erant in actu contrahendi. Sed † licet hæc interpretatio posset forte recipi in aliis contractibus, in quibus non requiritur pro

substan

substantia quod numeratio fiat coram testibus,& Notario in actu ipso contrahendi. In hoc tamen censuali contractu in quo ex forma *Constitutionis Pij V.* numeratio debet fieri in ipsomet contractu, Ego illam nullo modo admittendam censeo,cùm repugnet formæ datæ per dictã Bullam quam esse ad vnguem obseruandam docuimus supra in præcedentibus articulis,prout nec verè illa placuit Mar.Antonin.*d.resol.44. n.15.vers.in hoc dubio.*

17 Sed quid si † Notarius in instrumento census dicat quod emptor census soluit pecuniam, venditori, resultabit ne ex dictis verbis probatio solutionis in prompta,& numerata pecunia? hæc difficultas est definienda ex Bart. *in l.solutionis,num.1.ff.de solut.* qui distinguit an Notarius dixerit simpliciter Titius soluit,
18 an vero cum adiuncto, soluit pecuniam:uam † primo casu ex dicto verbo non infertur ad veram,& naturalem solutionem in pecunia numerata, quia verbum solui verificatur in qualiberspecie satisfactionis secũdo verò casu inferatur, quia tunc debet intelligi ra-
19 tione adiuncti de vera,† & naturali solutione,*leg.solutum, in princ. ff.de solut.* & hanc distinctionem defendit Soc. sen. *cons.65. numer.3.lib. 4. amplectitur* Ripa, *in l.4. §.soluisse, numer.1.& 2. ff. de re iudic.* Alc. *in leg. liberationis, num.3.& 4. ff. de verbor.signific. & non dissentit* Paris. *cons.107.numer.132.lib.2. quos, & alios refert* Bertazol. *d.Clausula 34.* Glos.*5. numer.4.& 5.* Licet autem maxima sit, & indubitata probatio, quæ
20 ex publico instrumento resultat: non † denegatur tamen facultas probandi in contrarium, & mæximè arguendo Notarium de falsitate Bart. *&* DD. *in leg.singularia, ff. si cert.pet.& alij relati per* Auend. *d.cap.44. numer.2.& bene faciunt quæ tradit* Farinacc.*in sua Pract. crimin. in tit.de falsit. & simul.quæst.156. numer.147. &*
21 *seqq.* dummodo † probatio ista fiat per legitimas, veras, & concludentissimas, non autem præsumptiuas, & coniecturales probationes, vt subdunt Auend. *&* Farinac.*ll.alleg.ille numer.3.iste numer.148.& dixit* Rota *sæpius, & signanter in decisionibus post tract.impressis, videlicet decis.7. numer.2. decis.95. numer.12. decis.125. numer.13.decis.133.numer.7.decis.135. numer.5. & decis. 137.numer.7.*[*& in illa Bononiensi census coram* b.mem. Penia 19.*Octobris* 1598.*quæ est post tract. decis.133. n.7. & coram* bon.mem. Card. Lancellotto *in una Romana census* 10.*Ianuarij* 1603. *quæ ibid.est decis.136. num.7.& in alia Romana census coram* Illustriss. Cardin. Mellino, 17.*Maij* 1600.*quæ est post tract. decis.355. numer.1. & in una Beneuentana census* 16.*Decembris* 1594.*coram* bon. mem.Cardin.Pamphilio,*quæ est ibid. decis.374. numero*
22 *6.*] & factas per † testes omni exceptione maiores, nullam prorsus, etiam minimam patientes exceptionem, vt sexcentorum auctoritate probat Farinacc. *d. tract.quæst.158. numero 92.& dixit eadem* Rota *in decisionibus,post tract.impressis,decis.24.num.4.decis.133.num.*
23 *7.& decis.136. num.1.* & † de necessitate,& concludenter deponentes. Farinac. *d.quæst.158.num.116.qui multos allegat,& voluit* Rota *d.decis.24.numero 6. & decis.136. numero 6. & aliàs sæpè* [. Et proinde si census fuerit emptus mediante persona procuratoris, qui postea perfecto,& absoluto contractu attestetur in scriptura priuata pretium census non fuisse numeratum in prompta pecunia, talis confessio non præiudicat contractui,etiam si sit facta ead.die, & coram testibus Instrumentariis,vt resolvit Rota *coram* R.P.D.Buratto *in illa Romana census 22. Iunij 1621.post trac.decis. 371. n.4. & seqq.*] Et hæc de probatione que fit per publicum Instrumentum; Non enim censentur exclusæ aliæ spe-
24 cies probationis. Nam si aliunde, † quàm ex lectura Instrumenti constaret venditorem census habuisse effectualiter integrum pretium census, censeretur satisfactum necessitati soluendi illud coram Notario & testibus in actu celebrationis instrumenti, vt fuit resolutum *in* Rota *coram* bon. mem. Penia, 19. *Octobris,1598.in illa Bononiensi census, quæ est post tract. decis.133. num.11. vbi numero 12.* dicitur † quod realis 25
numerationis probatio resultat si constet pretium fuisse depositatum in banco de consensu venditoris census, & campsorem constituisse illum in suo libro creditorem dictæ summæ, quidquid de hoc dubitauerit aliàs eadem Rota *coram eod.*bon.mem.Penia, *in eadem causa Bonomensi census,15.Februar.1599.quæ est ibid. decis.127.num.1.* Quæ tamen decisiones possent conciliari, considerando quod resolutio facta, 19. *Octobr.* 1598. loquatur, & intelligenda sit, quando penes campsorem, & mercatorem disponitur pecunia, numerando illam ipsi mercatori *in decis. autem facta. 15. Februar.* 1599. dum dubitabatur de releuantia depositi, hoc debeat intelligi, quando depositum non fit numerando pecuniam campsori de consensu venditoris census, de præsentando, & consignando illi, & deponendo penes eam pecuniam in marsupio, & in sacculo obsignato. Quo casu cum deficiat † pro- 26
batio substantiæ solutionis, scilicet, ipsa numeratio, depositum non diceretur releuans vt bene deducitur ex dictis per Tiraq. *de retract. conuent.* §.4.Glos.*6.num. 17.& seqq. & signanter numero* 22. & in puncto dicit Auend.*d.cap.44. numero 6.* vel, & fortè melius possumus dicere, quod licet Rota *die 15. Februar.*1599.dubitauerit, an ex deposito dicatur satisfactum necessitati numerandi pecuniam in ipso actu contrahendi? non recessit tamen à resolutione affirmatiua quam fecerat *in eadem causa die 19. Octobr.* 1598. (Sed an † ex sola 27
confessione de recepto facta à venditore census resultare possit sufficiens, & releuans probatio dictæ solutionis veræ, & realis coram Notario, & testibus. Negatiuam sententiam probat Paris. *cons.75. numero 33. in fine,lib.4.* Boccacc.*in suo tract.de censib.par.1.numero 46.& seq. pluribus confirmat* Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar.de censibus tomo 1.lib.1.cap.8.numero 15. & cap.9.numero 6,vers.denique, & numero seq. & numero 10.vers. hinc que respondi,& repetit tomo 2. lib. 3. cap. fin. numero 5.vers. per confessionem, vbi alios refert.* Gaspar. Roderic. *in sua tract.de annuis reditib. lib.1.quæst. 13.sub num.4.vers.nec proderit sola,& hoc placuit etiam* Auend. *d. cap 44.num.10.& latissimè cap.45. num. 7. cum multis* 28
sequentibus. Nam † aliud est recipere,aliud confiteri se recepisse,*l.si ex pretio & ibi* Doctor. *C. de non numerata pecun.* Socin.sen.*cons.3.numero 11. lib.primo.* Mascard.*in d.suo tractat.de probation. volum. secundò,conclusio. 1111. num.* 2. qui multos allegat. Quod procedit non solum respectu ipsiusmet venditoris census, verum etiam † 29
respectu alicuius tertij possessoris bonorum censitorum, qui hanc exceptionem non numerationis pretij, tanquam intrinsecam, & respicientem formalem substantiam contractus, poterit † opponere,non obstan- 30
te confessione receptionis pretij à venditore emanata: *vt auctoritate* Fulgos. *consil.133.& 205.* & Mascard. *de probat. volum. conc.* 361. *affirmat.* Auend. *d. cap. 45. num.22.*

Nec obstat,quod † de consuetudine vera numeratio 31
pecuniæ probetur ex confessione etiam in casibus suspectis. Bald. *in l.2. num.5.C.ne lic.potent.* Paul.de Cast. *in l. per diuersas, num.12.in fine,C.mandat.* Fulgos. *consil. 205.numero 1.vers. illud etiam ad notandum est.* Maximè † lapso biennio. Fulgos. *ibid. num.2.* Rota Ge- 32
nuens.*decis.26.num.1.& seq.*tum quia contrarium probat.Auend.*d.cap.45.num.11.*tum ob rationes quas considerat Roderic.*d.num.4. vers.* ex quo etiam infertur tum † quoniam hoc posset procedere,quando præsen- 33
tia pecuniæ, & vera numeratio non requireretur in ipso actu contrahendi pro forma substantiali contractus, secus quando pro forma requireretur, vt in casu nostro, prout deductum fuit in præcedentibus articulis,& faciunt dicta per Auend.*d.cap.45.numero* 10. Cui

simplici confessioni de recepto, neque etiam iuramentum ipsius censuarij præstaret vim veræ, & efficacis probationis, pretium census fuisse vere numeratum in
34 ipso actu contrahendi: quia licet † iuramentum habeat vim solutionis, *l. iusiurandum l. duobus. §. quid, si reus, ff. de*
35 *iureiurand.* illud tamen non verè, † sed fictè procedit. Bart. *in l. qui iurasse, §. fin. & d. §. quod si reus.* Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuileg.* 81. *num.* 1. *in fine*, numeratio autem in contractu census requiritur non fictè, sed verè, realiter, & cum effectu: vnde probari debet non per
36 probationes præsumptiuas, & per coniecturas, † sed per concludentes, & necessarias, vt in puncto concludit. Felician. de Solis, *in dd. suis Comment. tomo* 2. *lib.* 3. *cap.* 4. *& vlt. num.* 5. *vers. & licet in mutuo.* Auend. *d. cap.* 44. *n.* 9. *vers. ex qua, & num.* 10.

Et licet Auend. *d. tract. cap.* 45. *n.* 19. ea quæ dicta sunt de confessione de recepto, quod non probent numera-
37 tionem, limitet † si concurrant coniecturæ, & præsumptiones adminiculantes dictam confessionem: at-
38 tamen hæc limitatio mihi non probatur † in contractu census in quo propter peculiarem illius naturam requiritur pro forma substantiali vera, & præsentialis pretij numerario, ego existimo confessionem de recepto, quantumuis adminiculatam, non inducere releuantem pretij numerationis probationem, ex iis, quæ dicit Tiraquel. *in dict. glos.* 6. *numero* 22. *& per ea, quæ diximus sup. in hoc art. & maximè, numero* 16. 34. *& seqq.*

[Cæterum si constaret de vera, & reali præsentia pecuniarum in ipso actu venditionis census coram testibus, & notario, licet illæ non fuissent numeratæ, sustineretur census, si partes haberent pecunias pro numeratis, *vt post* Bald. *cons.* 247. *circa fin. vers. item quia pecunia lib.* 1. *dixit* Rota *in vna Romana census* 6. *Aprilis* 1623, *coram* R. P. D. Nauarro, *post tract. dec.* 436. *num.* 5. quod frequenter accidere testatur *ibi* Rota, quæ mouetur ea etiam ratione, quia licet actus numerandi debeat concludenter probari, tamen quo ad quantitatem satis probatur assertione partium Cagn. *in l. si num.* 7. *ad med. ff. de reg. Iur.*]

SVMMARIA.

1 *Fideiussor accedit cuicumque obligationi.*
2 *Fideiussor in contractu census, simpliciter accedere potest.*
Quidquid aliqui contrarium teneant, ibidem, & num. seq.
Ampl. *vt teneatur etiam si contractus census nullus sit, quando in eum casum se obligauit*, n. 4.
Et absque dubio, quando obligauit se vti principalis, & insolidum num. 5.
3 *Fideiussor cur à creditoribus accipiatur.*
6 *Fideiussor præstitus in contractu census, debet à suo principali absque damno releuari.*
7 *Fideiussor pro fideiussione faciendâ potest aliquid recipere, & quid.*
8 *Fideiussor in contractu census potest se obligare pro solutione annui redditus, & pro euictione.*
9 *Non autem de soluendo censum etiam in casu quo fundus census periret.*
[*Fideiussor census ad quid obligetur remissiuè.*
Fideiussoris census obligatio de soluendo annuos fructus censuales restringitur ad capacitatem fundi.
Ampl. *etiam si se obligauerit cum iuramento.*
Fideiussor non obligatur in plus, quam principalis.
Neque in duriorem causam.
Fideiussor censetur se obligasse dumtaxat ad ea, ad quæ tenetur principalis.
Etiam quod se obligauerit tanquam principalem, principaliter, & insolidum.
Fideiussor non teneetur nisi ad ea quæ sunt de natura contractus cui accedit.
Fideiussor census censetur promittere pro securitate solutionis non autem pro securitate rei, & fructuum rei subingatæ.
Iuramentum validat contractum nullum.
Limit. 1. *contractu per legem prohibito.*
Limit. *si sapiat vsurariam prauitatem, & sic sit contra bonos mores.*
Limit. *in contractu inito contra illius formam substantialem.*
Fructus percipi non possunt sine peccato ex contractu fœneratitio.]
10 *Fideiussor non remanet obligatus, quando obligatio principalis est nulla ipso iure.*
11 *Etiam si obligaret se vti principalis.*
[*Fideiubens in contractu inito principaliter ad commodum alterius non efficitur creditor debendi licet se obliget tanquam principalem.*
Debitor principalis is est, ad quem principaliter spectat contractus, qui geritur.
Fideiussoris dicitur, qui non sentit vtilitatem ex contractu.]
12 Limitatur, *si obligatio principalis non sit nulla ipso iure.*
13 *Fideiussor in contractu census non potest se obligare vti principalem, & insolidum, secundum Surd.*
Contraria opinio vti verior defenditur ab Auctore, num. 15.
14 *Fideiussor regulariter potest se obligare vti principalis & insolidum.*
16 *Census, respectu fideiussoris, qui se vti principalis obligauit, dicitur impositus super fundo principalis imponentis.*
[*Fideiussor obligans se tanquam principalem, potest dici principaliter debitor.*
17 *Consentiens alienationi rei propriæ, sibi præiudicat.*
18 *Et ipsemet rem illam alienare censetur.*
19 *Solemnitates requisitæ à lege in contractu sunt seruandæ à quolibet contrahente.*
20 Declar. *verum in solemnitatibus, quæ respiciunt personas ipsorum contrahentium.*
21 *Obligatio plurium* [illegible] *insolidum, quo ad effectum est vnica.*
22 *In contractu census pretium debet solui in pecunia numerata.*
23 *Solui tamen potest in manibus alterius, quam ipsius venditoris census.*
24 *Venditor census, & illius fideiussor, quo ad emptorem census sunt correi debendi.*
25 *Sed quo ad venditorem census fideiussor retinet propriam naturam fideiussionis.*
26 *Fideiussor census si sit effectus non soluendo, non est renouandus.*
Limitatur *si aliter inter contrahentes sit conuentum*, num. 30.
27 *Fideiussor datur ex conuentione si efficiatur minus idoneus, & non soluendo, non debet renouari.*
28 *Secus, si fuerit præstitus coactè ex officio Iudicis.*
29 *Fideiussores nouos dare est valdè onerosum debitori.*
30 *Conuentio de renouando fideiussores de tempore in tempus, non reprobatur in contractu census.*
[*Pactum de renouando fideiussores in contractu census in casu mortis alterius ex fideiussoribus valet.*]

De fideiussore in contractu census adhibendo.

QVÆSTIO LII.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 2.

1 CVm † regulare sit quod fideiussor possit accedere omnibus obligationibus *l. 1. & 2. ff. de fideiuss. I.*
2 *Inst. eod. tit.* non † videtur dubitandum quin accedere etiam Possit in contractu census, & licet Nauar. *consil. 9. numero 3. & 5. lib. 3. in tit. de censibus* distinguat an fideiussor præstetur, vt emptor census fiat securus, quod venditor census potuit illum vendere, & quod est bene impositus, & hoc casu licita sit fideiussio per rationes, quas ipse considerat, *num. 5.* aut verò præstatur pro securitate emptoris, videlicet, quod tempore debito sibi annuæ responsiones soluentur, & eo casu fideiussoris præstatio sit minus licita quasi per eam imponatur aliquod onus venditori census, quod per *Bullam* Pij V. *super censibus* est prohibitum, vt ibi per Nauar. *numero 5.* & similiter licet Ludou. Lopez. *in suo tract. de contract. c. 57.* quem refert, sequitur, & comprobat Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3. controu. 14. numero 1. vers. docet quarto & plenius numero 6. vers. ex his sit prima conclusio*, & infra distinguant censum qui tempore contractus & impositionis illius est adeò securus, vt peritorum & prudentum iudicio nullum immineat periculum, vel non recipiendi annuam responsionem, vel periclitationis ipsius census propter onera cohærentia rei subiugatæ, à censu in quo illius emptor non habeat huiusmodi securitatem, vt primo casu sit illicitè fideiussio, in altero verò possit licitè accipi Attamen quod simpliciter, & indistinctè accipi possit fideiussor in contractu census etiam pro illius solutione, dicit Ludou. Molina, *in suo trac. de contract part. 2. disput. 391. numero 1.* Felician. de Solis, *in suis Comment. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. num. 3. refert* Gasp. Roderic. *in suo tract. de annu. reddi tib. lib. 2. quæst. 12. numero 9.* Martin. Bonac. *post hæc scripta visus, in suo tract. de contract. disput. 3. quæst. 4. puncto vnico, numero 29.* [*& defendit* Gutierez. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 177. numero 8. post prin. vers. quinimo censu*] & Ego verissimum existimo, quidquid contrarium conetur defendere Ludou. de Auend. *de censib. Hispa. cap. 97. numero 2. & 4. & seq.* etiam quod tempore impositionis, & venditionis venditor haberetur, & reputaretur locuples, & securus, cum soleat contingere, & experientia doceat quod is qui hodie habetur pro diuite ex aliquo accidenti fiat non soluendo, &
3 creditores soleant fideiussores accipere † dum curant vt diligentius, & plenius sibi cautum sit, vt dicit Imperat. *in prin. Instit. de fideiuss.* quia scilicet, dum alium pro debitore sibi obligant hoc maxime prospiciunt, vt cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possint ab iis, quos pro eo obligauerunt suum consequi, *§. fin. Instit. de replicat.* [*l. 1. ff. qui satisd. cog. cum aliis apud* Mant. *de tac. libr. 16. tit. 2. numero 1.*] & ita vsus, & communis praxis approbauit, & recepit, cum nullus ferè contractus censualis celebretur absque vno vel pluribus fideiussoribus, vt animaduertit Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 68. numero 101.* & ab ista opinione non dissentit communis Scribentium Schola, qui loquentes de hoc contractu, & de fideiussore in illo præstito de illius validitate, vel iustitia, non dubitant Surd. *cons. 318. numero 6. lib. 3.* Felician. *d. cap. 4. numero 3. &* Rota *sæpius in pluribus causis, & signanter coram* Seraph. *decis. 1187. numero 1. & in vna Anconitana pecuniaria 7. Februarij, 1611. coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est post tract. decis. 138. per tot* & videtur quod possit concludenter probari ex *tex. in l. Titius, 81. §. Lucius Titius, ff. de contr. empt.* vbi Scæuola respondit iure consistere venditionem, qua ob certam pecuniam acceptam venditor promittit ex certo prædio se præstaturum alteri centum millia modiorum frumenti annua, & venditori teneri singulis annis persoluere eam quantitatem, & tali promissioni hypothecam, & fideiussores accedere posse. Ex quibus videtur vera conclusio quod indistinctè possit in hoc contractu fideiussor accedere, & illum in isto contractu efficaciter obligari; [quam sententiam nos allegans amplexus fuit nouissimè Matt. Medic. *decisio senensis 31. num. 1.*]

Quod adeò verum est, vt † si fideiussor obligauerit se hoc expressè acto, quod vult teneri etiam quod contractus ipse sit nullus, & inualidus, vel rescinderetur ex omni, & quacumque causa, propter istam generalitatem verborum remaneat obligatus, & compelli possit ad censum solutionem, etiam quod census esset nullus respectu venditoris illius, vt resoluit Rota *coram* bon. mem. Penia, 10. *Martij*, 1600. *in illa Bononien si census, quæ est post tract. decis. 46. per tot.* Maximè, † si se obligauit vti principalis vt fuit dictum *in eadem* Rota *in vna Tudertina census, 26. Maij*, 1600. *coram* bon. mem. Iusto, *quæ est ibidem dec. 139. num. 4. & latius dicemus infra quæst. 74. aliàs hac ead. par. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 2.* Quod tamen non procederet quando nullitas contractus resultaret ipso iure ab initio per ea quæ statim subiiciam.

Iste autem fideiussor qui accessit in contractu census quo ad conseruationem indemnitatis gaudet eodem priuilegio, quo gaudent fideiussores præstiti in cæteris contractibus: nam † sicut illis debetur talis conseruatio ex natura contractus, licet ea expressè in
6 ipso contractu fideiussionis promissa non fuerit, Franc. *in c. fi. numero 2. de foro compet. lib. 6.* Calcan. *cons. 35. numero 1.* Marsil. *ad Rubr. C. de fideiussor. numero 315.* Simon. de Pret. *consil. 153. numero 23. lib. 1.* Ita etiam illam deberi fideiussori, qui accessit in contractu census pro toto tempore, quo census vixit, & donec non fuit extinctus resoluit Rota *in vna Romana releuationis indemnitatis, coram* R. P. D. Pamphilio, 14. *Nouemb. 1605. quæ est post tract. dec. 140. num. 3.* Sed an, † 7
præter istam promissionem conseruationis possit aliquid accipere vt fideiubeat? Et licet negatiuam nitatur defendere Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. libr. 2. quæst. 12. n. 8. cum multis seqq.* verior tamen, & communis est affirmatiua, cum permissum sit pro fideiussione facienda præmium accipere. Calcan. *cons. 15. numero 11. & alij communiter, vt de communi testatur* Roder. *d. quæst. 12. num. 9. & seqq.* Mantica, *in suo trac. de tac. & ambig. comment. lib. 6. tit. 6. n. 6. & ex dictis ibi per eum num. 13.* clarè colligitur responsio ad ea quæ pro negatiua opinione allegat Roderic. *d. n. 8. & seq.* hanc eandem opinionem affirmatiuam post multos allegat amplectitur, & communem dicit *idem* Mantic. *d. tract. lib. 16. tit. 3. num. 3.* Rota *diuers. dec. 679. num. 2. par. 1. & ita pluries sensisse* Rotam *colligitur ex resolutione facta in causa Romana affictus, 8. Martij*, 1604. *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, *quæ est impressa post tract. dec. 141. n. 1.* vbi dicitur quod fideiussor pro tali fideiussione præstanda possit recipere.

Aduertendum tamen est, quod licet † supra diximus, quod fideiussor potest indistinctè in contractu census accedere, & se obligare, hoc tamen debet sano modo intelligi, & declarari, vt possit quidem se obligare, & promittere domino census quod sibi debito tempore annua pensio soluetur, item de immunitate fundi supposititi tam ratione euictionis, quàm quod sit liber ab alterius census onere, tum demum de indemnitate ab illis damnis quæ domino census immineret si cõtingeret hæc tria aliter sese habere, vt benè 8

declarat Ludo. Lopez *d.c. 53. verſ. 1. ſtatuitur concl. & verſ. 2. concl.* & confirmat Mich. Salon. *d. controuerſ. 14. num. 7.* & fuit de mente Pij V. *in d. ſua Bulla de cenſib.* prout ipſemet profeſſus fuit, & declarauit in alia ſua Conſtitutione edita pro declaratione dictæ ſuæ Bullæ, quæ eſt impreſſa *in princ. tract. in verſ. ceterum fideiuſſores, &c.* Item quod res quæ cenſui ſubiicitur ſit imponentis, & capax oneris, quod imponitur. Nauar. *d. conſ. 9. numero 3. libr. 3. part. 1. de cenſib.* Card. Tolet. *in ſua Inſtruct. Confeſſor. lib. 5. cap. 46. in prin. refert.* Ioan. Franc. Leonis *in ſuo Theſauro fori Eccleſ. par. 2. cap. 15. de cenſib. num.* 8 Non autem † ad effectum, vt pereunte fundo ſuppoſito nihilominus ipſe obligatus maneat, vt declarat Lopez. *vbi ſupra* & ſequitur Salon. *d. controuerſ. 14. num. 1. verſ. his poſitis licet ibidem, num. 7. verſ. Ex hac concluſione* ab illo, & malè diſſentiat: eſt enim hoc contra ſubſtantiam contractus cenſualis, vt diximus *infra q. 102. aliàs par. 3. cap. 1. q. 2.* [Vel ſi cenſus non ſit impoſitus ſuper fundo frugifero, & capace cenſus impoſiti, prout ex forma ſubſtantiali requiri diximus *ſupra par. 1. c. 3. q. 2. per tot.*

Nam fideiuſſoris obligatio reſtringitur, vt tantum intelligatur ſe obligaſſe de euictione fundi, ſuper quo cenſus fuit impoſitus, videlicet, quod fundus ille eſt liber ab aliis obligationibus anterioribus, & pro ſolutione cenſus vt multorum auctoritate diximus *infra queſt. 76. aliàs hac part. 2. cap. 2. queſt. 3. art. 4. numero* 10. Hæc autem obligatio de ſoluendo: non poteſt complecti caſum, ſi ex fundo ſuppoſito non poſſint percipi fructus, qui ſufficiant pro ſolutione cenſus, & ſic quod fundus cenſitus ſit capax cenſus qui imponitur, & pro quo fideiuſſor accedit, vt firmat Gaſp. Anton. *Theſ. quæſt. Foroniſ. lib. 1. cap. 32. num. 16.* qui ea ratione mouetur quia aliàs ſequeretur, quod fideiuſſor obligaretur in pluſquam principalis, quod eſt contra naturam obligationis fideiuſſoriæ, *l. grace §. illud, & ibi gloſ.* Bar. *& alij communiter, ff. de fideiuſſ. §. fideiuſſores vbi ſcriben. Inſtit. eo. tit.* & in duriorem cauſam, quam ſuus principalis obligetur, & propterea non tenetur, *l. fideiuſſor. obligari, §. 1. de leg. grace. § ſi quis Stichum. & §. ſeq. l. is, qui acceſſionis, ff. de fideiuſſorib.* fideiuſſor enim cenſetur ſe obligaſſe dumtaxat ad ea, ad quæ tenetur principalis. *l. ſtipulatus ſum à reo §. adhiberi, ff. de fid. gloſ. in l. ſciendum ff. de verb. oblig.* Cran. *conſ. 272. numero 3. lib. 2.* Surd. *conſ. 359. num. 33. lib. 3.* Etiam ſi ſe obligauerit tanquam principalem principaliter, & inſolidum. Becc. *conſ. 45. num. 49. lib. 1.* Decian. *conſ. 72. numero 5. lib. 2.* ſed principalis impoſitor cenſus non tenetur ad ſolutionem cenſus, niſi iuxta ratam fructuum qui ex fundo ſuppoſito percipi poſſunt, vt diximus *ſupra d. part. 1. cap. 3. q. 2. per tot.* meritò, nec fideiuſſor poteſt ad plus teneri. Addo ego aliam rationem, quia fideiuſſor non tenetur niſi ad ea, quæ veniunt ex natura contractus, cui accedit, *l. quæro, & ibi gloſ. ff. locat. l. ſi ſeruum, §. nunc videamus. l. mora. rei. ff. de verbor. oblig.* Caſtr. *conſ. 23. col. 3. in fin. verſ. contrarium, lib. 1.* Cran. *conſ. 45. n. 6. lib. 1. & d. conſ. 272. num. 2. lib. 2.* Sed ex natura contractus cenſualis eſt, vt ex eo non naſcatur obligatio ſoluendi annuum cenſum, & annuam præſtationem, niſi ad ratam fructuum, qui ex fundo ſubingato percipi poſſunt, vt diximus *d. quæſt. 2.* meritò, &c.

Quod procedere etiam quando fideiuſſor cum iuramento promitteret, fundum ſuppoſitum eſſe aptum ad producendum fructus dicto cenſui correſpondentes, videtur ſentire. *Theſaur. d. num. 16. & infra* ea ratione, quia dicto etiam caſu fideiuſſor præſumitur promiſiſſe, & fideiuſſiſſe pro ſecuritate obligationis quo ad ſolutionem, non pro ſecuritate ipſius rei, & fructuum, ſuper quibus ab initio cenſus conſtituitur alias non eſſet contractus iuſtus, quia per illas obligationes euitaret omne periculum, emptor cenſus, quod contractum cenſualem confirmare ſolet.

Nec eſt facienda vis in virtute Iuramenti: quia licet validare ſoleat contractum alioquin nullum, & inualidum *cap. quamuis de pact. cum vulgar.* hoc tamen non poteſt operari in propoſito caſu: tum quia ſumus in contractu prohibito per Bullam Pij V. ſuper form. creand. cenſus quo caſu iuramentum non reddit validam obligationem fideiuſſoriam Bald. *in l. ſi prædium, C. de iur. dot.* cuius auctoritate. Odd. *conſ. 41. num. 24. libr. 1.* Seraph. *de priuil. iuramenti priuileg. 62. numero 13.* tum quia dicta prohibitio fuit per bullam facta ad euitandam vſurariam prauitatem: vt in proœmio eiuſdem bullæ expreſsè dicitur, iuramentum autem non firmat contractum factum contra bonos mores; imò nec eſt obligatorium *cap non eſt obligatorium de reg. iur. in 6 cum aliis per* Seraphin. *d. priuileg. 61. in 4 limit. num. 12.* tum demum quia in dictis caſibus nullitas contractus reſultaret ob defectum formæ ſubſtantialis ipſius traditæ per dictam Bullam, vt ſupra deductum fuit, & proinde iuramentum non operatur validitatem obligationis fideiuſſoris, Aret. *in cap. in tuis de teſtibus.* Seraph. *d. tract. priuileg. 170 num. 6.* Quod multo magis videtur, concludendum quia ſi fideiuſſor eo caſu teneretur & illius obligatio virtute Iuramenti ſuſtineretur, creditor perciperet fructus ex contractu nullo, & ex dicta bulla fœneratitio quod non poteſt abſque peccato, vnde talis obligatio non poteſt iuramento firmari tanquam ſapiens vſuram. Seraph. *poſt multos, quos allegat. d. num. 16.* Et ideò cum in iſtis caſibus.] † obligatio principalis ſit ipſo iure nulla, obligatio quoque fideiuſſoria, que eſt acceſſoria, *l. fideiuſſor. obligari, in prin.* & ibi omnes, *ff. de fideiuſſor.* erit ſimiliter nulla, *l. cum lex, & ibi* Doctor. *ff. eod. tit.* Iaſ. *in l. ſi non ſortem in princ. ſub n. 3 ff. de cond. indeb.* Cæph. *conſ. 437. num. 26. & ſeqq. & conſ. 332. num. 16. lib. 3.* Boccacc. *ad* Conſtitut. March. Gloſ. *6. n. 173.* Steph. *Lamberteng. in tract. de Contract. cor.* Glo. *16. num. 10. & ſeqq.* etiam ſi † ſe obligaſſet vti principalis, & inſolidum. Laurent. de Pin. *conſil. 71. num. 2. & ſeq.* Pariſ. *conſ. 110. num. 75. lib. 1.* Sforz. Oddo. *conſ. 41. num. 22. 24. & ſeq. lib. 1.* [quia cùm acceſſerit contractus, qui initus fuit principaliter ad fauorem, commodum & vtilitatem impoſitoris cenſus, expreſſio ſola, quod ſe obligauit vti principalis non operatur, vt ſit effectus correus debendi cum ipſo impoſitore cenſus vt diximus, *infra hoc eod. art. num. 24.* nam veriſimile eſt aliud ſenſiſſe partes *vt ex* Bar. *in l. eandem in princ. n. 6. ff. de duob. reis, & Caſtr. in l. Modeſtinus col. pen. in fin. ff. de ſolut. dicit* Gabr. *conſ. 63. num. 6. lib. 2.* is enim, ad cuius vtilitatem principaliter contractus celebrant dicitur principalis debitor, *l. ſed Iulianus in princ. & ibi* Caſt. *ff. ad Macedon. cum aliis cumulatis à* Gabr. *d. conſ. 63. num. 8. & à* Pytro Maur. *in ſuo tract. de fideiuſſor. par. 2 ſect. 3. cap. num. 1. &* 4. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 1. num. 2.* Is autem ad quem negotium principaliter non pertinet nec aliquam vtilitatem ex contractu percipit, dicitur fideiuſſor. *gl. in auth. de fideiuſſ. in prin.* Crau. *conſ. 77. num. 3. verſ. hoc ita lib. v.* Lauren. de Pin. *conſ. 71. num. 4.* Odd. *conſ. 41. num. 44. & ſeq. lib. 1.* Mantic. *d. tit. 1. num. 3. cum aliis citatis infra hoc eod. articul. num. 25.*] licet † ſecus ſit quando obligatio principalis non eſt ipſo iure nulla, vt ſupra dictum fuit.

Verum quia ſupra ſæpius mentionem fecimus de obligatione fideiuſsoris facta inſolidum cum ſuo principali, non ab re exiſtimaui, vt inueſtigemus, an in hoc contractu cenſuali permiſſum ſit, vt fideiuſſor obliget ſe vti principalis, & inſolidum. In qua difficultate licet Surd. *deciſ. conſ. 318. numero 13. & ſeq. & conſ. 421. lib. 3.* non minus ſubtiliter, quam copioſe, & ingenioſè conetur defendere partem negatiuam ea ratione, quia fideiuſſor ita promittendo faceret ſe correum debendi, *l. reos, §. cum in talibus ff. de duob. reis*, cum aliis ab eodem citatis, hoc autem non eſſe permiſſum in contractu cenſus dicit.

ibi

ibi Surd. nisi in persona vtriusque concurrant qualitates,& circunstantiæ requisitæ, & necessariæ ad constituendum censum ex forma *Bullæ Pij V.* videlicet, quod tam principalis impositor census quam is, qui vti fideiussor obligans tamen se vti principalis, tali contractui accedit proprium prædium supponant, ambo pretium recipiant, in quo potissimum pro hac parte magnum facit fundamentum Surd. *cons.*511.*n.*6. *& seq.lib.*4. & alia in dicto contractu interueniant, & obseruentur,sine quibus contractus censualis formari licitè,& legitimè nequit,quam opinionem auctoritate Surd.*amplectitur* Andr. Fachin. *controuers. Iur.lib.* 10.*cap.*64.*&* Steph.Gratian.*in suis Additionib.ad Discept.tom.*1.*discep.*224.*n.*1.

13 Cæterùm cum † de iure permissum sit, vt fideiussor possit se in quolibet contractu obligare vti principalem, & insolidum cum principali debitore,vt per discursum deducit Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. redditib.lib.*4.*q.*5.*num.*7.*& seq.* non video cur hoc dici debeat denegatum in contractu census cum non te-
15 pugnet naturæ, & substantiæ census, † quod quis in contractu isto accedat vti fideiussor etiam cum dicta insolidum obligatione. Quia licet regulare sit, quod census fundari, & constitui debeat super fundo proprio,vt diximus latè *supra q.*14.*aliàs par.*1.*c.*2.*q.*1.*art.*1. ibidem tamen subiunximus, & probauimus posse imponi etiam super alieno accedente consensu domini illius. Et hanc opinionem videtur non obscurè amplexus Felician. *in suis Comment.de censib. tomo* 1.*lib.*3. *sub num.*3. & expresse secuti fuerunt *addentes ad* Nicol. Intrigl. *super Bul.de censib.q.*90. *in littera A, vers. quibus tamen &* Ludou. Auend. *d.tract. cap.*94. *sub n.*1. *circa medium,vers.sed adhuc.* Et propterea cùm quis fideiubet in contractu census obligando se vti principalis, & insolidum cum eo qui super eo proprio fundo censum imponit,& constituit,non potest dici quod talis census,etiam respectu dicti fideiussoris sit absque fundo, & quod sola eius persona remaneat obligata.
16 Quoniam † etiam quo ad ipsum fideiussorem census ille dici potest constitutus super fundo principalis impositoris, [Quia licet ille, qui in contractu census accedit tanquam fideiussor, & se obligat vti principalis,teneatur ad census solutionem,hoc tamen accidit,non ex eo,quia ipse censum imposuisse, & constituisse dici possit, cùm ipse non gerat proprium negotium, sed alienam sequatur obligationem. *Instit. de fideiuss.in princ.* & ideò non tenetur ad census solutionem quia censum imposuerit, & fundauerit, sed quia se obligauit ad solutionem census per alium impositi, & venditi, vt diximus *infra quæst.*74. *aliàs hac ead.par.*2.*cap.*1.*quæst.*1.*art.*2.*numer.*1. *& seqq.* & sic eo etiam casu remanet fundatus super fundo principalis impositoris.

Sed dato etiam, hunc fideiussorem hoc casu posse dici principalem debitorem,ex quo se obligauit in solidum, & vti principalis.Ruin. *consil.*19. *num.*8. *libr.*4. *cum aliis per* Gabr. *in tit. de fideiussor. conclus.*2. *num.*5. *&* 8.*cum quibus videtur transire* Pyrr. Maur. *d cap.*91. *num.*8.*&* 10. saltem respectu principalis creditoris ad cuius fauorem intercessit, *vt diximus hoc eod. art. numer.*24.*& infra hac ead. part.*2.*cap.*2.*q.*3.*art.*2. *in addition.num.*2.*&* 3. Attamen principalis debitor] consentiens vt census insolidum fundetur super proprio fundo videtur quod illum eundem fundum voluerit etiam pro eo,qui in dicto censu accessit cum obligatione insolidum subiicere,& pro fundo census supponere.*arg. l.aliena res ff. de pignor. action. & sentit in puncto* Garz. Mastrill.*dec.Regni Sicil.*141.*num.*26.*& seqq.lib.*2. Et fa-
17 cit id † quod consentiens alienationi rei propriæ sibi quo ad illius proprietatem & dominium præiudicat. Tiraq.*de Retractu Lignag.* §.1. *glos.*9. *num.*135. *& seq.*
18 Surd.*cons.*114.*num.*25.*lib.*1. *qui multos allegat,*& ipse † alienare dicitur Dec.*in l.fin.numer.*18.*C.de pact.* Natta, *cons.*552.*num.*6.*lib.*3. Hieron.Gabr.*con.*58.*num.*18.*lib.*2. Tiraq.*d.Glos.*9.*num.*139.*in fin.* neque debet difficultatem facere ratio considerata à Surd.*d.cons.*318.*num.*13. quod † in qualibet persona contrahente sunt seruan- 19
dæ solemnitates requisitæ à lege vel statuto : quoniam † hoc procedit quando solemnitates respiciunt ipsas 20
personas contrahentes,quales sunt solemnitates, quæ requiruntur in contractibus mulierum, & minorum, & similium personarum, quæ ob imbecillitatem intellectus sine certis solemnitatibus contrahere prohibentur, secus verò quoad solemnitates quæ respiciunt effectum obligationis, quia tunc non requiritur in quacumque persona contrahente concursus talium solemnitatum : nam † obligatio plurium personarum 21
in solidum obligatarum, quo ad effectum est vnica obligatio,& non sunt tot obligationes,quot sunt personæ contrahentium.Doctor.*in l.*3.*§.fin.& in l.eandem,* §.*fin.& in* Ronchegall.*ff. de duob.reis.*[Et propterea potest contra vnum ex dictis insolidum obligatis ad integram summam agi, & insolidum is potest condemnari. Rota *coram* Manzanedo 17. *Martij* 1625.*in vna Anconitana pecuniaria quæ est post tract.dec.*163.*n.*1. bene verum est quo ista in solidum obligatio non subintelligitur nisi expresse hoc actum fuerit,Surd.*cons.*271. *n.*67.*& alij apud* Rotam *ibi n.*2.]

In contractu autem censuali solemnitates, à *Surdo,* consideratæ non requirunt respectu personæ contrahentis, & inhabilitatis illius sed respectu bonorum censui subiugandorum, quo respectu obligatio plurium personarum vnica est, vt demonstrat Mastrill.*d. dec.*141.*num.*9.*& seqq.& facit* Ronchegall. *d.l.eandem,* §.*fin.n.*5. Ergo census in quo plures personæ in solidum obligantur tanquam vnicus census poterit super vno,& eodem fundo legitimè fundari,& constitui, & non poterit respectu alicuius ex contrahentibus dici constitutus absque fundo, & super sola obligatione suæ personæ.

Quo verò ad receptionem pecuniarum animaduertendum est.quod licet † sit de substantia census, quod 22
illius emptor soluat totum, & integrum illius pretium in pecunia numerata coram Notario,& testibus in actu ipsius venditionis census,vt decreuit Pius V.*in sua Constitutione,& nos diximus supra hoc eod.*1.*cap.q.*1. *art.*7. Non † est tamen necessarium vt numeretur in 23
propriis manibus venditoris census. Nec *Bulla præfata Pij V.* hoc disponit, potest enim de eius mandato breui manu alteri solui *arg.not.*per Scribentes,*in l.singularia.ff.si cert.per.& nos diximus d.art.*7. Quod videtur contingere in contractu isto, quia † licet quo ad 24
emptorem census tam principalis venditor, quàm is qui pro eo vti principalis, & in solidum accedit, sint tanquam duo correi debendi. & quilibet teneatur vti principalis, & in solidum ad solutionem census, in quibus terminis ita dicebat Rota *coram* bon. m. Orano 8.*Aprilis,*1598.*in illa Romana census de Prouanis,quæ est in fine Tract.decis.*21.*num.*10.[quod dictum amplectitur,& latè comprobat Mart.Medic.*d.dec.*31. *num.*5. *vers.stante & infra*]attamen † respectu venditoris cen- 25
sus iste,qui fideiussit cum principali obligatione,& insolidum est verè fideiussor,cum ipse ex illo contractu nullam sentiat vtilitatem sed totus contractus celebretur ad commodum, & vtilitatem principalis venditoris census,& ad illius manus tutaliter & integraliter pretium census perueniat. Cravet.*cons.*77 *numer.*3. *vers.hoc ita; libro* 1.Cæph.*cons.*218.*n.*20. *& seqq.lib.*2. *& ita dicebat in proposito* Rota *coram* R.P.D.Manzanedo,*in vna Ranemutensi Salmanti interdicti,*12. *Ianuarij,* 1607.*quæ est post Tract.dec.*126.*n.*12.

Cùm itaque in contractu censuali non sit prohibita præstatio fideiussoris, etiam cum obligatione insolidum,posset non incongruè dubitari, an talis fideiussor

iussor efficiatur minus idoneus, & non soluendo, teneatur debitor census nouos fideiussores magis idoneos præstare, & renouare? In qua † difficultate breuiter, & conclusiuè procedendo, facio conclusionem negatiuam ex Theorica Bart. *in l. 3. in fine ff. de fideiussor. & in l. Prætoria, 1a secunda, ff. de Prætor. stipulat.* vbi concludit, quod si † fideiussor datus ex conuentione, efficiatur non soluendo, debitor non tenetur iterum satisdare, & nouos fideiussores idoneos, & soluendo præstare: satisfecit enim suæ obligationi, dando primos fideiussores, per reg. *l. Bones, §. hoc sermone, ff. de verbor. significat.* Licet secus sit, † si primus fideiussor fuerit prælitus coactè officio Iudicis: quia si efficiatur non soluendo, cùm vigeat semper eadem met ratio æquitatis, quæ à principio militabat, cogitur debitor alium fideiussorem idoneum dare, & cum *Bartol.* transeunt alij multi, quos recenset Surd. *cons. 18. num. 13. lib. 1.* qui hoc multipliciter confirmat. Vnde cùm in hoc censuali contractu adhibeantur fideiussores, non ex officio Iudicis, sed ex mera partium conuentione; sequitur quod per prioris præstationem sit satisfactum obligationi, & non sint præstandi alij in defectum illius. Quæ conclusio videtur secundo loco confirmari ex *Bulla* Pij V. *super censibus*, qua reprobantur omnia pacta, quæ possunt quoquo modo grauamen, & onus venditori census iniicere. Vnde † cùm dare nouos fideiussores soleat esse valdè onerosum debitori, *l. si is à quo, §. fin. ff. Vt in possess. legat.* Bald. *in l. 2. C. de hæred. vel actio. vend. num. 6. & ibi* Salicet. *num. 4.* Surd. *d. cons. 18. num 13. vers. Tertium quoque & dec. 279. n. 13.* Ergo concludendum est, non esse cogendum venditorem census ad dandum nouos fideiussores.

Quæ tamen conclusio † limitanda est, vt non procedat, si in contractu impositionis, & venditionis census fuisset inter contrahentes conuentum, vt venditor census teneretur certo tempore, puta de triennio in triennium renouare fideiussores: quam conuentionem esse de iure licitam, dicit Scacc. *de Commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampl. 8. num. 295.* [& satis elicimus ex iis quæ diximus *in addit. ad part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 4. numero 4. & seq. nunc quæst. 106.*] nam si tempore conuento non renouentur, poterit emptor agere ad damna, & interesse, & loco illorum ad sortis restitutionem: vt dicit Rota *Diuers. decis. 741. n. 1. vers. sicut dicimus, par. 1. & nos dicemus infra d. quæst. 106. aliàs part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 4. num. 12.*

[Quod pactum de renouando fideiussores sit licitum etiam in casu mortis priorum fideiussorum non obscurè sentit Rota *in vna Romana census 5. Iuly 1627. coram* R.P.D. Merlino *post tract. dec. 542. n. 9.*

Sed dubitari posset, an si venditor census in contractu venditionis promittat quod ad fauorem emptoris dabit in fideiussorem Titium ad omnem requisitionem ipsius emptoris teneatur præcisè ad dandum eundem Titium in fideiussorem, an possit se excusare sub prætextu quod promiserit factum alienum, & proinde liberetur adhibita omni possibili diligentia.

In qua difficultate licet iste promissor verè dici non possit quod promiserit factum alienum, sed proprium *§. si quis alium instit. de inutil. stipul.* glos. *ibi & in l. qui autem 14. §. si quis in verb. sed & ff. de constit. pecun.* non propterea cogi potest ad præstandum in fideiussorem dictum Titium nominatum, sed liberatur præstando alium æquè idoneum *d. l. qui autem §. si quis ff. de constit. pecun. cum concordantibus traditis ibi per* Glos. *& per* Marsil. *in l. 1. §. cùm quidam n. 17. ff. de quæst. & in Rubr. de fideiussor. quæst. 30. n. 213. vers. & pro hac parte.* qui autem dicatur æque idoneus *docuit* Rota *coram* Verall. *dec. 154. n. 2. & seq. part. 3.*

Cæterùm si vltra promissionem præstandi Titium in fideiussorem sit etiam adiectum certum tempus in quo talis fideiussor præstari debeat, & in casu obseruantiæ sit adiectum pactum resolutiuum contractus. An ob non præstationem dicti fideiussoris nominati intra illud tempus expressum censeatur resolutus contractus, *vide quæ habentur infra in addit. ad par. 3. cap. 1. q. 3. art. 4. n. 4. & seqq. nunc q. 106.*]

De pactis in contractu census, & illius venditione prohibitis, quæ sint pacta, quæ apposita in contractu censuali vitiant, & ipsa quoque vitientur, itidem quæ vitientur, & non vitient contractum.

QVÆSTIO LIII.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 3. ar. 1.

TErtia principalis sequitur quæstio in hoc primo Capite discutienda: In qua disserendum est de Iustitia, vel iniustitia contractus censualis resultante ex pactis quæ in instrumento venditionis census solent aliquando à contrahentibus inseri. Et licèt prima consideratione quæstio ista non videatur habere magnam difficultatem, cùm Pius V. *in sua Constitutione edita supra forma creandi census*, expresserit pacta, quæ si apponantur in contractu census illum reddunt illicitum, & vitiosum, vnde Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. par. 2. disput. 392. n. 2. vers. arbitror tamen*, & alij passim dicunt, quod omnia pacta quæ sunt contra dictam Constitutionem habentur pro illicitis, & sunt reprobata. Quia tamen circa ea, quæ Sanctissimus ille Pontifex *in dicta sua Constitutione* generaliter sanciuit multæ exoriuntur difficultates, ideò tractaturi de pactis, quæ in contractu census, & eius venditione prohibentur, de iis iuxta ordinem dictæ Bullæ disseremus.

Hæc autem disputatio nostra eo tendit vt cognoscamus, an aliquod ex dictis pactis, & quod reddat contractum istum nullum, & fœneratitium, & quod vitietur, & non vitiet contractum. Quod vt facilius peragamus, in primis inuestigandum est generaliter quænam sint pacta quæ contractum hunc vitient, & ipsa quoque vitientur, & quæ sint, quæ licet ipsa vitientur, & habeantur pro non appositis, contractus tamen ipse remaneat in suo robore perinde ac si celebratus fuisset absque dictis pactis, quo peracto figillatim discurrendum erit super pactis consideratis per Pium V. *in d. sua Bulla*, additis tamen aliquibus aliis pactis magis particularibus, & aliis, quæ pro faciliori, & clariori huius quæstionis declaratione, discussione, & resolutione necessaria videbuntur decem articulis explicanda.

Primus Quæ sint pacta, quæ vitiant, & annullant contractum, & itidem quæ vitiantur firmo remanente contractu principali.

Secundus, an & quando pactum de anticipata solutione census facienda sit licitum.

Tertius, complectetur ea pacta, quæ obligant venditorem census ad casus fortuitos, de quibus agit Pius V. *in d. sua Bulla, in vers. conuentiones directè, aut indirectè, &c.*

Quartus, versabitur circa pacta quæ restringunt facultatem alienandi rem censui suppositam, de quibus Papa tractat *in d. vers. conuentiones ibi quemadmodum nec pactum*, &c.

Quintus, erit de iis pactis quæ obligant morosum census debitorem ad interesse, vel ad pœnam, de quibus Papa *in vers. pacta continentia morosum*, &c.

Sextus,

Sextus, tractabit de pactis, quæ ad solutionem onerum obligant cum, qui nec de iure, nec ex natura contractus ad ea teneretur, de quibus agit Papa *in vers. sic etiam annullamus pacta*, &c.

Septimus, versabitur circa pacta auferentia facultatem redimendi censum, de quibus tractat Papa *in vers. postremo census omnes ibi non obstantibus aliquibus pactis*, &c.

Octauus, Complectetur illa pacta ex quibus venditor census subiicitur necessitati extinguendi censum de quibus habetur in *d. Bulla in vers. Pacta etiam continentia pretium census*, &c.

Nonus erit, an dari possit cautela pro sustinendo contractu census in quo sit appositum aliquod pactum illicitum, vel contra substantiam contractus.

Decimus, an Notarius apponens aliquod pactum illicitum in contractu census sit puniendus & qua pœna.

SVMMARIA.

1 *Pactum vnum prater, vel contra formam Bullæ Pij V. vitiat totum contractum censualem, secundum aliquos.*

2 *Contractus appellatione venit totus contractus, non pactum in eo appositum.*

3 *Contractus censualis non totus vitiatur ex pacto vno illicito, sed tantum in ea parte in qua apparet defectus secundum alios.*

4 *Vtile per inutile non vitiatur in separabilibus.*

5 *Contractus censualis, in quo adest vnum pactum illicitum vitiatur, quando contrahentes vtuntur dicto pacto illicito.*

6 *Census alienatus titulo oneroso totus vitiatur ex vno pacto illicito, secus si alienetur titulo lucrativo, secundum aliquos.*

7 *Bullæ Pij V. super censibus in vers. pacta etiam continentia, &c. Intellectus.*

8 *Bulla Pij V. in vers. Rursum nisi verè in pecunia &c. Intellectus.*

9 *Bulla præfata emanauit ad tollendum vsuras, & earum præsumptiones.*

10 *Ratio legis vbi cessat, ibi cessat illius dispositio.*

11 *Pactum vnum contra substantiam contractus, totum contractum vitiat, & annullat.*

12 *Nullitas ista sanari, & reparari non potest per renunciationem dicti pacti.*

13 *Pactum vnum contra naturam contractus censualis, non vitiat totum contractum, sed pactum ipsum vitiatur.*

14 *Pactum vnum contra substantiam contractus censualis non vitiat totum, quando transformat illum in alium contractum siue sit eiusdem, siue alterius nominis.*

15 *Substantia rei idem est, quod natura rei, secundum Philosophos secus quo ad legistas.*

16 *Substantia contractus nil aliud est, quàm ipsa dispositio contrahentium, vel.*

17 *Substantia contractus est id quo primum res aliquid est, & ponit rem in quidditate.*

18 *Substantialia contractus sunt ea, sine quibus dispositio esse non potest.*

19 *Natura contractus est qualitas innata à principio generationis illius, ex qua virtus contractus proficiscitur, & semper ineſſe videtur, nisi per pactum improprietur, vel.*

20 *Natura contractus est id, quo primum res talis est, & ponit rem in qualitate.*

21 *Naturalia contractus sunt ea quæ insunt etiam quod à contrahentibus nihil dictum sit.*

22 *Mutui substantialia sunt, vt mutuetur quid consistens in numero pondere, & mensura, & reddatur idem in genere.*

23 *Mutui naturalia sunt vt reddatur in eadem bonitate.*

24 *Emptionis, & venditionis substantialia sunt res, pretium, & consensus contrahentium.*

25 *Emptionis, & venditionis naturalia sunt obligatio de euictione, & vt pretium consistat in pecunia numerata, &* num. 28.

26 *Euictionis obligatio oritur cum ipsomet contractu emptionis, & venditionis eodem tempore.*

27 *Euictionis obligatio potest de consensu partium remitti.*

28 *Pretium quod in contractu emptionis soluatur in pecunia numerata, semper inter contrahentes actum præsumitur.*

29 *Pretium in contractu emptionis potest de contrahentium consensu solui in alia specie æstimata.*

30 *Cognito vno ex contrarijs, cognoscitur reliquum.*

31 *Pius V. in sua Bulla de censibus duo facit videlicet, dat formam contractus censuals, & reprobat certa pacta.*

32 *Contractus censualis substantialia quæ sint, &* numero 37.

33 *Pacta contra substantialia contractus censualis annullant, & vitiant contractum.*

34 *Pacta quæ non sunt contra substantiam contractus censualis non vitiant, sed vitiantur.*

35 Litima *nisi dominus census velit obstinatè vti dictis pactis.*

36 *Bulla Pij V. in vers. contractusque sub alia forma. Intellectus.*

CVm ex Summorum Pontificum Constitutionibus, & signanter Pij V. *super forma creandi census*, quædam pacta in contractu censuali fuerint damnata, & pro illicitis declarata, & dubitari possit an reddant nullum totum contractum, an verò annulletur dumtaxat in ea parte, quæ ab illo pacto informatur, & sic an dumtaxat vitietur pactum illud, an verò propter illius adiectionem vitietur totus contractus, idcirco operæ pretium esse duxi, vt antequam ad aliqua particularia pacta veniamus in primis hunc modum, & hanc difficultatem explicemus in qua plures reperiuntur Scribentium opiniones.

Prima fuit Boccacc. *in suo tract. de censib. part. 3. n. 56. & 59.* & Ludouic. Molina, *in suo tract. de Contract. p. 3. disput. 392. num 2. vers. arbitror tamen.* Quod vnumquodque † pactum appositum in contractu census quod sit contra, vel citra formam traditam à Pio V. *in d. sua Constitutione* totum contractum vitiet, illumque totum iuris interpretatione fœneratitium reddat, quod nititur comprobare *Molina*, ex eademmet Bulla ponderando illam in primis *in vers. Pacta etiam continentia*, &c. ibi *contractusque sub alia forma*, &c. dicens nomine † contractus ibi non esse intelligendum pactum in contractu appositum sed integrum contractum. Secundò ponderat eandem Bullam in eodem vers ibi, *& ita illis propterea non obstantibus, quidquid vel expressè, vel tacitè contra hac nostra mandata vel dari, remitti, vel dimitti cõtingat, à fisco volumus vendicari.* In quibus verbis nil aliud sensisse Summum Pontificem dicit *ibi Molina*, quã datum pro censu, & pensiones census solutas, aut dimissas, quæ omnia fisco adiudicantur ex quibus infert quod ex vno pacto illicito, & reprobato totus contractus vitietur. Quod ampliat Boccacc. *d. tract. part. 2. n. 143.* vt in tantum sit nullus, vt nec etiam firmetur iuramento.

Aliqui verò fuerunt in secunda sententia, quod contractus ob aliquod pactum illicitum non vitietur totum, sed dumtaxat in illa parte in qua apparet vitium, & defectus, & quod ex dicto pacto informetur Bal. *in l. 1. num. 4. C. de pign. & ibi* Paul. *de Castro, num. 3*

Plot.

Plot.*cons.*17.*num.*17. Rim.sen.*cons.*91.*n.*33.*lib.*1. per il-
4 lam vulgarem regulam, quod † in separabilibus vtile per inutile non vitietur, *cap. vtile, & ibi* Din. *de reg. iur. lib.*6. *& aliis rationibus, hanc opinionem confirmat* Nicolaus Intrigliol. *super Bulla, de cens. b.* q.8. *numer.*11. *cum*
5 *multis seqq.* Nisi † contrahentes vellent instrumento præfato vti in omnibus, & per omnia, prout iacet etiam cum dicto pacto illicito, & reprobato, quia eo casu ratione dictæ partis illicitæ, totus contractus vitiaretur, vt videtur sentire Crauet. *cons.*189. *sub n.*8. *& in his terminis visa est non obscurè sensisse* Rota *in una Romana census,* 11. *Ianuarij,* 1585. *coram* b.m. Vicecomite *quæ est post tract. decis.*142. *n.*2.

Tertia opinio est eorum qui distinguunt inter censum alienatum titulo oneroso, & persolutionem pecuniæ, & censum concessum alio titulo puta donatio-
6 nis, legati, vel alio simili, vt † in alienato titulo oneroso quodliber pactum contra vel præter formam datam à Pio V. *in d. sua Bulla* reddat totum contractum nullum, secus verò in censibus alio titulo concessis, & ita distinguendo transit, Nauar. *in suo Commentar. de*
7 *vsur. num.*98. Glos. 17. ea ratione quia † Bulla prefata in *vers. pacta etiam continentia*, &c. loquitur tantum de contractibus, non autem de censibus alio titulo concessis in illis verbis *contractibus* vnde non videtur *Pius V.* damnare creationes, & impositiones censuum etiam redimibilium factas per viam legati, fideicommissi, vel alterius vltimæ voluntatis sub alia forma, quam ibi tradita, Immo nec factas per viam donationis, vel alterius contractus gratuiti, nec etiam per viam doris, vel sponsalitiæ largitatis, seu donationis propter nuptias, licet, vt *Nauar.* subdit, non sint contractus gratuiti, sed tantum factis per viam emptionis, & venditionis, vel per viam alterius contractus illi æquipollentis, per quem quis concedit alicuius censum super re sua constitutum ob
8 receptionem pecuniæ, tum † quia dicta *Piana constitutio in vers. Rursum nisi verè in pecunia numerata*, &c. disponit dumtaxat super iis censibus qui accepta pecunia transferuntur, tum quia ratio præsumptionis
9 vsurarum, pro † quibus tollendis, & eradicandis ab hoc contractu dicta Piana Constitutio emanauit, cessat in iis censibus, qui alienantur alio titulo quam emptionis, & venditionis, vel illi æquipollentis, &
10 propterea † ipsa quoque Constitutionis dispositio cessare debet, *l. adigere, §. quamuis ff. de iure patr. cum vulgar. & hanc* Nauar. *sententiam amplexus etiam fuit* Thom. Boninsign. *in suo tract. de cens. cap.*17. *num.*2. *&* Leonard. Less. *in suo tract. de iust. & iure, lib.*2. *c.*22. *dubit.*12. *num.*96.

Ego verò in hac difficultate libenter amplector quartam opinionem eorum, qui hanc dubitationem dissoluunt aliter distinguendo, videlicet: An pactum sit contra substantiam, an verò contra naturam con-
11 tractus censualis: concludentes † quod si in contractu census, & in instrumento de super celebrato adest dumtaxat vnum pactum contra substantiam contractus, ex illo totus contractus vitietur, & teddatur nullus ab initio Gaspar. Roderic. *in d. suo tract. de ann. reddit. lib.*2. *q.*1. *num.*2. quia tale pactum resistit initio, & natiuitati contractus, cum sine substantia consistere nequeat, & ex pacto contra substantiam contractus in eo apposito, contractus efficiatur nullus, *l fin. ext. de cond. appos.* Cou. *in tit. de sponsal. par.*2. *cap.*3. §.1.
12 *num.*1. *& seqq.* Quod in tantum † est verum vt huiusmodi nullitas non possit sanari, nec reparari pœnitentia vel renunciatione emptoris, & domini census, vt pluribus confirmat Felician. *in suo tract. de cens. tom.*2.
13 *lib.*1. *c.*7. *num.*4. Si autem † pactum illud non sit contra substantiam, sed dumtaxat contra naturam contractus censualis, & eo casu, sicut in cæteris omnibus dispositionibus vitiatur pactum ipsum, non autem contractus, quia contractus, & illius natiuitatem non impedit, immo pacto prædicto habito non apposito, & ex illo instrumento sublato contractus in reliquis in suo robore manet, vt affirmat Anch. *cons.*207. *num.*3. Cagnol. *in l. contractus, numer.*76. *ff. de reg. iur.* Redoan. *in suo tract. de rebus Eccles. non alien. in iis. de caduc. ob inobseruant. pact. qui est omnium vltimus, n.*6. Surd. *qui multos allegat. cons.*243. *num.*29. *lib.*2. *& in tract. de aliment. tit.*9. *quæst.*22. *num.*34. Ita etiam hoc dicendum sit in contractu censuali, prout respectu illius, ita in puncto, distinguunt Felician. *in dd. suis Commentar. de censibus tomo* 1. *lib.*1. *cap.*10. *num.*28. *& seq.* Honded. *consil.*19. *num.*9. *&* 25. *lib.*2. Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu cap.*6. *numer.*190. *& seq.* Stephan. Gratian. *disceptat. Forens. tom.*1. *cap.*141. *num.*10 *&* 21. Et hanc distinctionem amplectitur, & explicat Sigism. Scac. *de Commerc. §.*1. *quæst.*2. *part.*2. *ampl.*20. *num.*14. *&* 15. & cum hac sententia in effectu transiuit etiam Ioan. Gutierez *Pract. Quæstion. lib.*2. *cap.*176. licet ipse Philosophorum sententiam sequutus naturam cõtractus appellet eam, quam nos ex mente nostrorum substantiam nuncupamus, & in eisdem terminis hanc distinctionem amplexa fuit sæpius Rota, *& maximè coram* Cardin. Seraphin. *decis.*269. *numer.*1. *& seq. part.*1. *dec.* 1418. *num.*4. *& decis.*1431. *num.*1. *part.*2. *& coram* bon.m. Cantuccio, 4. *Februarij*, 1583. *in illa Romana nullitatis census, quæ est in fine Tract. decis.*193. *num.*5 *& in alia Romana nullitatis census coram* bon.m. Corduba, 5. *Maij*, 1597. *quæ est ibidem decis.*124. *numer.*9. *vers. nec obstat, & coram eodem*, 24. *Nouembris eiusdem anni*, 1597. *in illa Eugubina census, quæ ibidem est decis.*145. *num.*2. *& coram* bon.mem. Cardinali Pamphilio, 16. *Iunij*, 1600. *in illa Bononiensi census, quæ est ibidem decis.*116. *num.*1. *& in una nullius, seu Meliuscensi census*, 27 *Martij*, 1613. *coram* Reuerendissimo D. Coccino, *ibidem decis.*87. *num.* 2. *& rursus in eadem causa coram eod.* 26. *May*, 1614. *quæ est ibid. dec.*146. *num.*1. Hæc autem conclusio debet limitari, vt † non procedat quando pactum appositum 14
in contractu census contra illius substantiam potest illum transformare in alium contractum siue eiusdem siue alterius nominis, quo casu ex adiectione dicti pacti non vitiaretur totus contractus Franc. Milanen. *in puncto decis. Regni Sicil. lib.*2. *dec.*2. *num.*24. *confirmat.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure census cap.*6. *numer.*183. *vers. nam* Bar. aliique Doctores, *& num.*187. *& seqq. tangit vnum verbum* Gaspar. Roderic. *d. tract. de ann. reddit. lib.*2. *quæst.*1. *num.*22. Felician. *d. c.*10. *num.*25. *vers. hæc tamen vbi per text. in l. cum manu fata. versic. nemo potest ff. de contrah. empt.* hanc sententiam confirmat, & acriter impugnat distinctionem, quam in hoc iuris articulo faciunt *Ias. & Dec.* qui volunt quod si pactum in contractu contra illius substantiam potest eum transformare in alium contractum eiusdem nominis, non vitiet contractum *per l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort.* secus autem si non potest illum transformare in alium contractum eiusdem nominis per *tex. in leg. cum precario. ff. de præcar.* cui tamen textui respondent Doctores, vt apud Felician. *d. num.*25. ad quem remitto Lectorem, cum à proposito tractatu hoc alienum videatur.

Verùm † enim verò licet differentiam quam supra 15
fecimus inter pacta quę sunt contra substantiam contractus, & ea quæ sunt contra naturam illius, videatur repugnare dogmatibus Philosophorum, qui pro eodem accipiunt naturam, & substantiam rei, & id quod nostri Iuris Professores appellant naturam, illi dicunt esse accidentia, quæ ipsi rei agnascuntur, & fluunt à natura rei. Nos tamen qui materias legales pertractamus, & non Philosophis, sed legum studiosis scribimus, cum nostris transeundum existimauimus, qui naturam contractus tanquam quid diuersum ab illius substantia considerauerunt.

Et licet multi quos refert Aluar. Valasch. *in suo trac. de iure emphiteut. q. 4. n. 10. vers. si vis*, & Surd. *cons. 243. n. 29. & lib. 2.* & alij aliis in locis declarent, quæ sint substantialia, & quæ naturalia contractus, Ego tamen materiam perstringendo, & breuiter, & resoluriuè agédo dico, † quod substantia contractus nil aliud sit quam ipsa dispositio contrahentium Bal. *in repet. l. 1. numer. 4. C. de sacrosanct. Eccles. per text. in l. obligationum substantia ff. de verb. obligat.* Menoch. *cons. 37. n. 4. & seqq. lib. 1.* [Cens. *cons. 168. num. 6.*] vbi latè hanc materiam prosequitur. Vel alirer quod substantia contractus sit † id quo primum res aliquid est, & ponit rem in quiddicate, vt dicit idem Bal. *in l. etiam n. 3. C. de execut. rei iudic.* & substantialia † contractus dicantur ea sine quibus non potest esse dispositio, & contractus Glos. *in l. pacta conuenta ff. de contr. empt.* Abb. *in c. fin. n. 4. ext. de condit. appos.* Menoch. *d. cons. 37. n. 6.* Surd. *cons. 318. n. 26. in fine*, sub qua regula videntur breuiter comprehendi ea quæ latius explicat Hector. Felicius *in suo tract. de Societ. c. 2. n. 13. & seq.* & Felic. *d. c. 10. n. 22.*

Natura † autem contractus si qualitas innata à principio generationis illius ex qua virtus contractus proficiscitur, & semper inesse videtur nisi per pactum improprietur Bald. *in prælud. feudor. in 4. dinis. n. 46. refert.* Franc. Curt. iun. *in suo tract. de feu. part. 1. q. 6. n. 25.* Menoch. *d. cons. 37. n. 21.* Vel sit † id quo primum res talis est, & ponit rem in qualitate; vt dicit Bald. *in d. l. etiam n. 3. C. de execut. rei indic.* Naturalia autem † contractus sint ea, quæ insunt contractui etiam si à partibus nihil dictú sit Surd. *d. cons. 318. n. 27.* cum quibus videntur conuenire ea, quæ latè congerunt Felic. *d. n. 22.* & Hector. Felic. *d. cap. 2. n. 15. per tot.* vt autem hæc quæ dicta sunt de substantia, & natura contractus facilius, & dilucidius à Iunioribus percipiantur aliquot exempla subiicere non ab re existimaui.

In † mutuo substantialia sunt, vt mutuetur quid quod consistat in numero, pondere, vel mensura, & reddatur idem in genere, *l. 2. in prin. & §. 1. ff. si cert. pet.* quoniam in his consistit substantia, & quidditas mutui, vt ibi dicit I. C. & absque concursu prædictorum mutuum consistere non potest. Naturale † autem mutui est vt reddatur in eadem bonitate, *l. cum quid in prin. & ibi* Bart. *in vlt. notab. ff. eod. tit.* si enim redderetur in eodem genere, sed non in eadem bonitate, non ideò minus esset mutuum quamuis hoc quod debeat reddi in eadem bonitate sit qualitas, innata contractui mutui in principio suæ generationis, & semper ita cautum videatur, vt dicit, *I. C. in d. l. cum quid.*

In contractu † emptionis, & venditionis substantialia sunt, Res quæ venditur, pretium quo res venduntur, & consensus contrahentium, quia istis, aut eorum altero deficiente emptio, & venditio consistere non potest, *l. 1. & 2. l. nec emptio ff. de contr. empt.* Bald. *in l. in ementis, C. eod. tit.* Fabian. de Monte, *in suo tract. de empt. & vend. q. 5. n. 1. & 72.* Federic. Martin. *d. cap. 6. n. 8. cum multis seqq. & nos diximus vnum verbum supra q. 45. aliàs hoc cap. 1. q. 1. art. 2.* Naturalia † autem eiusdem contractus emptionis, & venditionis sunt obligatio pro euictione rei quæ venditur. Glos. *in d. l. pacta conuenta, leg. quod si nolit, §. quia assidua ff. de contr. empt.* Federic. Martin. *d. cap. 6. n. 16. & seqq.* Nam † ista obligatio pro euictione cum ipso contractu emptionis, & venditionis, & in eius principio, & origine oritur, *l. non dubitatur, C. de euic.* Dec. *cons. 483. n. 15.* Curt. iun. *cons. 38. n. 2.* Potest tamen de consensu partium remitti *l. emptorem, §. fin. ff. de action. empt.* Caballin. *in tract. de euict. §. 5. num. 25.* vbi multos congerit.

Similiter quod in contractu emptionis, & venditionis pretium soluatur in pecunia numerata non est de substantialibus dicti contractus, licet † ista qualitas sit innata in principio generationis illius, & semper inter emptorem, & venditorem cautum censeatur, vt pretium soluatur in pecunia numerata, *l. 1. in fin. ff. de contr. empt. l. empt. C. eod. tit. §. item pretium. Instit. eo tit.* de † consensu tamen partium pretium solui potest in aliis speciebus æstimatis, *l. pretij, C. de rescind. vendit.* Glos. *3. in d. l. 2. ff. de contr. empt.* Fabian. de Monte, *d. quæst. 5. num. 2.* & alia plura sunt naturalia contractus emptionis & venditionis, quæ recenset, & declarat Feder. Martin. *d. c. 6. à num. 21. vsque ad n. 121.* inclusiuè, quæ possunt ab isto contractu remoueri absque illius vitio.

Sed vt aliquando veniamus ad propositum articulum, & declaremus, quæ dicantur substantialia, & quæ naturalia in contractu censuali, de quo agimus, & cognoscamus quando ex aliquo pacto illicito rotus contractus annulletur, & vitietur, omissa prolixa ratiocinatione quam facit Feder. Martin. *in d. c. 6. numer. 162. & seqq.* recurrendum censeo ad *Constitutionem præfatam*, Pij V. *super censib.* ex qua facili negotio colligi poterit quæ sint substantialia huius contractus, & consequenter quæ non sint de illius substantia, cum † cognitio vnius contrarij, multum proficiat ad cognitionem alterius. *Instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. in princ. in vers. videamus*, vbi Glos. *dat concordantes.* Etenim † duo facit Pius V. *in d. sua Bulla* Primò enim dat formam contractui censuali, disponendo quid seruandum sit, vel dum census creatur, & constituitur, vel dum ad alium titulo venditionis transfertur. Secundò improbat nonnulla pacta quæ in alienatione, & venditione huius census iam creati, & constituti vitanda esse vult. Primum † explicat dum innouando disposita per Martin. V. & Calixt. III. *in eorum Constitutionibus registratis in c. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. Commun.* vel illis de nouo addendo sanciit, & statuit quod pro forma contractus censualis non possit creari nisi super re, quæ sit immobilis, aut pro immobili habeatur, quod nos explicauimus *supra parte 1. cap. 3. quæst. 1.* Item quæ sit de sui natura fructifera, vt diximus *d. cap. 3. q. 2.* & certis finibus designata, vt explicauimus *d. c. 3. q. 3.* & quod census ita constitutus & creatus non possit vendi nisi iusto pretio consistente in pecunia numerata, & quod soluatur coram Notario & testibus in ipso actu celebrationis instrumenti. Quæ omnia esse substantialia huius contractus dicebat Surd. *d. cons. 318. n. 27. lib. 3.* Felician. de Solis *in dd. suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 28. & firmauit* Rota *coram* Reuerendissimo D. Coccino, *26. May. 1614. in illa nullius seu Melitensi census, quæ est post tract. dec. 146. num. 3. & in eadem causa coram eodem die 16. Martij, 1615. quæ est ibidem decis. 147.* Cætera autem pacta quæ in dicta Bulla improbantur non tangunt nouam formam huius contractus, cum Constitutio annullet solum pacta non autem cõtractum. prout illum annullat quando census non est factus super re immobili frugifera, & certis finibus designata, & non venditur pecunia præsenti, & numerata, vt animaduertit Gutierez. *Practic. Quæst. libr. 2. capit. 176. num. 5. vers. vel secundo, & rectius: & repetit Rota in dicta causa Melitensi census, 26. May & 16. Martij, & in illa Romana Prælationis, 2. Aprilis. 1618. coram* R. P. D. Dunozet. *quæ est ibidem decis. 308. num. 21.* Quam † ob rem ea quæ innouata sunt, & introducta pro forma huius contractus sunt substantialia: ita vt quidquid contra factum fuerit, etiam in minimo tendat ad perniciem, & nullitatem contractus cum vitium in forma etiam in minimo vitiet actum Bald. Imol. *& alij, in l. 1. ff. de liber. & posthum. diximus supra q. 49. aliàs hoc primo cap. quæst. 1. art. 6. num. 16.* Cætera † verò pacta si adhibeantur, non reddunt contractum feneratitium, & nullum, sed ipsa vitiant, vt supra dictum fuit faciunt quæ tumulatè, dicit Andr. Gail. *Practicar. Observ. lib. 2. observ. 4. num. 3. & per tot. & in puncto firmauit* Rota *in dicausa Melitensi census, 16. Martij, & 26. May.* Nisi dominus

census

16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33

census vt obstinate velit dicto contractu cum omnibus dictis pactis: eo † enim casu contractus ipse alioquin vilis, & licitus redderetur inutilis, & illicitus ob dictam pactionem, vt dicit Borgn. Cauale. *dec. 13. n. 37. circa med. refert* Bern. Greu. *de Obseru.* Gail. *lib. 2. concl. 4. num. 2. & optimè faciunt ea quæ dicemus infr. q. 60. aliàs hac tad. q. art. 8. num. 11.*

Cui † resolutioni non repugnant illa verba Constitutionis Pianæ, Contractúsque, sub alia forma post hac celebrandos fœneratitios iudicamus, &c. Quoniam illa sunt dumtaxat referenda ad ea quæ dat formam contractui, non autem ad alia pacta, quæ non sunt contra substantiam, vt deducit Guttierez, *loco supra citato*, Gasp. Roderic. *in d. suo tract. de ann. reddit. lib. 2. q. 1. n. 7. in fin.* Steph. Gratian. *Discept. Forens. tom. 1. cap. 141. n. 23. vers. neque obstat, & aliàs declarauit* Rota *coram* Seraphin. *decision. 1431. n. 3. par. 2. & coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio, *26. Iunij, 1600. in illa Bononien. census, quæ est post tract. dec. 116. n. 4. & optimè deducit eadem* Rota *in dicta causa Meliuicen. census*, 26. *Maij*, 1614. *quæ ibidem est decis. 146. vers. & quod iste intellectus, & repetit in eadem causa*, 16. *Martij*, 1615. *ibidem dec. 147.*

Et licet † præter ea, quæ supra dicta sunt requiri pro forma contractus censualis, & esse de illius forma substantiali; Surd. *d. cons. 318. nu. 17.* addat alterum, videlicet, quod venditori census liceat quandocumque illum retro emere restituto eodem pretio, & quod possit rem censui obnoxiam quandocumque sibi libuerit vendere, & Felician. *d. cap. 10. n. 28.* dicat esse substantiale huius contractus quod dominus census non possit aliquo tempore, pretium in emptionem census erogatum repetere, & propterea pacta contraria tanquam contra substantiam contractus illum vitiare, & reddere nullum, & fœneratitium, de veritate tamen dictorum per Surd. & Felician. *videbimus infra d. q. 60. aliàs hac tad. q. art. 8. per tot.* dum de dictis pactis specialiter disseremus.

SVMMARIA.

1 *Anticipata solutio quando in contractu census fieri dicatur, & n. 2. & 3.*
4 *Pactum de solutione census anticipatè faciendæ, est omnino reprobatum. Contrarium vult Bon.* num. *5. & male.*
Rationes habentur num. *9. & seqq.*
Limitatur secundum aliquos si anticipata solutio non deducatur in pactum, sed sponte fiat n. 12.
Sed limitatio impugnatur, num. *14. & 15.*
6 *Debitum annuum est soluendum in principio anni.*
7 *Soluens post tempus dicitur minus soluere.*
8 *Soluens anticipatè dicitur plus soluere.*
9 *Anticipata solutio in contractu census facit meliorem conditionem emptoris census.*
11 *Pactum anticipatæ solutionis annullat contractum ipso facto Contrarium*, num. *18. & seqq.*
13 *Mutuans si recipiat aliquid pro mutuo à sponte dante non damnatur.*
17 *Anticipatè soluens, an soluat ex pacto, vel ex mera liberalitate, quomodo cognosci possit.*
19 *Pactum anticipatæ solutionis non est contra substantiam contractus censualis.*
20 *Pactum anticipatæ solutionis non vitiat contractum sed vitiatur.*
21 *Anticipata solutio in censu permittitur quando ex ea soluens reportat aliquod commodum.*
22 *Anticipata solutio census cum liberet soluentem ab onere soluendi fructus illius temporis, pro quo solvis anticipatè, pro licita recipitur à Rota.*
23 *Intellige dummodo non fiat ex pacto, sed ex mera, & libera voluntate soluentis.*
24 *L. eos §. 2. C. de vsur. procedit quando fraudulenter fit restitutio absque eo, quod apud restituentem aliquid vtilitatis remaneat.*

De pacto anticipatæ solutionis.

QVÆSTIO LIV.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 3. ar. 2.

PRo faciliori, & clariori huius articuli resolutione præmittendum dixi, quod anticipata solutio fieri dicitur, vel † quando census constitutus, & impositus 1
vt soluatur, puta in fine mensis Augusti, venditur de mense Ianuarij, & in fine aduenientis mensis Augusti soluitur integer census pro toto anno, licet non esset soluendus nisi pro rata temporis, & sic pro octo mensibus, Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. par. 2. disp. 396. n. 4. vers. hoc ita constituto.*

Vel † quando totus census soluitur ante venditio- 2
nem census, & in actu celebrationis instrumenti superdictæ venditionis conficiendi. Molina *d. num. 4.* Thom. Boniisign. *in suo tract. de censib. cap. 6. num. 1.* Siue † so- 3
lutio fiat antequam incipiat currere annus, vel alius terminus solutioni præfixus, siue postquam cœpit currere, sed nondum est completus vt declarat Honded. *consil. 35. num. 16. vers. prima, & num. 27. & seqq. lib. 2. & non dissentit* Fernand Rebell. *in suo tract. de oblig. Iustit. lib. 10. q. 6. num. 9. vers. adiectum fuit.*

Hoc præmisso deueniendo ad resolutionem articu- 4
li, licet in eo † Bened. Bon. *in suo tract. de censibus art. 7. num. 20. & seq. & art. 85. num. 118.* animaduertens, quod debitum quod contrahitur ex contractu censuali est annuum, & propterea † soluendum est in principio 5
cuiuslibet anni, *l. in singulos, ff. de annu. legat. l. 1. C. quando dies legat. ced. gl. in l. qui hoc anno ff. de verb. oblig.* (de qua tamen re, & quo anni tempore census solui debeat nos dicemus latè *infra q. 83. aliàs hac 2. part. cap. 2. q. 4. art. 2.*) crediderit pactum de solutione census anticipatè faciendæ non solum non esse censendum illicitum, sed potius conuenire naturæ dicti contractus, & hanc esse certam & staturam solutionis census formam, & ita semper fuisse ab antiquo obseruatum; Attamen † con- 6
trariam sententiam plerique probarunt, quibus Ego assentior non solum ob claram, & expressam Pij V. *dispositionem in sua Constitutione super forma creandi census in vers. soluciones, quas vulgò anticipatas, &c.* verùm etiam plurib⁹, & vrgentissimis rationibus, & fundamentis, & quidem.

Primò quia aliàs contractus careret Iustitia respectu pretij, nam census non venderetur iusto pretio, quia † sicut is qui post tempus soluit dicitur diminu- 7
tè, & minus debito soluere, *leg. solidum, ff. de solut. leg. si cui, §. minus ff. de verb. signific. §. fideiussores, in fine, institution. de fideiussor. §. plus autem Institut. de action.* Ita ille, † qui ante diem soluit dicitur plus de- 8
bito soluere, *l. eum qui ff. de ann. legat. d. §. fideiussores, instit. de fideiuss. & d. §. plus autem instit. de act.* Rim. sen. *cons. 194. num. 5. lib. 1.* Tiber. Decian. *respons. 2. num. 204. lib. 1.* & propterea ratione † dictæ anticipatæ solutio- 9
nis fieret melior conditio emptoris census, *l. cum qui, §. melior ff. de in diem addict.* Decian. *d. numero 204.* & per consequens pretium census esset diminutum, tum quia census plus valet propter illam repræsentatam solutionem, & nihilominus venditur eodem pretio, quo venderetur si solutio esset facienda aduenientibus temporibus, tum quia emptor census non soluit integrum illius pretium sed diminutum in illa parte, & quantita-

te,

tè,quam pro anticipata solutione penes se retinet,[*& hoc videtur sensisse* Mart. *vot.* 125. *num.*10. 15. dum dicit quod solutio decem pro centum anticipatè importat vndecim, & sic talis solutio auget pretium in vno, vt ibi latè discurrendo demonstrat. [

10 Secunda ratione moueor,quia † emptor census perciperet interesse,& fructus census pro quantitate pretij quam verè non numerasset, sed penes se retinuisset sub nomine anticipatæ solutionis. Boccac. *in suo tract. de censib. part.* 1. *num.*6. *& part.*3. *num.* 22. quod non solum est prohibitum lege positiua, & humana, *l. eos,* § *si quis autem, C. de vsur.* sed iniquum, & à naturali ratione alienum, Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo* 1. *lib.*2. *cap.*8. *num.*12.

11 Tertia additur † ratio, quia venditor census obligaret se ad soluendum antequam deberet, & sic vt dictum est plus solueret, *§. non solum, Instit. de fideiuss.* per quam rationem cum hac sententia transiuit. Felician. *d. lib.*1. *cap.*9. *num.*11. Hond. *d. cons.*35. *num.*31. *& seqq. lib.* 2. vbi alijs rationibus eandem sententiam confirmat, *& num.* 37. deducit eam veram esse quomodocunque anticipata solutio deducatur in pactum, & cum hac opinione transiuit etiam Rota *coram* b. m. Cardinali Blanchero. 24. *Maij*, 1596. *in illa Eugubina, seu Perusina census, quæ est post trac. decis.* 115. *nu.* 3. *hanc eandem sententiam firmat.* Mich. Salon. *in suo tract. at. de contract. & commerc. humanin tit. de censib. art.* 3. *controuers.* 12. & per rationes supra relatas dicit contractum census cum pacto anticipatæ solutionis esse non solum iniustum, sed etiam nullum, & inualidum ipso facto, quod tamen vltimum non esse admittendum, videbimus *in fine huius secundi articuli num.*18. *& seq.*

12 Et licet † Bartholin. *ad d. Bullam* Pij V. Glos. 9. & Ioan. Azor. *institut. Moral. par.* 3. *lib.*10. *cap.*9 *quæst.*2. Martin. Bonacin. *in suo tract. at. de contract. disput.*3. *quæst.* 4. *puncto vnico, n.* 25. senserint quod si dicta anticipata solutio deducatur in pactum neque expressè, neque tacitè, sed fiat ex mera liberalitate & spontanea voluntate soluentis, non sit reprehendēda tanquam illicita,& fœneratitia,quemadmodum sensit etiam Rota *coram* b. m. Card. Pamphilio, 24. *Aprilis*, 1600. *in illa Bononiensi census, quæ est in fine tract. at. decis.* 123. *num.* 5. *& seqq. & coram* Illustrissimo Cardinali Lancellotto, 10. *Iunij* 1611. *in alia Bononiensi census quæ est ibidem de-*
13 *cis.*95. *num.*8. Prout † non damnatur mutuans si aliquid occasione mutui recipiat à mutuatario sponte, & ex eius libera,& spontanea voluntate soluente iuxta sententiam D. Thom. 2. 2. *quæst.*78. *art.* 2. Soto *de iustit. & iure. lib.*6. *quæst.* 1. *art.*2.

14 Hoc tamen dictum † est valdè dubitabile, tum quia est de directo contrarium *dictæ Bullæ Pij V.* qua expressè prohibetur non solum ne anticipatæ solutiones deducantur in pactum, sed etiam ne fiant, & per consequens videntur damnari etiam eæ, quæ fierent ex mera, libera, & spontanea voluntate soluentis: tum etiam quia non probatur auctoritate *D. Thomæ, & So-*
15 *ti* in contrarium allegatorum. Nam † *D. Thom. & Sotus* loquuntur quando datur aliquid ex mera, & libera voluntate ob causam licitam, & permissam, & non prohibitam, puta si mutuans accipiat quid à mutuatario, non quia mutuauit, nam acciperet ex causa prohibita, sed ex titulo donationis, & tanquam gratuitum donum, nam non est prohibitum donare, & mutuans poterat etiam absque eo quod mutuum præcessisset illud donum accipere, vt declarat idem D. Thom. *art.*2. *vers. quod intelligendum.* Sed si fiant solutiones anticipatæ à debitore census non potest dici quod fiant ex causa licita, & tanquam gratuitum donum, sed apparet potius quod nunc ex causa census, & pro solutione sui debiti, quod est prohibitum ex d. Bulla, meritò dicendum est, quod non sint licitæ etiam quod fiant à sponte soluente.

Census de Censibus.

Cæterùm † si velimus contrariam sententiam de- 16
fendere, debemus illam intelligere quando emptor census non emisset illum ea mente, & intentione, vt aliquando anticipatas solutiones reciperet, & eo casu si venditor census anticipatè solueret, posset dominus census absque labe recipere, vt declarat *ibidem* D. Thom. *d. artic.*2. *vers. respond. dicendum, & vers. ad tertium, & iuxta istos terminos sunt intelligendæ Decisiones* Rotæ *coram* bo.me. Pamphilio, & Illustrissimo Cardinali Lancellotto, *supra allegatæ*, secus si expressa, vel tacita conuentione præcedente huiusmodi anticipatæ solutiones reciperentur, & ita hanc difficultatem resoluit Nauar. *in suo Commentar. de vsur. numer.* 24. & Ioan. Azor. *d. lib.*10. *cap.*9. *quæst.*3.

Quomodo † autem cognosci possit an debitor cen- 17
sus soluerit ob gratuitum donum, & ob meram liberalitatem, an verò ex pacto præcedente, bene docet Nauar. *d. num.* 24. licet dicta per ipsum non videantur aliquo modo adaptari posse terminis quæstionis propositæ, in qua solutio semper fit pro extinctione debiti, non autem ob gratuitum donum vt ad sensum patet,& aduertit Hond. *d. cons.*35. *nu.*40. *& seq. lib.*2.

An † autem hoc pactum super anticipata solutio- 18
ne facienda sit contra substantiam, vel potius contra naturam contractus censualis ita vt appositum vitiet contractum vel potius vitietur, facit difficultatem auctoritas Mich. Salon. *in dicto suo tract. de contract. & commerc. humanin tit. de censib. art.* 3. *controuers.* 12. vbi dicit ex tali pacto contractum annullari ipso facto, de qua meminimus *supra nu.* 11. *in fine.* Verìorem tamen existimo contrariam opinionem: nam † tempus 19
solutionis fructuum census anticipatè, vel posticipatè faciendæ non est de forma substantiali contractus censualis, quia siue super hoc paciscantur contrahentes, siue hoc pactum omittatur, expressio, vel omissio eius non remouet consensum contrahentium à contractu census, nec facit illum transire in aliam speciem contractus, quo casu dici posset quod pactum vitiaret, & nullum redderet contractum, *vt post alios deducit* Surd. *cons.*243. *num.* 36. *lib.* 2. *vbi multos allegat, & in puncto dixit* Rota *coram* Seraph. *decis.*269. *numer.* 2. *& 3. part.* 1. sed est potius quid accidentale quod potest adesse, & abesse ab ipso contractu absque illius corruptione. Vnde † appositum non vitiat contractum census, 20
sed vitiatur, Hond. *Consil.*17. *numer.*19. *lib.*2. Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. tom.*1. *cap.*141. *num.* 23. *& voluit* Rota *coram* b. m. Cardin. Pamphilio *Bononiensi census,* 26. *Iunij*, 1600. *quæ est post Tract. dec.* 116. *num.* 2. *& 3. & coram* Illustriss. Cardinal. Lancel. io *Iunij* 1611. *in alia Bononiensi census, quæ ibidem est, decis.*95. *numer.* 9. *& in illa Romana prælationis, quæ est ibidem decis.*308. *numer.*22.

Cæterùm non est perpetuum quod anticipata solutio fructuum census sit prohibita.

† Nam permitteretur, quando hoc onus anticipatæ 21
solutionis ex aliqua rationabili causa compensaretur, *vt post* Leonard. Less. *de Instit. & iur. lib.*2. *c.*22. *dubit.*12. *num.*81. *dicit* Stephan. Gratian. *Discept. forens. tom.*4. *cap.* 679. *num.* 20. vt puta si ex dicta anticipata solutione aliquod commodum, & aliqua vtilitas resultaret, ipsi venditori census, vt considerat *ibi* Gratian. *num.* 23. Et pro † vtilitate, & commodo considerauit Rota *co-* 22
ram b. m. Cardin. Pamphilio, *in illa Bononiensi census* 24. *Aprilis*, 1600. *quæ ipsi post tract. decis.* 123. *num.* 4. Quod venditor census soluendo fructus anticipatè liberatur ab onere soluendi fructus illius temporis pro quo soluit: in qua solutione dicit ibi Rota quod versatur interesse, & vtilitas ipsius soluentis.

Et hanc resolutionem sequuta fuit *ead.* Rota *in vna Romana societatis officij*, 16. *Decembris.* 16 9. *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *vt post tract. decis.* 388. *num.*10.

Quod tamen † ego intelligendum existimarem 23

quando solutio non fieret ex pacto, & conuentione partium facta in actu venditionis census, sed ex mera, & libera voluntate debitoris census per ea, quæ dicta sunt *supra hoc eodem art. 2. num. 6. cum plur. seqq.*

2 4 Cui resolutioni non obstat, † *l. eos*, §. 1. *& tradita ibi per* Castr. *num. 4. C. de vsur.* Supra allegata *hoc eod. art. nu. 10. in 2. ratione*, quoniam procedunt, & debent intelligi quando fraudulenter aliquid restituitur absque eo, quod apud restituentem aliquid commodi, aut vtilitatis remaneat, vt respondebat Rota *in d. Bononien. census num. 11. & in d. Romana societ. offic. num. 20.*

SVMMARIA.

1 *Susceptio casuum fortuitorum generaliter facta absque illorum specificatione, est in iure prohibita.*
2 *Dictum Doctoris debet intelligi secundum legem, quam allegat.*
3 *Pactum liberans emptorem census indistincte à casibus fortuitis est illicitum secundum aliquos aliq; distinguunt, vt.*
4 *Pactum liberans emptorem census à casibus fortuitis, contingentibus circa fructus sit licitum in contractu census.*
5 *Licet contrarium tentat Molina, & malè.*
6 *Limitatur si contingat casus insolitissimus, & qui non fuit excogitatus.*
7 *Pactum liberans emptorem census à casu contingente circa fundum subiugatum, est illicitum.*
Limitatur si contingat facto venditoris, num. 14.
8 *Periculum census spectat ad emptorem, non ad venditorem census, &* num. 10.
9 *Periculum rei venditæ perfecto contractu, spectat ad emptorem.*
11 *Bulla Pij V. super censib. in vers. Conuentiones, &c. quos casus comprehendat.*
12 *Euictionis obligatio, est ex natura emptionis, & venditionis.*
13 *Pactum quod venditor census teneatur de eius euictione, est licitum.*
15 *Damnum pati quis non debet ex facto aduersarij.*

Pactum, quod casus fortuiti spectent ad venditorem census, an sit licitum.

QVÆSTIO LV.

aliàs part. 2. cap. 1. qu. 3. art. 3.

SOlet aliquando inter emptorem, & venditorem census firmari pactum, & conuentio quod debitor census non possit pro quolibet casu fortuito reductionem, vel defalcationem census petere, immo periculum casuũ fortuitorũ spectet ad census venditorem fuit dubitatum an huiusmodi pactũ de iure subsistat.

Iste articulus duas videtur habere dubitationes. Prima est an tale pactum in huiusmodi contractu censitico sit de iure permissum. Secunda quatenus sit licitum, qui casus in huiusmodi conuentione comprehendantur.

Circa primam dubitationem reperio, quod *Paris. cons. 75. num. 41. lib. 4.* affirmat quod est de iure permissum, vt venditor census suscipiat in se omnem casum fortuitum mouentur ex *text. in l. 4. §. quæsitum ff. si quis caution.* Verum quoniam ibi l. C. non admittit generalem exceptionem, & renunciationem casuum fortuitorum, sed requirit specialem expressionem, videtur quod hæc *Parisij* theorica sit contra expressam *d. §. quæsitum* dispositionem. Vnde Decian. *cons. 2. n. 144. lib. 1.* per illummet textum (licet non alleget *in §. quæsitum*, sed errore fortè amanuensis alleget, *in §. non solum*, qui in *d. l. 4.* non reperitur) dicebat ex communi Scribentium sententia, † 1 quod non est prohibitum de iure quod in contractu emptionis, & venditionis venditor suscipiat in se periculum casuum, dummodo casus illi specificentur, vel saltem aliqui exprimantur, & postea addatur clausula generalis comprehendens omnes alios casus, licet secus sit quando generaliter tantum venditor assumeret in se periculum, & absque aliqua specificatione, & secundum hanc distinctionem ipse Decian. *ibi* intelligit dicta per Paris. *d. num. 31.* licet *Paris.* vniuersaliter & per orationem conceptam verbis vniuersalibus dicat quod est in iure permissum, quod venditor census suscipiat in se omnem casum fortuitum, quod placuit Feder. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 6. num. 303.* licet moueatur non vera ratione.

Verùm quia Paris. *ibi* excipit vnum casum, & mouetur per *text. in d. §. quæsitum*, videtur, † quod sit intel- 2
ligendus iuxta terminos legis, quam allegat ex doctrina Bart. *& aliorum in l. Imperatores, ff. de in diem addict.* & quod census ipsius ibi fuerit quod venditor census teneatur ad casus fortuitos quando illos suscepit eo modo, quo de iure, & iuxta terminos, *d. §. quæsitum*, est sibi permissum, & ita sentiendum existimo in hac prima dubitatione.

Circa secundam † quamuis Leonard. Less. *in suo* 3
tract. de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 22. in titul. de cens. dubit. 22. num. 82. indistincte teneat huiusmodi pacta esse illicita, siue respiciant casus contingentes in fructibus, siue casus contingentes in re ipsa censuata. Ego tamen distinguendum censeo. Aut † venditor census ex 4
pacto suscipit in se casus, qui contingere possunt super fructibus rei censui subiugatæ, & illorum recollectione, & huiusmodi pactum non esse de iure prohibitum, facit dictum Bologuet. *cons. 31. num. 16. & placuit* Rotæ *coram* b.m. Cantuccio *4. Febr. 1583. in illa Romana nullitatis census, quæ est post tract. decis. 93. numer. 1. & coram* b.m. Penia, *31. Maij 1591. quæ est ibidem dec. 10. num. 4* licet † contrarium affirmet. Ludou. Moli- 5
na, *in suo tract. de Contract. par. 2. disput. 390. num. 6. vers. contrarium tamen nonnullis rationibus*, quæ corruunt ex ijs, quæ nos diximus *supra part. 1. cap. 3. q. 2. art. 3. nunc q. 37.* & propterea non est recedendum in hoc casu ab opinione *Rotæ*, nisi † contingat casus insolitissimus, 6
qui in simplici renunciatione casuum fortuitorum nunquam censetur comprehensus. Anton. Gomez. *var. resolut. tomo 2. cap. 3. numer. 19.* Soc. sen. *cons. 123. num. 10. & 11. lib. 4.* Surd. *cons. 61. num. 65. & seq. lib. 1.*

Aut † verò venditor census suscipit in se ex pacto 7
casus qui possunt contingere super re ipsa censuata, puta si fundus censui obnoxius, casmate, fulgure, aut alio quouis casu pereat, & licet Mich. Salon. *in suo tract. de Contract. & commerc. human. lib. 10. in titul. de cens. articul. 3. controuers. 13. num. 1.* affirmet hanc renunciationem casuum fortuitorum, circumscripta *Bulla* Pij V. *super cens.* esse de iure in contractu censuali permissam, & illam non repugnare iuri naturali, nec continere proximum periculum vsuræ: attamen tale pactum esse reprobatum, & illicitum, voluit. Nauar. *in suo Comment. de vsur. num. 90. in 5.* Glos. Bologner. *in d. cons. 31. num. 16.* Boccac. *in suo tract. de cens. part. 1. num. 7. & 54.* & Ludouic. Molina, *dict. disput. 390. num. 6.* Et hanc distinctionem comprobat Sigism. Scac. *in suo tract. de Commerc. §. 1. q. 1. sub num. 176. vers. Et hoc procedit etiam, & Rota in illa Romana nullitatis census coram* b.m. Cantuccio, *& in illa Vrbeuetana census coram* bo. me. Penia, *num. 4.* de quibus paulò supra mentionem fecimus, *& repetit in eadē causa Romana nullitatis*

census

census 4. Novemb. 1583. coram eodem Cantuccio *quæ est*
8 *post tractat. dec. 143. n. 3.*] Quia† cum censualis contractus ideò sit licitus, quia est constitutus, & fundatus super prædio, & re immobili, vt supra dictum fuit *part. 1. cap. 3. q. 1. art. 1. nunc q. 29.* Casus superueniens in censu ob peremptionem fundi censuati, debet pertinere ad emptorem census, non ad venditorem. *Thom. Bo-*
9 *ninsign. in suo tract. de censib. cap. 7. n. 3.* prout † regulare est vt perfecta venditione, periculum rei venditæ ad
10 emptorem, & non ad venditorem spectet, per † quam regulam hoc idem respectu casus contingentis ob peremptionem fundi censuati quod periculum spectet ad emptorem, dicit Paris. *d. cons. 75. n. 31. lib. 4.* & Ioan. Azor. *Instit. moral. part. 3. lib. 10. c. 10. q. 2.* Boccac. *d. par. 1. num. 7.* & 54.

11 Et † hanc distinctionem circa pactum susceptionis casuum fortuitorum videtur non obscurè sensisse Pius V. *in d. sua Bulla super censib. in vers. conuentiones, &c.* dum prohibet duntaxat conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non teneretur, vt animaduertit Nauar. *d. numer. 90.* & Molin. *dict. numer. 6.* certum autem est, quod licet venditor census non possit ex natura contractus censualis teneri ad casus contingentes in re ipsa subiugata, teneatur tamen ad casus contingentes circa fructus, cum etiam quo fundus censuatus pro vno vel pluribus annis sit redditus infructuosus nihilominus ad census solutionem teneatur, vt dictum fuit *supra par. 1. cap. 3. q. 2. art. 3. sen d. q. 37.* merito, &c.

12 Ex quibus sequitur quod † cùm euictio sit de natura contractus emptionis, & venditionis. Glos. *in l. pacta conuenta, ff. de contr. empt.* & diximus *supr. hac 3.*
13 *quæst. art. 1. num. 25.* † pactum quod venditor census teneatur ad defensionem census venditi, & de eius euictione, non censetur prohibitum etiam post dictam Bullam, vt dicit Nauar. *d. tract. at. num. 135.* Boccac. *d. tract. part. 2. num. 70.* Boninsign. *d. tract. de censibus, cap. 7. num. 1.* & 2. Ioan. Azor. *d. cap. 10. q. 1.* Bolognet. *d. cons. 31. sub d. num. 16.*

14 Si † autem casus contingeret in ipsa re obnoxia facto, & culpa venditoris census, ipse teneretur, & ad eum, non autem ad emptorem spectaret, licet hoc sit contra naturam contractus censualis, vt animaduertit
15 Bolognet. *d. n. 16.* Iuri † enim consonum est vt ex facto aduersarij damnum pati quis non debeat, vt per *tex. in l. cum proponas C. de nautic. fenor.* & alia iura in proposito, dicit Decian. *d. cons. 2. num. 145. lib. 1.*

SVMMARIA.

1 *Pactum quod res censui subiecta indistinctè alienari non possit, est nullum ex Bulla Pij V.* & n. 4.
Secus de iure communi ex Roderico n. 4. *in fine.*
2 *Contrarium tamen est verius etiam de iure communi ex Nauarro.*
3 *Etiam si velit per partes alienare.*
Limitatur si pactum concipiatur, vt non possit vendi, nisi domino census, n. 7. & seqq.
Contrarium tenent aliqui, & *malè,* n. 6.
9 *Pactum quod res censita non possit alienari habens clausulam resolutiuam contractus, impedit dominij translationem*
10 *Pactum quod res censita non possit alienari absque consensu domini census, vel eo irrequisito non est iniquum nec vsurarium.*
11 *Venditor census, qui ex pacto tenetur requirere dominum census, an velit emere debet illum requirere, & curare, vt illi præfigatur terminus ad deliberandum qui terminus solet esse duorum mensium.*
12 *Pactum quod si venditor census vendat rem censitam, liceat domino census illam retrahere valet.*
13 *Pactum quod venditor census non possit rem censitam vendere, vitiatur, & non vitiat contractum.*

De pactis restringentibus facultatem alienandi rem censui suppositam.

QVÆSTIO LVI.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 3. ar. 4.

Disposuit Pius V. *in sua Constitutione super forma creandi census, in vers. conuentiones directè, &c.* in illis verbis, quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper liberè, ac sine solutione laudimij, aut quinquagesimæ, aut alterius quantitatis vel rei tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Quod † in contractu census inu- 1
tile sit, & reprobatum omne pactum auferens, aut 2
restringens facultatem alienandi rem censui suppositam. Et licet ibi Papa nullam aliam huius suæ dispositionis rationem afferunt, nisi quia vult rem ipsam semper liberè posse alienari, quæ sola in Principe sufficit. §. *sed quod Principi, & ibi* Doctor. *Instit. de iure natur. gent. & ciuil.* non est tamen destituta ratione, cùm † etiam de iure communi seposita huius- 2
modi Bulla, pactum hoc reprobatum, & illicitum esse videtur colligi ex *tex. in l. nemo ff. de pact.* cum domino fundi censuati liberum esse debeat arbitrium de illo ad sui libitum disponendi, *l. iure mandata, C. (mandat.* & in proposito de fundo censui supposito quod remanere in dominio venditoris census, diximus *supra part. 1. cap. 1. qu. 1. art. 1. nunc qu. 1. num. 23.*) *dixit* Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. part. 2. disput. 290. n. 8. & pluribus confirmat* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 2. & dixit* Rota *in vna Interamnensi Saluiani Interd. 14. Nouemb. 1611. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post Tract. decis. 148. numer. 12.* Etiam † quod velit illam per par- 3
tes alienare. Nauar. *in suo Commentar. de vsur. num. 114.* Io. Azor. *Instit. moral. par. 3. lib. 10. cap. 11. qu. 2.* Vnde † 4
non sine ratione Pius *V. in d. sua Bulla* pactum per quod talis facultas tollitur, aut restringitur improbauit, & damnauit, vt animaduertit. Nauar. *d. tract. de vsur. num. 91. num. 6.* Glos. Boccac. *in suo tract. de censib. part. 1. numer. 8. & 57.* Leonard. Less. *in suo tract. de iustit. & iure lib. 2. c. 22. de censib. dubitat. 12. num. 83.* Mich. Salon. *in suo tract. de contrac. & commerc. human. in tit. de censib. tit. 3. controuers. 15. vers. oppositum*, & in terminis dictæ Bullæ Pianæ Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæst. 8. num. 55.* licet semota dicta Bulla in terminis iuris communis id neget; *ibi nu. 7. & seq.* & licet Ludouic. Velazq. *de Aucnd. in suo tract. de censib. Hispan. c. 85. num. 5. & seqq.* nitatur confirmare contrariam sententiam, quod tale pactum sit licitum: attamen dum *ibi num. 10.* respondet verbis *Bullæ* Pij V. *superrelatis*, videtur transire cum hac conclusione, respectu Censuarij, quod possit rem censitam alienare; sed quod transeat in tertium possessorem cum onere, & hypotheca ad fauorem domini census.

Et multo magis damnandum esset hoc pactum, de 5
non alienando rem suppositam, si † illi alia pactio
adiungeretur, quod in euentum in quem sequatur alie-
natio in totum, vel pro parte debitor census teneatur integrum censum redimere: nam pactionem hanc non esse recipiendam; immo tanquam inferentem onus, & grauamen ipsi debitori census, vel quia arctat illum

illum ad redimendum (quod est omnino prohibitum vt dicemus *infra hac ead.q.art* 7.) vel quia per indirectum impediat liberam facultatem alienandi rem censui subiugatam censeri illicitum, & contineri sub prohibitione dictæ Bullæ dicebat Nauar.*d.suo Comment.de vsur.num.*115.*quæst.*18. *& sequutus fuit* Boccac. *in d. suo tractat. de censib.part. 2. num.* 34. non enim dici posset facultas alienandi libera si eam sequi deberet necessitas extinguendi censum. Sed dubitatur quid si pactum non sit simplex, & indistinctum quod venditor census non possit alienare, sed quod non possit alienare in aliam personam quam in ipsum dominum cen-
6 sus, in qua difficultate † licet Felician.*d.c.*10.*num.*7.*& sub numero* 8. nitatur defendere pactum istud esse illicitum ea potissimum ratione, quia per illud videatur minui libera facultas disponendi de re sua, grauamenque sentiat debitor census diminuens de pretio rei censui obnoxiæ, quod repugnare dicit non solum dispositioni dictæ bullæ verum etiam naturæ contractus censualis, in quo in venditore census remanet libera proprietas, & dominium rei censui suppositæ, vt dictum est, & hanc sententiam videtur amplexus Ioan. Azor.*d. cap.* 11. *quæst.* 1. Ego tamen pactum præfatum esse de iure licitum, nec ex forma dictæ Pianæ Con-
7 stitutionis esse prohibitum existimo de iure † quidem per *tex.in l.si sterilis,*§. *si sibi fundum, ff. de act. empt. & in l.qui fundum, la seconda, ff. de contr. empt.* In quibus iuribus ex pacto quod non liceat rem alteri vendere in casu contrauentionis datur actio exempto probat. etiam *tex.in lib. si ita quis,*§. *ea lege.ff. de verbor. obligat. in leg.ea lege, C. de cond. ob caus.* Zoannett. *in tract. de empt. & vendit.sub pact. numero* 87. *& seqq.& fatetur ipsemet* Felician.*d.numero 7.auctoritate* Bal.*in lib.*1.*C.communn.diuid.& aliorum, quos congerit* Ias.*in Inemo,num.* 2. *ff.de pact.*

8 Nec † etiam repugnat *Constitutioni Pij V.* quoniam ea prohibet dumtaxat ea pacta per quæ restringitur facultas alienandi rem censui suppositam quod non potest verificari in pacto-, de quo agimus per quod conuenitur, vt possit fieri alienatio, sed domino census. Immò ex eademmet constitutione pactum istud videtur esse permissum, dum in ea sancitur, quod debitor census volens vendere fundum censuatum teneatur denuntiare domino census futuram venditionem, qui volens emere debeat cæteris præferri, quamobrem cum pactum hoc de quo agimus non arctet venditorem census ad vendendum, nec illum prohibeat quominus vendere valeat, non potest dici quod repugnet Bullæ Pianæ, & cum illud de iure communi circa aliàs res sit permissum, nec *Felician.* aliquam specialem rationem afferat cur debeat censeri prohibitum in contractu censuali, concludendum est, quod sit, licitum etiam respectu rei censui obnoxiæ. Quod
9 in tantum verum † esse existimo quod si tale pactum haberet vel clausulam resolutiuam contractum & alienationis alio modo factæ vel specialem dictæ rei hypothecam impediat translationem dominij in emptorem, cum ea sit natura dictæ clausulæ resolutiuæ, prout egregiè deducit Rol. *cons.*62. *numero* 17. *& seqq. lib.* 2. Ozasc.*decis.Pedem.* 65. *num.* 12. & specialis hypotheca adiecta huic pacto resistat translationi dominij, vt ex magis communi dicemus *infra hac* 2.*par.cap.*2.*quæst.* 1. *art.* 1. *num.*2. *& probat* Auend.*dicto tract.cap.*85.*numero* 12.*vers.sed his.*

10 Ex quibus videtur etiam sequi validum, † & licitum esse pactum vel quod venditor census non possit rem suppositam alienare absque consensu, & licentia domini census, vt voluit Soto *in suo tract. de iustit. & iure, lib.* 6. *quæst.*5.*art.*2.*circa med.vers.in primis,*& non esse vsurarium affirmat Federic.Martin.*in suo tract. de iure censuali,cap.* 6.*num.* 378. *& seq.* Vel quod non possit illam vendere non requisito domino census, nam hoc etiam pactum non esse iniquum affirmat Leonard. Less.*d.cap.*22. *dubitat.*11.*num.*71.& quamuis ipse dicat illud esse præter naturam contractus censualis, hoc tamen illi concedendum esse minimè arbitror, cum iudicio meo, ex prædicto pacto non restringatur facultas alienandi fundum censitum plus quam fiat ex eademmet *Bulla Pij V.* quoniam sicut ibi Papa post factam denunciationem domino census an velit emere fundum censui suppositum, lapso mense relinquit id libera facultate debitoris census vendendi rem illam cuicumque voluerit, eodem modo stante dicto pacto, præcedente tamen interpellatione, & requisitione de domino census an velit emere, † & lapso termino per 11
iudicem assignato, & præfixo ad deliberandum an emere velit (qui terminus solet esse duorum mensium) erit liberum debitori census rem illam cuicumque voluerit vendere, Docto. *in l. qui Romæ, §.coheredes ff. de verbor. oblig.* Romana *cons.*27. *numero* 4. *& cons.*182. *numero* 4.*& ibid.*Mandos. *in vlt. Addit.* Zoanneti. *loco supra citato,num.*87.*vers.vnde pro conciliandis.* Nec repugnat ratio quam considerat Ludou. Molina *d.disput.* 390.*num.*8. quod cum venditor census remaneat verus dominus fundi censuati debeat illi esse libera facultas ad sui libitum de eo disponendi *leg. in re mandata C. mandata.* quia hoc procedit nulla præcedente conuentione in contrarium, aliud autem est dicendum, quando contractus ex pacto aliter est informatus, vt deducit Zoannett. *decis. loco numero* 88. stante maximè quod hoc pactum non repugnat Bullæ, & de iure communi sit permissum, vt supra deductum fuit.

Vndè inferri potest † quod non improbè pacto præ- 12
fato adiicitur conuentio quod si contraria præmissa dominus fundi censuati alteri, quam domino census fundum illum alienauerit, liceat eidem domino census eum pro certo inter eos conuento pretio retrahere, & euincere, vt deducit Felician. *d. cap.*10.*n.* 8. & per nonnullas conclusiones firmat Ludou. Auend.*d. tract. cap.*86.*n.*1.*vers.tertius, & vers.quartus, & n.*6. vbi hanc resolutionem confirmat hoc si quidem videtur congruere menti Pij V. *in d.sua Bulla,* dum concedit domino census, vt in emptione rei censuatæ cæteris omnibus emere volentibus anteponatur.

Cæterùm si contrahentes, non attenta Bullæ prohibitione paciscantur simpliciter, & indistinctè quod debitori census sit interdicta libera facultas alienandi rem censitam, cum † tale pactum non sit contra sub- 13
stantiam contractus censualis, nec illius formam respiciat, secundum ea quæ diximus *supra hac ead.q.art.* 1. non vitiabit contractum, sed ipsum vitiabitur, & de medio tolletur, firmo remanente contractu in reliquis, vt fuit de mente Rotæ *coram* Illustrissimo Cardinali Lancelloto 9. *Decemb.* 1602. *in illa Romana nullitatis census, quæ est post tract.dec.*2.*n.*7.

SVMMARIA.

1 *Interesse tàm damni emergentis, quàm lucri cessantis de iure pacisci potest.*

2 *Lex, & statutum exorbitans debet strictè intelligi.*

3 *Bulla Pij V. de censibus in vers. pacta etiam continentia loquitur tantum de interesse lucri cessantis, non damni emergentis.*

4 *Ius acquisitum tollitur difficilius, quam ius quærendum.*

5 *Pactum de reficiendo interesse damni emergentis est licitum in contractu census.*

6 *Pactum quod venditor census mutuosus teneatur ad interesse lucri cessantis est illicitum, contra Conarruiam.*

7 *Limitatur respectu interesse intrinseci.*

8 *Intelligitur, quando tempore venditionis census conuenitur de interesse certo, vel de incerto liquidando per iuramentum emptoris census.*

[*Taxatio interesse lucri cessantis facta tempore venditionis census est illicita, & usuraria.*]

9 *Interesse verum, & legitimè probatum potest dominus census prætendere ob moram sibi factam in soluendo.*

10 *Bulla Pij V. in vers. pacta continentia, &c. non prohibet, quominus petatur interesse legitimum; sed ne ab initio taxetur certa quantitas loco interesse.*

11 *Debet restringi ad interesse, quod deduceretur in pactum, secus respectu illius quod deberetur ex iuris dispositione, vel taxari deberet per Iudicem.*

[Limita *si sit verisimile proportionabile, & secundum legitimum modum.*]

12 *Pactum de interesse recipiendo, non est contra substantiam contractus censualis, & ideò vitiatur, & non vitiat.*

13 *Pactum quod venditor census morosus teneatur ad expensas, de quibus expensis sit illicitum.*

14 *Expensæ quæ fiunt in scriptura, & rogitu instrumenti pertinent ad emptorem, non ad venditorem.*

[*Laudimium cur soluatur Domino directo in alienatione rei emphyteuticæ.*

Laudimium solui debet ab emptore, non à venditore.]

15 *Debitor census non tenetur asportare annuas pensiones ad domum creditoris.*

16 *Pactum de reficiendis expensis factis in sustinenda lite pro defensione census vendito, non est illicitum.*

17 *Pactum quod ob moram debitoris in soluendo censum cadat in commissum fundus censitus, vel eius pars prohibetur.*

18 *Prohibitio huiusmodi pacti est indistinctè amplectenda.*

[*Pœna caducitatis apposita solutioni quantitatis præsumitur in fraudem usurarum.*]

19 *Limitant aliqui vt sit licitum inter venditorem census, & fideiussorem, qui pro eo accedit.*

20 *Contrarium tamen etiam in hoc Scribentes communiter recipiunt.*

21 *Pactum quod venditor census morosus in soluendo teneatur ad aliquam pœnam, est prohibitum.*

Limitatur si à principio census sit venditus pretio viliori, cum pacto quod si non soluatur debito tempore debeat solui pretio iusto, n. 28.

22 *Pactum in quo debitor census ob moram in soluendo subiicit se perpetuo carcerari, est inutile.*

[*Carcer quo debitor census mancipatur non est pœna, sed stimulus vt celerius soluat, & proinde licitus.*]

23 *Debitor census potest ob moram in soluendo submittere se censuris Ecclesiasticis, & infra.*

24 *Bulla Pij V. in versic. pacta etiam continentia, &c. de quibus pœnis loquatur.*

25 *Emptor census exigens pœnam in casu morâ commisse in soluendo post Bullam Pij V. stipulatam tenetur ad illius restitutionem.*

26 *Stipulatam verò ante Bullam licitè exigit si sit moderata, ita vt non sit verisimile illam fuisse appositam animo fœnerandi.*

27 *Secus si sit immoderata, adeò quod insurgat suspicio usurarum.*

29 *Pactum quod si debitor census non soluat conuento tempore teneatur ad duplum est inane.*

30 *Pactum quod si debitor non soluat tempore debito censeatur datus in solutum creditori fundus pro iusto pretio, valet.*

31 *Quod aliqui admittunt in contractu census.*

32 *Sed in isto contractu contrarium, est verius.*

33 *Pactum, quod ob moram debitoris in soluendo, distrahi posse fundus censitus etiam pro sorte, est nullus.*

34 *Pactum quod dominus census ob moram debitoris in Censitus de Censibus.*

soluendo possit propria auctoritate capere fructus fundi censiti, est prohibitum, si sonet in pœnam.

35 *Secus si tendat ad expeditiorem exactionem census.*

36 *Maximè si adsit clausula precarij.*

37 *Pactum in quo debitor census in casu morâ obligat creditori aliqua bona cum licentia distrahendi, est licitum si non sonet in pœnam.*

38 *Pactum quod debitor census obligetur ad solutionem in forma Cameræ non est licitum, secundum aliquos.*

39 *Contrarium probat Auctor, vbi de ratione.*

40 *Fideiussiones, & hypothecæ bonorum pro faciliori exactione census, sunt licitæ.*

41 *Consuetudo obligandi se in forma Cameræ, est fauorabilis tanquam concernens commune bonum.*

42 *Cameralis obligatio defenditur clypeo consuetudinis.*

43 *Renunciatio priuilegij sui fori in iure est concessa.*

44 Limitatur 1. *si priuilegium sit concessum ordini, vt Clericus non conueniatur coram laico.*

45 Limitat. 2. *si sit concessum fauore ipsius Iudicis, vt ne vasallus conueniatur nisi coram suo domino.*

46 Limit 3. *nisi priuilegium sit concessum miserationis gratia, vt cessio bonorum.*

47 *Cessionis bonorum beneficio regulariter non potest renunciari.*

De pactis appositis aduersus debitorem census morosum in illius solutione.

QVÆSTIO LVII.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 1. ar. 5.

SEquitur videndum de aliquibus pactis, quæ in contractu census excogitari possunt contra debitorem qui moram faciat circa solutionem annui census, & annuæ responsionis, *de quibus* Pius V. *in sua Constitutione super censibus ita sancuit.* [Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut ad certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu seu alitunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita esse, & nulla.] Ex qua Bullæ præfatæ particula elicitur quod *Pius V.* ibi considerauit quatuor modis grauari, & lædi posse deditorem census ob moram à se commissam in soluendo annuas responsiones in tempore conuento, scilicet, Primò vt teneatur ad interesse, & ad cambia: Secundò, quod teneatur ad expensas, & salaria. Tertiò, quod amittat rem censitam, aut aliquam eius partem. Quartò, quod incidat in aliquam pœnam de singulis est eodem ordine breuiter videndum, & deinde de aliis quibusdam pactis, & conuentionibus quæ sub eadem dispositione contineri, & cum eadem regula definiri posse videbuntur.

Prohibuit itaque primo loco *Pius V.* & annullauit omnia pacta continentia motosum census debitorem teneri ab interesse lucri cessantis, vel ad cambium. Pro cuius pacti, & prohibitionis intelligentia præmittendum est, quod cùm hæc Piana Constitutio sit exorbitans à iure communi, quo, † licitum est pacisci tam super interesse damni emergentis, quam super interesse lucri cessantis, & vtrumque interueniente mora deberi, & exigi possit, vt latè declarat Nauar. *in suo Comm. de vsur. num. 41. & seqq.* Felician. de Solis *in suis Comm. cens. tom. 1. lib. 1. c. 9. n. 14.* Io. Bapt. Lup. *ad l. curabit, C. ne act. empt. Comment. 1. §. 6. n. 103. & seqq.* & signanter

signanter, *num.*107. qui alios allegant. Ideò † debet intelligi strictè & in casu ipso in quo loquitur: *l.*3.§. *hæc verba ff. de neg. gest.* Surd. *dec.*313. *sub n.*4. & vt minus lædat ius commune, quam fieri possit, *c. cùm dilectus de censu.* Rom. *cons.*197. *numer.*2. *refert alios* Surd. *de-*
3 *cis.*167. *numer.*17. & propterea † cùm loquatur solum de interesse lucri cessantis, & minus læditur ius commune si de eo tantùm intelligatur quàm si trahatur etiam ad interesse damni emergentis: Ergo ad illud debet restringi, & quo ad interesse damni emergentis debet ius commune remanere in suo robore, & in sua dispositione argum. *leg. sancimus. Cod. de testam. leg. præcipimus, C. de appell.* & hanc Bullam in hac parte intelligit Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib.*10. *q.*9. *num.*15. *in princ.* Et licet ab hac intelligentia videatur recedere Ioan. Azor. *Institut. Moral. p.*3. *lib.*10. *c.*13. *quæst.*2. ea ratione, quia non valet consequentia debitor morosus tenetur refarcire damnum: ergo potest pacisci, quod probat dando instantiam, quia debitor tenetur refarcire expensas à creditore factas ob mutuum, & tamen illas non potest ex pacto repetere, mihi tamen magis in hoc placet opinio *Rebelli*, tum quia interesse damni emergentis versatur circa rem acquisitam, vel quasi acquisitam, vt non obscurè videtur sentire Nauar. *in suo tract. de vsur. num.*93. *vers. an autem clarè* Rebell. *d. num.*15. *in prin.* Interesse autem lucri cessantis respicit, & versatur circa rem ac-
4 quirendam, vt ipsi dicunt & † difficilius tollitur, & ius acquisitum, & ius in re, quam ius acquirendum, & ius ad rem. Dec. *cons.*147. *num.*4. Cran. *cons.*135. *sub n.*7. *lib.*1. Ceph. *cons.*58. *num.*36. *& seq. & n.*60. *& seq. lib.*1. Mandos. *ad regul.* Cancellar. *in reg. de non iudican. iuxta form. supplicat. q.*38. *n.*2. *& in reg. de non impetran. benefic. vacant. per obit.* Cardin. *q.*30. *n.*6. tum per rationes supra consideratas.

5 Et pactum de † reficiendo interesse damni emergentis esse in hoc contractu censuali licitum, voluit aliorum auctoritate Martin. Bonac. *in suo tractat. de contract. disput.*3. *quæst.*4. *puncto vnico, num.*38. *vers. Rursus difficultat.*

6 Quo † verò ad interesse lucri cessantis licet Couar. *l.*3. *var. resol. c.*4. *n.*6. *vers.*8. *infertur ibi, modo fiat in vim annui redditus.* existimet pactum de reficiendo interesse lucri cessantis ob moram esse de iure licitum: contrariam tamen sententiam quod immo tale pactum sit omnino illicitum, & dicta Piana Constitutione expressè reprobatum, dicit Boccac. *in suo tract. de censib. par.*1. *n.*9. *& 59. & part.*3. *n.*35. Ioan. Azor. *d. c.*13. *q.*1. Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib.*3. *qu.*8. *num.*22. & cum qua nos quoque transeundum esse omnino existimamus. Quæ tamen debet vno, & altero modo declarari. Et

7 Primò, an illa † procedat respectu interesse extrinseci, id est, si illud extrinsecus accidat, secus autem si sit intrinsecum, cuius petitionem non esse per dictam Pianam Constitutionem interdictam immo dicti interesse intrinseci pactionem esse licitam, dicit Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. par.*2. *disput.*390. *num.*10. *vers. circa interesse* hoc idem probat Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de vsuris. art.*3. *controuers.*16. *num.*1. *vers. potest secundo modo*, Rebell. *d. quæst.*6. *num.*15. *vers. eiusmodi est etiam.* vbi hoc exemplis declarat [Et quod interesse conuentum debeatur. & pro illo detur actio, & petitio voluit *etiam* Rota *in vna Romana multiplici* 25. *Februarij* 1619. *coram* bon. mem. Vbaldo, *quæ est post tract. decis.* 479 *num.*2. *vbi præter alios allegatur* Seraph. *dec.*383. *n.*6. *& dec.*385. *n.*1.3. *& 10.*] quod ita probat Leonard. Less. *in suo tract. de Iustit. & iure lib.*2. *cap.*22. *dubit.*12. *num.*86. vt credat quod quo ad forum poli possit etiam exigi interesse extrinsecum, causatum ob moram iniustam debitoris.

Secundò † declarat hanc conclusionem Felician. *d.* 8
*cap.*9. *num.*14. *quod* Pius V. *in sua Constitutione* non prohibeat simpliciter, & absolutè pacisci circa refectionem interesse lucri cessantis [quæ conuentio, & taxatio certi, & vniformis interesse est illegitima, & vsuraria, vt post multos firmat Cæsar. de Grass. *decis.*1. *de vsur. num.*2.] ob moram debitoris, sed quod prohibeat dumtaxat huiusmodi pactiones in duobus casibus, videlicet, quando à principio tempore venditionis census inter contrahentes conuenit de certa quantitate præstanda ratione lucri cessantis, vel quando conuenitur de quantitate incerta liquidanda solo iuramento creditoris: his enim duobus casibus videtur palliari vsura, quam ab hoc contractu remouere, & eliminare ille Sanctissimus Papa per *d. suam Constitutionem* intendit. Et propterea † si dominus census præ- 9
tenderet ob moram sibi deberi interesse, & illud cum debitis circumstantiis, & cum requisitis à Paulo de Castro, *in l.*3. *ff. de eo quod certo loco*, communiter recepto, iustificaret, & liquidaret; vtique non esset accedendus ab hac prætensione. Nam non disponit Pius V. *in d. sua Bulla* † in contractu census, ob moram non deberi 10
interesse verum, & legitimè probatum: sed dumtaxat, ne ab initio deducatur in pactum aliqua certa, & determinata quantitas loco interesse, & ne illius taxatio, & liquidatio relinquatur arbitrio, & iuramento ipsius met creditoris; vt animadvertit Felician. *d. num.*14. Quem intellectum ad dictã Bullam non obscurè videtur sensisse Sigismund. Scacc. *in suo tract. de Commerc.* §.1. *q.*7. *par.*2. *ampliat.*8. *d.*296. *maximè ad finem, in vers.* 930 *supposito*, Quæ sanè declaratio videtur multum amica litteræ dictæ Bullæ, cum de salariis certis aut liquidandis iuramento creditoris disponit, & recedit minus à iure communi, vt diximus *supra num.*1. *& seqq.* Ex quibus videtur etiam inferendum, † quod prohibitio 11
dictæ Bullæ sit restringenda ad interesse, quod deduceretur in pactum, & quod prætendi posset vigore conuentionis initæ inter contrahentes; secus autem respectu illius quod deberetur ex Iuris dispositione, vel veniret per Iudicis sententiam taxandum, vt intelligit Scacc. *d. ampliat.*8. *num.*294. *& ante eum dixerat* Ioan. Azor. *d. cap.*13. *q.*1.

[Tertiò potest declarari hæc conclusio, vt non procedat respectu interesse verisimilis, & proportionabilis vt post alios dicit Gabr. *in tit. de empt. & vendit. concl.*4. *num.*21. *vers. contrarium*, *& resoluit* Rota *coram* Cæsar. de Grass. *dec.*1. *n.*4. *& dec.*2. *n.*1. *de vsur.* & alias, quod taxatio interesse ad rationem quinque pro centenario sit licita dixit Rota *in vna Mediolanensi pecuniaria* 9. *Decembris* 1592. *coram* Illustriss. Cardin. Mellino, *quæ est post* 2. *lib. cons.* Crimin. Farinac. *dec.*69. *n.*3. & quod in contractu census possit taxari ab initio interesse ad modum legitimum, vtpote quod correspondeat pretio, & fructibus censuum *teneat ead.* Rota *in vna Romana Saluiani*, *Interd. coram* bon. mem. Otano 20. *Nouembris*, 1591. *quæ est post prim. vol. cons.* Crim. Farin. *decis.*85. *num.*10. *& coram* Cæsar. de Grass. *d. decis.*2. *n.*2. *de vsur.*]

Licet † autem hoc pactum sit reprobatum per di- 12
ctam Pianam Constitutionem, non est tamen contra substantiam contractus censualis, & propterea si fiat illud vitiabitur, firmo remanente contractu in reliquis, ex iis quæ diximus *supra hac eadem q. art.*1. & fuit resolutum *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *16. Martij*, 1615. *in illa nullius seu Meliuicensis census, quæ est post tract. decis.*147. *versic. quantum attinet ad secundum*: nam in dicta Bulla non disponitur hoc pro forma, & tale pactum de iure communi est licitum, vt dictum est *supra*, & deducit *ibi Rota* multorum auctoritate, & ibi ex mente Ioan. Azor. *d. cap.*13. *vers. mirum non est*, *& vers. Secundo quæritur.* dicitur, quod dominus census ob moram debitoris potest agere ad

damna,

damna,& interesse,necnon etiam ad lucrum cessans,si probentur requisita ; quia cum istud pactum sit permissum à iure , *Bulla Pij V.* solùm prohibet in pactum deduci ad euitandas fraudes, & præcidendum omnem occasionem vsuræ.

Prohibet secundo loco Pius V. *in d. sua Bulla* pactum , quod morosus census debitor teneatur ad ex-
13 pensas , quod † intelligendum est de expensis , quæ ex pacto,& conuentione tantum inter contrahentes inita , & instrumento census specialiter appositis refici promittuntur, quales sunt expensæ,quæ fiunt in scriptura,& rogitu instrumenti census ; ad † quas emptor
14 ipse, ad quem commodum contractus pertinet,& non venditur tenetur,vt post alios sentit Bonacin. *d.puncto vnico,num.* 31. [prout etiam ad solutionem Laudemij (quod soluitur domino directo,vel pro consensu,quem præstat nouo emphyteutæ, vt volunt aliqui , vel pro inuestitura,& actuali possessionis traditione,vt volunt alij *apud* Surd. *dec.* 200.*num.*3.) tenetur emptor , non autem venditor,Glos. *in l.3.& ibi* Ias.*num.*41. *C. de Iur. Emphyteut.* Guid.Pap.*dec.*415.*num.*3. Cassan. *ad consuetud.* Burgund.*rubr.* 11.*des censes* §. 1.*in tex.late,numero* 3. Surd.*qui alios allegat.d.decis.*200.*num.*4. Anton. Bellon. *de eor.quæ fiunt in continen. vel ex interual. vi , & potest. libr.*1.*cap.*103.*num.*1.] Vel quod debitor census teneatur
15 † asportare annuas pensiones ad aliquem locum suis expensis, de quo pacto dicemus *infra hac* 2.*par.c.*2. *quæst.*4 *art.*5. *nunc* 9.86. *num.* 17. non autem de iis quæ ex iure repetendæ sunt,& mandato iudicis adiudicantur, vt declarauit idemmet Pius V. *in Bulla* quam promulgauit ad declarationem *Bullæ super Censibus* , quæ habetur impressa *in princip.tract.in vers.præterea exactio. cum &c.*

16 Et hac ratione † Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art.*22.*num.*47.*ad fin.vers.in qua Censuum impositione.* dicebat quod pactum , quod si lis aliqua super censu instituta sit, venditor census ad omnes expensas, & eius quod interest teneatur , obligatúsque , & obnoxius sit est licitum, *quod placuit etiam* Nauar. *d.tract. de vsur.n.* 135.*etiam post dictam Bullam Pij Quinti.*

17 Reprobat † tertio loco Pius V. *in d. Bulla* pactum quod debitore census existente morosо in solutione annuæ responsionis rem censui subiectam seu aliquam eius partem amittat.Quod pactum licet videatur simpliciter , & absolutè damnatum & reprobatum , non defuerunt tamen qui in certis casibus illud esse licitum sint arbitrati:nam Leonard.Less.*d.c.*22.*dubit.*11.*num.*68. fuit in opinione hoc pactum esse licitum , si ex æquo compensetur aucto pretio census arbitrio prudentis, & cessatio in soluendo censu arbitrio prudentis , & cessatio in soluendo censu contingat culpa debitoris. Vrsil.*autem ad* Afflict.*dec.*80. *num.* 7. sentit quod sit licitum si restringatur dumtaxat ad ratam pecuniæ exburſatæ in emptionem census, vt puta si super fundo valoris mille creetur , & constituatur census,puta scutorum octo, & vendatur pretio scutorum centum adiecto pacto quod cessante debitore in solutione census fundus incidat in commissum , huiusmodi pactio non operatur vt totus fundus incidat in commissum, sed debet restringi , & intelligi,vt propter moram cadat in commissum dumtaxat pro dictis scuris centum erogaris in emptionem census , & ibi *Vrsill.* vocat in contestem Ias.*cons.*63.*lib.*1.

18 Attamen † quod simpliciter, & indistinctè irritum sit, & nullum , huiusmodi pactum tenendum censeo, tum propter expressam dictæ Pianæ Constitutionis dispositionem,tum quia tale pactum repugnat naturæ contractus censualis, vt deducit Ioan Azor. *d. cap.* 13. *quæst.* 6.[Aluar.Valasc.*consultat.Iur.lib.*1.*consultat.*35.*n.* 1.tum demum quia hæc pœna de incurrendo commissum si cesserur à solutione , est adiecta solutioni quantitatis, & propterea censetur apposita in fraudem vsurarum.Bald.*in l.cum allegas. numero* 11.*vers.*6.*oppo.C.de vsur.* & in propriis terminis.Valasc,*d.consultat.*35.*num.* 1.] & propterea etiam quod dicta Bulla non fuisset promulgata , & ante illius promulgationem hanc sententiam esse simpliciter amplectendam inspecto iure antiquo voluerunt post Nauar.*d.tract.de vsur. num.*93. *in* 9.glo.*& numero* 138.*vers.*13.Fernand.Rebell.*d.lib.*10. *quæst.*6.*numero* 16.*vers.onde clausula illa.* Bon.*d. tract. de censib. art.*46.*num.*76.*ad fin.vers.nouissimo loco,idem dicemus.* Foller.*in sua pract. Censuali in verbo , huiusmodi,n.* 88. *ad med. & plures congerens , & contrariis respondent* Felician.*in dd.suis Commentar.de censib.tomo* 1.*libr.*1.*cap.* 10.*num.*11.*vers.contrario.*Ludouic.Lopez *in suo tract. de contract.lib.*1.*cap.*60.*ad fin.vers.præterea, & illud dubium* Federic. Martin.*in dicto suo tract.de iure cens.cap.*6.*num.* 275.*& seq. vbi alios allegat,& num.*279.ampliat etiam si pactum conciperetur vt prædium illud censeatur venditum pro pretio ipso census Mich. Salon.*d.tit.de censib.art.*3.*controuers.*16.*num.*1.*versicul. & ex his multis, & latè controuers.* 17. vbi pluribus hanc sententiam confirmat,& respondet contrariis,à qua sententia nec etiã dissentit Ioan Guttierez, *pract.quæst.lib.*2.*cap.*168. *num.* 2.dum loquens de lege Regia,quæ pactum istud approbabat,& seruari volebat dicit illam esse rigidissimam, & proinde non vsitatam, nec executioni tradendam, quem refert,& sequitur Hieron.Cæuallos *pract.quæst. communi,q.*469. *num.* 8. *Eandem opinionem amplexus fuit* Nicol.Intriglio.*sup.Rul.de censib.quæst.*55.*n.*1.*vbi multos allegat.*Aluar. Valasc.*consultat.tomo* 1.*consult.*35. *num.*2. Bocacc.*in suo tract.de censib.par.*1.*num.*60.Gasp. Roderic.*de ann.reddit.lib.*2.*quæst.*1.*num.*29.*vers.*15.*& quæst.*2. *n.*72.Ludouicus de Auend.*de censib. Hispan.c.*90.*num* 3. *circa med.vers.Quæ sententia,& resolutio.* [& illam multos referens simpliciter, & indistinctè amplectitur Io. Petr. Fontanel.*de pact.nuptialib.claus.*4.*glo.*12 *numero* 126.] Quia pœna commissi in proposito, quando valor fundi super quo census constituitur , est maior quam pretium principale census,iniqua,& iniusta est, maxime in foro conscientiæ.

Sed dubitari potest an saltem pactum istud sit licitum inter venditorem census , & eum qui pro illo in contractu census fideiussor accedit ad fauorem emptoris, an scilicet fideiussor possit licite pacisci cum debitore census,quod casu quo ipse fideiussor ob moram, & cessationem ipsius debitoris in soluendo cogatur soluere , ipse acquirat aliquam ex rebus ipsius debitoris:& pro † affirmatiua opinione videtur stare theori- 19
ca Bart.*in l.quamuis,ff.de solut. vbi sub num.* 1. affirmat, valere pactum de dando pignore in solutum fideiussori,licet nullum esset tale pactum si fieret cum creditore de dando illi pignore insolutum quam traditionem communiter amplectuntur Scribentes,*in l.*1.*C.de pact. pignor.vt multis recensitis testatur* Couar. *var.resolut. lib.* 3.*c.*2.*num.*7.*&* Ari.Pinel.*ad Rubr.C.de rescind.vend.par.* 2.*cap.*1.*num.*31.

Contrariam † tamen sententiam amplexus fuit 20
Gasp.Roderic.*in d.suo tract.de ann.redditib.lib.* 2.*q.* 2.*n.* 5.*in fine,cum multis seqq.vsque ad num.* 15. vbi pluribus inuehit contra dictam *Bar.* conclusionem hanc eandem sententiam renuit,& pluribus confirmauit Felician.*d.cap.*10.*numero* 14.vbi profitetur opinionem contra *Bar.* videlicet , quod nec etiam respectu fideiussoris sit licitum pactum legis commissoriæ , esse veriorem , & respondet contrariis , & pro hac opinione conferunt dicta per Alex. *cons.* 178.*num.*8.*in fin.lib.*7.vbi dicit pactum legis commissoriæ fuisse reprobatum ad effugiendam vsurariam prauitatem,ex not.*per* Doctor.*in cap. significante,de pignor.* & sentit Imperat.*in d.l.*1.*C.de pact. pignor.* & ideò cum eadem ratio militet respectu fideiussoris, quæ militet respectu principalis debitoris.eadem quoque debet fieri dispositio , vt animaduertunt Couar.*d.cap.*1.*num.*8.*vers.hinc colligitur.*Pinel.*d.num.*31.

verſic. ſed longè melius. quos & alios refert, & ſequitur Felician. *d. numero* 14. Quam ſententiam Ego quoque exiſtimo veriorem, maximè iuxta terminos dictæ Bullæ *Pij V.* per quam damnatur quælibet pactio ob quam venditor cenſus ius aliquod amittere poteſt, quæ cum generaliter loquatur debet generaliter intelligi quomodocumque ius illud amittat ſive cum creditore ipſo, ſive cum fideiuſſore, *argum. l.* 1. §. *generaliter, ff. ad legat. præſtand. cum vulgar.*

21 Prohibet † quarto loco *Pius V. in d. ſua Bulla*, ne inter emptorem, & venditorem cenſus fiat pactio, quod ſi venditor committat moram in ſoluendo annuas reſponſiones, teneatur ad aliquam pœnam, & pactum illud eſſe illicitū, & reprobatum, dicit Nauar. *d. tract. de uſur. num.* 93 Glo. 9. *& ſequitur* Boccac. *in d. ſuo tract. de cenſib. par.* 2. *num.* 23. [Mari Giurb. *dec. Regn. Sicil.* 85. *n.* 16. *ad fin. par.* 1.] & nemo diſſentit, qua ratione inutile

22 † eſſet pactum per quod debitor cenſus ob moram in ſoluendo obligaret ſe ad carceres publicos, vt plenè docet in puncto Gaſp. Roderic. *d. lib.* 2. *quæſt.* 10. *num.* 2. *& ſeqq.* & ſignanter *num.* 1. *auctoritate* Couar. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 1. *num.* 7.

[Quorum opinio non repugnat, quod debitor cenſus moram in ſoluendo poſſit carceri mancipari, vt quotidie contingit, quoniam præterquam quod eo caſu hoc non prouenit ex pacto inter emptorem, & venditorem cenſus in limine contractus cenſualis inito, quod per Bullam prohibetur, ſed ex culpa, & facto ipſius venditoris debito tempore non ſoluentis.

Reſpondetur etiam, quod carcer eo caſu non poteſt conſiderari tanquam pœna, ſed eſt potius ſtimulus, vt tædio affectus debitor celerius ſoluat, ea autem quæ tendunt ad faciliorem, & expeditiorem cenſus exactionem in hoc contractu non eſſe prohibita diximus infra *hoc art. num.* 35.]

23 Non eſt † tamen credendum voluiſſe *Pium V.* prohibere, ne talis debitor cenſus poſſit ob moram ſe ſubiicere cenſuris, & cum cenſuræ non ſint pœnæ ob quas emptor, & dominus cenſus aliquid plus exigat,

24 quam ſit eius creditum, de † quibus pœnis temporalibus intellexit *Pius V.* dum voluit obuiare fraudibus vſurarum, vt ex Proœmio Bullæ colligitur, licet ergo ex parte debitoris cenſuræ loco pœnæ haberi poſſint, ex parte tamen creditoris, qui nihil ideò plus conſequitur, nihil pœnale talis obligatio continet, alioqui morioſum cenſus debitorem ſequeretur, neque poſſe carceri mancipari. ſi quidem carcer loco pœnæ intelligeretur, & hæc ſatis videntur comprobari *ex c.* 1. *& 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. commun.* in quibus venditores cenſuum ad illorum ſolutionem pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis ordinarij locorum ſe ſubmittebant, vt legitur ibi verſic. *quamquam etiam venditores*, &c.

Sed dubitatur an ſi de facto ſimile pactum fuerit inter emptorem, & venditorem cenſus factum, & ſtante mora debitoris, dominus cenſus pœnam illam exegerit, teneatur in foro conſcientiæ illam reſtituere, In qua difficultate Doctores videntur variare, quia Fernand. Rebel. *d. lib.* 10. *quæſt.* 6. *numero* 16. *ad fin.* credidit dominum cenſus ſi talem pœnam exigat non eſſe tutum in foro conſcientiæ, ſed teneri ad illam reſtituendam. Ioan. *verò* Azor. *d. c.* 13. *quæſt.* 15. *verſ. quæres.* videtur ſentire licitè poſſe dictam pœnam exigi. Ego tamen libenter accedo diſtinctioni quam conſiderauit Na-

25 uar. *d. tract. num.* 111. *quæſt.* 10. Vbi diſtinguit, an † cenſus fuerit conſtitutus poſt promulgationem dictæ Bullæ *Pij V.* & eo caſu negat pœnam licitè exigi poſſe, ſed dominum cenſus teneri in foro conſcientiæ ad illius reſtitutionem, & in hoc caſu poteſt reiici opinio

26 *Rebelli.* Aut † verò cenſus fuit conſtitutus ante promulgationem dictæ Bullæ, & ſi quidem pœna eſt adeò moderata, vt non ſit veriſimile illam fuiſſe appoſitam animo fœnerandi, & eo caſu iuſtè exigi poterit etiam in foro conſcientiæ, & hoc caſu recipi poterit ſententia *Azori.* Secus † verò in caſu contrario quando pœ- 27
na non eſt moderata, ſed ex ea reſultare poſſit vehemens ſuſpicio vſurarum, vt firmat *ibi Nauar.* qui monuetur pluribus iuribus quæ non tranſcribo.

Firmata † autem concluſio quod pactum continens 28
morioſum cenſus debitorem teneri ad aliquam pœnam ſit irritum, & nullum debet limitari vno modo, vt ſcilicet, non procedat quando ab initio fuit venditus pretio minori ſolito, puta ad rationem quatuor vel quinque pro centenario, cum pacto quod ſi non ſoluatur conuento tempore debeat ſolui ad rationem puta ſex, & ſic infra legitimum modum in regione conſuetum: nam cum hæc non ſit pœna, nec vſura, ſed fœnus vberius ratione ſortis, vt dicit *I.C. in l. pecunia* §. 1. *ff. de vſur.* non debet intelligi comprehenſa in hac Bullari prohibitione, & hanc limitationem amplectitur Gaſp. Roderic. *in d. ſuo tract. de ann. reddit. lib.* 2. *quæſt.* 14. *n.* 7. *& ſeq.* dicta ratione quia hæc non eſt mera pœna moræ, vel alia acceſſio vſuræ, ſed legitimus redditus, vt ipſe bene deducit, *num.* 8. *&* 12.

Et hæc ſunt pacta quæ Pius V. *in d. ſua Bulla* contra morioſum debitorem cenſus fieri prohibuit, & facta declarauit irrita, & nulla. Quorum occaſione inferre libuit ad quædam alia pacta quæ ad reprimendam debitoris cenſus negligentiam, & moram excogitari ſolent, &

Primò infertur ad pactum, † quod ſi debitor cen- 29
ſus ſtatuto tempore non ſoluat annuas reſponſiones, teneatur ad duplum, quod habuit pro illicito, & per hanc *Pij V.* Conſtitutionem reprobato, Nauar. *in d. ſuo tract. de vſur. num.* 136. Boccac. *in d. ſuo tract. de cenſib. par.* 2. *num.* 71. *& pluribus comprobat* Mari Antoñin. *Var. Reſol. lib.* 1. *reſol. vlt. caſu.* 1.

Secundò infertur ad aliud pactum quod ceſſante debitore cenſus in ſolutione annuæ reſponſionis fundus cenſicus intelligatur venditus, & datus in ſolutum domino cenſus pro iuſto pretio, quod pactum licet vi- 30
deatur licitum, ex quo † de iure hanc pactionem eſſe permiſſam, dicat Bartol. *in l. quamuis, num.* 1. *ff. de ſolut.* Arius Pinell. *ad d. Rubr. C. de reſcind. vendit. par.* 2. *cap.* 1. *num.* 25. *&* Felician. *in dd. ſuis Commentar. de cenſib. tomo* 1. *cap.* 10. *num.* 12. *vbi multos congerit.* & † in propriis ter- 31
minis contractus cenſualis videatur non improbare Foller. *in ſua Pract. Cenſuali, in verbo, huiuſmodi, num.* 88. *in fine*, ea ratione, quia ex iſto pacto non poteſt conſiderari aliqua deceptio, ſeu fraus, & vendens rem quantum valet non poteſt dici circumuentus & deceptus, & cum eadem opinione tranſeat etiam Bon. *in d. ſuo tract. de cenſib. art.* 84. *num.* 117. Quia † tamen repug- 32
nat *dictæ Bullæ Pij V.* tum quia iniicit onus, & grauamen debitori cenſus ob moram commiſſam in ſoluendo, tum quia aufert, vel ſaltem reſtringit facultatem alienandi fundum cenſui ſuppoſitum, non debet reputari licitum, nec permiſſum. Boccac. *d. par.* 2. *num.* 86. & proſequitur Felician. *d. cap.* 10. *num.* 12.

Tertiò inferri poteſt multo magis eſſe illicitum pa- 33
ctum, † quod exiſtente morioſo venditore cenſus fundus cenſitus diſtrahi poſſit nan ſolum pro redditibus maturis, & non ſolutis, & intereſſe, ſed etiam pro recuperando capitali, vt de huiuſmodi pacto, & ſtatuto hoc diſponente contra Felician. *de cenſib. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 19. concludit Auend. *d. tract. cap.* 26. *num.* 14. cum qua ſententia Ego quoque libenter pertranſeo quidquid, & male defendat Federic. Martin. *in ſuo tract. de iure cenſ. cap.* 6. *num.* 172. *& ſeq.*

Quartò infertur ad aliud pactum videlicet, quod ceſſante debitore cenſus, vt ſupra, liceat domino cenſus capere propria auctoritate fructus fundi ſubiugati. Circa quod vt, cognoſcamus, an ſit licitum, an verò comprehenſum ſub prohibitione dictæ Bullæ exiſtimo eſſe conſideranda verba quibus illud conceptum fuit.

Si

34 Si enim † verba pacti sonent, & importent quod dicta licentia sit data domino census in pœnam morositatis, & negligentiæ debitoris census commissæ in non soluendo, & tale pactum esse omnino illicitum, & sub dispositione, & prohibitione dictæ Bullæ comprehensum non potest in dubium reuocari, cum verba, Bullæ sint clarissima, Boccacc. *d. tract. par. 2. n. 72. in fine.*

35 Si † autem verba pacti non sonent in pœnam, sed pactum hoc fuit factum ad expeditiorem, & faciliorem exactionem census, & sicut domino census conceditur, vt iure medio possit intentando remedium vtilis *Salu interd.* capere possessionem bonorum subiugatorum tenendam, & possidendam, donec, & quousque ex fructibus dictorum bonorum fuerit integraliter solutus, & satisfactus de terminis census decursis, & non solutis, vt dicemus *infra hac 2. par. cap. 2. quæst. 5. art. 9. nunc quæst. 98.* eodem etiam modo licere debet hanc facultatem sibi per pactum acquirere vt pluribus rationibus probat. Bon. *in d. suo tract. de censib. articul. 72. n. 105.* quas fuit mutuatus à Foller. *qui iisdem, & aliis rationibus eandem sententiam amplectitur in d. verbo huiusmodi, n. 112. & seq.* Boccac. *d. num. 72. latè comprobat* Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. cap. 6. n. 357. cum multis seq.* Felic. de Solis *in dd. suis Comment. d. lib. 1. c. 10. n. 3. vers. quo circa.*

36 Cum qua conclusione esset multò magis transeundum si ad fauorem domini census in instrumento venditionis illius fuisset adiecta clausula præcarij, cuius vigore (quidquid dicat Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. redditib. lib. 2. q. 7. n. 17. & seq.* hanc clausulam esse superuacuam, & vsurariam) posse dominum census accipere possessionem fundi censuati propria auctoritate, & multò magis petere à Iudice associationem etiam contra singularem bonorum censui suppositorum possessorem, resoluit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, 13. *Iunij*, 1611. *quæ est post tract. dec. 149. n. 2. & 3. & rursus in eadem causa coram eodem, 4. Iunij*, 1612. *quæ est ibidem dec. 150. num. 1. & 2. & nos dicemus infra d. q. 5. art. 5. nunc q. 94 n. 10. & seq.*

37 Quintò inferri posse existimauit ad † aliud pactum quod in census venditione venditor emptori obliget aliqua bona, quæ dominus census possit distrahere si debitor tempore constituto pensionem non præstet aut creditor damnum patiatur ob solutionis tarditatem, de quo pacto mentionem facit Feder. Martin. *in d. suo trac. de iure cens. c. 6. n. 269. & seqq.* illudque licitum esse affirmat, quam conclusionem ego recipiendam esse existimo cum distinctione, quam facimus in præcedenti illatione, si quidem pactum istud ita concipiatur vt sonet in pœnam inutile sit, & illicitum ex *Bulla Pij V.* prohibitione, secus autem si pactum illud ideo appositum fuisse appareat vt promptior, & expeditior sit census exactio.

38 Sextò, & vltimò inferri posse videtur ad † aliam pactionem, vt scilicet, debitor census obligetur ad solutionem annuæ responsionis in amplioti forma Cameræ Apostolicæ: videtur enim adiici hæc obligatio in pœnam moræ debitoris in soluendo, cum illius vigore strictius, & efficacius obligetur, & præterea videatur renunciare suo foro, & se cuilibet Iudici etiam non suo submittere, per quas rationes hunc obligationis modum illicitum, & reprobatum esse arbitratus fuit Nauar. *in d. suo Comment. de vsur. num. 116. sequitur.* Thom. Boninsign. *in suo tract. de censib. cap. 10. num. 3. & non videtur dissentire* Bonin. *d. tract. de censib. art. 32. num. 58. vers. at hæc dubitatio.* Mich. Salon. *d. tract. de contract. & commerc. humian. in tit. de censib. tit. 3. controuers. 16. vers. 5. iniustum.*

39 Verum † quoniam præscripta iam consuetudo per totum ferè orbem obtinuit, vt omnes ferè contractus, & maximè ille censualis celebretur cum hac cautela obligationis, vt dixit Rota *in vna Anconitana census, 23. May. 1598. coram* bon. mem. Corduba, *quæ est post tract. decis. 111. num. 5. vers. ex quibus tollebatur.* Ideò opinio affirmatiua videtur recipienda: nam ista strictior obligatio, quæ oritur ex forma Cameræ, vel simili non tendit ad subuertendam dispositionem Pij V. *in d. sua Bulla*, sed potius ad confirmationem contractus, iuxta illius formam celebrati, & ad expeditiorem illius executionem, *arg. text. in Clemen. 1. de conceff. præben. vt contra* Nauar. *considerat* Boccac. *d. par. 2. numero 38.* Feder. Mart. *d. cap. 6. num. 350.* [*& sequitur* Zacch. *ad* Galef. *de oblig. camer. q. 28. num. 9.*]

Ideóque, † & fideiussiones, & generales bonorum 40
obligationes licitè adhiberi posse in huiusmodi censualibus contractibus, diximus *supra hoc 1. cap. quæst. 2.* neque enim istæ naturam principalis contractus immutant, immo iuxta illius terminos regulantur *l. cum principalis ff. de reg. iur. cap. accessorium, eodem tit. lib. 6.* propterea dictam † consuetudinem esse fauorabilem 41
tanquam commune bonum concernentem dicebat Bal. *in l. de quibus col. 2. num. 10 ad fin. ff. de legib.* cuius † consuetudinis Clipeo defendi cameralem obligatio- 42
nem innuit Galef. *ad form. camer. obligat. par. 1. q. 1. numi. 5. in fin. & num. 16. in fine*, cum alioquin sentiat non decere inter bonos viros arctioribus obligationum vinculis vti, & cum hac posteriore sententia transit Ioan. Azor. *cap. 13. q. 4.* ea ratione, quia talis obligatio toleratur à Summo Pontifice, & est vsitata in Curia Romana ad maiorem & tutiorem contractus obseruantiam.

Neque damnari potest ex eo quod obligans se in forma Cameræ videatur renunciare priuilegio fori sibi de iure competenti, & cuilibet Iudici se subinittere; 43
cum † hoc sit de iure permissum, *l. si conuenerit, ff. de Iurisd. omn. Iud. cap. significasti, de foro compet.* Federic. Martin. *d. cap. 6. num. 320. & seqq.* Nisi † priuilegium il- 44
lud respiciat fauorem ordinis, quale est priuilegium, quod fuit concessum clericis ne conueniantur coram Iudice laico, cui nullo modo potest clericus renunciare, *cap. si diligenti, de foro compet.* Vel † respiciat fauo- 45
rem Iudicis propter quem fuit introductum vt vassallus domino inuito coram alieno Iudice de feudo litigare non possit, *cap. Imperialem, in fine, de prohibit. feud. alienat per* Federic. *cap. nouit. ext. de iudic.* vndè vasallus huic priuilegio non potest renunciare, vt ratiocinatur Feder. Martin. *d. cap. 6. num. 326. & seqq.* vel beneficio † 46
quod competit miserationis causa, quale est beneficium cessionis bonorum *l. 1. pen. & fin. ff. de cession. bonor.* Alber. Brun. *in suo tract. de cession. bonor. quæst. 1. num. 1. & 2.* cui non posse renunciare census debitorem demonstrat Gasp. Roder. *in suo tract. de ann. redditib. lib. 2. quæst. 10. num. 12. & seqq.* prout † illi regulariter non potest 47
renunciari, vt post multos quos allegat firmat pro magis communi, & receptissima opinione Carol. de Grass. *in suo tract. de exception. in 17. except. num. 10.* Concludendum igitur est in hoc censuali contractu non esse habendum pro illicito pactum quo debitor census obliget se aliquo strictiori modo, sed dumtaxat pactum, propter quod ob moram in soluendo obligat se ad aliquam pœnam temporalem.

[Sed posset dubitari an emptor census possit tempore emptionis apponere pactum, quod debitor census existente moroso in solutione fructuum per aliquod certum & expressum tempus, puta per duos menses post maturatum semestre ipse debitor teneatur præstare cautionem bancariam fide, & facultatibus idoneam ad contentamentum ipsius venditoris pro solutione fructuum dicti census, & an transacto dicto tempore possit debitor census ad effugiendam præstationem dictæ cedulæ purgare moram soluendo, & quo ad primam partem dubij, cùm emptor census requirat dictam cautionem non ob pœnam moræ, sed ad

effectum

effectum vt sibi facilius de dictis fructibus satisfiat, pactum istud licitum esse respondendum existimo per *ea quæ dicta sunt super hoc eod. art. numero... & referendo huic locum voluit* Rota *in una causa præstationis cedulæ 1. Decemb. 1618. coram* Reuerendissimo D. Coccino *quæ est dec. 535. ad fin. vers. se sicuti census num. 15.*

Quo verò ad secundam partem dubij videtur distinguendum an inter contrahentes nihil conuentum fuerit circa moræ purgationem, aut verò actum fuerit quod mora quantumuis minima purgari non possit.

Et quidem in primo casu videtur transeundum cum regula quod mora saltem de æquitate canonica purgari possit si ius partis deterius effectum non fuerit *cap. potuit de locat. cap. in tua de pan.* secundo verò casu non admittatur moræ purgatio propter expressam contrahentium conuentionem, *vt ita distinguendo resolut* Rota *post multos quos allegat in d. Romana præstationis cedulæ vers. quantum attinet ad secundum num. 9. 10.*

SVMMARIA.

1 *Pactum quod debitor census illum soluat liberum ab omni onere etiam ab eo, quod ex natura contractus pertinet ad emptorem, est illicitum.*
2 *Pactum quod venditor census illum soluat liberum simpliciter conceptum non est reprobatum.*
3 *Onera realia ad eum pertinent, qui rei fructus percipit.*
4 *Emptor census non emit fructus rei suppositæ, sed ius percipiendi annuam respondionem ex dictis fructibus.*
5 *Emptor census differt ab emptore fructuum rei suppositæ.*
6 *Pactum quod venditor teneatur ad onera, quæ ex natura contractus spectant ad emptorem census, vitiatur & non vitiat.*

De pacto quod solutio onerum ad eum spectet, ad quem de iure, vel ex natura contractus non spectarent.

QVÆSTIO LVIII.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 3. ar. 6.

ANnullauit similiter Pius V. *in d. sua Bulla* super censibus in vers. sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent. Et qua parte cæperunt Scribentes ansam dubitandi, An si inter emptorem, & venditorem census conueniatur, quod census debet solui liber, & exemptus ab omni, & quocumque onere impositione grauamine, &c. tale pactum sit licitum. Pro cuius dubitationis vera, & clara resolutione consideranda sunt verba, quibus huiusmodi pactio, & conuentio concepta fuit: si † quidem verba pacti cantent vt venditor census illum soluere teneatur liberum etiam ab eo onere, quod ex natura contractus pertinere debet ad emptorem, vtique tale pactum est omnino illicitum. Calcan. *cons.* 84. *num.* 3. *vers. item pactum, & cons.* 85. *sub num.* 10. Nauar. *in Append. lib. 3. in tit. de Censib. cons.* 14. *num.* 1. Honded. *com.* 35. *num.* 19. *lib.* 2. Fedetic. Martin. *in suo tract. de iure Cens. cap. 6. num.* 310. *vbi ad plura infert.* Gasp. Roder. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 2. quæst. 4. num.* 26. vbi propterea dicit non valere pactum quod debitor census teneatur exonerare emptorem census ab omni indictione, decimatione, vel tributo à tiranno iure, vel iniuria impo.. do ratione reditus per eum acquisiti vel possessi, & expressis verbis damnatur à Pio V. *in supra citata Bulla particula.* 1

Si † autem conuentio concipiatur simpliciter quod census solui debeat liber ab omni, & quocumque grauamine, & onere, &c. absque eo quod vel exprimantur illa verba, etiam quod ex natura contractus dictum onus pertineret ad emptorem census, vel exprimatur, & specificetur onus aliquod, quod ex natura cõtractus non ad venditorem, sed ad emptorem pertineat, & taliter concepta pacto non est illicita, neque reprobata; cùm non sit contra naturam contractus censualis *vt dicit* Nauar. *d. cons.* 14. *num.* 2. *vers.* 2. *& num.* 3. *& fuit dictum in* Rota *coram* bon. mem. Cantuccio, 4. *Februarij* 1583. *in illa Romana nullitatis census, quæ est post tract. dec.* 93. *num.* 1. & ideò non esse comprehensa sub prohibitione, & dispositione *d. Bullæ Pij V.* Et hanc distinctionem reperio fuisse non obscurè receptam à Ludouico de Auend. *in suo tract. de censib. Hispan. capit.* 28. *num.* 4. *& seqq.* 2

Nec obstat id, quod dicit Boccacc. *in suo tract. de censib. par.* 1. *num.* 71. *& seqq.* quod † cum solutio onerum realium pertineat ad emptorem, qui percipit fructus videatur quod in contractu census onera prædicta pertinere debeant ad illius emptorem; cui videntur venditi fructus prædij suppositi pro concurrenti quantitate census impositi. Quoniam † falsum est in contractu census vendi fructus rei subiugatæ. Emptor enim census non emit ipsos fructus, sed duntaxat ius percipiendi, & consequendi annuam pensionem, & annuum censum ex redditibus fund suppositi, vt sæpius dictum fuit. Inter † emptorem autem fructuum, & emptorem census multæ sunt differentiæ *vt notat.* Ludo. Lopez. *in suo tract. de contract. lib.* 1. *cap.* 60. *vers. ad quartum, & vers. seq.* Surd. *cons.* 162. *per discursum lib.* 2. Quarum vna est, quod emptor fructuum tenetur ad onera; secus autem emptor census, vt latè prosequitur. Surd. *d. cons. num.* 7. *& seqq. vsque ad n.* 37. *& signanter num.* 27. *& seqq.* Licet † autem negari non possit quin hoc pactum conceptum, vt venditor census teneatur etiam ad onera, quæ de iure, vel ex natura contractus pertineat ad emptorem fit contra expressam *Pij V.* dispositionem in dicta particula Bullæ, quam supra retulimus, non tamen est contra substantiam contractus, siue attendamus tenorem dictæ Constitutionis iuxta ea, quæ diximus, *supra hac eod. quæst. art.* 1. *num.* 33. *& seqq.* siue spectemus ius commune cum talis pactio non faciat transire contractum censualem in aliam speciem contractus, prout requiritur ad effectum, vt dici queat esse contra substantiam contractus, vt diximus, *eod. art.* 1. *& firmauit* Rota *in illa Romana nullitatis census* 4. *Februarij*, 1583, *coram* bon. mem Cantuccio, *quæ est post tract. dec.* 93. *num.* 1. *& coram* Reuerendissimo D. Coccino, 26. *Maij*, 1614. *in illa nullius, seu Melinicensi census, quæ est ibidem dec.* 146. *vers. hic ponitis, &* propterea vitiabitur, & non vitiabit contractum, *vt deductum fuit d. art.* 1. *& in puncto dicit* Auend. *d. c.* 18. *num.* 7. *auctoritate.* Ioan. Gutierez. *pract. resolut. par.* 2. *cap.* 176. *per totum.* 3 4 5 6

SVMMARIA.

1 *Venditio cum pacto quod res vendita possit, quandocumque redimi, est de iure licita.*
2 *Ampl. etiam in venditione annui census.*
3 *Pactum quod census possit quandocumque redimi in eius venditione, est necessarium.*
4 *Immo est substantiale in contractu census.*
5 *Nec expressum subintelligitur.*
6 *Pactum hoc potest inseri etiam in instrumento, vel apoca confecta extra instrumentum venditionis census.*

Dum

Dummodo fiat incontinenti, vel modico interiecto interuallo, num. 8.

7 *Apoca in qua fit pactum, quod venditor census possit illum redimere, dicitur pars instrumenti venditionis.*

9 *Actus qui fiunt vnius contemplatione, & respectu alterius sunt correspectiui non solum si fiant incontinenti.*

10 *Sed etiamsi modico interuallo interposito.*

11 *Immo etiam si fiant post longum tempus, & multos annos.*

12 *Etiam si fiant in diuersis scripturis.*

13 *Contractus dicitur informari ex pacto posteà in apoca vel alio instrumento apposito.*

14 *Pactum quod venditori census liceat illum redimere potest apponi à minore absque solemnitatibus etiam extra instrumentum census.*

15 *Minor faciens id ad quod de iure tenetur, non dicitur ladi.*

16 *Pactum quolibet restringens facultatem redimendi censum est illicitum, & contra substantiam contractus censualis.*

17 *Pactum auferens venditori census facultatem redimendi, vel relinquens illam arbitrio emptoris, est illicitum.*

18 *Facultas redimendi censum debet esse libera debitoris illius.*

[*Facultas redimendi censum quandocumque non potest ex post facto coarctari, alterari, vel aliter moderari.*

Census ante Bullam Pij V. poterat creari perpetuus, & irredimibilis.]

19 *Pactum quod census redimi non possit nisi intra certum tempus, est illicitum.*

[*Potest tamen de vtriusque partis consensu effici redimibilis.*]

20 *Pactum, quod si venditor census illum redimat intra certum tempus, restituat emptori omnes expensas tempore emptionis facti est illicitum.*

21 *Pactum quod census non possit redimi intra certum tempus, est illicitum.*

22 *Pactum ex quo emptor census sit securus de lucro vltra sortem, est vsurarium.*

23 *Pactum quod census redimi non possit nisi post certum tempus est illicitum.*

Non est tamen vsurarium, num. 25.

24 *Pactum quod venditor non possit redimere rem venditam cum pacto, nisi post certum tempus est licitum.*

26 *Pactum restringens facultatem redimendi censum ad certum tempus, non erat prohibitum ante Bullam Pij V.*

27 *Pactum auferens facultatem redimendi censum appositum ad fauorem alterius quam emptoris census, non esse illicitum volunt aliqui.*

28 *Contrarium probat Auctor.*

29 *Pactum quod volens redimere censum teneatur restituere eandem speciem monetæ quam recepit est illicitum.*

30 *Pactum per quod redimere volens subiicitur alicui oneri soluendi aliquid vltra sortem, est illicitum.*

31 *Pactum quod volens redimere censum teneatur reddere quidquid emptor soluit in gabellis, est illicitum.*

32 *Siue census redimatur statim, siue ex interuallo, contra Follerium.*

33 *Pactum quod debitor redimens censum reficiat emptori omnes expensas, est illicitum.*

34 *Sunt tamen reficiendæ expensæ ad quas debitor de iure tenetur.*

35 *Pactum, quod in euentum in quo census redimatur pretium debeat erogari in emptionem bonorum stabilium, est permissum.*

36 *Impedimentum quod de facili tolli potest, non dicitur impedimentum.*

[*Pactum, quod in reuenditione census pretium erogetur in emptionem stabilium; cùm nec directè nec indirectè tollat facultatem redimendi est licitum.*]

37 *Census venditus cum pacto, quod in casu redemptionis pretium debeat reinuestiri in bonis stabilibus; non seruato pacto, non dicitur extinctus.*

38 *Pactum quod census redimi non possit non iustificatur, etiam quod adiiciatur pactum de augendo pretio, contra Felician.*

39 *Pactum restringens facultatem redimendi censum licet sit illicitum, non est tamen vsurarium.*

De pactis auferentibus, vel restringentibus facultatem redimendi censum.

QVÆSTIO LIX.

alias par. 2. cap. 1. qu. 59. ar. 7.

CVm ea sit natura contractus censualis, vt possit quandocumque census redimi & extingui, vt sancitum fuit per *Extrauag.* Martini V. & Calixti III. *in cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter Extrauag. Commun. & per* Pium V. *in sua Bulla super censibus, sub versicul. postremò census omnes, & dixit* Rota *coram* bon. mem. Iusto *in vna Romana annuæ responsionis*, 30. *Octobris*, 1602. *quæ in fine tract. est dec.* 151. *num.* 2. & 5. Hinc est, quod in venditione, & emptione annui census inferere pactum, quod possit quandocumque redimi, & extingui, non † solum est de iure permissum *l.* 2. *C. ibi communiter scribentes, C. de pact. inter empt. & vendit. gl. & cæteri interpretes, in cap. ad nostrum, de empt. & vendit. c. conquestus, ext. de vsur.* Guido Papa *dec.* 616. & *in* † *propriis terminis per multa media.* Anch. *cons.* 30. *num.* 9. & *seqq.* Foller. *in sua pract. cens. in verbo instrumentum gratia, num.* 5. Soto *de iustit. & iure, lib.* 6. *quæst.* 5. *artic.* 3. *concluſ.* 2. Thom. Boninſig. *in ſuo tract. de cenſib. cap.* 14. *num.* 5. Ludou. Molina, *in ſuo tract. de contract. part.* 2. *diſput.* 391. *num.* 5. Immò † est etiam necessarium, Foller. *in d. verbo inſtrumentum, num.* 5. Boccacc. *in ſuo tract. de cenſib. par.* 2. *num.* 101. & *par.* 3. *num.* 23. & *ſeq.* Ludouic. Lopez, *in ſuo tract. de contract. lib.* 1. *c.* 59. *verſ. circa illum, latè.* Mich. Salon. *in ſuo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de cenſib. artic.* 3. *controuerſ.* 18. *num.* 71. vbi multos congerens testatur hanc esse communem sententiam Theologorum, & Iurisperitorum & illam pluribus confirmat, & respondet contrariis. Immò † esse substantiale in hoc contractu dicit Nicol. Intrigliol. *ſuper Bulla de cenſibus, quæſt.* 49. *num.* 3. & *ſeqq.* in tantum, vt etiamsi † non fuerit expressum, nihilominus tacitè subintelligatur, vt dicit ibi Intrigliol. *ſub n.* 8. *verſic. vnde infertur.* Inseri † autem potest non solum in ipsomet instrumento, quod super venditione census celebratur, sed etiam in apoca confecta extra illud instrumentum. Bened. Bon. *in ſuo tract. de cenſib. art.* 86. *n.* 119. *verſ. diſertiſſimè*, ac etiam in alio instrumento separato, & confecto ex interuallo post census venditionem. Foller. *in d. verb. inſtrumentum, ſub num.* 59. *verſ. nunquid*, quia cùm † dicta apoca censeatur pars dicti instrumenti, perinde habetur, ac si in ipso instrumento inserta fuisset, vt in puncto dicit Boccacc. *d. par.* 2. *num.* 114. Dummodo † fiat, vel incontinenti post celebrationem instrumenti, vel breui interiecto interuallo, quia † actus, qui fiunt vnius contemplatione, & respectu alterius dicuntur inter se correspectiui, non solum quando fiunt in continenti vnus post alium, Bald. *in l. peteus, C. de pact.* Dec. *conſ.* 245. *num.* 5. *conſ.* 265. *num.* 3. *verſ.* 3. *aduertendum.* Anto. Gabr. *in tit. de præſumpt. concluſ.* 13. *n.* 4. Hierony. Gabr. *conſ.* 168. *num.* 2. & 11. *libr.* 1. Sed etiam † si fiant modico interposito interuallo, puta vnius diei, Cravet. *conſ.* 411. *num.* 45. *verſ. amplius lib.* 5. *poſt*

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10

3.*post.*Anch.*conſ.* 434. *col.* 2. *verſ. præterea aduertendum.*

11 Gabr.*d.concluſ.* 13. *numero* 5. Immò † etiam poſt longum tempus,etiam poſt multos annos Bon. *d. art.* 68. *num.*119.*verſ. & in ſanctum, motus auctoritate Doctorum, & ſignanter.* Bal.*&* Salic.*in l. pacta conuenta,C.de contr.*

12 *empt.* Etiam † ſi fiant in diuerſis ſcripturis,Tiber.Decian.*conſ*32.*num.*115.*lib.*2.Laderch Imol.*conſ.*143 *num.*

13 8.*in fine,lib.*1.qui alios allegant,& propterea † contractus ſuper quo fuit celebratum inſtrumentum dicitur informari ex pacto poſteriori , & ſubſequenti addito in apoca , vel in alio inſtrumento poſteà celebrato. Natta *conſ.*527.*num.*3.*lib.*3.

14 Pactum † autem hoc de quo agimus , adeò eſt naturale contractui cenſus,vt ſi ematur per minorem annua reſponſio cenſualis,tale pactum poſſit ad fauorem venditoris,apponi abſque decreto Iudicis,& aliis ſolẽnitatibus à iure, vel ex forma ſtatutorum requiſitis in alienatione rerum minoris , etiam quod non apponatur in ipſo inſtrumento venditionis cenſus,ſed in apoca poſtea ex interuallo confecta , vt dicit Foller.*in d. verbo inſtrumentum gratia,num.* 59.etiam ſi ex interuallo conficiantur (quidquid contra hoc ſentiat. Bon. *d. num.*119.*ad fin.verſ.per minorem tamen*) Foller.*d.num.* 59. quæ militant ſiue pactum illud fiat modico , ſiue magno interpoſito interuallo. Quia ſcilicet , pactum illud prouenit , & dimanat ex legis diſpoſitione videlicet *ex dictis Conſtitutionibus* Martini V. Calixti III. & Pij. V. Et tendit ad validitatem , & executionem contractus cenſualis vnde minor apponendo dictum pa-

15 ctum dicitur facere id ad quod de iure tenebatur, & † propterea non poteſt dici læſus.*l.inter eos,§.cum inter, & ibi gl.* aliter concordantes. *ff. de fideiuſſ.* hinc videmus quod vigore dicti pacti tenentur ad reuendendum annos cenſus non ſolum maiores , ſed etiam minores, imò etiam infantes *vt dedacit.* Boccacc. *in d. ſuo tract.de conſib.part.*2.*numero* 104.*& nos dicemus,infra part.*3.*cap.*1.*quæſt.*3.*art.*7.*nunc quæſt.*109.*num.*2. *& ſeqq.*

16 Ex quibus ſequitur quod†omne pactum reſtringens facultatem hanc redimendi cenſus ſit omninò illicitum, & contra ſubſtantiam contractus cenſualis,quod expreſsè declarauerunt. Martin.V.& Calixt. III. *in dictis eorum Extrauagantibus,* & clariſſimè Pius V. *in d. ſua Bulla,in verſ.poſtremò cenſus omnes,*vbi leguntur hæc formalia verba. *Sed etiam poſſe pro eodem pretio extingui non obſtante etiam longiſſimi temporis , ac immemorabili immo centum, & plurium annorum præſcriptione;non obſtantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuſcunque verbis, aut clauſulis*

17 *concepta ſint.* † Et multò magis cenſeri debent illicita pacta,quod cenſus nunquam redimi,& extingui poſſit, & quod redemptionis facultas pendeat à voluntate,& arbitrio domini cenſus: tendunt enim ex diametro contra mentem, & diſpoſitionem Pij V.*in d ſua Bulla* , & ideò meritò illa nulla, & inualida eſſe tanquam contra ſubſtantiam contractus cenſualis,dicit Felician.de Solis, *in ſuis Commentar. de cenſib.tomo* 1.*lib.*1.*cap.* 7. *num.* 15.*verſ.deinde, &c. & repetit tomo* 2.*eod. lib.* 1. *& cap.*7. *numero* 1.*in princ. & verſ.ſed* Franciſco Garziæ , *in fine* Gaſp. Roderic.*in ſuo tract.de ann.reditib.lib.* 2. *quæſt.* 1. *num.*19. [Mari. Giurb.*deciſ.Regn.Sicil.*79.*num.*47.*verſ. idem ſi venditor.*] *& declarauit* Rota *coram* Seraphino, *dec.*1006.*num.*1.*part.*2.*& in vna Romana cenſus,* 11. *Ianuarij,*1545.*coram* bon.mem.Vicecomite,*que poſt tract. eſt deciſ.*142.*num.* 2. *& confirmauit, in vna Romana cenſus,*21.*Octobris,*1605.*coram* bon.mem. Iuſto, *que eſt ibi-*

18 *dem deciſ.*152. *numero* 5. Nam † facultas redimendi cenſum debet pendere à mera, & libera voluntate, & arbitriò debitoris cenſus , vt concludit, *eadem* Rota *in vna Fanentina bonorum coram* bon. mem. Corduba , 29. *Iunij* 1595.*que eſt ibidem deciſ.*153.*num.*8.*& expreſsè diſponit* Pius V.*in dicta ſua Bulla.*

[Quòd tamen non exiſtimo eſſe intelligendum de eo cenſu, qui ante bullam Pij V. de partium voluntate, & conſenſu fuerat ab initio creatus , & conſtitutus perpetuò duraturus,& irredimibilis prout creari , & conſtitui poſſe diximus alibi *ex* Rota *coram* R.P.D.Verospio *in vna Romana cenſus* 9. *Decembris* 1621. *poſt tract.dec.*394.*per tot.* Redemptio enim illius non poteſt pendere ab arbitrio venditoris , niſi vtriuſque partis conſenſu à d pacto, & conuentione eſſet receſſum, & cenſus illie eſſet effectus redimibilis , prout fieri poſſe deducit *ibi* Rota.]

Eſt autem † illicitum, & contra ſubſtantiam con- 19
tractus cenſualis hoc pactum non ſolum,quando ſimpliciter , & indefinitè tollitur venditori cenſus facultas, & arbitrium illum redimendi, & extinguendi,verum etiam ſi illa facultas reſtringatur , [hæc enim libera redimendi facultas, adeò eſt repoſita in voluntate,& arbitrio venditoris cenſus, vt nec etiam ex poſtfacto illud coarctari, alterari, vel aliter moderari poſſit,vt comprobat, & exornat.March.Giurb.*diſt.deciſio.* 79.*numero* 17. & proinde eſt illicitum pactum , quod venditor cenſus] illum non poſſit redimere niſi intra certum tempus, Ludouic.Valazqu. de Auendan.*in ſuo tract.de cenſib.Hiſpan.cap.*19. *num.* 10. *& ſeqq.* vbi hoc comprobat [ſequitur Giurb.*d.deciſ.*79.*num.* 47.*&*] *dixit* Rota *in vna foroliuienſi cenſus* 13. *Nouembris* 1589. *coram* bon.mem.Orano, *que eſt poſt tract.deciſ.* 117.*num.* 5. Vel † quod ſi redimat intra tale tempus, teneatur reſtituere emptori expenſas omnes ab eo tempore 20
emptionis dicti cenſus factas , vt per Intrigliolum *d. tract.quæſt.* 9. *num.* 7. *& ſeqq.* Quod tamen intelligendum eſt iuxta ea quæ diximus *hac tad. quæſt. art.* 5.*ſub num.*9.Vel † quod non poſſit redimi intra certum tem- 21
pus.Couar.*lib.*3.*var.reſolut.cap.*8.*num.*8.Guid.Pap.*deciſ.* 516.*in fine.*Gaſpar. Roder.*in d.ſuo tract.de ann. redditib. lib.*2 *quæſt.*1.*num.*14.qui alios allegat:tum quia reſtringit facultatem redimendi quod diximus eſſe prohibitum, tum quia dominus cenſus videtur reddi certus de
lucro vltra ſortem , † quod tanquam vſurarium vide- 22
tur omnino interdictum Foller.*in d.verbo inſtrumentum gratia num.*9. Boccac.*d.ſuo tract.part.* 2. *num.* 102. vel ſi
concipiatur aliis verbis puta†quod cenſus redimi non 23
poſſit non niſi poſt certum tempus. Crauet. *conſ.* 156. *num.*5.*lib.*2.Decian. *conſ.*105.*num.* 21. *lib.* 2. Ioan. Bapt. Lup.*ad l.*2.*C.de pact.inter empt.& vendit. Comment.*2.§. 1.*num.*42.Menoch.*de Præſumpt.lib.*3.*Præſumpt.*122.*num.* 71.*& conſ.*445.*num.*14.*lib.*5.Couar.*d.cap.*8.*num.*8. Mascard.*in ſuo tract.de probat. vol.*1.*concluſ.*441.*numero* 6. *& concluſ.*447.*n.*14.Ioan.Azor. *d. cap.*17.*quæſt.*2.*verſ. quid dicendum.*,Cardin.Mantica,*in ſuo tract.de tacit.& ambig. conuent.lib.*4.*tit.*31.*num.*69.*in prin.& lib.*8.*tit.*20. *numero* 26.*ad fin.verſic.ſed in ſacro,refert* Stephan.Gratian.*diſceptat.forenſ.tom.*2.*cap.*258.*num.*17.*& ſeqq.*Gaſp.Roder. *in d.ſuo tract.de ann.reditib.lib.*1.*quæſt.*18.*num.* 30.*& lib.* 2.*quæſt.*1.*num.*14.*poſt. princ.* Quam ſententiam reperio poſt hæc ſcripta fuiſſe confirmatam à Ludou.de Auend. *d.cap.*19.*num.*5.*cum ſeqq.*& reſpondet contrariis.

Quamuis † in venditionibus aliarum rerum hoc 24
vltimum pactum ſolum abſque aliis adminiculis , & præſumptionibus non ſufficiat ad reddendum contractum illicitum,& vſurarium, vt poſt multos dixit Menoch.*d. Præſumpt.*122.*num.*69.*& ſeqq.* Lup.*d.*§. 1. *num.* 40.*& ſeq.* Card. Mantica,*d.tit.*31.*num.*33. Decian. *conſ.* 2.*num.*131.*lib.* 1.qui propterea *ibi,num.* 146. *verſ. ſubſequitur.*fuit in ſententia,quod valeat etiam in venditione cenſus,ſed vt dictum eſt, hæc pactio in cenſu communiter reprobatur, † non tamen reddit illum vſura- 25
rium , vt animaduertit Roderic.*d.num.*14.

Hæc autem pacta,quæ non tollunt penitus facultatem redimendi cenſum , ſed illam dumtaxat reſtringunt,licet in cenſibus conſtitutis poſt *Bullam Pij V.* ſint illicita, & reprobata, in † cenſibus autem ante dictam 26
Bullam impoſitis nullibi reperitur prohibitum quo-

minus

minus vendi possent appositio pacto de retrouendendo certo constituto tempore, vt deducit Leonard. Less. *in suo trac. de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. num. 53. & dubitat. 12. in prin. & expresse dixit alios allegans* Rota *coram* bon. mem. Iusto 21. *Octobris*, 1605. *in illa Romana census, quæ est post tract. decis. 152. num. 3.*

Sed posset in dubium reuocari, quid si huiusmodi pactum non respiciat commodum domini census, sed alterius extranei, & non sit præcisum, sed sub aliquo
27 modo conceptum? Et quod † eo casu sit licitum videtur sensisse Rota *in illa Vrbeuetana census, 31. Maij, 1591. coram* bon. mem. Penia, *quæ in fine tract. est decis. 10. n. 10.* vbi fuit approbatum pactum appositum in venditione census, vt non posset redimi census pio loco donatus, nisi alius census æquè idoneus eidem pro loco donaretur.

28 Ego † tamen in hanc sententiam libenter non trahor, cùm repugnet expresse dispositioni, *d. cap. 1. & 2. de empt. & vend. inter extr. commun.* & Pij V. *in dicta sua Bulla*, nec mihi visa est obstare auctoritas Rotæ *in d. Vrbeuetana census*, nam ideò *ibi* Rota resoluit pro validitate dicti, quoniam illud non fuit appositum dum census fuit creatus, & prima vice venditus, sed quando is, qui iam erat effectus dominus illius, cum pio loco donauit, quo casu pactum non debet censeri illicitum, dum in alienatione rei propriæ possit quilibet apponere legem quam vult, *l. in re mandata, C. mandat.*

29 Erit similiter illicitum † vigore eiusdem *Bullæ Pij V.* pactum, quod venditor census volens illum redimere teneatur restituere eandem speciem monetæ, qua emptus fuit census, vt per bonas rationes probat Less. *d. cap. 22. dubitat. 8. num. 50.* & licet Gasp. Roderic. *de ann. reditib. lib. 1. quæst. 18. num. 43.* nitatur contrariam opinionem defendere, Infra tamen, *num. 45. & seqq.* suam opinionem temperat & restringit, vt contraria videatur pro regula recipienda; Et propterea non videtur fidendum de Martin. Bonacin. *in suo tract. de contract. disput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 35.* dum simpliciter transit cùm ea opinione, quod liceat hoc pactum apponere, nisi quando emptor census probabiliter credat, valorem monetæ esse augendum, quo casu illum peccare affirmat, obligando censuarium vt restituat eandem speciem monetæ.

30 Prout † etiam contra eandem Bullam videtur omne pactum per quod venditor census subiicitur necessitati aliquid soluendi vltra sortem per eum tempore venditionis census receptam. Roder. *d. lib. 2. quæst. 1.*
31 *numero* 20. Vnde illicita est conuentio † quod venditor census tempore redemptionis teneatur restituere domino census, si quid solvit ratione gabellarum in locis, in quibus ex huiusmodi contractibus iura municipalia gabellam exposcunt, Alcibiad. Lucarin. *obseruat. practic. lib. 1. Academ. 5. obseruat. 2. numero* 21. &
32 *seqq.* Et † licet Foller. *in d. sua pract. censuali, in verbo, vltra, numero* 23. & 24. dicat hoc non procedere si census redimatur statim post, venditionem, vel non multo tempore post, ex quo tamen *Bulla præfata Pij V.* simpliciter, & indistinctè reprobat huiusmodi pactum, hanc *Foller.* distinctionem Ego non ita facile admitterem. Qua ratione videtur etiam illicitum
33 pactum † quod debitor census in casu redemptionis teneatur reficere, & refundere domino census omnes expensas, quas fecit tempore emptionis census, puta in Notario, ptoxenetis, & similibus, vt dicit Boccac. *in d. suo tract. p art. 2. numero 123. & seqq.* & licet quo ad hoc contrariam sententiam amplectatur Gasp. Roderic. *lib. 2. quæst. 4. numero* 17. non est tamen recedendum à priori, quæ est roborata auctoritate d. Bullæ Pianæ.

34 Intelligendo † tamen, vt non propterea venditor census sit liber ab iis expensis, ad quas de iure tenetur,

sed tantum ne ex pacto arctari, & cogi possit vt omnes expensas solus subeat ita vt propterea retrahatur à census redemptione.

Neque tamen † est illicitum pacisci in census ven- 35
ditione, quod si contingat census redimi, pretium illius debeat reinuestiri in emptionem bonorum stabilium, vel aliorum censuum pro conseruatione illius puta quia sit pecunia dotalis. Steph. Gratian. *Discept. Forens. tomo 1. cap. 45. numero* 19. affirmans pactum istud non restringere facultatem redimendi censum cùm non inducat conditionem sed potius modum cum sit explicandum post explicationem actus. Præterquam quod cùm venditor census possit de facili
huic pacto satisfacere, & † impedimentum hoc re- 36
mouere, non dicitur impedimentum. Cravet. *pro Gener. resp. 1. numero* 28. Surd. *decis. 189. num. 28.* Gratian. *d. cap. 45. numero* 17. [sequitur, & exornat. Gturb. *d. decis. 79. numero* 46. asserens, hoc pactum ideò esse licitum, quia non tollit neque directè, neque indirectè liberam redimendi facultatem. Nam potest venditor census ad sui libitum illum redimere, & diligens esse, quod pretium conseruetur absque eo, quod sublata ei sit redimendi facultas, & per eandem rationem hanc conclusionem amplectitur. Marc. Anton. *de. Amat. dec. Marc. 50. n. 37. vers. non obstat. & infra.*]

Quod vltimum pactum adeò licitum esse defendit
ibi *Gratian.* vt affirmet, quod † si debitor census dum 37
illum redimit non curat pretium reinuestiri, & formam pacti seruari, non liberetur, & census non intelligi extinctum.

Neque circa † hanc communem conclusionem in 38
hoc septimo articulo firmatam placet distinctio, quam considerauit. Felician. *in dd. suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 4. vers. secundo mouetur*, dum distinguit inter pactum, quo census sit simpliciter irredimibilis, & pactum quod efficiatur redimibilis, si tamen pretium augeatur, nam dum Summi Pontifices statuerunt censum debere esse redimibilem ad voluntatem debitoris, præsupponunt illum fuisse venditum iusto pretio, & nihilominus volunt illum esse quandocunque redimibilem, & esse illicitam quamcunque pactionem restringentem dictam facultatem redimendi & ita sentit Mich. Salon. *d. suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3. controuers. 19. num. 6.* vbi exposa impiissimi *Caroli Molina*, damnatæ, memoriæ, idem quod *Felician.* sentientis opinionetale pactum tanquam illicitum repellendum, & dam-
nandum demonstrat, licet † *controuers.* 20. defendat il- 39
lud non esse vsuratium, quod vult etiam Couar. *variar. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 9. vers. nec opinor, & lib. 3. cap. 8. num. 7. vers. nec tamen censeo.*

SVMMARIA.

1 *Pactum quod dominus census possit pretium census reputare ad sui libitum est illicitum.*
Ampliatur etiam quod dictum pactum non sit deductum in stipulationem, sed dominus census sit aliunde securus, num. 5.
[*Pactum hoc est illicitum etiam si fiat ab ipsomet emptore sed per interpositam personam.*
Pactum, quod pretium census repeti possit, si illius venditor efficiatur decoctus est illicitum.]
2 *Emptor tenetur facere pretium venditoris.*
4 *Æqualitas seruanda est inter emptorem, & venditorem nisi subsit ratio diuersitatis.*
6 *Dominus census non potest licitè percipere fructus ex censu quando potest cogere debitorem ad illum redimendum.*
7 *Pactum quod dominus census possit illius debitorem cogere ad redemptionem inspectò communi est*

contra substantiam contractus.

8 *Pactum quod transformat vnum contractum in aliam speciem, est contra substantiam contractus transformati.*

9 *Pactum quod dominus census possit quandocumque sortem repetere quod ex dispositione Bullæ Pij V. sit contra substantiam contractus censualis, vult Boccac.*

10 *Contraria opinio est verior, & placuit Rotæ.*

11 *Pactum, quod dominus censum possit sortem repetere si debitor fideiussorem vel fundum non renouauerit, quod sit licitum, sentiunt aliqui.*

12 *Aliqui volunt quod sit licitum, si debitori census non sit difficile dictam renouationem facere.*

13 *Aliquod sit simpliciter illicitum.*
Immo vsurarium, ibidem.

14 *Aliqui quod sit iniquum.*

15 *Pactum quod si debitor census est morosus in renouanda fideiussione, teneatur sortem restituere est illicitum tanquam contra formam Bullæ Pij V.*

16 *Non tamen est vsurarium, & hoc respectu dicitur esse licitum.*

17 *In contractu attenditur id quod principaliter agitur non quod in consequentiam.*

18 *Pactum quod debitor census si sit morosus in soluendo per aliquot annos teneatur sortem restituere, non est vsurarium nec contra substantiam contractus.*

19 *Debitor census, qui medio iuramento promisit soluere annuos census certo tempore aliàs sortem restituere si sit morosus potest cogi ad restituendum sortem propter virtutem iuramenti.*
Limit. *si mora sit commissa ab eo qui iurauit, secus si ab eius successore,* num. 21.

20 *Ius diuinum est potentius iure positiuo.*
Iuramentum seruari debet etiam quod sit præstitum super contractu illicito, puta de soluendo vsuras.

22 *Iuramentum seruari debet etiam ab heredibus iurantis.*

23 *Iuramentum non ligat animam successorum.*

24 *Pactum quod domino census liceat repetere sortem quomodo in eam imputet quidquid recepit ex fructibus dicti census, esse illicitum volunt aliqui.*

25 *Contrarium probat Auctor,* & infra.

26 *Solutionis diuisiones solent afferre incommodum recipienti.*

27 *Solutiones particulares nemo inuitus recipere cogitur.*

28 *Emptor perfecto contractu non potest pretium repetere à venditore inuito.*
Potest tamen ex pacto inter eos hoc firmari.

29 *Contractus à partium conuentione legem accipiunt.*

30 *Pactum additionis in diem quid sit.*

31 *Pactum legis commissoriæ quid sit.*

32 *In pacto additionis in diem resoluto contractu restituitur res, vna cum fructibus perceptis.*

33 *Venditione resoluta ex pacto legis commissoriæ restituitur res empta vna cum fructibus.*

34 *Pactum quod debitor census teneatur illum redimere intra certum tempus, est illicitum.*
Ampl. *etiam si tale pactum non deducatur in stipulationem,* num. 36

35 Limitatur *in censu impositio seclusa Bulla Pij V. super censibus.*

37 *Pactum quod debitor census teneatur infra certum tempus censum redimere, aliàs census remaneat perpetuus, est illicitum.*

38 *Pactum quod debitor census teneatur censum redimere intra certum tempus, quo elapso sit in arbitrio domini census sortem repetere, est illicitum.*

39 *Non tamen contra substantiam contractus.*

40 *Non omne pactum quod est contra Bullam Pij V. est contra substantiam contractus censualis.*

41 *Pactum quod fundus census sit locatus domino census, & non possit renocari locatio donec census non extinguatur, est illicitum.*

42 *Non est tamen contra substantiam contractus.*

[*Pactum quod domino census liceat locare fundum censitum, vt pensiones cedant in solutionem fructuum census, & residuum in extinctionem census pro rata anno quolibet est illicitum.*]

43 *Pactum quod dominus census retineat loco pignoris fundum census pro quantitate redditus venditi, donec census redimatur, est prohibitum.*

44 *Pactum quod dominus census retineat pignora vendibilia æquiualentia sorti, donec census redimatur, non est illicitum.*

45 *Pignora æquiualentia credito data à creditori, censentur data in solutum pro debito.*

46 *Res prohibita alienari sub pœna caducitatis si detur in pignus pro credito æquali eius valori, incidit in commissum.*

47 *Et si detur res Ecclesiastica, subiacet legi prohibenti alienationem rei Ecclesiæ.*

48 *Pacta omnia quæ sunt illicita in venditione census fundati super re frugifera, sunt etiam illicita in venditione census fundati super alio censu.*

49 *Immo quod sint vsuræ labe inuoluta, vult Felician. Contrarium tamen ibi probat Auctor.*

50 *Censualis contractus substantia consistit, quod pereunte fundo, pereat census.*

51 *Impositio census super alio censu, est ab omnibus vitianda.*

52 *Pactum imponens necessitatem redimendi censum factum inter venditorem, & eum qui pro eo in dicto contractu fideiussit, non est illicitum.*

53 *Fideiussor potest sibi per pactum prouidere, vt debitor pro quo fideiussit teneatur illum à fideiussione eximere, & liberare.*

[*Pactum inter venditorem census, & fideiussorem, quod venditor teneatur ad census redemptionem intra certum tempus est illicitum, quando insurgit suspicio collusionis, & quod tale pactum fiat contemplatione domini census.*

54 *Bulla Pij V. prohibens pacta inducentia necessitatem redimendi censum loquitur inter emptorem, & venditorem census, non in aliis.*

[*Pactum, quod debitor census illum pro certo tempore soluat, puta ad rationem quinque, & dicto tempore elapso, & censu non redempto, soluat ad rationem octo iuxta consuetudinem regionis secundum aliquos, est illicitum.*
Contrariam sententiam probat Auctor; quod tale pactum sit licitum.]

De pactis inducentibus necessitatem extinguendi censum.

QVÆSTIO LX.

aliàs part. 2. cap. 1. qu. 3. art. 8.

PActum † quod liceat domino census ad sui libitum repetere pretium in illius emptionem erogatum, & cogere venditorem ad eius redemptionem, fuit per Pium V. *in sua Bulla super censib.* expressè improbatum, & declaratum nullum illis verbis. *Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum, ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repetere posse* 1 *omnino prohibetur*, & à Scribentibus communiter,

vti

vtitale damnatum. Nauar. *in suo Commen. de vsur. n. 97.* Glos. *16. & numero 122. in 33. & 34. quæst.* Hieron. Gabr. *cons. 52. numero 5. lib. 1.* Dominic. Soto *in suo tract. de Iustit. & iure, lib. 6. quæst. 5. art. 3. conclus. 1.* Ludou. Lopez. *in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 60. in princ.* Fab. Turret. *cons. 91. numero 40. 15. & seq. lib. 1.* Andr. Gail. *Practic. obseruat. lib. 2. Obseruat. 7. numero 14.* Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 7. numero 3. vers. secunda ratio, & cap. 9. n. 4.* Ioan. Bapt. Lup. *ad leg. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. num. 69.* Cardin. Mantica, *in suo tract. de tacit. & ambig. conuention. lib. 4. tit. 31. numero 8. & seq.* & hanc esse communem opinionem inter Theologos affirmat Mich. Salon. *in suo tract. de commerc. & contract. human. in tit. de censib. art. 3. controuer. 19. num. 2. vers. oppositum* vbi illam comprobat, & respondet contrariis, Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tomo 1. cap. 14. n. 1. & seqq.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 6. num. 263.* loquens de censu constituendo ad formam *d. Bullæ* Pij V. *& post hæc scripta visi,* Nicol. Intrigliol. *super Bulla de censib. quæst. 43. per tot.* & Ludou. de Auend. *in tract. de censib. Hispan. cap. 10. num. 1.* [& eam communem esse testatur. Mari. Giurb. *decis. Regn. Sicil. 79. n. 2. vers. inde communis est, & decis. 85. num. 11. par. 1.*] Et eandem sententiam fuit sæpius amplexa Rota, *& maximè in vna Perusina affictus, 3. Decembris 1571. coram* bon. mem. Card. Lancelot. *quæst est post trac. dec. 154. n. 2. & coram* bon. mem. Gypsio, *6. Iunij, 1594. in illa Vrbeuetana census, quæ est ibidem decis. 11. in prin. & in eadem causa* coram eod. *13. Februarij, 1595. quæ ibidem 12. num. 1.*

[*& in vna Farfensi pecuniaria 25. Maij 1618. coram* R. P. D. Pamphilio *post tract. dec. 396. n. 3.*] Cuius † quidem conclusionis ea potissima ratio videtur, quia aliàs non esset emptio census, sed purum, & merum mutuum: nam in emptione, & venditione emptor tenetur facere pretium venditoris, *l. exempto, §. 1. ff. de act. empt.* Vnde esset contra naturam contractus si pretium iam venditori solutum, & illi acquisitum posset ad libitum emptoris repeti; Boccac. *in suo tract. de censib. part. 2. numero 3.* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 10. num. 18. vers. rursus, in ea forma contractus.*

[Et hæc conclusio procedit non solum quo ad emptorem census, sed etiam quo ad illius cessionarium nam eadem ratione, qua emptor census prohibetur exigere sortem, prohibitus etiam censeri debet ille qui ab eo causam, & cessionem habet cum non plus iuris ipse habere possit, quam habeat cedens, *leg. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.* per quam rationem ita dicebat Rota *in vna Romana domus, seu domorum coram* bon. mem. Vbaldo, *24. Maij 1619. quæ est post tract. decis. 498. num. 10. & seq.*]

3 A qua † communi conclusione licet videatur de rigore Scholastico, & iuris subtilitate recedere, Conrad. *in suo tractat. de contract. quæst. 84. conclus. 5. corollar. 1.* & in via speculatiua, & discurrendo probabiliter Leonard. Less. *in suo tract. de iust. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 10. num. 56. & seqq.* ex fundamento quod considerat etiam Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. vlt. num. 3. vers. quarta difficultas.* Quod scilicet, † seruanda sit æqualitas inter emptorem, & venditorem census, & propterea sicut venditori concessum est per Summos Pontifices *Martin. V. & Calixti III.* & confirmatum per *Pium V.* vt possit quandocunque censum redimere, vt diximus *supra in præcedenti art.* & dicemus *infra latius part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 1. nunc quæst. 103.* cur non idem debeat esse permissum emptori census, vt per pactum possit conuenire cum illius venditore, vt sibi liberè liceat quandocumque cogere illum ad rediimendum? Non est tamen à communi conclusione recedendum, quoniam *Conrad. & Less.* profitentur se loqui in via speculatiua, & disputatiua, & probabiliter. Et respectu huius pacti maxima est diuersitatis ratio inter emptorem, & venditorem census, vt latè demonstrant Rebell. & Mantica, *in locis supra proximè citatis.* Vnde non est inconueniens, quod inter eos in hoc non seruetur ista æqualitas. Quæ † 5 conclusio adeò est vera, vt procedat [etiam quod debitor census efficeretur decoctus, vt dixit Rota *coram* R. P. D. Buratto *in vna Romana de Panzanis 28. Maij 1614. post tract. decis. 418. num. 5.*

Et hæc conclusio vera est, siue pactum de repetenda sorte principali fiat per ipsummet emptorem census, siue fiat per interpositam personam, quia semper præsumitur factum in fraudem, & proinde est illicitum, vt deducit Giurb. *d. dec. 85. num. 12.*] etiam non fit deductum in stipulationem, sed dominus census sit aliunde securus, & certus quod poterit quandocumque sortem exigere [Giurb. *d. decis. 85. num. 17.*] & ex Summa Antonina, censuit Rota *coram* bon. mem. Cardin. Lancellotto *3. Decembris, 1571. in illa Perusina affictus, quæ est post tract. decis. 154. numero 3.* Hæc † enim certitudo 6 recipiendi, & repetendi pretium census ad sui libitum est adeò illicita, & reprobata, vt dominus census impediatur, & prohibeatur fructus aliquos ex censu percipere, & quatenus de facto reciperet teneatur illos in sortis extenuationem, vel extinctionem imputare, vt declarauit Rota *coram* bon. mem. Gypsio, *13. Februarij, 1595. in illa Vrbeuetana census, quæ est post tract. d. 12. num. 1. & 2.*

An autem pactum istud sit contra substantiam contractus censualis, & propterea illum vitiet, & reddat fœneratitium, non leuem habet difficultatem tam inspecto iure communi, quàm inspecto iure positiuo introducto per constitutionem prædictam Pij V. Nam † quod inspecto iure communi hoc pactum sit contra substantiam contractus censualis videtur omnino sen- 7 tiendum cum Rota *coram* Seraph. *decis. 209. part. 1. & voluit* Felician. de Solis, *dict. cap. 10. num. 28. & fuit latè confirmatum per* eandem Rotam *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *16. Martij, 1615. in illa nullius, seu Meliuicensi, census, quæ est ibid. decis. 147. numero 4. vers. in hoc articulo,* quæ monetur vrgentissima ratione, videlicet quod † pactum istud reducit contractum 8 censualem, & illum transformat in contractum puri, & simplici mutui, vnde [non valet ex defectu consensus. Bald. *cons. 475. numero 7. per tot.* & signanter ibi tertio casu lib. 1. cuius, & aliorum auctoritate Rota *in vna Bononiensi census de Pepulis 16. Decembris 1616. coram* bon. mem. Vbaldo *quæ est post tract. decis. 493. num. 6.* nam tale pactum] est contra substantiam contractus censualis. Castr. *cons. 312. in prin. lib. 1.* Natta *consil. 123. num. 9. lib. 1.* Felician. *d. cap. 10. num. 22. & seq.* & nos diximus *supra hac ead. quæst. 3. art. 1.* quod procedere etiam iuxta *Constitutiones* Martini V. & Calixti III. *registratas in cap. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrauag. Commun.* dixit eadem Rota *coram* bon. mem. Corduba *5. Maij 1597. in illa Romana nullitatis census, quæ est ibidem decis. 124. num. 9. coram* bon. mem. Iusto, *21. Octobris, 1605. in illa Romana census, quæ est post tract. decis. 152. num. 7. & 8.* Inspecta † autem noua forma tra- 9 dita per dictam Bullam Pianam, licet Boccac. *in d. suo tract. de censib. part. 3. num. 7. & seqq. & signanter num. 15.* multorum auctoritate nitatur comprobare, quod repugnet naturæ, & substantiæ contractus censualis, ve- 10 rior † tamen est opinio negatiua ex iis, quæ diximus *supra d. art. 3. & voluit expressè* Rota *in d. nullius, seu Meliuicensi census proximè allegata, sub num. 3. vers. Idcò de hoc fuit actum.*

Sed dubitant scribentes, an tale pactum sit saltem licitum si non concipiatur simpliciter, & absolutè, vt debitor census teneatur ad census redemptionem, sed in certo casu, puta si sit morosus in soluendo, vel si fideiussores, vel fundum certo tempore non renouauerit, & † sententiam affirmatiuam, quod hoc licitè 11

paciſci liceat, amplexus fuit Gabr. *d. conſ. 152. num. 5. lib. 1.* Nauar. *lib. 3. conſ. 7. numero 6. in tit. de empt. & vend.* Garz. Maſtrill. *deciſ. Regni Sicilia 95. numero 3. & ſeqq. par. 1.* Ioan. Bapt. Lup. *d. §. 2. num. 69.* & Stephan. Gratian. *Diſcept. Forenſ. tomo 2. cap. 258. num. 10. & ſeqq. maximè numero 13. & ab ea non videtur diſſentire.* Rota *coram* bon. mem. Iuſto, 27. *Octobris*, 1605. *in dicta Romana cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ. 152. num. 11. eandem opinionem ſequutus fuit.* Ludou. Lopez. *in d. ſuo tract. de contract. lib. 1. cap. 57. verſ. reſolutorie igitur.* Felician. de Solis, *in dictis ſuis Commentar. de cenſibus, tomo 2. lib. 1. cap. 7. ſub num. 1. verſ. pro qua ſententia, in fine, & verſ. ſed Franciſco.* Licet ipſe illam reſtringat, & intelligat procedere dummodo facilè ſit venditori cenſus, & promptum fideiuſſores, & fundum renouare, ſecus autem ſi illi ſit difficile, &
12 oneroſum, & pactum † hoc ex natura contractus non eſſe illicitum, dicit Ludou. Molina, *in ſuo tract. de contract. diſput. 391. ad finem, & non videtur diſſentire.* Gaſp. Roderic. *in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 2. num. 72.* [*eandem opinionem amplectitur etiam* Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. clauſul. 4. gloſ. 18 par. 3. numero 86. & ſeq. & confirmat* Giurb. *d. deciſ. 85. num. 16. paulò poſt princ. verſ. diuerſum videtur num. 1.*] *& pluribus confirmat* Rota *coram* Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano *in illa nullius, ſeu Meliuicenſi cenſus, 16. Martij, 1615. quæ eſt poſt tract. deciſ. 147. ſub num. 6. verſ. ſed iſte non eſt caſus coſter*, vbi multorum auctoritate demonſtrat hanc formam contrahendi de iure ſuſtineri, quia contractus eſt purus licet conditione reſoluendus, *l. 2. §. ſi in diem, ff. pro emptor.* cum aliis ibi allegatis, [& de validitate huius pacti videas *infra part. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 4. nunc quæſt. 106. num. 12. & ibi additiones.*]

Non tamen deſunt, qui contrariam ſententiam amplectantur, aſſerentes pactum iſtud, etiam reſtrictum ad caſum quo debitor cenſus eſſet moroſus in ſoluendo,
13 eſſe † non ſolum illicitum tanquam contra formam dictæ Conſtitutionis Pianæ vt dicit Boccac. *d. par. 2. num. 3.* ſed etiam vſurarium & iniuſtum. Felician. *d. cap. 10. num. 18.* & illius auctoritate Stephan. Gratian. *Diſcept. Forenſ. tomo 3. cap. 587. numero 5.* & Ludou. Velazq. *de Auend. d. tract. cap. 19. numero 13. verſ. quorum ſententia* ea potiſſimum ratione, quia licet pendente conditione de facto peri non poſſit ſors, ſuſtinetur tamen quaſi mutuum in illa ſpe, quod euenit caſus in quo deficiente conditione peti poterit: talis enim contractus vigore dicti pacti reiiciendo retro oculos retinet naturam mutui, quod in defectum conuentæ conditionis ſit tantundem in genere reſtituendum, in quo natura mutui conſiſtit, *leg. 2. §. mutuum, ff. ſi cert. pet.* quod videtur firmari ex eo, quod videatur inf-
14 quum † pactum, quod ſi debitor cenſus ſit moroſus in renouando fundum, vel fideiuſſorem, ſors repeti poſſit, Ludou. Lopez. *d. lib. 1. cap. 75. verſ. huicque affine, & verſ. reſolutorie igitur, & infra vſque ad fi. cap. ſequitur.* Felician. *d. cap. 7. numero 1. verſ. ſed* Franciſco Garziæ. Mich. Salon. *d. tit. de cenſib. art. 3. controu. 14. num. 1. verſ. docet vlt. vbi eam confirmat & illam probauit.* Card. Mantica, *in d. ſuo tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 8. tit. 22. num. 25.* & Ioan. Gutierez. *Pract. Quæſt. lib. 2. cap. 75. per tot.* & Auend. *d. tract. cap. 101. num. 10. qui hanc opinionem credit indiſtinctè veram,* & Rota *aliis relatis, in illa nullius, ſeu Meliuicenſi cenſus, 16. Martij, 1615. coram* Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, *quæ eſt poſt tract. dec. 147. num. 12. verſ. ſed cum hac opinio.* Ego verò in hac difficultate exiſtimo, quod res poſſit componi fœdere diſtinctionis. Vt ſcilicet, hæc poſterior ſententia ſit vera, & quod pactum hoc, vt ſupra conceptum dici poſſit illicitum, quia repugnat Sum-
15 morum Pontificum conſtitutionibus, † quibus definitum eſt pacta ex quibus etiam per indirectum, cogi poteſt debitor cenſus ad illius redemptionem, & exinctionem eſſe illicita, Felician. *d. num. 18.* Gaſp. Roderic. *d. tract. de ann. reditib. lib. 2. quæſt. 1. n. 5. & 7. ſenſit* Rota *coram* bon. mem. Card. Blanchet. 24. *Maij*, 1596. *in illa Eugubina, ſeu Peruſina cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ. 115. num. 2. & ſequitur in puncto coram* Reuerendiſſimo D. Coccino Decano, 27. *Martij*, 1613. *in illa nullius, ſeu Meliuicenſi cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 87. n. 3.* Prior † verò 16
opinio debeat intelligi quod hoc pactum ſit licitum, id eſt, non vſurarium, cùm non inducat neceſſitatem redimendi præcisè, principaliter, & propter ſe, ſed incidenter, & in pœnam moræ, & ad faciliorem executionem ipſius contractus, nam † attendi debet id quod 17
quod inter partes principaliter agitur, *l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cer. pet.*

Neceſt verum quod pendente conditione contractus ſuſtineatur quaſi mutuum in illa ſpe, vt dicebat *Felician.* vt bene reſpondet Rota *coram* Reuerendiſſimo P. D. Coccino Decano, 16. *Martij*, 1615. *in illa Meliuicenſi cenſus, quæ eſt in fine tract. deciſ. 147. n. 13. verſ. hanc tamen rationem.* Et hæc intelligentia, & conſideratio clarè deſumitur ex Rota *ibi n. 10.* vbi loquens de hocmet pacto ſimpliciter, & abſolutè concepto, & conceptio in caſum moræ dicit, quod quando eſt conceptum in caſum moræ ceſſant duo quæ faciunt contractum illicitum, ſcilicet, præſumptio mutui, quæ facit contractum vſurarium, & ſic pro eodem accipit vſurarium, & illicitum. Non eſt etiam contra ſubſtantiam contractus cenſualis. Ludou. Molina, *in ſuo tract. de contract. par. 2. diſputat. 39. ad fin.* Gabr. *d. conſ. 152. numero 5. lib. 1. ſequitur* Rota *coram* bon. mem. Iuſto, 21. *Octobris*, 1605. *in illa Romana cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ. 152. num. 12. & ſeq.* Vnde illo reiecto, & vitiato adhuc contractus in ſuo robore manet, vt conſiderat Rota *ibi num. 15. &* Roder. *d. lib. 2. quæſt. 1. n. 7. ad finem.*

Et † multò minus pactum hoc erit vſurarium, & 18
contra ſubſtantiam contractus ſi non fiat, vt debitor
cenſus ſimpliciter ob moram teneatur ſortem reſtituere, ſed ob moram aliquot annorum, quia tunc non cogitur directo, & neceſſario redimere ſed ſub certa conditione, quam de facili euitare poteſt, & ad hoc habet notabile aliquot annorum interuallum, Roder. *latè d. lib. 2. quæſt. 2. n. 67. & ſeqq. ſequitur* Ludou. de Auend. *cap. 101. num. 5.*

Cœterùm † ſi pactum illud fuerit iuris iurandi re- 19
ligione cõfirmatum, cum per illud debitor cenſus non cogatur præcisè ad reſtitutionem ſortis, ſed in caſu inobſeruantiæ, videlicet, ſi non ſoluerit conuento tempore, vel fideiuſſores, ſeu fundum non renouauerit, prout cum iuramento promiſerat, vtique data inobſeruantia promiſſorum, contractus reſoluitur ex regula *l. ſi quis maior, C. de tranſ.* & contractu reſoluto tenebitur ad reſtitutionem pretij, ſi ita emptor voluerit. Cùm enim tale pactum non ſit contra ſubſtantiam contractus, vt dictum eſt, ſed dumtaxat contra ius poſitiuum introductum per Põtificum Conſtitutiones ſeruandum † potius eſt iuramentum ad quod iure diuino 20
adſtringimur, quam ius poſitiuum, etiam quod ſit præſtitum ſuper pacto illicito, puta de ſoluendo vſuras quod eſſe obſeruandum dicunt. Natta *conſil. 497. n. 1. lib. 3.* Netiz. *conſ. 23. num. 8.* Hond. *conſ. 17. num. 38. lib. 2.* Surd. *conſ. 294. num 9 & num. 20. verſ. maior & infra lib. 2. & probat tex. in c. credito res ext. de iureiur.* & in pacto iurato loquitur Gabr. *d. conſ. 152. & in his terminis hanc opinionem amplectitur Gratian. d. cap. 258. num. 10.* & placuit Rotæ *coram* bon. mem. Penia, 31. 1591. *in illa Vrbeuetana cenſus, quæ impreſſa eſt in fine tract. deciſ. 10. num. 7.*

Quod † tamen ego intelligerem ſi mora fuerit com- 21
miſſa ab ipſomet venditore cenſus, qui iurauit, ſecus autem ſi mora committatur ab illius hæredibus, vel ſucceſſoribus ſingularibus, cum iuramentũ ſit perſonale quod ad vinculum ſpirituale, nec tranſeat ad hæredes, & ſucceſſores iurantis, licet † ipſi quoque teneantur 22
ſerua

seruare conuentiones, & pactum iuratum sui Auctoris, vt multorum auctoritate dicit Seraph. *de Priuil.*
23 *Iuram. Priuileg. 67. num. 23.* & propterea † cum iuramentum Auctoris non liget animam successorum quo ad ipsos remanet purum. & simplex pactum de extinguendo censum in casu moræ, quod tanquam illicitum, sed non contra substantiam contractus censualis vitiatur sed non vitiat contractum, vt supra dictum fuit.

Cæterum alia non incongrua videtur posse adiungi dubitatio, an tale pactum quod dominus census possit ad sui libitum sortem repetere, reddatur licitum si addatur alia pactio, videlicet, quod casu quo dominus census sortem repetat teneatur in eam imputare quidquid ex dicto censu vsque ad dictam diem pro annuis
24 responsionibus percipit. In † qua difficultate partem negatiuam veriorem esse sentiunt Nauar. *in suis Commentar. de vsur. num. 122. q. 35. &* Boccac. *d. quæ. 1. numero 53. versio. 35.* tum quod videatur repugnare *Constitutioni Pij V.* prohibenti simpliciter, & indistinctè pacisci super necessitate extinguendi censum, tum quia eo casu contractus in effectu resolueretur in simplex mutuum, & non posset dici contractus emptionis, & venditionis in quo emptor perfecto contractu non potest pretium repetere, vt supra dictum fuit; & ita aperiretur via fraudandi leges prohibentes vsuras.

Ego verò, vt meum in hac difficultate interponam
25 iudicium, contrariam † opinionem de iure veriorem esse existimo. Nam certò est certius quod ex huiusmodi pacto non solum non inducitur aliqua suspicio vsurarum, sed potius excluditur, & penitus tollitur, tam ex parte venditoris census quia vigore dicti pacti pecunia, quam ex pretio census receperat remanet penes ipsum absque aliquo onere, & obligatione soluendi annuam responsionem, vel aliquam pecuniarum quantitatem, vltra solam, & simplicem sortem, & pretium census receptum. Immò ex tali pacto vtilitatem, & commoditatem recipiat dum per particulares solutiones potest pretium restituere, vt mox dicemus: quàm ex parte emptoris, & domini census, ex dicto enim pacto clarissimè apparet quod ipse emendo censum nullum habuit animum nec intentionem fraudandi leges, prohibentes vsuras, nec aliquod illicitum lucrum ex suis pecuniis faciendi: immò ex tali conuentione non modicum resultat ipsius incommodum, & damnum, dum repetendo pretium erogatum in emptionem census vult imputare fructus illucsque perceptos in sortem, & pretium quod in emptione census integrum vnica solutione erogauit, & numerauit imputando in sortem fructus perceptos minutatim, & pluribus solutionibus recepit, nam † istæ di-
26 uisiones solutionum solent incommodum affere recipienti. Bart. *in l. quidam, numero 2. & 3. ff. si cert. pet.* Hieron. Gabr. *cons. 155. numero 19 lib. 2.* Anton. Negus. *in suo tract. de pignor. & hypothec. part. 5, membr. 3. numero*
27 12. & † propterea nemo illos inuitus cogatur recipere. Corn. *cons. 103. num. 4. libr. 3.* Surd. *cons. 441. num. 35. lib. 3.*

28 Et licet † emptor non possit perfecto contractu pretium reperere, non est tamen inconueniens pacisci cum venditore, vt de eius consensu cogi possit ad illius restitutionem computatis fructibus illucsque perceptis in diminutionem, vel extinctionem ipsius, quasi res vendita permanserit penes emptorem loco pignoris pro securitate pecuniarum ab eo solutarum, quod nec per dictam *Pij V. Constitutionem*, nec alio iure im-
29 probatum reperio, & † contractus à conuentione partium legem recipiunt, *l. 1. ff. de pos. cum vulgar.* Et in simili videmus, quod in contractu emptionis, & ven-
30 ditionis fuit à iure receptum pactum † addictionis in diem, vt scilicet, si quis intra certum tempus obtulit venditori meliorem conditionem, discedatur ab emptione de quo pacto loquitur totus *tit. ff. de in diem addict.* similiter pactum legis † commissoriæ, quod est 31
cum res ita venditur, vt si pretium non soluatur in certo conuento tempore res sit inempta, *l. 2. tot. tit. ff. de leg. commiss.* & in vtroque pacto resoluta venditione fructus venditori restituuntur, vel cum pretio recepto compensantur; vt † in pacto addictionis in diem est 32
tex. in l. item quod dictum est, & in l. Imperator, ff. de in diem addict. & † in pacto legis commissoriæ, est *tex. in* 33
lib. si fundum, ff. de leg. commiss. Et propriùs ad rem nostram videtur facere *tex. in l. si res ità distracta, ff. de contr. empt. & in §. pen. Instit. de empt. & vendit.* In quibus iuribus habetur quod licet pacifci, vt si emptori displicuerit, intra certum terminum contractus rescindatur, & fructus percepti in sortem annumerentur; Quamobrem cur non licere debeat in emptione annui census pacisci cum venditore, vt emptor possit ab emptione recedere, & pretium repetere imputando omnes fructus, & annuas responsiones illucsque perceptas, & exactas in extinctionem, vel diminutionem sortis, & hanc sententiam videntur amplecti Ludou. Lopez. *in d. suo tract. de contract. lib. 1. c. 60. in prin.* Mich. Salon. *d. tit. de censib. art. 3. controu. 19. numero 2. vers. appositum,* Soto *de Iustit. & iure, d. lib. 6. & quæst. 5. art. 3. in concluſ. & expressè* Gasp. Roderic. *d. tract. de ann. reditib. lib. 2. quæst. 1. numero 3. in fine.* [*& explicitè firmat.* Maur. Ant. Berar. *duc. in sua summa corona part. 2. cap. 8. titul. de vsur. circa contr. cens. num. 17. circa princ. licet neminem alleget.*]

Est similiter illicitum pactum, quod † debitor cen- 34
sus teneatur illum redimere intra certum conuentum tempus, vt dicit Conrad. *in suo tract. de contract. quæst. 84. in 5. conclus.* Ioan. Azor. *Instit. Moral. par. 3. lib 10. cap. 17. numero 5.* qui dicit huiusmodi pactum non esse in Republica permittendum, cum census emuntur, & sub Pianæ Constitutionis prohibitione esse comprehensum, voluit Rota *coram* Seraph. *dec. 269 per tot. par. 1. & coram* bon. mem. Cardin. Blanchet. *13. Iunij 1594. in illa Romana census, quæ est impress. post tract. dec. 155. num. 1. & coram* bon. mem. Corduba, *5. Maij, 1597 in illa Romana nullitatis census, quæ est ibidem dec. 124. num. 9. vers. non obstat quod pactum, & coram* bon. mem. Orano, *13. Nouembris, 1589. in illa Forolinien. census, quæ ibidem est dec. 117. numero 5.* Et licet † Leonard. Lessi *in suo tract.* 35
de Iust. & iure, libr. 2. cap. 22. dubitat. 9. numero 51. videatur defendere hoc pactum esse licitum, & non damnabile, ipse tamen loquitur in censu imposito seclusa *dicta. Bulla Pij V.* vt colligitur ex ipsomet *d. cap. 22. dubitat. 12. in princ.* de censu autem imposito iuxta formam dictæ Bullæ ipse nihil loquitur, [prout de censu imposito non iuxta formam dictæ Bullæ Pianæ loquitur. Mari. Mut. *dec. Regn. Sicil. 57. dum numero 2.* affirmat hoc pactum, quod census redimi non debeat intra certum tempus esse validum, & licitum,] & proinde non est recedendum à firmata conclusione, immò
† est amplianda, vt procedat etiam si tale pactum non 36
deducatur in stipulationem, si dominus census sit aliunde certus, & securus de futura extinctione, & redemptione census infra tempus conuentum faciendæ B. Anton. *in sua Summa, part. 2. cap. 8. §. 14. ad finem*, & faciunt ea quæ diximus *supra numero 5.* Quod quidem pactum † erit multò magis illicitum, & reprehensibile 37
si illi adiicitur alia pactio quod si intra dictum conuentum tempus census non fuerit redemptus, & extinctus, amplius redimi non possit, sed remaneat irredimibilis. Couar. *var. resolut. lib. 1. c. 9. numero 9. & lib. 3. cap. 8. numero 7.* Fernand. Rebel. *d. suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. 6.* Cardin. Tolet. *in suo Instruct. Confess. lib. 1. cap. 48. vers. solet tertiò, in fine, refert* Ioan. Franc. Leonis *in suo Thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 15. de censib. numero 61. vers. 1.* Hæc enim pactio repugnat

tam dispositioni *cap.1.& 2.de empt. & vend. inter Extranag. Commun.* in quibus ita demum contractus iste censualis approbatur si census vendatur redimibilis, quam *dicta Bulla Pij V.* Quia eodem tempore includit vel necessitatem redimendi, vel irredimibilitatem census, quorum vtrumque per dictam Constitutionem reprobatur.

38 A quo † pacto non multùm videtur differre aliud pactum, quod venditor possit census redimere intra certum tempus, quo elapso, & non facta redemptione exinde sit in arbitrio, & potestate domini census repetere sortem, & pretium census, cùm vt supra dictum fuit, debeat esse in arbitrio, venditoris redimere census, non autem in arbitrio emptoris. Rota *coram* Bon.mem.Cordúba. *Iunij, 1595. in illa Faventina bonorum, quæ est impressa in fine tract. dec. 153. num.8.*

Licet autem hoc pactum cogens debitorem census ad redimendum intra aliquod tempus repugnet de di-
39 recto *Bulla Pij V.*& sit illicitum, non † est tamen contra substantiam contractus censualis, ita vt illud reddat nullum, & fœneratitium, vt vult Boccacc. *in d. suo tract. de censib. par.3. num. 55. & sentit* Rota *coram* bon. mem.Orano, 13. *Nouembris*, 1589. *in illa Forolimiensi census, quæ est in calce tractatus dec.117.num.5. &* 6.non
40 † enim valet consequentia hoc pactum est improbatum à Pio V. *in sua Bulla* ergo est contra substantiam contractus censualis. *vt diximus supra hac ead.q.3.art.1.*
41 Pactum similiter quod fundus † censui obnoxius intelligatur locatus domino census, & non possit reuocari locario donec census non redimatur, tanquam cogens in quandam necessariam consequentiam, & per indirectum ad census redemptionem est omnino illicitum, vt voluit Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censibus tomo 2.lib.1.cap.10.num.1.*recedens à contraria sententia, quam fuerat emplexus *tomo 1. cod. lib.1.& cap.10.num.13.vers. igitur si ita,*pro inualiditate pacti expressè resoluit Rota *coram* bon.mem. Cantuccio, 4. *Februarij*, 1583. *in illa Romana nullitatis census, quæ*
42 *est in fine tract.decis.193. num.* 4. Cæterum † cùm istud pactum non respiciat formam huius contractus traditam, & innouatam per Pium V. *in d. sua Bulla*, & de iure communi non esse improbatum facile colligi possit ex iis, quæ tradit *Decian.*loquens de valdè simili pacto *cons.2.num.147.lib.* 1. & sic non sit contra substantiam, sed contra naturam huius contractus, cùm non respiciat ipsum contractum census, sed locationem si apponatur non vitiat contractum, sed ipsum vitiatur, iuxta ea quæ diximus *supra hac ead.quæst.3.art.1.*& expresse fuit dictum *in dicta Romana nullitatis census coram* bon.mem.Cantuccio, *num.4.& seq.*[& hanc conclusionem de nobis mentionem faciens sequitur, & confirmat Stephan.Gratian. *discept.forens.tomo.* 4. *capit.* 777.*num.*1.*& seqq.*

Sed quid si pactum sit conceptum, quod emptori census sit data facultas locandi bona venditoris ad effectum, vt pecuniæ redigendæ ex effectu cedant in solutionem fructuum census, & residuum in extinctionem sortis principalis pro rata quolibet anno, ita tamen quod si emptor voluerit, vti dicta facultate locandi non possit venditor locare bona censuata, nisi requisito emptore census, & de eius consensu, mouet hanc quæstionem Gratian. *Discept. Forens. tomo 4. cap.* 717. *in princ.* & illam resoluit pro inualiditate pacti propter certitudinem quam habet emptor census futuræ redemptionis,& quin propterea videtur celebratus contractus mutui palliati restituendi aduenientibus temporibus ex fructibus bonorum locandorum,& in hac parte pactum istud conuenit cum superiori, ab illo tamen discrepat, quoniam illud tanquam respiciens non contractum census, & illius substantiam, sed locationem dumtaxat vitiatur,& non vitiat, vt dictum est, hoc autem cùm respiciat ipsummet censum, & illius redemptionem, & de illa securum faciat emptorem, [& sic versetur circa substantiam ipsius census, non solum est reiiciendum tanquam irritum, & illicitum, sed vitiat etiam contractum ipsum in totum, vt firmat *ibid.*Gratian.*num.*11.*cum seqq.& comprobatur ex iis, quæ nos diximus supra hac ead.quæst.art.1. numero 29. cum seqq.*]

Eadem ratione quod inducat quandam necessitatem redimendi census habeatur pro illicito † pactum quod 43
dominus census retineat loco pignoris fundum vsque ad concurrentem quantitatem reditus donec census redimatur, vt tuto sine procrastinatione annuas pensiones percipiat, Gasp. Roder.*in d.suo tract.de ann.redditib.lib.2.quæst.*11. *num.* 4. *& seqq.* de quo etiam pacto (quod anticresis appellatur, vt dicit *ibi* Roder.*num.*1.) loquitur etiam Feder. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap.*1.*num.*124. *& seqq.* & signanter *num.*148.*& seq.*

Et multò magis est illicitum † pactum quod domi- 44
nus census retineat pignora pretiosa, & vendibilia æquiualentia sorti principali, & pretio quo census emptus fuit donec census redimatur. Gasp.Roderic. *d. quæst.*11.*num.*40.tum quia emptor census eo casu videtur sortem penes se habere, cùm tantundem bonorum deditoris vendibilium habeat vt in simili dicitur, quod † si debitor tradat creditori suo pignora æquiualentia 45
credito ita vt non sit spes luitionis, illa censeatur dedisse in solutum pro credito. Negus. *de pignor. par. 3. membro* 1.*n.*27.Bal.*in l.voluntas,n.9. C. de fideic.* Alex.*in l.* 1.*§.per seruum,num.*8.*ff.de acq. possess.* Tiraq. *qui multos allegat de Retractu Lignag.in Præfat.sub num.*36.Soc. *in d.§.per seruum, num.*11.*&* 12.*attestans de communi, & sequenda in iudicando.*

Ita † vt si res datæ pro pignore sint prohibitæ alie- 46
nari sub pœna caducitatis, per talem traditionem incidant in pœnam commissi, perinde ac si esset facta formalis alienatio. Corbul. *in suo tract. de iure emphyteut.causa* 14. *ab alienat.irreq.dom.fact.limit.*37.*num.*6.*&* † subiaceant dispositioni prohibenti alienationem re- 47
rum Ecclesiasticarum. Redoan.*in suo tracta. de reb. eccles.non alien.quæst.*2.*cap.*6.*num.*2.*vers.sed hoc intellige,& num.seqq.* tum quod per indirectum ex dicto pacto resultet necessitas redimendi censum, dum venditor illius debeat carere commodo pignorum, & soluere fructus census.

Supra firmata autem principalis conclusio quod pactum adstringens debitorem census ad illius redemptionem,& extinctionem sit illicitum, & reprobatum debet vno modo ampliari, & altero limitari.

Ampliatur quidem † vt habeat locum non solum, 48
quando venditur census fundatus super re immobili, frugifera,& certis finibus designata, iuxta formam *Bullæ Pij V.*verùm etiam dum venditur census fundatus super antiquo censu (quod fieri posse diximus *supra par.1.cap.3.q.1.art.3.nunc q.*31.) nam neque etiam in venditione huius noui census posse hanc pactionem inferentem onus, & necessitatem redimendi adscribi, affirmat Felician.*in dd. suis Commentar. de censibus tomo 2.lib.1.cap.7.num.*3. immò illam † esse illicitam,& vsu- 49
ræ labe inuolui existimat, ac proinde redditus perceptos esse per dominum census imputandos in sortem principalem dicit, quoniam vt ipse subiungit, redimendi facultas, nec absoluta, nec conditionata, & in particularem casum, & euentum restricta committi potest, nec vnquam debitor cogi ad redimendum, quod etiam ex *Bulla Pij V.*est dispositum, quæ *Feliciani* sententia in eo quod dicit hoc pactum vsuræ labe inuolui, & implicari repugnat iis, quæ firmauimus *supra hac ead. quæst.3 art.*1.multorum auctoritate, quod pacta contra hanc *Pij V.* prohibitionem non sunt contra substantiam contractus censualis, nec vsuraria, licet sint illicita, dum verò dicit hoc pactum esse illicitum verissimum puto,& alia vrgenti ratione confirmatur. Cùm † enim 50

ex

ex substantia contractus censualis sit vt pereunte fundo census, vel eo infructuoso reddito, pereat etiam census ita disponente Pio V. *in d. sua Bulla*, & nos dicemus *infra part. 3. cap. 1. quæst. 1. & 2. nunc quæst. 99. 100. 101. 102.* vtique tale pactum dicit debet illicitum, & reprehensibile, & omnino contrarium intentioni *Pij V.* & naturæ contractus censualis. Ex tali enim pacto illicitum grauamen venditori huius noui census resultare potest videlicet, quod teneatur illum redimere non obstante quod ob extinctionem, redemptionem prioris, & capitalis census, iste nouus census tanquam remansus absque fundo amplius non debeatur, nec quo ad sortem, nec quo ad fructus, vt di-
51 cemus *infra d. part. 3. quæst. 1.* Cauere † igitur quilibet debet ne nouum censum super antiquo impositum emat, sed potius partem antiqui census acquirat quod fieri posse admonuimus *supra part. 1. cap. 3. q. 1. art. 3. vel q. 31. num. 14.*

Limitatur autem supra firmata principalis conclu-
52 sio, vt † non procedat si tale pactum fiat non inter emptorem, & venditorem census, sed inter venditorem, & illos, qui pro eo in tali venditione fideiusserunt. Gaspar. Roderic. *in d. suo tract. de ann. reditib. lib. 2. quæst. 13. n. 24. in fine, & n. 28. in princ. & faciunt optimi textus in l. Lucius, ff. mand. in l. si pro eo C. eo tit. & c. fin. & ibi Scribentes, & glos. ext. de fideiuss.* In quibus Iuribus
53 deciditur, † quod fideiussor potest sibi per pactum prouidere, & prospicere, vt debitor pro quo fideiussit teneatur illum à tali fideiussione eximere, & liberare. [Eandem opinionem amplectitur Io. Petr. Fontanell. *in tract. de pact. nuptial. clausul. 4. glos. 18. part. 3. numer. 9.* & Giurb. *d. dec. Sicil. 85. n. 7.* vbi alios allegant.

Qui tamen illam limitant, vt non sit recipienda quando aliqua collusionis præsumptio suspicaretur inter emptorem census, & fideiussorem, ex qua colligi posset contemplatione ipsius emptoris, & propter eum, & ad illius vtilitatem fuisse tale pactum appositum, licet ad instantiam fideiussoris quod fuisse etiam de mente. Felician. *& aliorum, dicunt ibi* Fontanell. & Giurb. *num. 10. & 14.*]

54 Neque obstat *Bulla Pij V.* quoniam † illa debet intelligi ne debitor census possit cogi ad redimendum censum à domino illius, non autem ab aliis personis, vt declarat Felician. *in dd. suis commentar. de censibus, tomo 1. lib. 1. cap. 7. num. 17.* & Steph. Gratian. *in suis Discept. Forens. tomo 1. c. 49. n. 15. & 16.*] *Hanc tamen difficultatem indecisam reliquit* Rota *in Senogallien. saluiani coram* bon. mem. Manzanedo *5. Maij 1627. quæ est post tract. decis. 531. n. 15.*

Occasione autem supra firmatæ conclusionis, quod non liceat emptori census paciscí cum venditore, quod teneatur censum ad libitum ipsius emptoris redimere, & quod tale pactum sit illicitum vbicumque venditor directè, vel indirectè cogi possit ad census redemptionem posset non incongruè dubitari.

An liceat emere censum sub ea pactione, quod venditor per aliquod tempus illum soluat ad rationem puta quatuor, vel quinque pro quolibet centenario, & anno, & dicto tempore elapso, si censum non redimat, illum in posterum teneatur soluere ad rationem puta octo, iuxta regionis consuetudinem. In qua dubitatione, licet videatur valde probabilis pars negatiua ea ratione, quia licet extinctio, & redemptio census non sit per stipulationem promissa, nec in pactum deducta, satis tamen probabiliter dicendum videatur, quod emptor videatur esse securus, quod venditor transacto illo tempore, & termino præfixo, sit censum redempturus, ne annuæ solutionis augmentum, & sic damnum patiatur, quod ex prædictis sufficere videtur ad reddendum contractum illicitum. Ego tamen partem affirmatiuam libentius amplecterer; quia tantum abest, vt pactum istud aliquod afferat onus, & grauamen venditori census, vt potius illi vtile, & fauorabile existat ex eo maximè, quod durante illo termino, recipit gratiam ab emptore census, vt non teneatur ad solutionem solitæ, & consuetæ responsionis; sed longè minoris. Et quamuis effluxo illo termino, si censum non redimet, arceatur ad solutionem census aucti, inde tamen non potest de necessitate inferri, quod illi imponatur onus extinguendi censum, vel quod propterea sit censum redempturus: cum illa auctio census non sit exorbitans, & vltra modum iustum & consuetum; immò sit regulata, & restricta ad censum solitum, & in regione consuetum, & ad illum quo ab omnibus emi, & vendi similes census solent, ita vt non sit admodum verisimile, quod venditor vt liberet se à dicto censu, velit non sine expensa & incommodo similem censum alteri personæ vendere. Et per consequens cùm emptor non sit secutus de futura redemptione, non facilè in eam irem sententiam, quod pactum istud sit illicitum.

Consulerem tamen, si casus contingeret, quod in dicto pacto non adiiciatur, si infra terminum præfixum census non redimatur, sed simpliciter fiat pactum, quod per certum tempus census soluatur ad rationem puta quatuor, vel quinque pro centenario, & anno, & illo transacto, ad rationem octo, vel prout in regione solitum, & consuetum fuerit.

SVMMARIA.

1 *Protestatio facta à contrahentibus de communi consensu in ipso contractu ad limitandam illius obligationem præseruat ius protestantis.*
2 *Protestatio facta in actu venditionis census, quod censeatur impositus iuxta formam Bullæ præseruat illum à nullitate resultante ob non seruatam formam dictæ Bullæ.*
3 *Intellige si sit concepta verbis amplis, & prægnantibus.*
4 Amplia, *etiam si defectus sit circa actualem numerationem pretij census.*
5 *Sed aliqui contrarium tenent.*
6 *Cautela ad tollendam difficultatem, vt adeatur signatura Sanctissimi, ante tamen latam sententiam declaratoriam nullitatis, non postea.*
7 Limit. 1. *Si talis protestatio sit concepta simpliciter & non verbis prægnantibus.*
8 *Protestatio contraria facto non prodest.*
9 *Fictio est assimere pro vero id quod est veritati contrarium.*
10 *Fingere nemo potest absque legis authoritate.*
11 *Protestatio in contractu census non prodest, quando contrahentes vruntur contractu census indistinctè, & cum nullitate.*

De effectu protestationis, quod contrahentes intendunt contrahere iuxta formam Bullæ Pij Quinti.

QVÆSTIO LXI.

aliàs par. 2. cap. 1. qu. 3. ar. 9.

NOnus fuit propositus discutiendus articulus, an in venditione census possit adhiberi aliqua cautela per quam saluetur contractus censualis à vitio nullitatis resultantis ex eo, quod in illo fuerit appositum aliquod pactum contra formam Constitutionis

Pij V. *supra ſenſibus*, & contra ſubſtantiam contractus cenſualis, & quoniam ad hunc effectum fuit excogitata quædam proteſtatio, quod contrahentes intendunt contrahere iuxta formam dictæ Bullæ, qua vt plurimum Notarij in inſtrumentis ſuper cenſuum venditione celebrandis vti ſolent, videndum eſt de effectu illius, nam † regulare eſt, quod proteſtatio ſi fiat 1
in ipſo contractu ad limitandam illius obligationem, & illi ambæ partes conſentiant, præſeruet ius proteſtantis, vt apud ſcribentes eſt notiſſimum Bartol. *in l. non ſolum, §. morte, num. 24. ff. de nov. operis nunciat. vbi* Alexand. *numer. 13. cum ſeq. & alij communiter.* Abb. *in cap. cum M. Ferrarienſis, ſub num. 15. de Conſtitut.* Alexand. *conſil. 27. num. 4. lib. 4.* Put. *deciſio 12. num. 3. lib. 2.* & propter hanc proteſtationem † præſeruari contractum cẽ- 2
ſualem non obſtantibus aliquibus pactis illicitis in eo appoſitis [*dicit* Giurb. *deciſ. Regn. Sicil. 85. nu. 5. & ſeqq. par. 1.* Mari. Muta. *eiuſd. Regn. 34. num. 12. & deciſ. 98. nu. 14. 15. & ſecundum* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 4. cap. 751. numer. 39.*] ita fuit ſæpius reſolutum in Rota *& ſignanter coram* b. m. Orano, 13. *Nouembris*, 1589. *in illa Eroliuienſi cenſus, quæ eſt in fine tract. deciſ. 117. num. 3. ver. præſertim, & num. 3. coram* b. m. Cardinali Pamphilio, 29. *Martij* 1593. *in illa Beneuentana cenſus, quæ eſt ibidem deciſ. 103. num. 1. & 2.* [*& in ead.* coram eod. 16. *Decembris* 1594. *quæ eſt poſt tract. deciſ. 374. nu. 15.*] *coram* Reuerendiſſimo P. D. Sacrato, 14. *Ianuarij* 1602. *in illa Romana cenſus, quæ ibidem eſt impreſſa deciſ. 90. num. 1. & coram* b. m. Card. Pamphilio, 9. *Iunij* 1604. *in illa Aſſiſienſi cenſus, quæ eſt ibidem deciſ. 17. num. 1. & coram* R. P. D. Manzanedo 28. *Aprilis*, 1608. *in illa Ianuenſi cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 110. num. 7. & coram* Illuſtriſſimo Cardin. Lancellotto, 10. *Iunij*, 1611. *in illa Bononienſi cenſus, quæ ibidem eſt deciſ. 95. num. 10.* & aliàs ſæpius. In quibus ex alijs cauſis fuit dictum, dictam proteſtationem operari validitatem contractus, perinde ac ſi fuiſſet celebratus ſine illis pactis, & in omnibus, & per omnia iuxta formam, & tenorem præfatæ Pianæ Conſtitutionis.

3 Hæc tamen † concluſio non eſt ita ſimpliciter intelligenda, ſed quod procedat dumtaxat ſi proteſtatio fuerit concepta verbis ampliſſimis, & prægnantiſſimis, puta quod ſi quid in illo contractu continetur quod Conſtitutioni *Pij V.* repugnet, id omne volunt habeti pro nõ appoſito, & è conuerſo, ſi quid in dicto contractu deficiat ad implendam formam dictæ Bullæ id volunt haberi pro appoſito, & adiecto, redigentes totum contractum, & ſingula in eo contenta ad verum ſenſum, & tenorem dictæ Conſtitutionis, quia iuxta illius formam ſe velle contrahere, & non alias, aliter, nec alio modo, declarauerunt, & declarant, & talis proteſtatio propter vniuerſalitatem, amplitudinem, & prægnantiam verborum, quibus concepta eſt, totam obligationem, & contractum limitat, & redigit, ac ſi eſſet factus, & celebratus iuxta formam, & ad limites præfatæ Conſtitutionis, vt declarat Hieron. Gabr. *conſ. 47. num. 7. & 8. lib. 2. ſenſit* Surd. *conſ. 318. num. 24. verſ. quod ſi aliter, lib. 3.*

4 Etiam quod † contractus eſſet nullus ob non ſeruatam formam dictæ Bullæ circa requiſitam numerationem pretij in prompto, & numerata pecunia coram Notario, & teſtibus in ipſo actu celebrationis inſtrumenti, vt fuit dictum in Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, 28. *Aprilis*, 1608. *in illa Ianuenſi cenſus quæ eſt*
5 *impreſſa poſt tract. deciſ. 110. num. 5.* Verùm † quoniam quo ad hoc vitium reſpectu veræ numerationis pecuniæ in ipſo actu contrahendi, & reſpectu aliorum quæ requiruntur tempore contractus *Rota* viſa eſt ſentire hanc proteſtationem etiam ampliſſimis verbis conceptam non ſuffragari ad liberandum contractum à vitio nullitatis, inde reſultantis, & maximè 29. *Martij*, 1593. *coram* b. m. Card. n. Pamphilio, *in illa Beneuentana cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ. 103. numer. 5. & videtur ſenſiſſe*, 9. *Decembris*, 1602. *coram* Illuſtriſſimo Cardinali Lañcellotto *in illa Romana nullitatis cenſus; quæ eſt ibidem deciſ. 2. num. 8.* [*& in Romana cenſus 12. Maij* 1625. *coram* R. P. D. Merlino, *quæ eſt ibid. deciſ. 561. num. 3.* immò talis proteſtatio magis annullat, quam validet contractum cenſus contra formam ſubſtantialem dictæ Conſtitutionis initum, cùm per eam remoueatur conſenſus contrahentium à contractu *vt dixit ibi* Rota *num. 2.*]

Propterea † ad tollendam omnem difficultatem bo- 6
num eſſet recurrere ad ſignaturam Sanctiſſimi, vt conſuluit Reu. P. D. Ioan. Bapt. Marcheſan. *in ſuo tract. de Commiſſion. iuxta nouiſſimam impreſſionem, par. 1. Capit. de ſignat. Gratiæ diuerſa. nu. 175. & ſeqq. & cap. de commiſſ. appellat. in cauſ. obligat. Cameral. §. 2. num. 49.* vbi inſerit formam commiſſionis, *& nu. 58.* dicit ante latam ſententiam ſuper nullitate dicti cenſus aliqua concurrente cauſa ſolere per Papam ſignari huiuſmodi commiſſiones ſanatorias, vt appàret in *d. Beneuentana cenſus coram* b. m. Card. Pamphilio, [*& ſequitur coram* R. P. D. Merlino, *in d. Romana cenſus 12. Maij*, 1625. *num. 4. & in vna Lucerina cenſus*, 10. *Nouemb.* 1614. *coram* R. P. D. Pirouano, *quæ eſt poſt tract. deciſ. 409. per tot. & in ead. cauſa coram* R. P. D. Buratto, 1. *Martij*, 1619. *quæ ibid. deciſ. eſt* 407. *per tot.*] licet poſt latam ſententiam declaratoriam nullitatis cenſuum, tales nullitates Papa ſanare non ſoleat, cum Papæ mens, & intentio ſemper ſit tertiò nolle ius quæſitum auferre, niſi expreſſis verbis regulæ deroget, vt in puncto dicit Marcheſ. *d. cap. deſignatur.* Grat. *num.* 481. *& d. §. 2. num. 91. & ſeq.* Vbi admonet dominos procuratores, & partes vt ſint ſolertes in porrigendo tales commiſſiones ſanatorias nullitatum cenſus ante latam ſententiam, quia poſtea erit difficilis gratiæ impetratio.

Si verò † proteſtatio non concipiatur verbis am- 7
pliſſimis, & prægnantibus, ſed contrahentes proteſtentur ſimpliciter, quod volunt, & intendunt contrahere iuxta formam Conſtitutionis *Pij V.* & quod contractus intelligatur factus & celebratus iuxta formam illius, & vlterius non progrediantur huiuſmodi proteſtatio non ſuffragatur, nec ſaluat, contractum à vitio nullitatis, tum quia † proteſtatio eſt contraria 8
facto, *l. cum plures, §. locator horrei, ff. locat.* tum quia talis proteſtatio nil aliud efficit, niſi quod fingit contractum illum, qui Bullæ contrariatur, cenſeri factum, & celebratum iuxta formam Bullæ, & illi conuenire, fingere † autem nil aliud eſt quam aſſumere pro vero 9
id quod veritati contrariatur. Doctor. *in l. ſi is, qui pro emptore, ff. de vſucap.* Homo autem † abſque legis au- 10
ctoritate fingere non poteſt, vt ibi dicunt interpretes communiter, & ſignanter Bar. *num. 24.* Ia. *num. 175.* & alij omnes; ergo non potuerunt contrahentes efficere, vt ille contractus, qui de directo contrariatur Bullæ, illi conueniat, & cenſeatur factus, & celebratus iuxta illius normam, & ita concludunt Boccac. *in ſuo tract. de cenſib. par. 2. num. 138. & ſeq.* & Surd. *d. conſ. 318. num. 22. lib. 3.* (*& plurib. comprobat*, Mari Giurb. *dec. Sicil. 85. num. 1. & ſeq. part. 1.*]

Supra firmata autem concluſio, quod proteſtatio in ampliſſima forma, & prægnantiſſimis verbis concepta liberet contractum cenſus à nullitate reſultante ex eo quod contrahentes adiecerint aliquod pactum contra ſubſtantiam contractus cenſualis debet vno modo limitari, vt non procedat † ſi emptor, & domi- 11
nus cenſus vſus fuerit contractu illo, cum illis pactis, quia eo caſu dicta proteſtatio non ſuſtineret contractum illicitum, & nullum ob dicta pacta, vt poſt Boccac. *in ſuo tractatu, de cenſib. part. 1. num. 95. & part. 2. numer. 138. & ſeqq. dicit* Hector. Felic. *in tract. de Societat. cap. 29. numer. 54. & viſa eſt ſentire* Rota *coram* b. m. Vicecomite, 11. *Ianuarij* 1585. *in illa Romana cenſus, quæ*

reperitur

reperitur, in calce tract. decis. 142. num. 2. Nam illâ protestatio deseruit ad sustinendum censum, non autem pacta illicita, & Bullæ contraria, quæ vult haberi pro non appositis, vt dicit Rota *coram* Illustriss. Cardinali Lancel. 9. *Decembris*, 1602. *in illa Romane nullitatis census, que est, ibidem decis. 2. nu. 9.* & propterea quatenus protestans vti velit pactis præfatis, protestatio non potest illi suffragari, nec contractum census sustinere, & à nullitate saluare.

SVMMARIA.

1 *Notarius scribens in contractu census aliquod pactum illicitum potest puniri, non tamen pœna falsi sed alia.*
2 *Limitatur, si in loco contractus vigeret consuetudo apponendi talia pacta illicita in contractu census, quia tunc nulla pœna punitur.*
3 *Consuetudo etiam irrationabilis excusat à delicto, & à dolo.*
4 *Et consequenter à pœna delicti.*

De pœna infligenda Notario scribenti in contractu sensus pactum illicitum.

QVÆSTIO LXII.

aliàs par. 2. tap. 1. qu. 3. ar. 10.

VLtimus superest articulus in hac tertia quæstione explicandus. An si notarius in instrumento, quod conficit super contractu censuali scribat aliquam pactionem, & conuentionem illicitam, & quæ sit contra substantiam contractus, sit aliqua pœna dignus.

1 In qua difficultate † est breuiter affirmatiuè respondendum ex theorica. Bartol. *in l. 1. vers. nemo ad tertiam, C. de petit. bonor. sublat. lib. 10.* vbi tradit hanc regulam; quod Notarius scribens instrumentum super re illicita incidit in pœnam, quam esse ab omnibus approbatam, dicit August. de Arim. *ad Angel. de Maleficio in verbo, falsario, nu. 46.* sed an puniatur pœna falsi Doctores non conueniunt: attamen magis communiter tenetur, quod non pœna falsi, sed periurij, infamiæ, & priuationis officij plectatur, vt post multos dicit Prosp. Farinacc. *in sua Pract. Criminali, in tract. de falsitat. & simulat. qu. 154. numer. 16.* Andr. Gail. *ob-*
2 *seruat. lib. 2. obseruat. 4. num. 2.*

Si tamen † in loco, vbi illud instrumentum confectum fuit vigeret consuetudo apponendi, & scribendi in similibus instrumentis censualibus talia pacta,
3 quamuis illicita, Notarius excusaretur à dicta pœna. Nam † consuetudo etiam irrationabilis excusat à de-
4 licto, dolo, & culpa. Glos. *in cap. cum venerabilis, in verbo, migrasse, ext. de consuet.* & signanter † à pœna falsi, vt pluribus confirmat Farinac. *in dicta sua practic. qu. 85. num. 11. & seqq. & in proposito, ita firmat* Felician. de Solis, *in Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 10. num. 30.*

De respicientibus censum, postquam est in esse deductus, & alteri iusto titulo acquisitus, & an fundus census ab eius domino vendi possit.

QVÆSTIO LXIII.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 1. ar. 1.

SEcundum sequitur Caput principale huius secundæ Tractatus nostri partis, in quo agendum proposuimus de nonnullis, quæ considerandæ veniunt circa censum de quo agimus, donec ille est penes eũ, qui iusto titulo illum acquisiuit, quod iuris argumentum, vt aliqua methodo, vt cœpimus prosequamur multas esse necessarias indagationes credidimus, eas tamen ad infrascriptas quinque redigendas esse sumus arbitrati, vt

In prima agamus de nonnullis, quæ circa fundum censui suppositum, & illius occasione considerari, & contingere possunt.

In secunda, de ijs, quæ respiciunt personam eius cui annua responsio, & annuus census debetur.

In tertia, de ijs, quæ accidunt circa personam illius, qui ad census solutionem tenetur.

In quarta, de nonnullis respicientibus solutionem census.

In quinta, de actionibus, & remedijs quibus census, & annua responsio debita exigi potest.

QVoniam in contractu censuali fundus ipse super quo census creatus, & constitutus fuit, potest duplici respectu considerari, vno quidem habita relatione ad tempus quo census constituitur, & super eo fundatur, & collocatur, altero vero habita relatione ad tempus postquam census fuit creatus, & fuit ad alium translatus, & penes eum, qui iusto titulo illum acquisiuit permanet, & cùm de fundo censito iuxta primam considerationem, fuerit abundè tractatum; *sup. par. 1. cap. 3. per tot.* restat vt aliqua de illo dicamus, iuxta secundam considerationem, quod in hac prima Quæstione est quatuor articulis explicandum.

In primo videbimus, an dominus fundi censuati possit illum suo arbitratu alienare.

In secundo agemus, de denunciatione per dominum fundi censuati facienda, domino census super futura fundi alienatione.

In tertio, differemus de iure prælationis, quod dominus census habet in alienatione fundi censuati.

In quarto, de iure retrahendi dictum fundum domino census competente, quatenus omissa denuntiatione sit venditus.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca impedit dominij translationem.*
2 *Maximè, si sit specialis.*
3 *Fundus census, quod alienari non possit, videtur tenere.*
4 Gregor. de Valentia, *negat in personam à qua sit difficile exigere census annuos; in alias concedit.*
5 *Auctor indistinctè affirmatiuè concludit.*
6 *Quilibet est rei sue moderator, & arbiter.*
7 *Vbi est casus legis non cadit dubitatio.*
8 *Hypotheca non resistit venditioni; sed translationi domini.*
9 *Venditio rei, & translatio dominij illius sunt diuersa.*

Venditio

10 *Venditor non tenetur transferre in emptorem dominium rei venditæ, sed dumtaxat illam tradere.*

11 *Res aliena vendi potest.*

12 *Emens fundum censuatum ignoranter non agit ad rescissionem contractus, sed pro liberatione à dicto onere.*

13 *Ex venditione fundi censuati non extinguitur census.*

FVit *supra qu.* 1. *aliàs parte* 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 1. *num.* 23. multorum auctoritate conclusum, quod ex constitutione, & creatione census consignatiui de quo agimus, dominium rei, quæ censui subiicitur, & subiugatur non transit in emptorem census, sed penes imponentem remanet cum onere tamen expressæ, & specialis hypothecæ ad fauorem domini census, *vt diximus d. par.* 1. *c.* 2. *q.* 3. *ar. nunc q.* 23. Vnde insurgit occasio dubitandi. An dominus fundi censuati possit illum arbitratu suo vendere. In qua difficultate pars negatiua videtur ea ratione tenenda, quia cùm dictus fundus, vt dictum est, sit affectus onere specialis hypothe-
1 cæ ad fauorem domini census, & † hypotheca impediat domini rei hypothecatæ translationem. Gratian. *cons.* 95. *num.* 12. *lib.* 1. Soc. Iun. *cons.* 18. *in fine, lib.* 2. Ceph. *cons.* 397. *numer.* 85. *libr.* 3. Franc. Bec. *cons.* 80. *num.* 7. *libr.*
2 1. Boer. *dec.* 282. *num.* 53. Crau. *cons.* 381. *num.* 2. *lib.* 3. & † absque dubio si talis hypotheca fuerit specialis, *l. si creditor, §. fin. ff. de distr. pign.* Cassan. *ad Consuetud.* Burgund. *Rubr.* 11. *Des censes. §.* 6. *nu.* 10. Anton. Negus. *in tract. de pigner. & hypothec. par.* 2. *membr.* 1. *num.* 5. Vinc. de Franc. *decis. Neapol.* 355. *num.* 5. Hieron. Gabr. *cons.* 66. *num.* 10. *lib.* 1. *& pro magis communi* Peregrin. *in tract.*
3 *de fideicomm. art.* 51. *num.* 77. videtur quod † tatione dictæ hypothecæ impediatur fundi illius alienatio, saltem valida.

4 Gregor. † autem de Valentia *Comment. Theologic. tomo* 3. *disput.* 5. *quæst.* 22. *de censib. puncto* 7. *in princ.* considerando æquitatem naturalem negat rem censuatam alienari posse absque, consensu domini census, & illius dominium transferri in aliquem alium, à quo difficile sit, & periculosum pensiones extorquere, fieret enim eo casu iniuria domino census concedit autem irrequisito domino census dictam alienationem in aliquem à quo æquè tuto recipi possint pensiones censuales, cum nullum periculum inde immineat emptori census.

5 Ego † verò partem affirmatiuam indistinctè tenen-
6 dam esse censeo, tum † quia quilibet est rei suæ moderator, & arbiter, *l. in re mandata, C. mand. l. sed, & si lege, §. consuluit. ff. de petit. hared.* Rol. à Valle, *cons.* 35. *num.* 8. *lib.* 3. *num auctoritate* Pij V. *in sua Bulla super censib.* qua leguntur hæc formalia verba, *Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem sensui suppositam, quia volumus rem ipsam semper ac liberè, & sine solutione laudimij, seu quinquagesimæ, seu alterius quantitatis vel rei, tàm inter vivos, quàm in vltima voluntate alienari.* Propter quod Pianam Constitutionem *fuit supra hac eadem part.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 4. *nunc q.* 56. demonstratum, nec etiam pacto fieri posse, vt facultas ista auferatur, aut restringatur domino talis fundi, & hanc eandem opinionem amplexa fuit Rota *coram* Reuerendiss. P. D. Sacrato, 14. *Ianuarij*, 1602. *in illa Romana census*, quæ est impressa *post tract. dec.* 90. *num.* 11.

Vnde cùm hunc articulum habeamus resolutum per dictam Pontificiam Constitutionem, omnis cessa-
7 re debet dubitatio, quæ penitus cessat † vbi habemus casum legis Glos. *in ancilla, C. de furt.* Anch. *cons.* 371. *num.* 4. Dec. *cons.* 452. *ad fin.* Crau. *cons.* 13. *num.* 7. *vers. circa quartam.*

Neque in hac parte Constitutio illa continet aliquid exorbitans à iure communi, dum disponit rem censui suppositam posse alienari, quod videtur repugnare ijs, quæ supra diximus de natura hypothecæ maximè specialis, quia licet verum sit quod talis hypotheca impediat translationem dominij rei hypothecatæ, non tamen sequitur quin res illa vendi, & validè alienari possit, nam † hypotheca non resistit 8
venditioni, & alienationi, sed tantùm translationi dominij, quæ † tanquam diuersa considerauit. Bart. *in* 9
l. cum lex, numer. 1. *ff. de fideiuss.* quem sequuta fuit Rota *coram* Cardinali Seraph. *dec.* 787. *num.* 13. *par.* 1. Venditor † enim non tenetur dominium rei venditæ trans- 10
ferre in emptorem, sed dumtaxat ad rei venditæ traditionem, *leg. ex empto, in princ. ff. de action. empt. l.* 1. *ff. de rer. permut. leg. tradit ff. de acquir. rer. dom.* Vnde † 11
etiam rem alienam vendi posse respondit *I. C. in leg. rem alienam, ff. de contrahend. & Imper. in leg. cum res, C. de probat. & ibi not.* Glos. Aflict. *dec.* 40. *num.* 3. *& alij passim.*

Neque † is, qui talem fundum censuatum emit onus 12
hoc super impositum nesciens, poterit cognita veritate agere ad contractus rescissionem, sed agendum illi erit, vt venditor rem illam à dicto onere liberet, & pro liberatione redimat censum præfatum, & interim soluat census decursos, & decurrendos vsque ad effectualem census redemptionem, vt docet Io. Gutierez *tract. quæst. lib.* 2. *cap.* 169. *n.* 3. quem refert, & sequitur Hieron. Cæuallos *pract. q. Commun. contra Commun. q.* 469. *n.* 8 *&* Io. Bolognet. *consil.* 31. & nos diximus *supra part.* 1. *c.* 3. *q.* 4. *n.* 20. *&* 21. [*comprobat.* Mari. Giurb. *dec. Regn. Sicil.* 113. *n.* 3. *par.* 1.]

Sequuta † autem fundi censuari alienatione, non 13
propterea census de super impositus, & constitutus extinguitur, sed transit cùm ipso fundo in illius emptorem, etiam onus soluendi annuam responsionem, vt auctoritate Couar. *variar. resolut. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 10. *dixit* Rot. *in illa Romana census*, 14. *Ianuarij* 1602. *coram* R. P. D. Sacrato, *quæ est post tract. dec.* 90. *n.* 5. & nos dicemus *infra hoc eod. c.* 2. *q.* 3. *art.* 6. *n.* 3.

SVMMARIA.

1 [*Bulla Pij V. de form. creand. census in §. vbi autem vendenda intellectus*, & sub n. 8.

2 *Quilibet est rei suæ moderator, & arbiter.*

3 Volo, vis, *hoc verbum intelligitur secundum subiectam materiam.*
Est noui iuris promulgatorium, num. 9.
Inducit formam præcisam num. 10.

4 *Denunciandi venditionem fundi censiti obligatio indicta à Pio V. in dicta sua bulla infert onus domino fundi secundum aliquos.*
Contrarium, quod immò ista obligatio sit æqua, & optima ratione fundata volunt alij, & sequitur Auctor num. 11.

5 *Placita Principum legis habent vigorem.*

6 *Intellige de iis, quæ Princeps tali animo exprimit, & sunt iusta, & honesta, & aliis legibus non contraria.*

7 *Solemnitatis, quæ non potest intervenire in ipso actu, omissio non vitiat contractum.*

8 *Stante maximè consuetudine explicandi actum sine dicta solemnitate.*

12 *Dominus census grauatur per Bullam Pij V. quæ illi prohibet ne ex venditione fundi censiti possit percipere laudimium.*

13 *Obligatio redendi censum, quando vnquam infert grauamen domino census.*

14 *Qui in uno grauatur debet in alio releuari.*

15 *Onus denunciandi Domino census venditionem fundi censiti, & illum aliis præferendi est fundatum super iure, quod ipse habet in dicto fundo.*

16 *Emphyteuta tenetur denunciare domino venditionem meliora*

meliorationem, quæ in re in emphyteusim retenta fecit, & illum aliis omnibus præferre.

17 *Pactum quod quis in venditione debeat requiri, & alijs præferre, est de iure validum.*

18 *Res vendita, non seruato dicto pacto, potest per eum ad cuius fauorem tale pactum factum est, ab emptore vendicari.*

19 *Denunciatio futuræ venditionis fundi censiti est facienda domino census etiam aliunde scientiam habenti de dicta venditione facienda.*

20 *Denuntiatio, quæ non requiritur ad effectum inducendæ scientiæ sed ad effectum, vt denunciatus aliquid faciat, vel non faciat, debet fieri etiam scienti.*

21 *Dominus census potest iuri prælationis, & retractus tam tacitè, quam expresse renuntiare.*

22 *Iuri suo potest quilibet renuntiare.*

23 *Iura merè personalia cedi non possunt.*]

24 *Dispositum de tota re habet locum in parte illius.*

25 *Census non imponitur super aliqua parte fundi, sed super integro fundo.*

26 *Hæres representat personam defuncti.*

27 *Denunciatio debet fieri domino census cum omnibus conditionibus quibus venditio fieri debet.*

28 *Immò cum insertione instrumenti dicta venditione conficiendi.*

29 *Denunciatio futuræ venditionis fundi censuati debet fieri ab emptore, non à venditore.*

30 *Dominus fundi, censuati non statim post factam denunciationem potest vendere, sed debet per mensem expectare dominum census.*

31 *Emphyteuta volens vendere meliorationem, quæ fecit in in re emphyteutica, debet post denunciationem factam domino directo, per duos menses expectare.*

32 *Mensis, quo dominus census debet expectari post denunciationem antequam fiat venditio est dierum continuorum, non vtilium.*

Non tamen computabuntur dies quo dominus census esset impeditus, num. 33.

34 *Terminus in dubio est dierum continuorum, non vtilium.*

35 *Maximè quando negotium non tractatur in forma Iudicij.*

36 *Mensis quot dierum esse debeat.*

De denunciatione facienda domino census de venditione facienda fundi censuati.

QVÆSTIO LXIV.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 1. ar. 2.

SAnciuit *Pius V in sua Bulla super censibus*. quod dominus fundi censuati possit illum tam inter vinos, quàm in vltima voluntate libere alienare, absque solutione laudemij, seu quinquagesimæ, seu alterius quantitatis, vel rei, [de qua re dictum fuit in præcedenti articulo, Subiungit deinde Papa, quod vbi res censui supposita vendenda sit, debeat venditor census hoc denuntiare domino census per hæc verba. Vbi „ autem vendenda sit volumus dominum census om„ nibus alijs præferri, eique denunciari conditiones, quibus sit vendenda. Circa † quam particulam oritur 1 dubitatio; An in ea voluerit Papa aliquid noui constituere, an potius procedat præcedens particula, per quam fuerat omninò prohibitum omne pactum impeditiuum, seu restrictiuum liberæ facultatis alienandi fundum censitum, quod aliquibus placuit ea ratione, quia credendum sit Papam in hac bullæ nostræ parte, voluisse demonstrare suam voluntatem esse conformem dispositioni iuris communis, relinquendo potius libero arbitrio domini fundi censiti, quod volens possit se per pactum obligare ad denuntiandum domino census futuram fundi illius venditionem; quam à tramite iuris communis diuertendo illum cogere ad faciendum de necessitate dictam denunciationem contra regulas iuris: † quo liberum est 2 cuilibet, & permissum, vt de re sua sit moderator, & arbiter ad sui libitum, *l. in re mandata, C. mand. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred.* Cast. *cons. 178. lib. 1.* Rol. *cons. 35. num. 8. lib. 3.* Nec dicunt isti, difficultatem facere potest verbum illud volumus, quo ibi vtitur Papa, † quoniam illud intelligitur secundum subie- 3 ctam materiam. Abb. *in cap. fi. n. 4. extraqui filij sint legit.* subiecta autem materia videtur requirere, ne necessitatem, & præceptum, sed potius facultatem importet, vt ius commune minus, quam fieri possit lædatur, imponendo domino fundi censiti hoc onus denunciandi, † quod Ludou. Moli. *in tract. de contract. part. 1. disp.* 4 *372. num. 6. vers. verum autem quando, & disp. 390. num. 8. vers. vtrum autem.* appellat maximum, subiungens posse Principes sæculares tuta conscientia illud non velle admittere, Et potuisse Papam iustissimè illud omittere, cum nullo alio iure probetur, dicit Nauar. *in suo tract. de vsur. num. 92. in 7. glos.*

Nec videtur, quod ab hac opinione nos possit retrahere illud, quod est in ore omnium; Principum † placita legis habere vigorem. §. *sed, & quod Principi* 5 *Inst. de iur. & ciuil. cum similibus* cum hoc non indistinctè procedat in quolibet Principis placito, sed † in 6 illo dumtaxat, quod à Principe tali animo, & voluntate exprimitur *Doct. in rub. ex de rescr. & maxime* Rip. *num. 6.* Dec. *num. 6.* Mant. *num. 1. circa med. sub vers. satis opinor ibi vel dic esto.* ac iustum, atque honestum est, aliisque legibus minimè contrarium reperitur. Sed quod quis teneatur denunciare alteri venditionem rei propriæ non videtur admodum licitum, ac honestum, & repugnat liberæ facultati de re sua disponendi, qui leges cuilibet tribuunt etiam abutendo. *d. §. consuluit.* & mox delictum est, meritò dicendum videtur, quod illud Papæ placitum, quod in proposita dictæ suæ Bullæ particula expressit non necessitatem, sed facultatem designet, cum ita intelligendo non recedamus à iuris dispositione. Et hac opinione retenta, sequitur, quod omissio huius denunciationis non vitiaret venditionem fundi censiti, & multo minus; † quia cùm 7 ista sit de solemnitatibus, quæ non possunt interuenire in ipso actu contrahendi, sed debeat præcedere contractum; illius omissio contractum non vitiaret. Alex. *cons. 206. in vltim. dub. lib. 6.* Abb. *consil. 25. col. 2. vers. secundum mod. lib. 2.* Afflict. *decis. 378. num. 4.* Crau. *cons. 12. num. 2. & cons. 177. num. 5. dub. 1.* maximè † in iis locis, in 8 quibus vigeret cõsuetudo vẽdendi similes fundos absque dicta denunciatione, nam cùm dicta consuetudo non respiciat ea, quæ sunt de iure naturali, vel diuino, sustineret venditionem factam, omissa dicta denunciatione, *ad* Nauarr. *in Comment. de vsur. num. 108. vers.* / *secundo, & vers. tertio facit.* Dec. *cons. 11. num. 9. & Rota decis. 325. part. 4. diuers. quæ est impressa post tract. at. decis.* 11. Quibus tamen non obstantibus, contrariam opinionem quod ibi *in d. vers.* Vbi autem vendenda sit, &c. imponat præceptum, non autem tribuat facultatem veriorem esse existimo ponderando verbum illud: † volumus quo ibi Papa vtitur, quod est noui iuris 9 promulgatorium. Felin. *in cap. decernimus. numer. 77. de iudic.* & † inducit formam præcisam, vt in puncto resoluit Rota *coram* Card. Seraph. *decis. 1474. num. 2. & coram* Illustriss. Card. Mellino 21. *Ianuarij* 1601. *in vna Romana vineæ, quæ est impressa post tract. dec. 157. num. 3.* 10 nec repugnat subiecta materia, vt ex mox infra dicendis apparebit. *vt in vers. cum enim videret.*

Nec obstant ea, quæ supra in contrarium deducta sunt.

sunt. Nam ad illud, quod *Molin. & Nauarr.* dicunt,
11 onus hoc esse maximum, respondetur, † quod immò est æquum, & optima ratione fundatum, vt volunt Leonard.Less.*in suo tract.de iustit. & iur.lib.2.cap.22.n.* 71.& 84. *Et idem* Nauar. *d. tract.num.*107.*vers.quædam tandem sunt* Io Franc. Leonis *in Thesaur. for. Ecclesiast. par.2.cap.15.*

Cùm enim videret optimus Pontifex, quod ex dispositione facta in præcedenti particula dictæ suæ Bullæ resultabat non modicum grauamen contra dominum census, qui super dicto fundo vendendo censum
12 constituerat, & fundarum habebat, tum quia † non obstante iure, quod in re illa habebat, prohibebatur eiusdem rei venditionem impedire, & quod ex tali venditione aliquod prætendere posset laudemium, vt considerat idem.Molin.*d. disput.* 372.*num. 6. post princip.vers. quia hodie, & disput.*390.*num* 8. *vers.longè vero*
13 *maior.*tum † quia tenetur censum quandocumque reuendere. vt animaduertit Thom. Boninsig.*in suo tract. de censib.cap.9 num.*1.*& seq.* Ideò idem sanctissimus, &
14 iustissimus Pontifex cognoscens † æquum esse,vt qui in vno grauatur in alio debeat releuari. *l. eum, qui in prin.& ibi* Bart Ias.*& alij communiter,ff.de iureiur.*voluit illum in hoc releuare, vt debitor census volens vendere fundum censuatum, teneatur denunciare domino census futuram venditionem cum suis conditionibus, & illum omnibus emere volentibus præferre,& hinc apparet, quod subiecta materia non repugnat, quin verbum volumus,quo vritur Papa in dicta particula Bullæ,sit noui iuris promulgatorium, & formam præcisam inducat.

Quòd eò magis recipere debemus, quo dispositio
15 illa Papæ est optima ratione fundata, videlicet† super iure, quod ipse dominus census habet in illa vendenda, vt dixit Rota *coram* Seraph.*d.decis.*1474.*num.*4 & repetit *coram* Gregor. XV. *in vna Romana prælationis* 19. *Nouembris*1604.*quæ est post tractat. decis.*156.*num.* 6. & propter eandem rationem in casu valde simili disponitur.*in l.fin.*§.1.*C. de iur.emph. & in cap. potuit in*
16 *prin.extr. de locat.* quod si emphiteuta † velit vendere melioramenta, quæ fortè fecit super bonis, quæ in emphyteusim tenet, non possit id suo arbitratu facere,sed teneatur requirere dominum directum,denunciando illi pretium, quòd verè ab aliis recipere potest, & illum emere volentem omnibus aliis præferre. Et
17 † aliàs in iure probatur pactum, quod in venditione facienda quis sit requirendus, & aliis præferendus, vt est *tex.in l.qui Romæ.*§.*cohæredes.ff.de verb.oblig.per quem tex.*Bald.*in l.1.post prin.C. commun. diuid. & alij relati à* Tiraquell.*de retract.lignag.in præfat.nu.*15.*vers.nam, & si valet.*

18 Et hoc pactum adeò potens, & efficax est, † vt si res contra illud vendatur, possit is, ad cuius fauorem pactum illud fuerat factum, rem venditam ab emptore vendicare.Molin.*d.disput.*372.*vers. quando autem per tot.*Tiraq.*de retract. lignag.*§.5.*glos.*8.*num.* 8. Gutierez *pract. quæst. lib.* 2. *q.*167.*num.*2.Boccac.*in tractat.de censib.par.*1.*num.* 8.*vers.vbi autem.* cum itaque hoc pactum fieri possit,multò magis dicendum est potuisse fieri per Pontificiam constitutionem, vt in puncto probauit Gutierez.*d.cap.*167.*num.*1.

Ex quib.satis manifestè apparere existimo, quod onus istud denunciandi veluti æquum, & rationabile, non repugnans dispositioni iuris, est recipiendum, & obseruandum tanquam introductum, & impositum pro forma.

19 Et hæc † quidem denunciatio non potest omitti eo sub prætextu, quod dominus census aliunde notitiam, & scientiam habuerit de futura dicti fundi venditione, & alienatione: nam eo etiam casu esse necessariam specificam, & formalem denunciationem, voluit Rota *in d.decisionibus factis coram* Seraph.*&* Greg. XV.*supra relatis.& firmauit coram eod.*Greg.XV. *in vna Romana vineæ* 26.*Iunij* 1609.*quæ est post.tract. decis.* 158. *num.*8.Quod non caret ratione, quia † cum denuncia- 20
tio prædicta requiratur non ad effectum dumtaxat, vt dominus census sciat, quod fundus ille censuatus est vendendus, & de dicta futura venditione scientiam, & notitiam habeat,sed vt possit deliberare, & declarare, an velit ipse emere, vel non sufficit, quod ipse dominus census aliunde futuram venditionem sciat, nec quod venditio fuerit facta ipso præsente, sed pro validitate venditionis requiritur & est necessaria ipsa denunciatio iuxta theoricam Bar.*in l.denunciasse.*§.*quid ergo sub numer.*3.*vers.isto casu,quem* §.*legit vna cum l.qui vxori.ff. ad l. Iul. de adult.quam scribentes communi voto amplexi sunt.* Alex.*cons.*24.*num.*5.*vbi multos allegat lib.*5. *& testatur.* Rim. Iun. *cons.* 510. *num.*67.*&* 68.*lib.*5.*vbi alios congerit.& in puncto refert.*Cassan. *Consuetud. Burgun.Rubr.*11.*des censes.* §.4.*in text.dedans quarante.num.* 1 alios citat Steph. Gratian. *discept.forens.tom.*4.*c.*742. *num.*4.loquens de denunciatione facienda vigore Bullæ Pauli III. proximis vicinis per eos, qui bona sua volunt vendere ad effugiendum.

Licet autem huiusmodi denunciatio ex parte domini fundi censiti fit introducta pro forma ad validandam venditionem dicti fundi, non tamen cogitur dominus census fundum illum emere, † sed potest iu- 21
ri prælationis, & retractus sibi vigore dictæ bullæ Pianæ competenti, vel tacitè permittendo labi mensem, quo ex dispositione eiusdem Bullæ debet expectari, vt diximus *in tract. hac part.* 2.*cap.*1.*q.*3.*artic.*4. *nunc qu.* 56. *num.* 11. de eo, qui promisit fundum non vendere, nisi Titio.nam si Titius sinat labi terminum sibi ex Iudicis decreto ad emendum præfixum,censetur iuri suo renunciasse, & promittens poterit habere cui voluerit fundum vendere,vel expressè illud remittendo, † cum quilibet possit iuri,& fauori suo renun- 22
ciare, per regulam *l. si quis in conscribendo, & ibi glos. dat concordantes. D.de pact.*Decian.*cons.*39.*num.*4.*lib.*2. *& ferè in puncto* Peregr.*decis.*22.*num.*4.

Et cum ius istud non sit merè personale sed competat domino census ratione iuris, quod habet super fundo censito,vt dictum est,transibit ad quemcumque census dominium, licet iura † merè personalia cedi 23
non possint.nec à persona ipsa,cui competunt diuelli, & separari, vt per Tiraq.*de tract.lign.*§.26.*gl.*1.*num.*45. *&* 46. & infra per discursum.] Quæ conclusio habet locum† non solùm quando est vendenda tota res o- 24
neri census supposita,verùm etiam si sit vendenda aliqua illius pars, & voluit, Io. Azor. *in suo tract. Instit. Moral.par.*3.*lib.*10.*cap.*11.*quæst.*2.*vers.cæterum,*ea ratione, quia lex † statuens aliquid de toto habet quoque 25
vim in parte eius, *l. quæ de tota, ff.de acquir.hæred.* & potest comprobari alio fundamento, quia † Census 26
non censetur impositus, & constitutus super aliqua parte fundi censuati, sed super toto, & integro, vt diximus supra auctoritate. Rotæ *in vna Romana census,* 30.*Octobris*, 1602. *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *quæ in fine tract. est decis.* 1. *num.*3. & propterea quælibet pars illius censetur affecta ad fauorem domini census, ita vt nulla eius pars alienari possit non facta dicta denunciatione.Quæ fieri † debet cuicum- 27
que domino census, vt declarauit. Rota *in illa Rom. prælationis coram* R.P.D.Dunozet,26.*Iunij*. 1617. *quæ est post tract. decis.* 307. *num.* 4. siue ipse censum emerit à primo illius venditore, siue sit illius hæres † qui per- 28
sonam eius representat. Auth. *de iureiur.à mor. præstit. in prin.* siue etiam emptori census titulo aliquo singulari successerit, quia census transit cum suo priuilegio, & beneficio, vt dicebat Io. Azor. *d.lib.*10.*cap.*12. *vers.quæres an etiam.*

Hanc † autem denunciationem faciendam esse non 29
solùm cum conditionibus,quibus venditio fieri debet,

vt

vt disponit Pius V. *in dicta sua Constitutione, in versic. supra allegat. & non obscurè sensit* Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, 15. *Decembris*, 1614. *in illa Romana Retractus domus, quæ est in fin. Tract. decis. 71. numer. 1.*

30 Sed † etiam cùm insertione totius instrumenti superdicta venditione conficiendi, & celebrandi relicta copia domino census denunciato, existimo per tex. *in Clem. causam, & ibi* Glo. *de elect. & alia apud* Cassa. *d. §. 4. in tex.* Sara *de nonc. è. num. 1. & 2.*

Verùm enimuero circa hanc nunciationem, quæret forte quispiam à quonam sit facienda. An à domino fundi censuati vendere volente, an verò ab

31 eo qui illum emere vult, & intendit, & cum † hoc Papa in dicta sua Constitutione non declaret, sed impersonaliter loquatur, videtur quod sit potius facienda ab ipso emere volente, quam ab alio, quia magis sua, quam venditoris interest rem non retrahi, vt consideranit Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 19. *Nouembris*, 1604. *in illa Romana prælationis, quæ est post Tract. decis. 156. num. 9.*

[Si quis autem quærat, quomodo facienda sit huiusmodi denunciatio domino census, si sit pupillus, vel infans, eum non pigeat recurrere ad ea, quæ diximus *infra part. 3. cap. 1. q. 3. art. 9. num. 10. & seqq. nunc qu. 111.* nam ex ibi dictis facili negotio haberi potest resolutio huius dubitationis, & forma huiusmodi denunciationis, quam tradit etiam Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 957. numer. 1. & seqq.*]

2 Facta autem † denunciatione cum suis qualitatibus, & circunstantiis, non tamen poterit dominus fundi censuati statim fundum illum vendere sed ex forma eiusdem Constitutionis debebit per mensem expectare dominum census vt deliberet & declaret an velit necne fundum illum emere, quod videtur mutuatus Pius V. *ex tex. in l. fi. §. 1. C. de iure emphyt. & ex*

33 *c. potuit, tex. de locat.* In † quibus postquam fuit dispositum quod emphyteuta volens vendere meliòramenta si quæ fecit in, & super bonis quæ in emphyteusim retinet, teneatur requirere dominum directum an emere velit, & illum cæteris præferre, quod adhuc emphyteuta tenetur per duos menses expectare dominum directum. Sed *Pius V.* dictum terminum legalem duorum mensium restrinxit ad vnum mensem duntaxat.

Circa quem mensem posset dubitari; an esse de-

34 beat vtilis, an verò continuus. Et † quod debeat esse dierum continuorum censeo ex Rebuf. *in trac. de Nominat. qu. 11. numer. 6. vers. 3. quæro* Bost. *in sua pract. crimin. in tit. de iniur. num. 25.*

35 Nam † in dubio quilibet terminus censetur continuus *Soc. cons. 118. num. 6. lib. 4.* Tiraq. *de Retract. lignag. §. 1.* Glos. *11. num. 21.* Bard. *in suo tract. de tempor. vtil. vel contin. cap. 8. numer. 1.* Phanuc. *de Inuentar. hared. part. 1. num. 19.* Ioan. Bapt. Bocci. *de statutar. Verb. præscript.* Glo. *2. num. 19.* Asin. *in sua prax. iudiciar. in prin. cap. 8. num. 17. & seqq. & §. 12. cap. 1.* Et maximè cum negotium

36 hoc non tractetur in forma iudicij, † quo casu tempus deberet esse vtile. Alex. *cons. 114. per tot. lib. 5. &* in puncto ita in hoc articulo respondit Io. Azor. *d. libr. 10. cap. 12. vers. quæ res an Primus.* vbi subdit, quod fortasse domino census legitimè impedito intra mensem,

37 † dies, qui durante legitimo impedimento elabi contigerit non computabuntur. Quot autem dierum debeat esse mensis iste non videtur facile resolui posse, certant enim inter se scribentes an † menses de-

38 beant esse omnes prout currunt, vt voluit Boccac. *d.* Glo. *2. numer. 18.* Bard. *d. tract. cap. 2. sub numer. 2.* Bertaz. *in suo tract. de Clausul. instrum. Clausula 41. GL 3. sub num. 6.* An verò omnes debeant esse triginta dierum, *vt sentiunt multi relati à* Luca Pet. *in sua pract. Capitolin. For. lib. 5. cap. 12. num. 8.* Nec defuerunt qui alias opiniones excogitarunt, vt latè demonstrat Marian. Soc. *sen. in cap. sacro, numer. 240. cum multis seqq. vsque ad numer. 150. de sentent. excom.* Mihi autem pro resolutione propositæ dubitationis, validè placet distinctio, quam magis communiter afferunt scribentes distinguentes: An simus in casu, quo à lege, constitutione, vel ab homine non fuerit statutum, nec expressè dispositum à quonam tempore incipiat mensis. An verò simus in casu, in quo id dispositum, & expressè determinatum reperiatur, Vt primo casu mensis assumatur, vel prò duodecima parte anni, vt post *Glo.* & communiter. DD. *in cap. quam sit, de elect. num. 6. &* Bal. *& alij. in l. de diuisione, ff. sol. matrim. dicit* Lambertin. *de iure patron. lib. 2. par. 2. q. 1. art. 14. num. 3. ad fin. vers. si vero ius & explicat.* Alex. *loquens de mense dierum vtilium, cons. 114. numer. 13. libr. 5.* Vel quilibet mensis debeat esse triginta dierum. Alex. *d. cons 114. numer. 12.* & bene declarat Tiraq. *d. Glos. 11. num. 19.* Menoch. *de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 1. casu 50. num. 12. & seq.* Horat. Carpan. *ad statut. Mediolanen. cap. 430. num. 7.* Et in terminis huius primi casus possunt procedere aliquæ opiniones relatæ à Soc. *l. sup. cit.* Secundo vero casu mensis accipiatur, prout occurrit ita vt id quod à die assignati termini deficit de mense currenti, debeat suppleri de mense proxime subsequenti. Glo. *in d. cap. quam sit*, quam communiter recepi testatur Alex. *in d. l. de diuisione numer. 4. post* Bald. *&* Imol. *& alios alibi*, quam sequitur etiam Roch. *de Curte de iure patron. in verb. Honorificum, qu. 52. num. 85. qui similiter ex mente* Burr. *in cap. licet de sapplen. neglig. Prælat. testatur* Gl. *illam esse communiter approbatam: & clarius explicat.* Lambertin. *d. num. 3. licet* Alen. *d. cons. 114. num. 11.* Illam restringat ad mensem dierum continuorum.

His præmissis, deueniendo ad solutionem propositæ difficultatis. Cum Pius V. *in d. sua bulla*, disponat dominum census esse expectandum per mensem post factam denunciationem, & sic sentiat mensem incipere à die factæ denunciationis, & iste mensis debeat esse dierum continuorum, vt dictum est, vtique iuxta terminos secundi casus debet esse prout occurrit: ita tamen, vt quot dies deficiunt de eo mense, quo fuit facta denunciatio, tot debeat suppleri de sequenti. Exemplo rem demonstremus, vt faciunt. Alex. *d. num. 4. &* Lambertin. *d. num. 3.* Pone quod denunciatio fuerit facta die decima Ianuarij, & ab in illa die incipiat cutrere mensis, cùm de eo mense Ianuarij iam effluxerint nouem dies, & sic ad effectum, vt mensis compleatur, deficiant nouem dies illi erunt desumendi à sequenti mense Februarij: ita vt mensis, per quem est expectandus dominus census, terminetur die decima Februarij, quo casu mensis erit dierum triginta vnius. Et similiter si mensis incipiat die decima Februarij, complebitur die decima Martij subsequentis: & sic erit dierum viginti, & octo: & sic de singulis.

SVMMARIA.

1 *Dominus census in emptione fundi censiti, debet omnibus aliis præferri.*

[*Ius prælationis in venditione fundi censuati concessum domino census non transfert in eum dominium dicti fundi, statim facta declaratione quod velit præferri, sed facta solutione pretij, vel legitimè eius depositio.*

Emptor fundi censuati venditi, non facta denunciatione domino census, de futura venditione, facit suos fructus perceptos antequam dominus pretium restituerit vel legitimè deposuerit.]

2 *Dominus census volens preferri, debet emere cum conditionibus quibus alij emunt.*

[*Ius prælationis non competit vigore census nulli, & inualidi.*]

3 *Dominus directus in emptione melioramentorum in re emphyteutica factorum, omnibus aliis præfertur.*

[*Dominus directus in venditione melioramentorum in emphyteutica factorum præfertur omnibus aliis illa emere volentibus.*

Declar. hoc procedere si velit rem melioratam pro seipso retinere, secus si velit illam alteri concedere.]

4 *In iure prælationis attenditur prioritas census, non maioritas illius.*

5 *Siue census fuerit creatus ante Bullam Pij V. siue postea.*

6 *Bulla Pij V. concedens ius prælationis, quod non sit seruanda in locis non subiectis Ecclesiæ, ratione temporalis iurisdictionis sensit Nauarrus.*

7 *Contrarium voluit Surdus* cons. 282.

8 *Auctor distinguendo conciliat.*

9 *Dominus census in emptione fundi censiti non excludit proximos consanguineos, nec laterantes vicinos, vbi vigore statuti viget ius congrui.*

10 *Princeps in dubio non præsumitur velle iuribus tertij præiudicare.*

11 *Lex quantumuis generalis ita debet intelligi, ne ex ea inferatur præiudicium iuri tertio quæsito.*

12 *Regula de non tollendo iure alteri quæsito, præseruat ius quomodolibet quæsitum.*

13 *Regula de non tollendo iure quæsito, est in specie, & expresse derogandum.*

14 *Regula de non tollendo iure quæsito, non procedit in iure conditionali, sed in iure de præsenti quæsito.*

15 *Donatio inter viuos non ideo minus dicitur inter viuos, quod illius effectus sit collocatus post mortem donationis.*

16 *Domino census potest per indirectum auferri ius prælationis si census redimatur ante venditionem fundi censiti.*

17 *Fundus censitus liberatur ab hypotheca, qua afficitur per impositionem census, si census redimatur vel extinguatur.*

18 *Causa cessante, cessat effectus.*

De Priuilegio Prælationis per Bullam Pij Quinti concesso domino census.

QVÆSTIO LXV.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 1. ar. 3.

EAdem Piana Constitutione edita super forma creandi census *vers. vbi autem vendenda sit, volumus dominum census omnibus aliis præferri, &c.* disponitur
1 † quod quandocunque dominus fundi oneri census supposuit voluerit illum vendere facta dictæ futuræ venditionis denunciatione domino census, iuxta formam in præcedenti articulo traditam, debeat dominus census in emptione dicti fundi quibuscumque aliis emere volentibus antepoui. [Effectus autem huius priuilegij, quod Papa tribuit domino census, non est vt in ipsum transferatur fundi illius dominium statim atque declarauerit se velle in eius emptione cæteris omnibus præferri ad effectum, vt ille, à quo talis fundus attrahitur, teneatur ad restitutionem fructuum per ipsum pendente lite super huiusmodi prælatione, & retractu perceptos, cum non ante in dominum census fundi illius dominium transferatur, quam pretium ipsum soluerit, vel saltem renuente emptore fundi illud recipere deposuerit, sed duntaxat, vt facta per ipsum declaratione, quod vult emere, omnibus aliis emere volentibus præferatur, vt declarauit Rot. *in vna Romana Vinea* 11. *Aprilis* 1603. *coram* Illustriss. Cardin. Mellino, *quæ est post tract. decis.* 316. *per tot. & iterum in vna Romana prælationis* 10. *Maij*, 1619. *coram* R. P. D. Dunozet. *quæ est ibidem decis.* 390. *num.* 1. *& seqq.* vbi plene hanc conclusionem confirmat loquens de fructibus, qui non extabant tempore, quo dominus census fundum illum retraxit, & emit: secus tamen dicit quo ad fructus pendentes eo tempore.] Ex quo iure prælationis multæ in dies exoriuntur dubitationes, & controuersiæ, *vt ex pluribus* Sacræ Rotæ *decisionibus potest apparere, & signanter apud* Seraph. *decis.* 1475. *& aliis, infra allegandis, & in illa Rom. Vinea*, 31. *Ianuar.* 1601. *coram* Illustrissimo Mellino, *quæ reperitur impressa, post tract. decis.* 157. *& coram* Illustrissimo Ludouisio *in alia Roman. Vinea*, 26. *Iunij*, 1608. *quæ ibidem est decis.* 158. *& sæpè in aliis causis.*

Circa, quod beneficium prælationis hoc obseruandum est, quod [non potest prætendi à Domino census ius istud prælationis, si census cuius vigore, talem prælationem desiderat, sit nullus, & inualidus, vt non obscurè sensit Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 903. num.* 8. Prout] non † potest dominus cen- 2
sus illo vti, nisi cum sua causa, id est emendo fundum illum cum omnibus conditionibus, & pactis, quibus alij emptores ad emptionem admitti cupiunt, vt docebat Rota *Diuers. decis.* 475. *numer.* 8. *part.* 1. *& in terminis fuit resolutum coram* R. P. D. meo Vbaldo, 15. *Decembris*, 1614. *in illa Romana retractus domus, quæ est impressa, post tract. dec.* 71. *num.* 2. vbi hanc conclusionem confirmat à simili de emphyteuta, † qui si ve- 3
lit vendere meliorameuta, quæ inre, quam in emphyteusim retinet fecit, debet domino directo præstare pretium; quod ab alio re vera percipere potest, & illum emere volentem pro eodem pretio aliis emere volentibus præferre, *l. fi.* §. 1. *C. de re emphyt. conjunct. ext. de locat.* Corbul. *qui plura cumulat in simil. ad act. iur. emphyt. causa* 14. *de alienat. irreq. domino fact. quæst.* 2. *num.* 2. [dummodo tamen velit rem ipsam pro se retinere, secus autem si velit præferri ad effectum vt illam postea amico suo concedat, vt pluribus deducit Guid. Pap. *decis.* 411. *numer.* 1. Verall. *decis.* 36. *part.* 1. Mantic. *decis.* 10. *num.* 6. & 7. Ioseph. Ludou. *decis. Pernis.* 17. *numer.* 23. *& seq.* Marescot. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11. *& seq.* Hond. *qui multos allegat. cons.* 51. *num.* 42. *lib.* 1.] Vnde optima ratione dicebamus supra in præcedenti articulo, quod dominus fundi tenetur in denunciatione, quam de necessitate facere debet domino census, de futura fundi censuati venditione, inserere omnia pacta, & omnes conditiones quibus fundus ille vendendus est, vt possit deliberare an sibi expediat, emere necne. Hoc autem ius prælationis competit domino census ad exclusionem aliorum, qui alios census super eodem fundo postea constitutos etiam maioris quantitatis habeant. Nam † iste ante- 4
rior, licet eius census sit minoris quantitatis, est præferendus in emptione fundi censuati; vt per bonas rationes deducit Rota *coram* R. P. D. Dunozet. *in illa Romana prælationis*, 2. *Aprilis*, 1618. *quæ est post tract. decis.* 308. *nu.* 8. *& seqq.* siue † iste anterior census fuerit crea- 5
tus post promulgationem *Bullæ* Pij V. *super censib.* siue postea, quia omni casu prior dominus debet in venditione fundi censuati præferri, vt fuit resolutum per Rotam, *in dicta Romana prælationis, num.* 18.

Sed circa hoc ipsum ius prælationis fuit etiam aliquando dubitatum, an huiusmodi Piana Constitutio dans domino census prælationem, sit seruanda non solùm in Statu Ecclesiastico, sed etiam in aliis locis non subiectis Ecclesiæ, ratione temporalis iurisdictionis. Et licet † Nauar. *in suo Comment. de vsuris, num.* 6
106. *vers.* 3. *& num.* 108. *vers. tertio*, videatur tenere negatiuam sententiam, eo fundamento, quia Bulla præfata

in

in hac parte non declarat aliquid esse peccatum, nec præsumit esse tale; Nihilominus hanc *Nauarri* sen-
7 tentiam † ex professo impugnat Surd.*cons.*282.*per tot. lib.*2. vbi per multas rationes omnes tendentes ad demonstrandum, quod *d.Bulla* det formam contractui censuali quam dicit constati ex omnibus clausulis in eadem Bulla contentis, & expressis, & propterea, sicut non potest omitti in alijs partibus citra nullitatem actus ita neque in ista.

8 Ego verò † in hac controuersia adhiberem hanc distinctionem, quod in locis vbi præfata Bulla fuit publicata, & vsu recepta, debeat in qualibet sui parte obseruari, & liget omnes vbique, etiam in terris ratione temporalis iurisdictionis Ecclesiæ non subiectis: In iis verò locis, in quibus nec promulgata, nec vsu recepta fuit, in hac parte, quæ verè non respicit peccatum, nec interpretationem legis diuinæ, vel naturalis, non liget omnes, licet quo ad concernentia peccatum vel salutem animarum sit vbique seruanda: vt dicit Surd.*d.cons.*282.*num.*13.& fatetur ipse quoque Nauar. *& nos diximus sup.par.* 1. *cap.* 3.*qu.*1.*art.*6.*nunc quæst.*34.*& ad dicta per* Surd.*d.cons.*282.*respondeatur ex iis quæ dicemus infra art.seq.* Sed non iniucunda excitari posset dubitatio, an dominus census vigore dicti Priuilegij, vt omnibus aliis præferatur in emptione fundi censui suppositi, possit illo vti contra proximiores consanguineos domini fundi illius, vel contra proximiores vicinos,& laterantes fundo præfato vendendo in locis, in quibus vigent statuta concedentia
9 retractum ratione sanguinis vel vicinitatis? In † qua dubitatione partem negatiuam amplexi fuerunt Nauar. *in suo Commentar. de vsur.num.* 127.*qu.*44. *&* Ludou. Molina, *in suo tract. de contract.par.*2.*disput.*394 *num.* 8. tum ne aperiatur via eludendi constitutionem iuris congrui,& fraudandi proximos consanguineos, & vicinos laterantes suo æquissimo iure prælationis,
10 tum † quia in dubio non præsumitur Princeps velle præiudicare iuribus tertij. *l.* 2. §. *merito*, *ff. ne quid in loc. public. cum vulgar.* Quam sententiam amplexa fuit Rota *in vna Romana Domus*, 22. *Iunij*, 1611. *coram* Illustrissimo Lancellotto, *quæ est post tract. decis.*306. *per tot. & signanter num.* 4.*&* 5. [*& in vna Romana retractus* 29. *Iun.* 1629. *coram* R. P. D.Merlino *quæ est decis.* 466.*vers.aliunde quoque motiuum post tract.*] *& confirmat* Scacc.*in suo tract.de Commer.* §. 1.*qu.*1.*numer.*245.*vers. Secunda difficultas est.* [Gratian. *discept. for. tom.*4.*cap.* 742.*num.*60.*& seq.* vbi dicit ita sæpius fuisse obseruatum, & à tali obseruantia non esse recedendum *l. si de interpretatione l.minimè, ff. de legib. & latissimè tom.*5.*c.* 885.*num.*1.*cum multis seqq.vsque ad num.* 12.*vbi num.*9. *de nobis mentionem facit.*

Quæ rationes non videntur sublatæ ex iis quæ considerauit Boccac. *in suo tract.de censib.part.*2.*numer.* 63. Quia licet Constitutio præfata *Pij V.* concedens domino census dictum priuilegium prælationis sit vni-
11 uersalis, † debet tamen ita intelligi, vt non inferatur præiudicium iis qui haberent ius potentius ex statuto, consuetudine, vel aliunde, vt dixit Rota *in d.Romana Domus, numer.*5.& ne ex ea inferatur præiudicium iuribus alteri quæsitis, ita suadente regula, *de non tol-*
12 *len. iure quæsito*, † quæ præseruat ius quomodolibet quæsitum, Cæsar.de Graff.*decis.* 1. *num.* 2. *de verbor.sig-*
13 *nific.* & † cui est expresse, & in specie derogandum, *Idem* Cæsar.*decis.*3.*de Rescript.& d.decis.*1.*de verbor.significat.num.*10.Put.*dec.*265.*num.*2.*& seq.lib.*2. Nec repugnat quod ius istud competens consanguineis, & vicinis non videatur radicatum, & perfectè acquisitum
14 de præsenti,sed potius conditionale,† in quo non habet locum dicta regula de non tollendo iure quæsito. Rotn.*cons.*256.*in fine*, Paris.*cor.*82.*numer.*37.*lib.* 4. Gigas *cons.*127.*numer.* 14. Put.*decis.*264.*numer.*2.*lib.*2.Rota *diuers.dec.* 966. *part.* 3. quoniam respondetur, quod immo ius istud competens proximioribus consanguineis, & vicinis est purum, radicatum, & non conditionale, licet effectus illius sit ad certum casum dilatus, vt dicitur de donatione inter viuos, cuius executio, & effectus reiicitur ad casum futuræ mortis donantis, † quæ non propterea desinit esse donatio pu- 15
ra, & irreuocabilis inter viuos. Glos. *in l.fi. C. de pact.* *late* Soc.sen.*cons.*53.*per tot.lib.*1.Dec.*cons.*655.*numer.*11. qui alios allegat. [Sed posset dubitari an si plures sint domini vnius census super fundo impositi possit vnus dumtaxat vti dicto priuilegio prælationis in venditione dicti fundi, & partem affirmatiuam amplectendam esse existimo, quia cùm census imponatur in solidum super toto fundo, non autem super aliqua parte illius, *vt dixit* Rota *in illa Romana census* 30. *Octobris* 1602. *coram* Illustrissimo D. Cardinale Mellino *quæ est post tract.dec.*1.*num.*3.*& nos diximus infra in tract. par.* 3. *capit.* 1. *qu.*3.*art.*2.*nunc qu.*104.*num.*4.6.*& seq.* Et proinde cùm vnus ex hæredibus domini census habeat ius in qualibet parte dicti fundi, volens in venditione dicti fundi censiti ex facultate sibi concessa per Bullam Pij V. præferri cuicumque emere volenti videtur omninò audiendus, vt in simili in vno ex hæredibus domini directi fundi emphyteutici,prætendente se præferri in venditione totius dicti prædij fuisse resolutum testatur Mastrill. *decis.Sicil.*199.*num.* *& seqq*]

Sed quæri potest an aliqua dari possit cautela per quam dominus census ab huiusmodi priuilegio prælationis excludatur. In qua difficultate breuiter, & 16
concluſiuè procedendo, videtur quod † domino census possit facili negotio auferri ius istud per indirectum si redimatur, & extinguatur census antequam res supposita vendatur Cùm enim domino census hoc ius competat ex eo quod habeat dictam rem quodam nexu sibi obligatam, vt diximus supra *art.*1. extincto; 17
† & redempto censu res ipsa censuata liberatur à dicta obligatione, *l.item liberatur, & ibi glos.ff.quib. mod.* *pign.vel hypoth. solu.* Neguſ. *in suo trac. de pignor.par.*6. *membro* 2.*n.*11.Ruin.*cons.*178.*lib.*1.Et per consequens 18
dominus census amittit omne ius quod sibi mediante illa hypotheca competebat, cùm cessante causa debeat etiam cessare effectus, *c.cum contigat,ext.de appell.* & ita hanc dubitationem resoluit Nauar.*in d.suo Commentar.de vsur.n.*127.*qu.*43. *& sequitur* Boccac. *in d.suo tract.de censib.part.*2.*num.*61.

SVMMARIA.

1 *Dominus census possidens fundum censitum, si ille vendatur ab illius domino non facta denunciatione,potest illum retinere.*

2 *Dominus census potest fundum censitum ipso non denunciato venditum, ab emptore retrahere.*

3 *Ampliatur, vt possit retrahere à quocunque etiam secundo, vel vlteriore emptore secundum aliquos,* num.3.

Contrarium volunt alij, & placet Auctori, num.7. & seqq.num.13.

4 *Venditio fundi censiti facta pretermissa denunciatione non dicitur perfecta.*

5 *Immo est nulla, & irrita.*

6 *Vendens rem cum pacto de redimendo concepto in rem & verbis directis, potest illam retrahere à quocunque tertio emptore.*

Contrarium,alij, num.11.

Prima procedit, quando pro obseruantia pacti fuit hypothecata res vendita, num.32.

8 *L.non dubium, C. de legib. limitatur 1.quando actus reprobatur tantum de iure speciali.*

9 *L.non dubium, C. de legibus, procedit tantum quan-*

do lex procedit prohibendo.

10. *Bulla Pij V. super censibus in vers. contractúsque sub alia forma, &c. Intellectus.*

[*Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.*

Quæ fuerunt post contractum perfectum non sunt de forma contractus, & num. 47.

Forma non inducitur ex omnibus verbis legis, sed tantum ex iis, quæ respiciunt substantiam.

Bulla Pij V. super censibus in §. vbi autem vendenda dat tantum prælationem domino census non autem transfert dominium ante solutionem pretij.

Retrahens fundum censitum venditum omissa denunciatione non facit fructus suos, nisi restituto pretio, vel illo legitimè depositio.

11 *Dominus census potest agere ad interesse contra dominum fundi qui illum vendidit non facta denunciatione, quando non potest illum retrahere à possessore.*

12 *Dominus census retrahens fundum censitum à possessore, potest in pretio computare pretium census, secundum aliquos.*

Contraria sententia est verior, num. 15.

13 *Bulla Pij V. concedens domino census retractum fundi censiti venditi non facta denunciatione est exorbitans.*

14 *Debet intelligi vt iacet, nec extenditur.*

15 *Dominus census retrahere volens non tenetur deponere pretium.*

16 *Nec potest expellere colonum.*

17 *In retractu debet restitui totum, & integrum pretium erogatum.*

20 *Retrahere volens, tenetur soluere iustum pretium.*

21 *Retractus qui sit ex Bulla Pij V. regulatur à retractu, qui sit iure consanguinitatis, vel vicinitatis.*

22 *Actum faciens censetur se alligare legibus loquentibus de illo actu.*

23 *Retractus qui conceditur ex Bulla Pij V. potest fieri non solum quando res fuit vendita.*

24 *Verum etiam quando fuit data in solutum creditori.*

Datio in solutum non comprehenditur sub statuto loquente de venditione.

Limit. 1. *si detur species pro quantitate.*

Limit. 2. *In datione voluntaria.*

Lim. 3. *In quacunque alienatione facta titulo oneroso, vel saltem non lucrativo.*

Ius retractus procedit etiam in datione in solutum voluntaria.

Iura personalia cedi non possunt.

Singularis numerus non verificatur in pluribus.

Limit. *si in omnibus vigeat eadem ratio.*

Verba sunt intelligenda de prima vice.

Limit. *in dispositione generali, vel indefinito.*

Maximè si concurrat identitas rationis.

Ius retrahendi fundum censitum non denunciato domino census competit omnibus, qui census domini sunt.

Ius istud non est mere personale, sed competit ob ius reale, quod dominus census habet super fundo censito.

Cessionarius census fit illius dominus.

Et habet in fundo censito idem ius quod habebat primus illius emptor.

Verba legis cui conueniunt conuenit etiam illius dispositio.

Indefinita legis æquipollet vniuersali.

Constitutionis natura est vt sit vniuersalis alias est imperfecta.

L. bones §. hoc sermone ff. de verb. sign. non procedit in dispositione legis.

Maximè si ratio quæ est in prima actu militet etiam in aliis.

25 *Retractus qui sit ex beneficio Bullæ Pij V. habet locum etiam in venditione facta à Iudice ad hastam Iudiciario nomine.*

Intellige quando Iudex vendit alicui tertio licitanti secus si rem illam addicat creditori, num. 28.

26 *Venditio facta à Iudice censetur perinde ac si esset facta ab ipsa parte.*

27 *Venditio quæ habet principium voluntarium, licet fiat à debitore coacto per Iudicis sententiam, dicitur voluntaria.*

29 *Bulla Pij V. loquens in venditione fundi censuati non habet locum in additione, & datione in solutum facta à Iudice.*

30 *(Habet locum etiamsi dictus fundus detur in emphyteusim, vel locationem perpetuam, &* num. 35. *vers. vnde.*

31 *Lex exorbitans est strictè intelligenda.*

32 *Emphyteusis, & locatio perpetua dicitur alienatio.*

33 *Locatio ad longum tempus comprehenditur sub prohibitione alienationis.*

34 *Dominium saltem vtile transfertur per locationem ad longissimum tempus.*

35 *Retractus habet locum in bonis datis ad locationem perpetuam, &* num. 37.

36 *Locatio cum pacto francandi transfundit contractum locationis in contractum venditionis.*

37 *Fundus census de iure communi vendi potest etiam irrequisito domino census.*

38 *Bulla Pij V. concedens prælationem domino census, quod non concedat ius retractus volunt aliqui.*

39 *Nisi specificè, & expressè sit deductum in pactum.*

40 *Contrarium tenet Auctor, cum Rota ob identitatem rationis.*

41 *Alienatio rei Ecclesiastice facta sine solemnitatibus est in statu validitatis, donec Ecclesia agat ad nullitatem.*

42 *Alienatio facta de re emphyteutica sine consensu domini directi est in statu validitatis antequam dominus directus declarat caducitatem.*

43 *Dominus census recipiens annuas responsiones ac eo qui emit fundum censitum ipso non denunciato venditum, sibi non præiudicat quod ad Ius retrahendi.*

Limita, *vt infra* num. 67.

44 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*

45 *Retractus, qui conceditur iure sanguinis, circumscripto statuto, aut consuetudine, potest quandocunque peti.*

46 *Mensis concessus domino census ad declarandum, an velit præferri in emptione rei censitæ incipit à die denunciationis sibi factæ.*

47 *Census à statuto, vel constitutione non decisus remanet sub dispositione iuris communis.*

48 *Scientia domini census, quod fundus censitus fuerit venditus, non excludit necessitatem faciendi illius denunciationem.*

49 *Forma non potest dici quæ debet interuenire post contractum sed est solemnitas.*

50 *Omissio solemnitatis, quæ non debet interuenire in ipso actu, non vitiat.*

51 *Venditio fundi censiti facta, omissa denunciatione domino census non est nulla, sed imperfecta.*

52 *Ratificatio venditionis census inducitur ex receptione fructuum illius de manu emptoris.*

53 *Stipulationes tot censentur, quot sunt res, quæ deducuntur in stipulationem, &* num. 106.

54 *Renunciatio est strictæ iuris, & non extenditur.*

55 *Renunciatio non inducitur, nisi quatenus de necessitate ex actu infertur.*

56 *Ratificatio actus non inducitur, nisi data scientia illius cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus.*

57 *Scientia non obligat, nisi probetur, quod fuerit de*

toto negotio, & omnibus illius qualitatibus, & conditionibus.

58 *Retractus non potest intentari, nisi in necessariam antecedentiam præsumatur approbatus contractus venditionis.*

59 *Approbatio actus præsumitur facta sine præiudicio iurium eius vigore competentium.*

60 *Ratificatio non inducitur de eo, quod non est gestum nomine ratificantis.*

61 *Limita in præiudicium ipsiusmet ratificantis.*

62 *Ratificatio non extenditur vltra quam ex ipso actu de necessitate infertur, &* num. 67.

63 *Renunciare iuri suo nemo velle præsumitur.*

64 *Maximè vbi capi potest alia præsumptio, & coniectura.*

65 *Renunciationis præsumptio, vt excludatur omnis capi debet interpretatio.*

66 *Solutio præsumitur facta ex causa precedentis obligationis.*

67 *Renunciatio non præsumitur facta, nisi expressè dictum sit.*

68 *Dominus directus recipiens solemniter canonem ab eo, qui emit rem emphyteuticam, siue eius consensu, censetur remittere caducitatem, & cur,* num. seqq.

69 *Dominus directus contra eum, qui emit rem emphyteuticam absque eius consensu, habet duo remedia; vnum expellendi emphyteutam, alterum recipiendi canonem.*

70 *Remedia, quæ dantur domino directo pro alienatione rei emphyteuticæ ipso inconsulto factæ oriuntur ex diuersis causis.*

71 *Sed ex eodem facto.*

72 *Saltem consecutiuè.*

73 *Dominus directus non potest expellere emphyteutam ob alienationem ipso irrequisito, factam, & simul exigere canonem post alienationem decurrendum.*

74 *Remedium vnum non cessat per electionem alterius quando oriuntur ex principiis diuersis, & separatis.*

75 *Promissio venditoris de faciendo consentire omnem personam interesse habentem, non comprehendit eum, qui habet ius ad retrahendum rem venditam.*

76 *Promissio ista de faciendo consentire, & c. intelligitur de iis, qui habent interesse ex causa de præterito.*

77 *Etiam quod talis promissio sit concepta per verba respicientia eos, qui sunt habituri interesse ex causa de futuro.*

78 *Verba quantumcumque generalia recipiunt interpretationem à natura rei.*

79 *Vendens fundum censitum non tenetur emptori ad damna, & interesse, quæ pateretur ob retractum sequutum ibid. à domino census.*

Venditor non tenetur de euictione sequuta iure retractus.

80 *Euictioni vbi locus non est, ibi nec etiam refectioni damnorum, & interesse.*

81 *Melioramenta an sint reficienda emptori, à quo retrahuntur bona illi vendita, difficilis est difficultas.*

82 *Retrahens fundum tenetur reficere omnia melioramenta facta antequam moueretur lis super retractu.*

83 *Melioramenta vtilia, & necessaria sunt reficienda bona fidei possessori.*

84 *Melioramenta facta ab emptore rei Ecclesiæ sine solemnitatibus antequam sibi moueretur lis, super nullitate emptioni sunt omnia ei reficienda.*

85 *Retrahens fundum venditum debet reficere melioramenta necessaria etiam facta post motam litem super retractu.*

86 Limita *in melioramentis vtilibus, &* num. 89. & 91.

87 *Mala fides inducitur per litis contestationem.*

Immo per solam iudicialem interpellationem. eodem num. 87.

88 *Meliorata bona, qui scit esse aliena est in culpa.*

89 *Melioramenta consistunt vel in faciendo de nouo vel in reficiendo.*

90 *Melioramenta vtilia consistentia in faciendo de nouo non sunt reficienda ei, à quo bona meliorata retrahuntur.*

91 *Melioramenta consistentia in reficiendo non sunt reficienda, sed potest meliorans illa eradicare si possint eradi absque læsione fundi meliorati.*

92 Limita. *nisi dominus retrahens velit illa soluere quantum valerent eradicata.*

93 *Sublimita si dicta melioratio dominum soli magis oneret, quam prosit fundo meliorato.*

94 *Melioramenta quando dicantur excessiua, & onerosa Iudex declarat.*

95 *Melioramenta facta post litem motam quæ non possunt tradi absque læsione fundi meliorati, non debent refici, neque solui.*

96 *Dominus census retrahens fundum censitum, eo non denunciato venditum, ad quæ melioramenta teneatur?*

97 *Melioramenta facta ab emptore fundi censiti sunt reficienda, vel soluenda respectiuè non à venditore, sed à domino census retrahente.*

98 *Locupletari aliquem cum aliena iactura æquum non est.*

99 *Dominus census in venditione fundi censiti debet præferri omnibus, & illi debet fieri venditio cum eisdem qualitatibus, & pro pretio, quod ab aliis reperitur.*

100 *Melioramenta augent pretium rei meliorata.*

101 *Dominus census volens retrahere fundum censitum venditum vnico pretio cum aliis bonis, quæ sunt pars, vel membra illius, vel illi sunt ratione accessionis, vel officij coniuncta non potest illum retrahere, nisi retrahat alia bona.*

102 *Amplia etiamsi dictus fundus fuerit venditus cum omnibus bonis debitoris.*

103 Limita. *si aliter consentiat emptor dictorum bonorum.*

104 *Venditio plurium rerum, quæ ad inuicem sunt coniuncta ratione officij, vel accessionis facta vnico pretio, vnica dicitur venditio.*

105 Limita *quando res vendita sunt omnino distincta, & separata.*

106 *Legata tot censentur quot sunt res legatæ.*

107 *Dominus census volens retrahere fundum censitum venditum vnico pretio cum aliis bonis, quæ sunt distincte, & separata, potest illum solum retrahere.*

Amplia etiam, quod dictus fundus sit venditus cum omnibus bonis debitoris census. num. 110.

Limita si emptor dictorum bonorum nolit pati retractum solius fundi censiti. d. num. 110.

108 *Ius retrahendi est reale, & afficit rem retrahibilem, & non aliam.*

111 *Beneficium mihi à lege concessum non potest alieno facto à me auferri.*

112 *Conditio iniqua non potest alteri per alterum inferri.*

113 *Pretium fundi censiti cum aliis rebus vnico pretio venditi debet à Iudice declarari, & quomodo.*

114 *Venditio cum pacto redimendi est vera, & perfecta venditio.*

115 *Emptor cum pacto reuendendi, pendente termino, facit fructus suos.*

116 *Ius prælationis concessum per Bullam Pij V. competit ei qui emit censum cum pacto reuendendi.*

117 *Retrahere potest vicinus, vel consanguineus qui emit rem cum pacto de retrouendendo.*

118 *Retrahendi ius an competat non solum primo emptori census, sed etiam eius cessionariis, vel aliter effectis dominis census affirmatiuè* num. 122.

119 *Retractus est ius personale nec à persona dimelli*

poteſt declara, vt num.123.

120 *Numerus ſingularis, non adaptatur ad plures, ſed quando,* num.128.

121 *Verba quando comprehendant tantum primum dominum.*

124 *Retractus ius competit etiam ei qui acquiſiuit dominium cenſus mediante ceſſione illius ſibi facta.*

125 *Dominium cenſus acquiritur etiam ei cui à primo domino etiam titulo ſingulari fuit conceſſus.*

126 *Ceſſionarius cenſus etiam vlterior conſequi debet fructus, & efficitur dominus.*

127 *Legis diſpoſitio conuenit ei, cuius verba conueniunt.*

129 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*

130 *L.bouem.§.hoc ſermone ff.de verb.ſignif.intellectus, &* num.132.

131 *Conſtitutionis natura eſt vt ſit generalis.*

De iure Retractus quod dominus cenſus habet contra emptorem fundi cenſui ſuppoſiti.

QVÆSTIO LXVI.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 1. ar. 4.

DIximus ſupra art.ab hinc 2.fuiſſe per Pium V. *in ſua Bulla ſuper cenſib.* pro forma conſtitutum, quod ſi dominus fundi oneri cenſus ſuppoſiti illum vendere velit, teneatur de neceſſitate denunciare domino cenſus futuram venditionem cum omnibus ſuis conditionibus, & qualitatibus.

1 Ex qua concluſione infertur, quod † ſi prætermiſſa dicta denunciatione fundus cenſitus venditus fuerit, ſi dominus cenſus illum ex alia cauſa poſſideat, poſſit eum retinere, & emptorem repellere vt fuit reſolutum in Rota *coram* Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 16. *Iunij*, 1609. *in illa Romana Vinea; quæ eſt impreſſa poſt tract.deciſ.*158.*num.*1.*& ſeqq. & in illa Romana prælationis coram* R.P.D. Dunozet 2. *Aprilis*, 1618. *quæ eſt ibid.deciſ.*308.*num.* 1.[Et licet Rota à reſolutione facta in d. deciſione *in cauſa Romana prælationis.* 2. *Aprilis* 1618. coram eodem Dunozet, *& quæ eſt poſt trac.dec.*308. receſſerit die 10.Decembris eiuſdem anni coram eodem, vt in deciſione impreſſa poſt *tractat. deciſ.*369.Id tamen accidit, quia compertum fuit, quod cenſus ille, cuius vigore in priori deciſione, conceſſa fuerat prælatio, iam erat extinctus, & ideò illo ceſſante, ceſſabat etiam priuilegium prælationis, quod eius contemplatione dabatur.] Si autem † dominus cen-

2 ſus fundum illum non poſſideat, ſed ex contractu venditionis fuerit ad alium tranſlatus poſſit ab illo vigore huius Pianæ Conſtitutionis retrahere, vt declarauit *eadem* Rota *coram* Seraph. *deciſ.* 1474. *ſub numer.*1. *verſ.neque obſtat, & coram* R.P.D.meo Vbaldo, 10. *Maij*, 1614. *in vna Romana retractus domus, quæ eſt ibidem dec.*159.*per tot.*

De hac facultate retrahendi eſt in hoc articulo diſſerendum, & circa illam ſunt aliquot Quæſtiones diſſoluendæ.

Prima eſt, An ius iſtud retrahendi poſſit exerceri non ſolum contra primum, ſed etiam contra ſecundum, & vlteriorem emptorem rei ſuppoſitæ oneri cenſus, quando in prima, vel aliis ſequentibus venditionibus fuit prætermiſſa requiſita denunciatio.

3 In hac difficultate † videtur ſentiendum ius iſtud poſſe exerceri contra quemcumque dictæ rei emptorem [vt in retractu qui fit iure ſanguinis per multa concludit Tiraq. *de retr.lignag.*§.12.*glo.*1.*num.*2.] cùm enim venditio præfata præſupponatur facta præter, & contra formam dictæ Pianæ Conſtitutionis omiſſa denunciatione, videtur † quod non fuerit perfecta, 4 vt declarauit Rota *coram* Seraph.*deciſ.*1474.*numer.*2. *in fine.*Immo quod ſit † nulla, & irrita, vt conſiderauit 5 Ludou.Molina, *in ſuo tract.de contract.part.*2. *diſp.* 372. *num.*6.*verſi.quando autem per regulam, l.non dubium; C. de legib.à quo non videtur diſſentire* Felician.de Sòlis, *in ſuis Commentar.de cenſib.tomo* 1.*lib.*1.*cap.*10.*nu.*9. Venditione autem nulla exiſtente non poteſt ex ea ſequi aliquis effectus excluſiuus domini cenſus, quo minus contra quemcumque emptorem dictæ rei, nulliter venditæ vti poſſit iure ſuo prælationis, quia quod nullum poteſt operari Iuris effectum, *l. non putauit,*§. *non quauis, ff.de bon. poſſeſſ.contrab.*& hæc opinio videtur quod poſſit confirmari ex alia Doctorum traditione, quæ † eſt quod in vim pacti de retrouendendo poſſit 6 primus venditor à ſecundo, vel alio emptore rem vendicare, maximè quando pactum fuit conceptum in rem, & verbis directis.Boer.*deciſ.*182.*numer.*48.Couar. *var.reſolut.lib.*3.*cap.*8.*ſub num.*3.*verſ. hinc apparet* Caſſan.*conſ.*63.*& probat* Felician.*d.numer.*9. *verſ. & quamuis.*

Mihi † tamen hæc opinio vndequaque non proba- 7 tur.Cùm enim *Pius V.*in dicta ſua Conſtitutione non procedat annullando venditionem aliter factam, immo nec prohibeat quidem venditionem fieri abſque denunciatione, ſed dumtaxat ſtatuat, & præcipiat denunciationem fieri, non videtur quod ex ea inferri poſſit, quod venditio aliter facta ſit nulla, & inualida. Nec repugnat regula, *d.l.non dubium*, quoniam habet multas limitationes, & ad propoſitum noſtrum vna eſt, † vt non habeat locum quando actus reprobatur 8 de iure ſpeciali, ſed tantum procedat, quando annullatur de iure communi. Bal.*in l.*1.*C.ſi aduer.vendit. cum aliis allegatis à* Socin.iun.*conſ.*47.*nu.*16.*lib.*3.Sed venditio fundi cenſui ſuppoſiti facta non præcedēte denunciatione de qua ſupra non reprobatur, neque annullatur ex aliqua cauſa oriente à iure communi, ſed per dictam Conſtitutionem *Pij V.* iure quodam ſpeciali introducto fauore domini cenſus, vt diximus *ſupr. hac eadem quæſtione artic.*1.merito, &c.

Altera eſt limitatio † vt habeat locum dumtaxat, 9 quando lex procedit prohibendo, ita probat *tex.in l.ſi. ad ſin.iuncta, l.præcedenti*, & ibi hoc ponderat ſolus.Salic.*C.de ſentent.ex breuic.recitan.* Alex.*conſil.*24.*numer.*3. *lib.*4.Fely. *in cap.ſicut, ſub num.*29. *in verſ.ſecus, quando lex, ext.de ſent.& re iudic.* Iaſ.*in d.l.non dubium, num.* 16. *& 17.verſ. limita iſtam regulam* Alexand. Trentacinq. *variar.reſolut.vol.*1.*lib.*3.*in tit.de cenſib.reſolu.*1. *num.* 4. *verſ.contra hanc, poſt hæc ſcripta viſus, qui iſtos allegat, & optimè declarat.* Corn.*conſ.*203.*num.*9.*lib.*3.Tiraq.*de retract.lignag. in præfat. ſub num.*3 t.Iaſ.*in l.*1.*numer.*10.*ff. de liber. & poſth.* vnde non poteſt vſurpari in caſu noſtro in quo dicta Piana Conſtitutio non diſponit prohibendo vt dictum eſt.Nec refert quod Pius V. *ibi ad finem Bullæ in verſic.contractúſque ſub alia forma poſt hac celebrandos*, &c. fœneratitios iudicari mandet contractus cenſuum ſub alia, quam ibi tradita forma, celebratos, & per conſequens videatur prohibere ſub pœna nullitatis, quod contractus venditionum fundi cenſiti non fiant abſque denunciatione, quam ſupra eſſe faciendam de neceſſitate diſpoſuerat. Licet Surd. *conſ.*282.*num.*4.*& ſeqq.lib.*2. *&* Aluar.Valaſch. *Conſul. tomo* 1.*conſult.*133.*maximè num.* 3.*& ſeqq.num.*16. ſentiant omnia diſpoſita in *d. Bulla* tendere ad inducendam formam ſubſtantialem contractus cenſualis, & omnia ibi diſpoſita requiri copulatiua pro forma ſubſtantiali dicti contractus, verior tamen videtur ea opi- 10 nio, quoniam mens † & intentio Papæ *in d. verſ. contractuſque, &c.* fuit annullare, & declarare fœneratitios illos contractus, qui in poſterum celebrarentur contra ea, quæ ſunt de ſubſtantia contractus cenſualis, de quibus dictum eſt *ſupra hac part.*2.*c.*1.*qu.*3.*art.*1.

nunc q.53. non autem illos, qui celebrarentur contra ea, quæ sunt natura, & accidunt dicto contractui, prout est denunciatio de qua agimus, quæ non respicit formam, & substantiam dicti contractus dum in esse deducitur, & census ipse constituitur, & venditur, sed accidit postquam census est constitutus, & ad alium translatus, [quod bene comprobatur ponderando verbum celebrandos quod referri non potest, nisi ad tempus verbi, *Lin delictis §. si extraneus, ff. de noxal.* ea autem quæ post contractum perfectum contingere possunt, non dicuntur de forma contractus. Angel. *cons. 36. n. 2.* Non enim omnia verba legis sunt de forma, sed ea tantum quæ respiciunt substantiam actus, de quo lex loquitur. Anch. *cons. 159. numero 1. vers. tertioptime, & cons. 425. num. 2.* & in terminis huius Bullæ dicit Guttierez. *pract. quæst. lib. 2. c. 176. sub num. 3. vers. 5. & n. 5.*] Et quod talis ibi fuerit mens, & intentio Papæ dixit Rota *coram* Seraph. *decis. 1431. num. 3. part. 2. & coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio. *26. Junij 1600. in illa Bononien si census, quæ est impressa post tract. decis. 116. n. 4. & sensit coram* R. P. D. Manzanedo, *12. January, 1607. in illa Ravennaten si Salviani Interd. quæ est ibidem decis. 126. num. 9. vers. ultra prædicta.* Nam vt diximus *sup. hac 2. par. cap. 1. quæst. 3. art. 1. num. 30.* duo facit Pius V. *in d. sua Bulla.* Primum, dat formam contractui census. Secundum, improbat non nulla pacta, & prohibet ne illa in dicto contractu inserantur. In *d.* autem *vers. contractúsque sub alia forma*, respexit ad ea quæ [voluit requiri pro forma substantiali contractus non autem ad ea] quæ tendunt ad reprobationem pactorum, vt voluit Rota *coram* Reuerendissimo Coccino Decano, *in illa nullius, seu melinicen si census, 26. May, 1614. quæ est post tract. decis. 146. num. 6. & in eadem causa* coram eodem *16. Martij, 1615. quæ est ibidem decis. 147. num. 2. & nos diximus d. art. 1. n. 35. aliorum auctoritate.*

Non obstant rationes, & argumenta considerata per *Surdum & Valasch* quoniam illis benè, & latè respondet Sigism. Scaccia *in suo trac. de Commerc. §. 1. quæst. 1. num. 245. vers. tertia difficultas, & infra* quem indicasse sufficiat. Nec etiam refragari videtur, quod pactum de retrouendendo possit exerceri contra secundum, & alium vlteriorem emptorem, quoniam † præterquam quod negatiuam sententiam amplectitur Crau. *cons. 12. num. 7. & alij multi relati ab eo cons. 201. n. 1. & seq. lib. 1. & à* Boër. *d. decis. 182. n. 18. & seqq.* dicitur etiam quod affirmatiua † opinio posset habere locum, quando pro obseruantia dicti pacti fuisset hypothecata res ipsa vendita generaliter, vel specialiter, quoniam dicta hypotheca maximè si sit specialis, impedit dominij translationem, vt fuit dictum *supra hac ead. quæst. art. 1.* Sed ad fauorem domini census nullibi reperitur quod res censui supposita sit specialiter quidem hypothecata in casu, quo illa venderetur omissa denunciatione, sed dumtaxat pro solutione census, & pro immunitate fundi suppositi, meritò, &c.

Quamobrem in eam venio sententiam quod dominus census ob alienationem rei censitæ secundâ vel alia vice factam sit exclusus à beneficio retractus, & quod non possit ius prælationis sibi ex Bulla *Pij V.* concessum contra tertios emptores exercere, sed quod † dumtaxat sibi saluum ius agendi ad interesse contra primum impositorem census, qui rem censui suppositam denunciatione prætermissa vendidit, *arg. l. qui tibi, C. de hæred. vel act. vend. & l. qui ancillam, C. de pact. empt.*

Vel possumus hanc difficultatem definire ex iis quæ latissimè cumulauit Card. Mantica, *in suo trac. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 32. qui per multos numeros à n. 44. vsque ad num. 97.* examinat an, & quando pactum de redimendo possit exerceri contra tertios possessores.

Cæterum admissa pro vera opinione affirmatiua quod dominus cēsus possit rem censui obnoxiam ipso non denunciato venditam retrahere etiam à secundo vel vlteriore illius emptore. Alia suboritur difficultas, an in retractu faciendo possit dominus census ad computum pretij bonorum retrahendorum cōputare quidquid erogauerat in emptionem census, & quidquid ipse consequi debet occasione fructuum dicti census decursorum & non solutorum. In qua indagatione videtur prima consideratione verior † pars affirmatiua ne alteram sententiam sequentes incidamus in alterum ex duobus absurdis, & inconuenientibus, scilicet, vel quod census sustineatur super sola personali obligatione, quod esse à contractus censualis substantia omnino alienum fuit demonstratum *supra par. 1. c. 3. qu. ft. 1. art. 6. nunc q. 34.* Quoniam cùm dominus census retrahendo fundum censitum efficiatur illius dominus, non potest fundus ille remanere obligatus pro solutione census ad suimet fauorem cùm res propria nemini possit esse obligata, *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* & per consequens census deberetur, & solueretur ex sola personali obligatione; Vel quod ius illud, & facultas retrahendi, quæ per dictam Pianam Constitutionem fuit concessa, fauore domini census, vt fuit dictum *supra hac ead. q. art. 1.* in illius odium, & præiudicium retorqueretur contra regul. *l. quod fauore, ff. de leg.* quia ex eo quod census super sola personali obligatione consistere non potest redigeretur ad purum, & simplex mutuum, & creditum, & forsan cum maxima difficultate illud exigendi.

Contraria tamen, & negatiua opinio mihi magis placet; Cùm enim dicta Constitutio *Pij V.* † sit exorbitans à iure communi, vt pote tollens primo dicti fundi emptori libertatem emendi, & restringens facultatem liberam de re propria disponendi & in quemcumque illam liberè alienandi, vt de iure cuilibet permissum est de re sua, *l. inuitam, C. de contr. empt. l. nec emere, C. de iure deliber.* vt per hanc rationem talem iudicauit dictam Bullam Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *10. Maij, 1614. in illa Romana retractus domus quæ est impressa post tract. decis. 159. numero 3. & in eadem causa coram eodem. 15. Decembris eiusdem anni; vt ibidem dec. 71. num. 6.* est † accipienda vt iacet, & non extendenda vltra quam loquatur *l. si verò, §. de viro, ff. sol. matr.* & ob hanc rationem, quia Bulla non disponit dicebat Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *31. Januarij, 1601. in illa Romana vineæ, quæ est ibidem dec. 157. num. 2.* dominum † census volentem retrahere fundum suo censui suppositum alteri venditum non arctati ad faciendum depositum [Quod tamen declarandum est, vt procedat dumtaxat ad effectum consequendi prælationem *in quibus terminis loquitur dicta decisio coram* Illustrissimo Cardinali Mellino *in illa Romana vineæ 13. Januarij, 1601. quæ est post tract. dec. 157. num. 2. vt declauit eadem* Rota *coram eodem causa 11. April. 1603. quæ est ibid. dec. 326.* secus autem ad effectum, vt volens retrahere possit acquirere fructus dicti fundi, quos non acquirit etiam quod litem contestatus fuerit contra emptorem, nisi vel pretium realiter, & cum effectu soluerit, vel fecerit depositum reale, & actuale, vel saltem verbale casu quo dictus emptor pretium recipere recusaret, vt dicit Rota *d. dec. 3.* ea ratione, quia Bulla præfata dat solum prælationem domino census in emptione fundi subiugati non autem transfert illius dominium ante solutionem pretij. & per consequens neque etiam sequi potest acquisitio fructuum, qui dominium sequuntur; *l. si dominium, C. de pignor. l. 2. & l. 3. C. de pign. act. & diximus ad præcedentem art. in add. n. 1.*] & pro hac opinione satis videtur facere id quod dicebat Cardin. *Mantic. in d. suo tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 10. num. 36.* quod cum dicta Piana Constitutio simpliciter velit, quod † dominus census venditione rei censui suppositæ præferatur, & non dispo-

nar quod res illa ad eum transeat sine onere, si eam erunt non poterit expellere colonum habentem pro obseruantia locationis rem illam sibi hypothecatam, reddens rationem, quia cùm dicta Bulla sit exorbitans iure communi debet intelligi, vt minus illud corrigat, quam sit possibile, *c. cum dilectus, ex. de consuetud. iuncta l. si debitor, C. de distract. pignor.* Ex quibus videtur concludendum, quod Constitutio præfata debeat in proposito articulo interpretari, vt det facultatem domino census quod retrahat à quibuscumque etiam secundis, & vlterioribus emptoribus, non autem quod in retractu cogere possit eum à quo retrahit vt ad compurum pretij computet id quod ipse impenderet, & erogauerat in emptionem cēsus nec fructus decursos, & non solutos, vt in puncto dixit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, 10. *Martij, & 15. Decembris* 1614. *in illa Romana Retractus, domus quæ sunt in fine tract. & decis. 71. num. 7. dec. 159. num. 3.*

Licet enim hoc fortè posset desiderare, & prætendere dum ipse in prima venditione vult alteri præferri, & negotium agitur inter dominum census, & eum qui illum imposuit, & constituit; videtur tamen absurdum dicere quod hoc illi concedatur postquam venditio habuit effectum, & fundus censitus transiuit ad manus plurium personarum, quæ integrum dictæ rei pretium venditoribus persoluerunt, nam si eo casu dominus volens retrahere non teneretur soluere totum, & integrum pretium in pecunia numerata ei à quo retrahit, sed posset cum pretio compēsare quidquid ipse erogauit in emptionem census, ac fructus illius decursos, & sibi non solutos, maximum sequeretur absurdum, quod tetractus non fieret cum iisdem conditionibus quibus venditio facta fuit, prout faciendum esse supra deduximus. Nam ille à quo res illa retrahitur non reciperet totum, & integrum pretium, quod ipse dum eandem emit realiter, & cum effectu erogauit, prout † restituendum esse pluribus docet Tiraq. *de Retractu lig. ag. §. 1. Glos. 16. num. 1. & seq.* sed reciperet illud diminutum, & consequenter iniustum, & sic non
20 satisfieret regulis retractus, quæ disponunt, quod † volens retrahere teneatur soluere pretium iustum Afflict. *in suo tract. de iur. prothom. §. 2. numero 17 & seq.* Marc. Mant. *in eod tract. numero 26.* Balthaz. Benedell. *in simili*
21 *tract. §. in primis num. 62.* secundum † quas regulas esse procedendum in contractu qui fit ex beneficio Bullæ *Pij V.* non obscurè sensit Rota *in d. Romana retractus domus, coram* R. P. D. meo Vbaldo, 10. *Maij*, 1614. *quæ est post tract. decis. 159. num. 3.*

Nec obstant ea quæ supra in contrarium fuerunt considerata, quoniam retracto fundo census, & acquisito illius dominio domino census extingui censum ipsum, & resolui in simplex creditum est de natura contractus censualis, cùm non possit consistere in sola obligatione personali & eo ipso extinguatur, quod fundus suppositus transit in dominium domini census, vt dicemus *infra par. 3. c. 1. q. 4. nunc q. 113.*

Nec videtur habenda in consideratione illa incommoditas, cùm in necessariam consequentiam contingat, & sequatur ac proueniat ex propria ipsius retrahentis voluntate, dum vult desiderium proprium explere emendo fundum censui suppositum, vnde de se ipso, non de alia persona conqueri debet, argum. *c.*
22 *damnamus, de reg. iur. in 6.* nam † faciens actum censetur se astringere legibus loquentibus de illo actu, Bald. *per illum tex. in l. si duo, ff. de acq. hæred. cum aliis allegatis à* Surdo *cons. 298. num. 10. & seq. lib. 2.*

Supra firmata autem conclusio quo dominus census possit rem censitam retrahere, vel à primo tantum emptore secundum opinionem, nostram vel à quocunque etiam secundo, & vlteriore debet ampliari, vt
23 procedat † non solum quando fundus censitus fuit alienatus titulo veræ, & propriæ venditionis, sed etiam quando fuit creditori pro suo vero credito in solutum datus, cum † talis datio in solutum vim veræ venditio- 24
nis obtineat, & venditio dicatur, *l. fin. ff. ex quibus caus. in possess. erat.* Socin iun. *cons. 47 num. 9. libr. 2.* per quam rationem ita firmauit Rota *coram* Illustrissimo Cardin. Ludouisio, 16. *Iunij*, 1609. *in illa Romana vinea, quæ est in calce tract. dec. 158. num. 9. & seqq.*

[Et licet in statuto loquente de venditione non comprehendatur datio in solutum, Menoch. *cons. 76. num. 10. in fin. lib. 5.* Dec. *cons. 18. num. 3.* Ias. *cons. 150. n. 2. vers. secundo, & fortius lib. 4.* Ruin. *cons. 114. numero 9. lib. 1.* Ceph. *cons. 699. num. 33. lib. 5.* Guid. Pap. *decis. 257. in fin.* Crau. *cons. 327. num. 7. lib. 3.* Rimin. Sen. *cons. 569. num. 7. & ibi addent. lib. 3.*

Hoc tamen fallit primo, nisi detur insolutum species pro quantitate debita Soc. Iun. *cons. 47. numero lib. 3.* Ceph. *cons. 159. num. 24. & 25. lib. 2.* Bologn. *cons. 21. num. 3. qui de communi* Gratian. *discep. forens. cap. 544. num. 15.*

Licet contrarium conetur defendere Corn. *cons. 166. num. 17. & infra lib. 2.*

Secundò fallit in datione in solutum voluntaria, *l. eleganter vbi* Bart. Bald. & Castr. *ff. de pignor. act.* Crau. *d. cons. 227. num. 7.* Ceph. *d. cons. 159. num. 26.* Aret. *cons. 32. num. 2. in fin.* Laurent. de Pin. *cons. 67. numero 14. & seqq.* Tiraq. *de retract. lign. ag. §. 1. gl. 14. num. 7. & 8.* Rota *coram* Gregor. X V. *decis. 425. num. 9.*

Tertiò fallit generaliter in quacunque alienatione, quæ fieret ex causa, & titulo oneroso, vel saltem non lucratiuo, Corn. *d. cons. 166. num. 23. lib. 2.* Martius Medic. *examinat. 18. n. 28.*

Et propterea istud ius retractus quod competit vigore Bullæ Pij V. competit domino census non solum si fundus census fuerit verè titulo venditionis ea non denunciata venditus, vt expressè in eadem bulla legitor, sed etiam in datione in solutum voluntarie facta Afflict. *in tract. de iur. prothom. §. 3. num. 16. vers. sed iuxta.* Trentacinq. *post multos quos congerit. cons. 25. n. 4. & infra lib. 2. vbi contrariis respondet* Rota *dec. 184. num 13. part. 1. recent.* & propter eandem rationem in omnibus casibus in quibus datio in solutum venit in statuto sub nomine venditionis.]

Sed dubitari posset, an habeat etiam locum in venditione facta à Iudice iudiciario nomine, [licèt Sigismun. Scacc. *in suo tract. de Commerc. & Camb. q. 1. n. 245. vers.* prima sit opinio post longam disputationem amplectatus, sit negatiuam attamen,] & partem affirmatiua † amplexa fuit Rota *coram eod.* Illustrissimo Car- 25
din. Ludouisio, 19. *Nouemb.* 1604. *in illa Romana Prælationis, quæ est ibidem decis. 156. n. 1.* [Gratian. *discep. for. tom. 1. cap. 544. num. 5. & tom. 4. c. 784. n. 9. cum quinque seqq.*]

Nec refert quod ista non videatur venditio voluntaria, sed necessaria, quia præterquam quod dum Pius V. *in d. sua Constitutione*, concessit hoc ius prælationis, & retractus, id fecit in fauorem domini census, vt diximus *supra hac eod. quæst. art. 1.* & fauor æquè militat si venditio fiat volente domino fundi censuati sicut si eo inuito, vt dixit Rota *in d. Romana prælationis, numero 6.* Respondetur etiam quod cum ipse dominus fundi ab initio debitum sponte contraxerit, venditio † facta à 26
Iudice debet perinde censeri ac si esset facta ab ipso debitore, vt pluribus probat Tiraq. *de Retractu. Lignag. §. 1. Glos. 14. num. 13. & seq.* Et cum venditio † ista 27
voluntariam causam habuerit ipsam quoque licet debitore inuito fiat, voluntariam censendam esse demonstrat Tiraquell. *d. num. 13. in fine*, Cephall. *latè cons. 254. n. 11. & seqq. & cons. 255. n. 2. & seqq. lib. 2.*

Quod tamen Ego intelligendum esse existimo procedere † quando fundus iste censuatus venditur à Iudi- 28
ce non ipsimet creditori ad cuius instantiam sub hasta ponitur, sed alicui extraneo licitanti tanquam plus offerenti ad publica bannimenta, nam cùm † ista 29
Constitutio Piana disponat super venditione facienda,

non

non habebit forte locum in adictione, & datione in solutum facta ipsi creditori. Alex. *consil. 35. per tot. & signanter num. 4. lib. 1.* Afflict. *in suo tract. de iure prothomis. §. 3. numero 36.* Tiraq. *d. Glos. 14. num. 89. &* Balthazar. Benedell. *in d. suo trac. de iur. prothom. in princ. num. 122. vbi ad alios remittit.*

[Contrarium tamen in his terminis voluit Rota *coram* R. P. D. Manzanedo *in vna Sabinensi census 26. Aprilis 1624.* quæ est post *tract. dec. 429. numero 3.* licet enim tradita per Alexand. *& alios hic citatos* procedant in terminis iuris communis, non tamen habent locum in casu proposito iuxta terminos bullæ Pij V. quæ cum loquatur in venditione, habet etiam locum in datione in solutum quia per eam deuenitur ad alienationem: *vt dixit ibi* Rota *ex* Tiraq. *de retr. lignag. §. 1. gl. 14. num. 18.*

30 Quarta subnecti potest dubitatio, An † huiusmodi ius, & priuilegium retrahendi competat domino census aduersus eum, cui fundus censitus non venditus, sed concessus fuerit in emphyteusim & locationem perpetuam. Et licet bulla videatur loqui in venditione, &

31 † tanquam exorbitans à iure communi videatur stricte intelligenda *l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercitor. lib. constitutionis. ff. ad municip.* attamen, cùm ista dubitatio agitaretur in Sacra Rota Romana *coram* R. P. D. Merlino *in causa Romana retractus*, partem affirmatiuam acerrimè defendit *D. Paulus Rannuccius V. I. D. Maceratensis*, & in Romana curia Aduocatus nemini secundus infrascriptis, & aliis fundamentis ex quibus ita fuit resolutum *in* Rota 30. *Marty 1626. coram* R.

32 P. D. Merlino *in Rom. retractus post trac. decis. 524.*] † quia emphyteusis, & locatio perpetua dicitur alienatio. Bart. *in l. codicillis. §. institutio. num. 3. ff. de leg. 2.* Ias. *in l. manumissionis, numero 7. ff. de iustit. & iur.* Alex. *consil.*

33 *104. numero 6. lib. 5.* & † proinde prohibita venditione censetur etiam prohibita locatio ad longissimum tempus Bald. *post* Odofr. *in auth. ei, qui iurat. sub. num. 140. vers. sed an sit venditio. C. de bon. auctor. Iudic. possid.* Alex. *consil. 1. numero. 15. libr. 4.* Ias. *consil. 29. numero 3. vers. ad idem addo multum notab. lib. 1.* Dec. *consil. 204. num. 3. late* Petr. *de fideic. quæst. 8. numero 8. cum multis seqq.* Rip. *in l. filius familias §. Diui. numero 100. in fin. ff. de leg. 1.* Riozz. *de contract. tit. de empt. & vendit. in princ. num. 26.*

34 Quia † per huiusmodi locationem perpetuam, & ad longissimum tempus transfertur fere totum vtile dominium, *l. 1. §. quod autem ff. de superf. l. fin. ff. si ager vectig. vel emphyt. petat. notant scribentes ad cap. ad audientiam.*

35 *de reb. Eccles. non alien.* & † per hanc rationem dicunt Doctor. Ius retractus habere locum in tali locatione. Afflict. *de iur. prothom. in princ. in 8. notab. num. 25. & 26.* Bart. *eod. tract. quæst. 12. dependenti. versic. 2. casu* Benedell. *eod. tract. in prin. constit. numero 283. in fin.* Rendell. *eod. tract. in Verb. per locationem numero 5. fol. 68.* Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 460. num. 39. & seqq.* vbi refert multos, & dicit, ita fuisse in Rota resolutum. Vnde possumus etiam inferre ad resolutionem propositæ dubitationis, quod Ius retractus concessum à Pio V. in dicta sua Bulla habeat etiam locum contra eum, in quem translatus sit fundus censitus titulo perpetuæ emphyteusis, & locationis ad longissimum tempus: cùm, vt sæpius dictum est, disposita in retractu, qui conceditur vigore Bullæ Pij V. domino census, & multo magis; quoniam ratio quamotum fuisse Pium V. ad concedendum hoc priuilegium retrahendi diximus *supra hac eod. quæst. art. 2. n. 3.* æquè militat in emphyteusi, & locatione perpetua, ac in venditione.

Et ista conclusio absque dubio procederet, si talis

36 locatio fieret cum pacto francandi, quod † transfundit contractum locationis in contractum venditionis Crot. *consil. 72. num. 47. & seq.* Ceph. *qui illum allegat. consil. 329. num. 55. cum multis seq. lib. 3.* Tiraq. *de tract. lignag. §. 1. gl. 14. num. 139.* & propterea datur retractus Tiraq. *ibidem* Franc. *decis. 392. in princ.* Vrsill. *ad afflict. dec. 72. num. 10. & seq.* Couar. *variar. resolut. lib. 3. cap. 11. num. 3. ad med. vers. ego verò.* Benedell. *vbi supra num. 168.* Rendell. *mox citato. num. 4.*

Quinta suboritur dubitatio. An si dominus census recipiat terminos census ab eo, qui fundum censitum emerat, censeatur dicto iure retractus renunciasse Puta (quod dictum sit pro tironibus) Titius qui censum imposuerat fundum subiugatum vendidit Sempronio, non facta denunciatione domino census; & emptor sibi accollauit dictum censum, & suscepit in se onus soluendi in posterum domino census annuas responsiones censuales, à quo postquam dominus census sciens dictam fundi venditionem, annuos census recepisset, volebat ab eo fundum censitum vigore dictæ Bullæ late retrahere, & vendicare: opponebat emptor dominum census sibi præiudicasse in iure retractus & illi tacitè renunciasse per receptionem fructuum censualium scienter factam. Quæritur quid iuris.

Pro resolutione huius difficultatis præmittendum est quod licèt aliqui fuerint in ea opinione per dictam Bullam in §. *vbi autem vendenda sit*, &c. dari domino census simpliciter ius prælationis, & propterea cum (*vt diximus supra hoc eod. art. 4. n. 15. & seq.* sit exorbitans: ex † quo de iure communi fundus censitus ven- 37
di potest, etiam irrequisito, & non denunciato domino census. Capyc. *decis. 196.* Peregr. *consil. 19. num. 15. lib. 4.*
Hond. *consil. 81. num. 5. lib. 2.* dicant † illam non esse ex- 38
tendendam vt dicatur concedere etiam ius retrahendi, immò vt iacet esse intelligendam, & accipiendam. Surd. *dec. 167. numero 16.* Hond. *consil. 74. numero 14. libr. 2.* Petr. Cabell. *consil. resolut. ciuil. 7. per tot. lib. 1.* Subiungentes quod quatenus Ludou. Molin. *in tract. de contract. part. 2. disp. 370. sub numero 6. vers. quandò autem, & disp. 372. pariter sub numero 6. eod. vers. quando autem* Gutierez. *pract. quæst. lib. 2. q. 167. numero 2.* Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 10. c. 11. vers. quod si alienatio.* Felic. *in suis comment. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 6.* Rota *coram* Seraph. *decis. 1474. num. 2. & coram* R. P. D. meo Vbaldo *in vna Romana retractus domus 10. Maij, 1614. quæ est post tract. decis. 15. num. 5. nec etiam; & coram* Greg. X V. *in vna Romana vineæ, 26. Iunij, 1609. quæ est ibid. dec. 158. num. 2.* & fortè alij concedunt dari domino census executionem ad retrahendum vigore dictæ Bullæ fundum censui suppositum venditum, eo non requisito, nec denunciato † sunt in- 39
telligendi dumtaxat quando ius retractus fuit inter contrahentes expressè, & specificè in pactum deductum. Ego tamen † non existimo esse recedendum ab 40
opinione, quam firmauimus *supra hoc eod. artic. 4. in prin.* quam simpliciter tenuit Rota *in decisionibus supra relatis*, & absque vlla prorsus distinctione.

Licèt enim bulla præfata *in d. §. vbi autem vendenda, sit*, loquatur simpliciter de prælatione, non autem de retractu, debet tamen extendi ad ius retrahendi ob identitatem rationis, vt dicit Seraph. *d. dec. 1474. num. 21.*

Vel si nolimus recedere à cortice verborum, possumus dicere, nos versari in casu prælationis, quia cum præsupponamus venditionem fuisse factam, non præmissa denunciatione domino census & sic non seruata forma, quam Papa *in dicta vers. vbi autem vendenda sit*, voluit seruari in huiusmodi venditionibus, vtique venditio respectu domini census fuit imperfecta, vt dicit Seraph. *d. numero 2.* Licet enim donec ipse agat ad retrahendum contractus ipse sit in statu validitatis, eo tamen volente rescinditur, & habetur pro non facto ad fauorem emptoris, prout dici solet de alienatione † rei Ecclesiasticæ facta absque causa, & sine 41
solemnitatibus requisitis, quod sit imperfecta; & illius

validi

validitas pendeat à voluntate Ecclesiæ. Rota *diuers. decis.133.num.11. part.2.& nos diximus supra hac 2.par.*
42 *cap.2. quæst.3.art.2. num.15.* Et † de alienatione facta ab emphyteuta irrequisito domino directo, quod eius validitas pendeat à domini directi voluntate, *l.2. & ibi* Doctor. *Cod.de iur.emphyteut.* Alexand.*cons.113. numer.3. lib.4.* Cùm itaque venditio ista fundi subiugati quo ad dominum census sit imperfecta, perinde ac si facta non fuisset, sequitur, quod simus in terminis prælationis, quam expressè concedit Bulla Pij V. domino census antea perfectam venditionem, vt considerat Seraphin. *d.decis.1474. numer.2.* Quod autem denunciatio de qua agimus, requiratur pro forma dictæ venditionis, diximus *supra hac eadem quæst.art. ab hinc 2.per tot.& signanter num.7.& ibi in addition.n.9.& seqq.*

His sic breuiter præmissis, accedendo ad resolutionem propositæ dubitationis, quod per præceptionem
43 censualis responsionis dominus census non censeatur renunciasse iuri retrahendi, nec quo ad illud aliquod sibi fecisse præiudicium censeo. Nulla enim lege cautum reperitur quod dominus census debeat mouere iudicium super retractu antequam recipiat terminos census decursos ante factam venditionem, & sibi non solutos, & quod per receptionem illorum secutam ante dictum motum iudicium super retractu dominus
44 census priuetur iure retrahendi ergo † quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. *l. illam C. de collat. l.de pretio, ff.de public. in rem action.* Surd.*cons.150. num.22. lib.1.* vbi hic exornat stante maximè, quod non reperitur præfixus domino census terminus, intra quem agere debeat ad retrahendum, vnde semper, & quandocumque poterit agere, nisi legitima præscriptione
45 repellatur, † vt de retractu, qui fit iure sanguinis (circumscripto statuto, & consuetudine) dicit Tiraq.*de retract.lignag. §.1. glos.10. num.10.* Et retractum, qui fit ex partium conuentione, vbi certum tempus non est præfixum, & præscriptum posse quandocumque fieri dicit idem Tiraq. *de retract. conuent. §.1. glos.2.numer.1.*
46 *& 2.* Nam † mensis qui per dictam constitutionem Pij V. præfigitur domino census, incipit currere à die factæ denunciationis, vt expressè habetur in eadem constitutione in vers. vbi autem vendenda sit, si autem fiat venditio absque denunciatione, constitutio non loquitur, nec disponit intra quantum tempus res censita
47 vendita retrahi possit † vnde hoc remanet in dispositione iutis communis, *l.commodissimè ff.de liber.& posthum.* quo iure actio durat triginta annos, *l.fecuti l.omnes, C.de præscr.trigint.vel quadragint. ann. l.2.C. de constit.pecun.*

Vltra quod dicere possumus, quod cùm ob non factam denunciationem, venditio quo ad dominum census sit imperfecta, vt paulò supra diximus, dominus census semper sit in puris terminis bullæ, & intra mensem à Bulla concessum.

Neque repelli debet dominus census ab agendo; eo sub prætextu, quod sciuerit dictam fundi censiti venditionem, & non reclamauerit, immò absque vlla protestatione terminos census antea decursos liberè
48 receperit. Quoniam † cùm, vt dictum est, denunciatio venditionis sit de forma illius, simplex scientia non potest domino census nocere *Tiraq.* loquens de retractu, qui fit iure sanguinis, quod simplex scientia venditionis factæ absque denunciatione consanguineo facta, illi non nocet *de retract. lignag. §.36. glos.2.numer.26.* Surd.*cons.371.numer.72.& seq.lib.3.& in puncto* Seraphin.*d. decis.1474.numer.3. & voluit* Rota *in aliis causis, vt in decis.157.& 158.post tract. num.3. & 8.* Maximè quia cum talis denunciatio non requiratur simpliciter ad effectum inducendæ notitiæ, & scientiæ venditionis in domino census; sed ad effectum, vt deliberet an velit nec ne emere pretio, & conditionibus ab aliis oblatis, vtique sola scientia dictæ venditionis non nocet, vt diximus *supra hac cad. quæst. art.2.num.9.*

Nec dicatur hanc denunciationem † non posse dici 49
de forma cum interuenire debeat post perfectum contractum, & potest se habere ad esse, & non esse, Angel.*consil.36.num.2.* Felin.*in cap. cum dilecta num.26. in quarto signo de rescrip.* Ias. *in l.uniuersa n.10. C. de precib. Imper.offer.* & propterea dici potius debeat solemnitas, quam forma substantialis, Ang.*d.cons.36.num.2.*
& † omissio solemnitatis, quæ non potest interuenire 50
in ipso actu, non vitiet actum, Alex.*cons.206 in vlt. dub.lib.6.* Afflict.*decis.378.n.4.* Crauet.*cons.62. num.2.& cons.177.num.5. lib.1.* Quoniam resp. quod obiectum procederet si nos diceremus, dictam denunciationem esse de forma contractus censualis, sed nos dicimus, illam esse de forma venditionis fundi censiti, &† ideò 51
si omittatur, licet non reddatur nulla venditio, redditur tamen imperfecta respectu domini census, & quo ad illius præiudicium, vt diximus ex Seraphin. *d. decis.1474.num.2.& 3.& firmauimus supra in hac additio. num.40.*

Nec obstet quis quod vltra scientiam venditionis concurrat etiam actus positiuus ipsius domini census in recipiendo pecunias pro fructibus census decursis; ex † quibus simul iunctis resultet ratificatio præce- 52
dentis venditionis Natt. *cons.131.n.4. lib.1.* Bal. *cons. 184.num.5.lib.2.* Paris. *cons.76.num.51.lib.4.* Cassad. *decis.3.num.2.de reser.* Menoch. *de recup.possess.rem.15.numer.118.& seqq.* Mantic.*de tract.& ambig.conuent.lib.4. tit.29.num.18.& seqq.* Gratian.*discep forens.cap.301. numer.57.* Rota *diuers.dec.727. num.6.part.1. & dec.328. num.6.par.4.* Quoniam præterquam quod ex actu solutionis, & receptionis fructuum census, non potest de necessitate inferri ad ratificationem venditionis fundi censuati, sed dumtaxat accollationis census, licet in eodem instrumento contineatur, quia † tot censentur 53
contractus, & stipulationes, quot sunt res deductæ in stipulationem, quamuis vnico instrumento contineantur Bal. *in l.fin. §.præterea n.6. C.de Iur. dot.* Surd. *cons. 101.sub num.38. circa med.* vbi pluribus confirmat *lib.1.* Et accollatio census stare potest absque emptione fundi, & è conuerso potest quis emere fundum subiugatum pecunia præsente, & numerata absque eo, quod loco solutionis pretij emptor in se accollet censum ipsum, vt ad sensum patet: non valet consequentia, quod ex receptione fructuum census facta ab illius domino sciente dictam venditionem possit de necessitate inferri, quod velit ratificare dictam venditionem; cum ex diuersis non fiat illatio *l. Papinianus, ff.de minor.l.naturaliter §.nihil commune ff.de acquir. possess. cum similib.*

Respondeo Primò, quod cùm receptio fructuum census se compatiatur cum retentione iuris retractus, vt dictum est, non potest ex dicta receptione inferri necessario ad renunciationem iuris retrahendi † cum 54
renunciatio sit stricti iuris, & non extendatur Sylu. *cons.49.num.34.* Caputaq.*dec.408.lib.3.* Pereg.*de fideic. art.52.n.25.* & † non inducatur, nisi quatenus de ne- 55
cessitate ex actu inferat. Monet.*cons.389. num.13.lib.4.* Surd.*cons.431.n.22.*

Præterea, & secundò respondeo, quod licet præsupponamus in domino census scientiam tam venditionis fundi, quam accollationis census, † non tamen potest 56
indè inferri, quod in receptione fructuum census sequatur ratificatio venditionis nisi probetur, quod habuerit notitiam, & scientiam non solum de venditione, sed etiam de omnibus qualitatibus, & conditionibus, quibus venditio facta fuit, vt dixit Rota *coram* Seraphin.*d.decis.1474.num.3.& coram* Illustrissimo Card. Mellino, *in vna Romana vinea, 31. Ianuarij 1601. quæ est post tract.decis.157.num.3.& coram* Gregor. XV. *in alia*

Romana

Romana vineæ 26. Iunij 1609. quæ ibid. est dec. 159. num. 6.
57 *& 7.* nam regulare est, † quod ad effectum, vt quis obligetur propter scientiam, necesse sit vt plenam, & perfectam habeat notitiam totius negotij cum omnibus suis qualitatibus, & conditionibus, Glos. *in cap. concertationi, in verb. sciuerit. & ibi* Gemin. *de appellat. lib. 6.* Natt. *cons. 161. num. 32. & 33. lib. 1.* Ceph. *cons. 442. n. 94. lib. 3.* Rim. Iun. *cons. 194. num. 101. lib. 2.* Menoch. *cons. 189. num. 38. lib. 2. & cons. 203. n. 37. & 38. lib. 3.* Paris. *cons. 47. num. 97. lib. 1.* Non. *cons. 89. num. 38.* Surd. *cons. 150. n. 136. lib. 1.* Rota *decis. 99. num. 4. & decis. 281. num. 7. & 10. & decis. 492. num. 1. par. 1, in recollect. per* Farinac.

Tertiò potest responderi, quod licet per receptionem fructuum censualium resultet approbatio dictæ venditionis, non tamen propterea dominus census ex-
58 cluditur à iure retrahendi, immò † si dictam venditionem non approbasset, non posset agere ad retractum *cum alijs not. per* Tiraqu. *de retract. lignag. in præfat. num. 16.*
59 sed † tamen ista approbatio censetur facta à Domino census absque præiudicio iurium sibi competentium ex his vigore Crauet. *cons. 257. num. 4. vers. septimo lib. 2.* Decian. *cons. 54. num. 74. lib. 2.* Menoch. *cons. 289. num. 12.* [illegible] Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. num. 21. vers.* & in secundo casu Barz. *decis. 70. num. 22.* & sic non est præsumendum, quod voluerit renunciare iuri retrahendi ex bulla Pij V. sibi competenti.

60 Quartò, & vltimò, responderi posse existimaui, † quod cùm dicta venditio non fuerit facta de mandato, vel nomine Domini census, non potest dici illam fuisse ab eo tacitè ratificatam per receptionem terminorum eiusdem census, cùm nec etiam expressa ratificatio cadat, nec fieri possit, nisi de iis actibus, qui nomine vel de mandato ratificantis facti fuerunt *cap. ratum de regul. iuris in 6.* Rim. Iun. *cons. 163. num. 23. lib. 2. & cons. 473. num. 13. lib. 4.* Surd. *cons. 183. num. 40. lib. 2.* Rota *in recollect. per* Farinac. *dec. 149. num. 1. 7. par.*

Nec releuat si replicetur, quod licet hæc tacita ratificatio non possit valere tanquam vera ratificatio ad affectum vt venditio illa censeri, & dici possit facta à Domino census, † valere tamen debeat in præiudicium ipsius Bero. *cons. 204. num. 24 lib. 1.* Surd. *decis. 33. num. 15.* Et propterea per dictam tacitam ratificationem videatur Dominus census recipiendo fructus censuum in sui præiudicium renunciasse iuri petendi resolutionem præfatæ venditionis, *l. de lege, §. si cum l. seq. ff. de leg. commiss.* Aret. *cons. 149. num. 11. vers. sed quæritur* Crauet. *cons. 106. num. 2. lib. 1.* & consequenter remanere exclusum à iure retrahendi.

Quoniam respondetur primò, quod ideò in dictis iuribus venditor recipiendo pretium rei venditæ, censetur renunciasse beneficio legis commissoriæ, quia actus sunt contrarij. Nam quod res sit inempta vigore dicti pacti legis commissoriæ, & venditor habeat pretium rei venditæ sunt incompatibilia, vt respondet Bero. *in cap. potuit n. 168. vers. Secundò verò casu principali ibi pro qua opinione extr. de locat.*

62 Secundò respondetur, † quod ratificatio etiam expressa non extenditur vltra quam ex ipso actu de necessitate inferatur. Ruin. *cons. 91. num. 9. & 10. lib. 1.* Crau. *cons. 204. num. 14. lib. 2.* quos refert Surd. *cons. 185. num. 36. lib. 2.* Et quando aliquis actus fieri potest citra ius, & nomen ratificationis; tunc per eum non inducitur ratificatio. Crau. *d. num. 14.* Burs. *cons. 118. num. 19. post quos* Surd. *cons. 164. num. 46. lib. 2. & decis. 221. num. 3.* Et proinde cùm actus receptionis fructuum census fieri potuerit citra ius, & nomen ratificationis venditionis fundi censuati, & ex dicta receptione non inferatur de necessitate ad dictam ratificationem, sed dumtaxat ad approbationem accollationis census, ita vt per dictum actum receptionis Dominus census videatur dumtaxat agnoscere, & acceptare pro suo debitore emptorem dicti fundi, actus iste non debet trahi ad ratificationem venditionis, nisi vt supra. Nec ex eò dici potest resultasse in illius præiudicium renunciationem iuris retrahendi rem venditam, & petendi rescissionem contractus venditionis, nam de voluntate illius, quod voluerit renunciare non constat, † & in dubio nemo præ- 63
sumitur velle iuri suo renunciare *l. cum de indebito. ff. de probat. cap. super hoc de renunc.* Tiraq. *ad l. si vnquam in præfat. num. 128. C. de reuocan. donat.* Surd. *qui multos allegat cons. 431. num. 16. lib. 3.* Maximè † vbi potest capi 64
alia præsumptio, & coniectura, Tiraqu. *ibi numero 129.* Purpur. *cons. 476 num. 2. lib. 2.* Nam † quælibet Interpre- 65
tatio capi debet, vt excludatur præsumptio renunciationis, Rota *in recollect. per* Farinac. *decis. 636. num. 6. par. 1.* Sed in casu proposito capi potest præsumptio, quod emptor fundi subiugati soluerit dictos terminos census vigore suæ obligationis quam per census accollationem in se susceperat, & prout tanquam verus debitor soluere tenebatur, vt diximus infra hoc eod. *cap. 2. q. 3. art. 1. num. 16.* & quod Dominus census receperit dictas solutiones non animo approbandi dictam fundi venditionem in sui præiudicium, sed dumtaxat pro satisfactione sui crediti censualis præcedentis, † solutio 66
enim præsumitur facta ex causa præcedentis obligationis. Bart. *in l. triticum, num. 2. ff. de verb. obligat. & in l. si ita fuero stipulatus. §. fin. num. 3. ff. de nouat.* Surd. *cons. 152. num. 24. lib. 2.* Ergo ex dicta receptione solutionum non potest de necessitate inferri, Dominum census voluisse renunciare iuri retrahendi, cum † renunciatio non 67
censeatur facta, vel nisi expressè dicatur. Alex. *cons. 27. num. 4. & 5. lib. 3.* Sim de Pret. *cons. 76. num. 18.* Rota *in recollect. per* Farinac. *decis. 115. num. 9. par. 1. & decis. 775. num. 8. part. 2.* Vel nisi quatenus ex ipso actu de necessitate inferatur. Becc. *cons. 106. num. 45. & seq. lib. 1.* Surd. *d. cons. 431. num. 22. lib. 4.* Immò quod in proposito casu requiratur expressa renunciatio, bene probat. Alex. *ferè in puncto cons. 27. num. 1. in fin. & num. 2. lib. 6.*

Benè verum est, † quod si dominus census reciperet 68
terminos censuales decursos tanquam sibi debitos immediatè ex ipsa venditione puta, quia emptor fundi subiugati ad computum pretij illius in actu emptionis suscepisset in se onus soluendi aliquam summam pro fructibus census tunc maturatis & non solutis, tunc & eo casu obligatio ista & promissio soluendi dictos fructus esset pars pretij fundi empti, & solutio procederet immediatè ab ipsa emptione, & propterea crederem, quod Dominus census per receptionem talis solutionis censeretur ratificasse venditionem. Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 1256. num. 37.* & haberet locum dispositio *d. l. de lege §. si cum l. seq. ff. de leg. commiss. cum aliis supra ex aduerso consideratis.*

A qua conclusione, vt supra firmata, non potuit me retrahere id, quod scribentes dicunt de Domino directo scienter canonem ab emptore rei emphiteuticæ eo irrequisito alienatæ recipiente, † qui propterea censeatur caducitatem remittere, vt multorum auctoritate firmat Corbul. *de cauſ. priuat. ob alienat. limit. 40.* & bene faciunt congesta *per* Mascard. *de prob. vol. 1. conclus. 152. num. 1.* Surd. *dec. 317. num. 14.* & proinde idem videatur dicendum de Domino census recipiente censuales terminos ab eo, qui fundum subiugatum, eo non monito, emit.

Quoniam inter istos casus est longe diuersa ratio, ideò enim Dominus directus recipiendo canonem, præsumitur remittere caducitatem, quia cùm duo ha- 69
beat remedia, vnum scilicet expellendi emphiteutam, & successiuè emptorem rei emphiteuticæ eo irrequisito alienatæ, alterum exigendi canonem, quia tamen ambo prouenient, vel ex eadem causa, vt dicit Pancirol. *d. cons. 61. numero 21.* † vel potius ex diuersis causis, 70
vnum scilicet expulsio emphiteutæ ex illius culpa, alterum verò videlicet exactio canonis ex contractu ipso emphiteutico, vt considerat Iaſ. *in l. 2. num. 124. vers.*

tertio

tertio exigere ext. de locat. & sequitur Ouid. de Amic. *in tract. de iur. emphit. q. 33. sub num. 11. & aly multi, quos*
71 *citat* Surd. *d. decis. 317. num. 28.* † sed ex eodem facto Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 152. num. 21.* Ouid. *qu.*
72 *33. num. 11.* † saltem consequutiuè vnum ab altero, & in necessariam consequentiam, vt dicit Ias. *d. l. 2. num. 125.* Ideò Dominus directus vnum dumtaxat consequi potest, vt post multos firmat *ibi* Ias. *num. 124. ver. ego puto*, & vnius electione ab altero excluditur Pan-
73 cirol. *d. num. 21.* Non † enim simul stare possunt vt Dominus directus recipiat canonem, & possit habere locum expulsio, vt sentit ibi Pancirol. *& expressè dicit* Mascard. *d. conclus. 1152. num. 3.* Non sic in Domino census, quia licet ipse quoque habeat duplex remedium, vnum videlicet exactionem fructuum census, alterum verò actionem ad retrahendum fundum subiugatum, ipso non intimato, venditum, non tamen ambo veniunt ex eodem facto nec ex eodem fonte, nec principaliter, nec in necessariam consequentiam, sed ex longè diuerso principio. Nam actio ad retractum oritur ex Bulla Pij V. super forma creandi census originaliter, in consequentiam autem ex venditione fundi censuati. Exactio autem fructuum census originaliter prouenit ex Instrumento censuali in consequentiam verò ex accollatione census, quam facit emptor fundi subiugati, & licet accollatio census fuerit facta occasione dictæ venditionis, & propter illam, si & fundus ille transierit cum suo onere, & hypotheca, ita vt possessor illius ratione suæ possessionis possit conueniri vel actione hypothecaria, seu Saluiano interdicto, vel actione in rem scripta pro solutione annuæ responsionis censualis, vt diximus, *infra par. 2. cap. 3. qu. 5. art. 8. & 9.* non tamen ex dicta venditione venit in necessariam consequentiam obligatio soluendi dictam annuam responsionem quod demonstratur, tum quia emptor, & possessor dicti fundi potest dimittendo illius possessionem se liberare à dicto onere, *vt diximus d. art. 8. num. 9. & d. art. 9. nu.* 81. tum etiam quia talis possessor fundi ob solam, & simplicem emptionem, & possessionem fundi censuati non potest pro tali solutione facienda conueniri actione personali, *vt dicitur, d. q. 5. art. 7. num. 22. & seqq.* nisi tempore emptionis fundi censum ipsum in se accollasset, & susepisset onus soluendi fructus illius, nam eo casu posset ex propria obligatione conuenire etiam personali actione ad solutionem censuum, *vt probauimus d. art. 7. num. 28. & seqq.* vnde obligatio soluendi censum non est effectus immediatus venditionis fundi subiugati, sed vel impositionis, vel accollationis census prout è conuerso ius ad retrahendum fundum venditum non oritur ex impositione, vel accollatione
74 census, sed ex sola fundi alienatione. Quamobrem † cum hæc remedia proueniant ex diuersis factis, & separatis principiis per vnius electionem, alterum cessare non debet Surdus *d. decis. 317. num. 28.*

Nec refert, quod accollatio fuerit facta occasione emptionis fundi, & vterque contractus sit in eodem instrumento comprehensus; quia accollatio est contractus distinctus, & separatus à contractu venditionis fundi, cum venditio fieri possit pecunia numerata, & præsenti, & è conuerso accollatio census absque eo, quod fundus subiugatus vendatur, & in vno eodemque Instrumento possunt plures contractus distincti, & separati contineri, vt dictum est.

Sexta principalis est dubitatio. An venditor talis fundi censiti si in limine contractus promittat emptori facere consentire omnem personam interesse habentem, teneatur facere consentire Dominum census fundati super dicto prædio vendito.

Quam difficultatem existimo esse dissoluendam per regulas retractus, qui fit iure vicinitatis, vel consanguinitatis, cum inter vnam, & alteram speciem retrahendi non videtur, quod possit reddi aliqua considerabilis diuersitatis ratio, & de vna ad alteram sumit argumentum ad decisionem dubiorum: Rot. *coram* R. P. D. meo Vbaldo *in illa Romana retractus domus 10. Maij 1614. quæ est post tract. decis. 159. num. 4.* Vnde sicut in retractu lateraneo, & eo qui fit iure sanguinis † promissio de faciendo consentire omnem personam 75 interesse habentem non comprehendit obligationem de faciendo consentire vicinum, vel consanguineum retrahere volentem ob multas rationes, *quas considerauit* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 34. & 35. & Io. de Amic. cons. 145. num. 18.* & signanter † quia il- 76 lorum ius non est ex causa de præterito, sed oritur post contractum venditionis. Afflict. *de iure prothom. §. vt infra trigesima dies in fin.* Io. de Amic. *con. 145. numer. 20.* Tiraqu. *d. glos. 9. num. 39.* Promissio autem illa intelligitur dumtaxat de persona, quæ habet ius ex causa de præterito, non autem de ea, quæ habet ius, quod sibi prouenit post contractum *l. 3 ff. de euict.* cum aliis cumulatis à Tiraqu. *d. glos. 9. n. 36.* Etiam † quod ven- 77 ditor promittat facere consentire omnem personam nunc, vel in futurum quomodolibet interesse habere prætendentem, *vt dixit* Rota *in vna Romana retractus 28. Aprilis 1600. coram* Illustrissimo Cardinale Mellino, *quæ post tract. est decis. 360. num. 7. vers. non obstat, quod venditor.* Illa † enim verba quantumcunque ge- 78 neralia recipiunt interpretationem à natura rei, vt dicit ibi *Rota vers. & ad istum effectum.* Ita etiam, & propter eandem rationem dicendum, & concludendum videtur in Domino census retrahere volente ex iure sibi competente vigore Bullæ *Pij V. super censibus*, quod non comprehendatur sub promissione de faciendo consentire omnem personam interesse habentem, vel habere prætendentem, ex quo non antea sibi ius acquiritur ad retrahendum, nec aliquod habet interesse, quàm fundus censuatus fuerit alteri, eo non intimato, venditus.

Septima ex præmissis excitari potest dubitatio. Num † venditor iste fundi subiugati teneatur emptori reficere damna, & interesse, quæ patitur ex eo, quod fundus ille retrahatur, & sibi euincatur à Domino census: cuius difficultatis resolutio videtur resultare ex resolutione præcedentis. Cum enim venditor non teneatur facere consentire Dominum census retrahere volentem, vt mox conclusum fuit, nec etiam videtur, quod teneri debeat ad damna, & interesse, sequuta euictione, & retractu, & multo minus, quia fundus non retrahitur nec euincitur ex aliquo capite iuris communis, *sed ex iure speciali oriente ex d. Bulla Pij V.* & propterea cum venditor non teneatur emptori de illius euictione, *vt concludunt* Io. de Amic. *d. cons. 145. num. 18. & seq. &* Tiraq. *d. glos. num. 34. & 35.* † vtique 80 nec etiam teneri potest ad damna, & interesse, vt argumentatur Rota *coram* Mantic. *decis. 63. num. 2. vers. quia hoc locum habet, & sequuta est coram* Illustriss. Cardin. Mellino, *in illa Romana retractus, quæ est post decis. 360. n. 5. vers. & ex hoc.*

Octaua non inutilis sese offert dissoluenda dubitatio, quæ præmissis est valdè affinis. An Dominus census retrahens fundum censitum ab eo, qui illum, ipso non denunciato, emit teneatur illi reficere meliramenta quæ fortè in dicto fundo fecit. In qua dubitatione † licet Rota *in d. Romana retractus coram* Illu- 81 strissimo Mellino *referat.* Io. Papon. *in consuetud.* Brabant. *in tit. de retract. §. 481.* tenere vicinum retrahentem non teneri ad melioramentorum refectionem quia emptor prospicere potuit, quod vicinus retrahere vellet. *arg. l. si quis domum. §. Idem quærit. ff. locat.* & propterea idem videatur tenèdum in Domino census retrahere volente. Rota tamen ibi circa talem difficultatem nihil firmauit, sed irresolutum reliquit, tamquam non pertinentem ad disputationem, quæ in

dicta

dicta propositione habebatur.

Ego autem pro resolutione illius existimo esse distinguendum inter melioramenta facta ante motum Iudicium super retractu,& illa,quæ facta fuerunt post dictum Iudicium motum,& litem contestatam.

82 In primo † casu retrahens tenetur reficere omnia melioramenta non solum necessaria, sed etiam vtilia tanquam facta bona fide ab eo, qui fundum à vero Domino emerat, *Est bonus text.in d.leg.si quis domum* §. *idem,querit.vers.quid tamen si non quasi.& c.ff.locat.* nam

83 regulare est † quod bonæ fidei possessor repetat melioramenta necessaria,& vtilia Rota coram Seraphin. *dec.898.n.3.& in recollect.per* Farinac.*dec.*111.*n.*3.*par.*1. *& dec.*356.*n.*1.*par.*2.

Et hinc si quis conduxerit bona Ecclesiastica,quamuis locatio fuerit facta nulliter ob defectum causæ, & solemnitatum à iure requisitarum, & conductor antequam Ecclesia instet pro declaratione nullitatis contractus faciat in dictis bonis aliqua melioramen-

84 ta † necessaria, & vtilia, annullata postea locatione nihilominùs melioramenta & præfata conductor repetit ab Ecclesia,Seraph. *dec.*1490.*n.*11. non alia certa ratione,nisi quia illa fecit bona fide,etenim dicta alienatio antequam Ecclesia declarauit nolle illam ratam habere,& pro valida acceptare, erat in statu validitatis, & nullitas poterat ita demum obiici, si Ecclesia volebat,& non alias,*vt dictum fuit supra.& dixit* Rota *coram* bon.mem.Corduba *in una Romana census,*15. *July* 1596.*& 21. Ianuarij,*1597. *quæ sunt post tract.decis.* 264.*&* 265. *&* coram bon.m. Cantuccio *dec.*133.*n.*11. *par.*2.*diuers.*

In secundo casu, quando melioramenta sunt facta postquam fuit motũ iudicium supra retractu videtur rursus distinguendum,An talia melioramenta fuerint necessaria,an vero simpliciter vtilia. Circa necessaria

85 non videtur dubitandum,quin facienti sint † reficienda saltem per retentionem.*l.domum.Cod. de rei vendic.* Bart *in l.plane.ff.de petit.hared.* Magon. *qui multos alleg. dec.*Florent.51.*n.*6.*& dec Lucens.*33.*n.*24.Aluar. Valasc. *Consult.lib.*1.*consult.*83.*n.*18.

Circa vtilia verò Rota videtur aliquando variasse. Nam coram Seraph.*dec.*898.*n.*3.*sensit*,illa non esse reficienda.*Sed coram* R.P.D.Manzanedo *d.dec.*356.*par.*2. *in recollect. per* Farinac. *n.*2. contrariam affirmatiuam sententiam firmauit.

86 Ego † verò libentius transeo cum opinione negatiua firmata *coram Seraphin.*cùm videatur conuenire magis terminis,in quibus nos loquimur,in quibus nullo modo videtur esse contraria eadem Rota *coram Manzanedo* si benè consideretur. Nam coram *D. Manzanedo* Rota loquitur in melioramentis factis à bonæ fidei possessore,vt ibi expressè dicitur,*& coram Seraph.*cùm non exprimatur an is qui meliorationes facit, esset in bona, vel in mala fide, sed tantum consideretur, quod melioramenta fuerunt facta pendente lite,& sic post litis contestationem vtique dicendum est, quod ibi Rota loquatur de meliorante existente in mala

87 fide; quæ † inducitur per litis contestationem, immo per solam iudicialem interpellationem, *leg.sed,& si lege* §.*etiam si ante litem ff. de petit. haredit. leg.sin autem* §. *in re petita vbi* Glos. *in verb. contestatam* Bart. Albgr. *& alij ff.de rei vendicat.l.*2. *& ibi* Bal. *Cod. de fructib. & lit. expen.* & iste est propriè casus noster, in quo contra emptorem fundi censui suppositi non solum fuit à Domino census motum iudicium super retractu faciendo, sed ex dispositione Bullæ Pij V. in-

88 per form. creand. census † est adeò certum, & constitutum, quod ei obiici potest culpa, quod meliorauerit bona quæ aliena esse intelligebat, vt nullo modo possit in dubium reuocari, *l.adeò* §. *ex diuerso ff.de acq. rer. domin.*§. *certe illud in fin. instit. de rer. diuis.* & proinde non repetit,vt dicitur *in dictis iuribus*;ideirco Dominus census retrahens bona censuata ab illorum emptore dicto casu non tenetur ad refectionem melioramentorum Boër.*dec.*44.*n.*8. *in fin.* Nec aliqua habenda est ratio vtilitatis, quam dicta melioramenta afferunt,*vt dixit* Rot.*dec.*7.*num.*8.*par.*2. *in recollect.per* Farinac.

Cæterum hoc iudicio meo, non est accipiendum ita simpliciter, & indistinctè sed considerandum esse, arbitror,† An melioramenta præfata consistant in fa- 89
ciendo de nouo,an verò in reficiendo,*vt consider.*Glos. *in d.l. domum in verb. semper C.de rei vendic.* Nam hæc inter se differre animaduertit,& probat Boër.*d.dec.*44. *num.*5.

Siquidem † consistant in faciendo de nouo,illa non 90
reficientur quasi fuerint facta scienter in re aliena,& ideò faciens præsumitur ea fecisse animo donandi, vt amplectendo hanc distinctionem dicit Bart.*in l.in fundo num.*11.*ff.de rei vendicat.sequitur.*Aluar.Valac.*de iur. emphyteut.q.*25.*sub n.*4.*vers.si vero adificium* Magon.*qui multos allegat.dec.*Lucens.33.*n.*21.

Si vero consistant in reficiendo, non potest faciens 91
illa repetere, sed si possunt tolli absque læsione prioris status rei melioratæ, illa tollere, & abradere ei licet *leg.vtilitas in fin.ff.de petit. hared. d.l. domum in fin. & ibi* Paul.de Castr.*Cod de rei vendic.*Valasc.*consultat. lib.*1.*consult.*83.*num.*10. Nisi † Dominus rei melioratæ 92
velit tantum melioranti dare, quantum abrasa valerent.*d.l.in fundo vers. censuimus ff.de rei vendicat. glos.in d.l.vtiles.* Magon.*d.decis.*33. *num.* 9. vbi alios, à † qua 93
tamen solutione liberaretur Dominus retrahens, si in istis melioramentis possessor iste nimias fecisset expensas, ita vt talis melioratio dominum soli oneret, magis, quam ipsi fundo prosit, quo casu cessaret refectio, *d.l.in fundo leg.sed an vltro* §.1.*leg.ex duobus fratribus, ff.de neg. gest. per quæ & alia iura* Tiraq. *de retract.conuent.* §.7.*glos.*1.*num.*5.loquens in retractu conuentionali, dicit huiusmodi nimias, & onerosas expensas non esse reficiendas, prout dicit etiam Boër. *decis.*147. *num.*10. Magon. *decis.* Florent.9. *num.*6. vbi multos congerit,*& decis.Lucens.*39.*num.*27.*& seqq.*potius enim ex malignitate,quam bona fide factas fuisse, asserit Garz.*de expens.& meliorat.cap.*7.*num.*8.*&* 9.vbi firmat,quod ad Iudicis † arbitrium pertinet declarare 94
quænam expensæ dicantur excessiuæ,& onerosæ,quod voluit etiam Gratian. *in addit.ad suas dec.* March.225. *num.*13.

Si autem † tolli, & abradi non possunt absque 95
læsione, & detrimento prioris status rei melioratæ tunc ratione culpæ, in qua meliorans versatur in expendendo in re aliena, illa amittit, & sibi imputare debet si ea non potest repetere *l.planè, & l.vtiles.ff.de petit.hared.l.pro voluptariis la*1.*ff.de impens.in re dotali fact.*Ang.Aret.*in d.*§.*certe illud sub n.*8.*inst.de rer. diuis.*

Ex quibus ita præmissis † non est difficilis propo- 96
sitæ dubitationis resolutio.Si enim emptor fundi censiti post motum sibi iudicium à Domino census retrahere volentis expensas in illo meliorando fecit, dicitur ex præfatis esse in mala fide, & ideò si melioramenta sint omnino necessaria, illa omni casu repetit saltem per viam retentionis eiusdem fundi meliorati donec sibi melioramentorum expensæ reficiantur. Si verò illa sunt simpliciter vtilia, quæ abradi, & tolli non possint absque læsione & detrimento prioris status eiusdem fuudi, & illa prorsus amittit, si autem possunt abradi, & tolli absque læsione, & detrimento prioris status fundi meliorati, & non sunt excessiua, & onerosa Domino censui,& non poterit illa tollere nisi sibi soluatur tantum quantum ea abrasa valent.

Sed adhuc circa hanc materiam melioramentorum supereset necessaria dubitatio quando sumus in casu, quo melioramenta sunt reficienda; vel illorum valor

est soluendus à quo sit facienda refectio, vel solutio, an à venditore fundi, an verò à Domino census re-
97 trahente? & † quod à retrahente concludendum cen-
seo, cum ipse non venditor fundum ipsum meliora-
98 tum consequatur, & melioramentis frui debeat, & †
non sit æquũ, vt locupletetur cum iactura aliena, scilicet venditoris fundi contra regulam, *l.nam quod natura, ff. de cond.ind.* & in materia melioramentorum est, *text.in l.si pupilli, §.sed si quis negotia in fi.ff.de negoss.gest. & in l.plane. ff. de petit.hæred.& considerauit* Rota *in d. decisso. 356. sub numer. 1. part. secunda in recollect. per* Farinac.

99 Nec obstat † quod Dominus census in emptione fundi censiti debeat omnibus aliis præferri, & venditio sit illi facienda cum eisdem conditionibus pro eodem pretio, quod ab aliis reperitur, disponit d. Bulla Pij V. *in vers.vbi autem vendenda sit, &c.& nos diximus supra hac eadem quæstione art.2.numer.2.& 15. & art.3. num.2.& 3.&* Rota *coram* R.P.D. meo Vbaldo *in illa Romana retractus domus 15. Decembris 1614.quæ est post tract.dec.571. par. 2. in recollec. per* Farinac. Quod non contingeret si ipse Dominus census retrahendo fundum censitum, eo irrequisito venditum, teneretur restituere emptori vltra pretium fundi venditi etiam valorem melioramentorum.

Quoniam respondetur, quod bulla *in d.vers.fic. mox citato*, & alia, quæ mox allegauimus procedunt, & disponunt, habita relatione ad tempus præcedens ipsam venditionem, & respectu prælationis, quam vigore dictæ Bullæ habet Dominus census, vt cæteris omnibus emere volentibus, sit præferendus, dummodò offerat pretium, quod ab aliis reperitur, & velit emere cum eisdem conditionibus, quæ ab aliis emere volentibus offeruntur.

Nos autem loquimur postquam fundus ille fuit alteri venditus respectu iuris retrahendi, & habita relatione ad retractum, quem Dominus census prætendit facere de fundo censito iam vendito, & in emptorem translato, quo casu cum teneatur soluere pretium iustum, *vt diximus hoc eod.art.4.n.10 ex.* Afflict. Mantic. & Benedell. ad iustitiam pretij est etiam considerandus valor melioramentorum, quæ refici debent, cum illa absque dubio faciant rem melioratam valde pretiosiorem, aliàs pretium diceretur diminutum, & iniustum, † cum melioramenta sint pars pretij Seraph.
100 *decis. 435 nu. 4.* & retrahens locupletaretur cum aliena iactura quod esse contra omnem æquitatem etiam in materia melioramentorum paulò supra diccbamus.

Nona adhuc sese offert dubitatio circa hoc ius retrahendi, quàm nullo modo indiscussam relinquen-
101 dam esse existimaui. An si debitor † census vendat fundum censitum vna cum aliis bonis, vnico constituto pretio, possit Dominus census retrahere duntaxat fundum illum censui obnoxium absque eo, quod alias res venditas retrahat, an verò repellatur à retractu si omnes res vnico pretio venditas retrahere nolit.

Circa hanc difficultatem vidi egregium responsum redditum ab Excellentissimo D. Paulo Raynutio V.I. D.Maceratensi, & in Romana Curia aduocato eximio, & insigni in quadam causa Collensi retractus pro D.Fulvio V. Simbardo, in quo non minus doctè, quàm copiosè hunc articulum discussit.

Ego verò pro illius resolutione id recensendum esse operæ pretium duxi, quod auctoritate Rotæ dictum fuit in tract.*hoc eod.art.4.num.21.* Videlicet quod iste retractus, qui conceditur beneficio constitutionis Pij V. super censibus, regulatur secundum illum, qui datur ratione vicinitatis, vel sanguinis: & proinde si sciamus quid in hac difficultate constituendum sit in retractu, qui fit iure vicinitatis, vel sanguinis sciemus etiam, quid sentiendum sit in hoc retractu censuario. Ex iis autem, quæ ex dictis per d. D.Paulum, & alios Doctores circa hunc articulum colligere potui. In retractu, qui fit ratione sanguinis, vel vicinitatis, duos esse considerandos casus, arbitratus sum.

Primus casus est † quando res, quæ cohæret alicui 102
ratione vicinitatis, venditur non sola, sed cum aliis rebus, quæ sunt pars, vel membra rei venditæ, vel illi ratione accessionis, vel officij taliter coniunctæ, vt dura, & damnosa sit illarum separatio, vt exemplis demonstrat. Anton. Gomez. *variar. resolu. tom. 2.cap.2.n. 49.ad finem.* Et hoc casu vicinus non admittitur ad retrahendam dictam rem sibi cohærentem, & vicinam absque eo, quod retrahat etiam alias res sibi coniunctas, & vnico pretio venditas. Bald. *in tract.de iur. prothonot.num.20.& seq.* Afflict. *eod.tract.§.6.num.6. & 7.* Et in his terminis esse intelligendos existimo Tiraq. *de retract.lignag.§.11.glos.7.num.3.& §.23.glo.2.num. 9. &* Carpan. *ad statut. Mediolan.tom.1.cap. 419.num.2.* dum simpliciter dicunt emptorem rei alteri cohærentem non posse cogi à vicino retrahere volente ad releuandam sibi rem illam cohærentem absque aliis rebus vnico pretio empris, vt loquantur de rebus, quæ rei cohærenti sunt coniunctæ, vel accessoriæ aut sunt illius partes, & membra, quarum † vna sine aliis retra- 103
hi non potest, nisi consentiente emptore, vt declarat Gomez. *d.n.49.in fin.* tunc † enim censetur vnicus con- 104
tractus, & indiuiduus Nat. *cons.479.num.24.circa med. vers. idem est dicendum* Tiraq. *d.§.23.glo.1.num. 14.* Rota *diuers.decis.709.num.3.& seq.pær. 1.* & propterea nil mirum si vna absque aliis retrahi non potest.

Secundus casus est quando † cum re cohærenti fue- 105
runt venditæ aliæ res ab illa omnino distinctæ, & separatæ, eo enim casu licet respectu pretij vnicus sit contractus respectu tamen corporum, & rerum, quæ venduntur, non censetur vnicus contractus, & vnica venditio sed tot censentur esse venditiones, quot sunt res venditæ, sicut tot censentur stipulationes, quot sunt res, quæ deducuntur in stipulationem, & tot legata, † quot sunt res, quæ legantur, licet legatum, & 106
stipulatio vnica verborum structura, & vnico contextu contineantur vt bene declarat. Vald. *d.tract. nu. 22. &* Afflict. *d.§.6.num. 7.* Et proinde vicinus poterit admitti ad retrahendum rem illam cohærentem absque eo, quod retrahat alias res vna cum illa venditas, *vt concludunt* Bal. & Afflict. *in locis mox citatis.*

Quæ † conclusio procedit, & habet locum siue dicta res obnoxia retractui fuerit vendita cum aliqua 107
alia re, sine etiam fuerit vendita cum omnibus bonis ipsius venditoris. Nam eo etiam casu admittitur vicinus, & quisquam alius cui competat ius retrahendi ad retrahendum rem illam retractui suppositam absque eo, quod res alias retrahat, *vt concludunt* Bal. & Afflict. *vbi supra ille n.23. iste n.8. sequitur* Benedell. *eod. tract. in princip. n.220.* Istud enim ius † retrahendi est reale, & 108
afficit rem ipsam cohærentem & alias retrahibiles, & non alias, *vt dicit ibi Affl.*

Has autem conclusiones in vtroque capite, & casu amplectitur, & confirmat Gomez *d.cap.2.n.49.vers.* dubium autem est, *& infra* Muta *super consuetud.* Panormitan. *c.26.n.138. quem refert, & sequitur* Gratian. *discept. tom.4.c.745. & seq.* Costa *de rat. rata q.100. n.8. & alij ab istis allegati.*

Verùm enim verò licet secundum terminos iuris conclusio firmata in secundo casu possit procedere, emptore non reclamante, † attamen si ille contra- 109
dicat, & offerat retrahere volenti res omnes sibi venditas, recusando velle restituere, dumtaxat rem retractui obnoxiam, audiendum esse dicit Tiraq. *tum in d.glos.num.3.vers.quod si contra, tum in d.gl.2.n.9.* saltem ex æquitate, *vt dicit* Costa *d.q.100. num.15. & seq. qui multos congerit.*

Ex quibus ita firmatis resultat resolutio propositæ dubitationis videlicet quod dominus census tenetur retrahere rem censui obnoxiam ab emptore illius cum
110 aliis † rebus simul venditam, quando res aliæ sunt illius pars,& membra,vel illi coniunctæ ratione accessionis,aut aliter vt supra,vel possit illam solam retrahere,quando aliæ res non sunt illi coniunctæ,nec illius pars,vel membra,sed sunt corpora ab illa penitus distincta,& separata.

Nec obstat,quod dominus census volens retrahere fundum censitum teneatur seruare omnes conditiones,quibus res ipsa vendita fuit, & integrum pretium ab emptore solutum restituere,vt disponitur per Pium V. in dicta sua Constitutione, *& nos diximus supra in tract.hac cad.q.art.2.num.15.& seq.* Quoniam hoc debet intelligi quando res aliæ venditæ cum fundo census sunt illius pars,vel membra,aut illi aliqua ratione coniunctæ, secus autem quando sunt res, & corpora
111 omnino separata. & diuersa: † eo enim casu non potuit Domino census per illius debitorem vendendo rem censitam cum aliis ab ea separatis auferri beneficium sibi à iure vigore dictæ Pianæ Constitutionis
112 concessum *§.sed non solum in auth. de nupt.* cùm † non posset alteri per alterum iniqua conditio,& grauamen inferri *l.non debet. Et ibi* Dod.*ff.de reg.iur.* per quas rationes in retractu,qui fit iure vicinitatis,vel alia ratione,ita concludunt Bald.*&* Afflict. *in locis supra relatis; & alij,qui eos sequuntur.*

Sed quoniam retractus iste debet fieri, restituto emptor eodem pretio, quod in emptionem dictæ rei retrahendę erogauit,cùm præsupponatur quod res illa vendita fuerit cum aliis,vnico,& solo constituto pre-
113 tio,† ad cognoscendum quantum, & quale fuerit pretium d. rei retrahendæ,vt sciat Dominus census quid emptori restituere debeat ob retractum, recurrendum est ad Iudicem,qui rerum omnium venditarum,collatione facta,respectu habito ad totale,& integrum omnium pretium deducere æstimationem aliarum rerum simul venditarum, & sic statuet pretium rei censitæ, non autem illa æstimanda erit secundum communem illius valorem, & æstimationem Bal. *&* Afflict.*in locis citatis,ille num.23.iste n.8.* Gomez. *in loco supra relato* Costa *d.q.100. n.6.* Giurb.*dec.Sicil.52.n.28.qui alios cumulant.*

Decima remanet dissoluenda non inutilis dubitatio. An hoc ius retrahendi competat ei, qui emit census cum pacto reuendendi.In qua difficultate partem
114 affirmatiuam amplectendam esse,arbitror cum† enim talis emptor sit verè Dominus illius census, cum venditio etiam cum pacto redimendi sit vera,& perfecta venditio Bero. *in cap.ad nostram numer.38. de empt. & vendit.* Iacob.Nouell. *in suo tract.de iur.* Protomil. §.1. *num.142.* Tiraq.*de retract.lignag.§.2.glos.1. nu.72. & 73.* Menoch.*plene cons.126.nu.9.vers.re tamen, & infra* Corbol.*de iur. emphiteut. in caus. priuat. ob alienat. irrequis. domin.fact. Ampliat.27.num.3.* Mantic.*de tacit.& ambig. conuent.lib.4.tit.31.n.2.*

115 Et † hinc emptor cum tali pacto facit fructus suos Tiraquell. *dict.glos.1. numero 34. & seq. & numero 73. & eod. §.2.glos.2. numer.1. &* 8. Aym *de alluuion. lib.2. tit.10. numer.6. &* 10. Mantic. *d.tit.* 32. Menoch.
116 *d. cons.26. numer.10.* inde † videtur sequi, quod emptor iste census cum pacto de illum retrouendendo sit verus illius Dominus, & consequenter possit vti priuilegio retractus concesso per Bullam Pij V. do-
117 mino census prout † ei, qui emit rem cum pacto reuendendi competit ius retractus, quod conceditur ratione vicinitatis, vel consanguinitatis, vt firmat Muta *ad consuetud.* Panormitan. *cap.26.numer.41.* Rendell. *de iur. Prothomia.in animad.vers. ad princ.constitut. numero 11.fol.367.* Gratian.*discept.forens.tom.4. capit.742. n.30.& 31. & voluit* Rot.*in Bononiensi retractus 16. Ian.*

1623.coram R.P.D.Buratto *qua est post tract. decis.443. num.1.*

Vndecima se se offert non iniucunda indagatio An hoc † ius retrahendi competat non solum pri- 118
mo emptori census, sed etiam aliis qui forte vigore cessionum, etiam reiteratarum sunt effecti domini census. In qua licet prima consideratione videretur negatiuè concludendum, eo præcipuo fundamento, quod ius istud tanquam concessum domino census sit personale, † & propterea cedi non possit, nec à 119
persona ipsius domini diuelli, & separari, *vt apud* Tiraq. *de retract.lignag.§.26. glos.1.num.45.& infra latè per discursum*, & multò minus quia bulla loquitur in numero singulari de domino census, † & proinde 120
non videatur quod possit verificari, & aptari casui quando dominium dicti census transiuit ad plures per reiteratas cessiones *ad* Surd. *cons.369.num.3.7. & seqq. lib.3.*

Maximè † quia verba debent intelligi vt comprehendant tantum primum dominum per regulam *l.bo-* 121
nes §.hoc sermone ff.de verbor.signific.

Quibus tamen non obstantibus quod † ius istud tran- 122
sear ad quemcumque etiam mediatum dominum census verius esse existimo ea ratione, quia ius istud retrahendi non est mere personale sed † competit domi- 123
no census, propter ius, quod ipse habet super fundo censui suppositio *vt dixit* Rota *sæpius,& signanter coram* Seraph.*decis.1474. num.4.coram* Gregor.XV. *dec.193. num.6.& coram* bon.mem.Dunozetto *in Romana prælationis 26.Iunij 1617.qua est post tract.decis.300.num.23.* Ex qua decisione resultat etiam probatio, quod † Ius 124
istud prælationis, siue retractus competit etiam ei, qui acquisiuit dominium census mediante cessione illius sibi facta: Nam cum dominium census acquiratur non solum ei, qui illum ab imponente emit *s* vel alio titulo etiam singulari acquisiuit, sed etiam illi † cui à primo eius domino etiam titulo singula- 125
ri concessus fuit,*vt diximus supra hac par.2.cap.1. quæst. 1.art. 1.per tot.nunc qu. 44.* & signanter mediante cessione, *vt dictum fuit hac cad.par.2.cap.2.qu.2.art.1.nunc quæst.67.num.3.& seqq.& in addit.* Vtique † cessiona- 126
rius iste non solùm primus,sed etiam vlterior efficitur dominus census,& ei tanquam domino debentur fructus dicti census, *vt est dictum d. qu. 2. art.1. num.3.& seq.*& proinde ei tanquam domino census conueniunt verba Pianæ Constitutionis concedentis retractum, † & consequenter debet etiam conuenire eiusdem 127
Constitutionis dispositio, & sic ius prælationis, siue retractus *l.4.§.varies, ff.de damn.infect.*

Er licet Constitutio præfata loquatur in numero singulari † potest etiam aptari pluribus in quibus vi- 128
geat eadem ratio *allegat multos* Surd. *cons.369. num.1. lib.3.* Quilibet enim, qui est dominus census habet idem Ius super fundo censito, propter quod concedi hoc ius retrahendi supra diximus, & eo magis quia constitutio ista loquitur de domino census per orationem indefinitam,† quæ vniuersali æquipollet etiã 129
in statutis, & constitutionibus Bart. *in l.omnes populi num.57.ff.de iustit.& iur.in l.fin.num.4.in fin.C.ad l.* Iul. *de Sicar.* Menoch.*consil.4.num.18.lib.1.*

Ob quam rationem cessat etiam quod dicitur de regula *l.boues, §.hoc sermone ff.de verb.sign.* † illa enim 130
non procedit in dispositione generali, aut indefinita, *vt per tex.in l.si seruitus ff.de seruit.urban.prædior.dicit* Tiraq.*in d.§.hoc sermone ampl.25.num.1.* maximè si concurrat identitas rationis Bart. *in d.l.omnes populi num. 57.* Rutin.*cons.6.num.2. lib.3.* Gabr.*cons.94.num.4.lib.2.* Couar. *var. resolut.lib.1.cap.13.num.9.* Menoch.*cons.97. num.155.lib.1.*

Natura † enim constitutionis est vt sit vniuersa- 131
lis *cap.erit autem lex 4.distinct.l.1.ff. de legib.* & disponat non circa vnum tantum actum, sed perpetuò, &

quoties opus fuerit, ne alioquin sit manca, mutilata, & imperfecta. *l.1. Cod. de his quib. vt indign. per quam tex.* Tiraqu. *in d.§. hoc sermone limit.9. num.2.* vbi pro-
132 pterea concludit † quod regula *d. §. hoc sermone* non procedat in dispositione legis, & multò minus si ob identitatem rationis secundus, vel vlterior actus comprehendatur in dispositione prout contingere in casu præsenti dictum est. *Ita* Tiraq. *in d.§. hoc sermone in 10. limit.*]

De respicientibus personam domini Census, quis eius dominus dicatur, & quis illius fructus exigere possit.

QVÆSTIO LXVII.

aliàs par. 2. cap.2. qu. 2. ar. 1.

QVæstio proposita, in qua de iis differendum est, quæ respiciunt personam domini census, considerando illum non in actu acquisitionis, sed postquam est effectus illius dominus, & censum retinet, sex Articulis explicanda est.

Primus est, quis dicatur dominus census, & quis possit censum exigere.

Secundus, ex duobus dominis census, quis in exactione illius sit præferendus.

Tertius, minor, & eius tutor vel curator, an possint censum exigere.

Quartus, proprietarius ne an hæredes, vsusfructuarij exigant fructus census maturos, viuente vsufructuario.

Quintus, fideiussor census, vel correus debendi si censum emant, an possint illum integraliter exigere.

Sextus, dominus census an possint super eo aliquem contractum celebrare.

SVMMARIA.

1 *Dominus census is est, qui pro se censum emit vel per semetipsum, vel mediante persona procuratoris.*
2 *Item illius hæres.*
3 *Item illius successor singularis.*
[*Cessionario debentur fructus census sibi cessi.*
Fructus ex censu extincto non debentur.
Cedens censum si post cessionem fructus illius exigat, liberat debitorem.]
4 *Cessionarius representat personam cedentis.*
5 *Et succedit in locum, & primi egium ipsius.*
6 *Dominus census potest illius fructus exigere etiam postquam illum alteri cessit, si cessionarius non intimauit legitimè debitori ne illi soluat.*
[Limit. *si cessit omnia iura, & actiones, ita vt nihil penes ipsum remanserit.*
Limit.2. *si cedens, ponat cessionarium in locum suum cum clausula ponens.*
Limit.3. *Si debitor haberet notitiam cessionis, & solutio esset nociua cessionario.*
Limitatur 4. *Vt ex pacto gratuito, vel ex sola confessione cedentis non sequatur liberatio debitoris.*
Limitatur 5. *Quando cessio est facta ex causa onerosa.*
Limit. 6. *Si solutio fiat postquam est acquisitum ius cessionario* num.10.
Limit. 7. *Quando cessio est facta ad commodum cessionarij.*
Doctori nihil alleganti non creditur.
Donatione prohibita, non est prohibita remissio pignorum.
Cedens censum, si post cessionem exigat eius fructus tenetur ad illorum restitutionem.]
7 *Procurator qui pro alio censum emit potest illius fructus exigere.*
8 *Debitor potest soluere ei, cum quo contraxit.*
9 *Procurator exigens proprio nomine fructus census quem procuratorio nomine pro alio emit, tenetur cauere de rato.*
10 *Mirabile est, vt quis agens proprio nomine teneatur cauere de rato.*
11 [*Emptio pro persona nominanda est de iure permissa.*
Emptio pro persona nominanda est conditionalis.
Emens pro persona nominanda potest compelli ad nominandum.
12 *Fructus sequuntur dominium.*
13 *Emens censum pro persona nominanda, ante factam nominationem est illius dominus secundum quosdam.*
Redditur ratio infra.
14 *Argumentum de toto ad partem est in iure validum.*
Emens pro persona nominanda, non facta nominatione, præsumitur pro se voluisse acquirere.
Intellige quando clarè constat de tali eius voluntate.
Vel ex coniecturis illa potest elici.
Secus quando illum acquirere voluisse pro persona nominanda, constat.
Nominatio debet fieri intra annum.
Nominatione facta, ius nominantis resoluitur.
Res empta pro persona nominanda illi acquiritur facta nominatione.
Et quidem à die facta emptionis.
15 *Acquisitio rei, facta nominatione, retrotrahitur ad diem emptionis.*
Res empta pro persona nominanda ita illi acquiritur, vt fingatur apud emptorem, non extitisse momento quidem temporis.
16 *Retractatio non habet locum in conditione voluntaria in alterius præiudicium.*
Res empta pro persona nominanda non afficitur hypotheca ad fauorem creditorum ementis etiam ante nominationem contra Mart. vol. 127.
17 *Nominatio persona pro qua fuit facta emptio non debet intimari venditori.*
Nominatio persona debet fieri ab ipsomet emptore, nec potest fieri ab eius hærede.
Nominandi ius non transit ad hæredes.
Nominatus non acquirit rem emptam pro persona nominanda, si non ratificet nominationem viuo nominante.
18 *Possessio defuncti non transit ad illius hæredes absque noua apprehensione.*
19 *Possessio hæredis cum possessione defuncti non est eadem sed est alia.*]
20 *Emens censum pro persona nominanda ante factam nominationem potest exigere fructus, si appareat voluisse emere pro se.*
21 *Dominus census dicitur is ad cuius proprietatem & vtilitatem fuit facta recognitio bonæ fidei ab eo, qui illum emit, quasi emerit ex pecunis illius.*
22 *Res empta ex pecunia aliena efficitur ementis.*
[*Procurator constitutus ad emendum, si emendo stipuletur sibi, non autem pro domino constituente sibi non constituenti acquirit, licet soluat pecunias constituentis.*
Factum potius attenditur, quàm id, quod fieri debuit.
Recognitio bonæ fidei operatur translationem dominij.]
23 Limitatur *quando nomen emptoris fuit in emptione simulatè appositum & expressum.*
24 *Maritus efficitur dominus census, quem vxor sibi*

in dotem dedit æstimatum ea æstimatione, qua emptionem faciat.

Et potest illius fructus perpetuo exigere, n. 26.

25 *Maritus non efficitur dominus illius census, quem sibi vxor tradidit inæstimatum pro fundo dotali.*

[*Census emptus ex pretio alterius census non dicitur subrogatus in locum census venditi nisi hoc expresse actum sit.*

Subrogatio non intrat in particularibus.

Res empta ex pretio redacto ex venditione rei dotalis pupillaris, vel hereditaria, non efficitur dotalis, pupillaris, nec hereditaria remissiuè.

26 *Illius tamen fructus potest exigere constante matrimonio.*

27 *Dotis fructus pertinent, & constituti sunt pro supportandis oneribus matrimonij.*

28 *Census acquiritur illi ad cuius fauorem fuit stipulatus Notarius.*

29 *Maximè si alia concurrant adminicula.*

30 *Ampliatur primò etiam quod fuerit emptus ex propria*

47 *pecunia ementis, sequuta tamen traditione.*

31 *Ampliatur 2. etiam quod in emptione dicti census diceretur quod census ille esset ad liberam dispositionem alterius personæ.*

[*Dispositio rei si cui committatur non intelligitur translatum dominium, sed data illius administratio.*]

32 *Ampliatur 3. vt absenti acquiratur ius, & actio per stipulationem Notarij sine cessione, vel ratificatione.*

33 *Maximè si sit iuramento munita.*

34 *Is cui est facta acquisitio mediante stipulatione Notarij non solum potest recipere solutiones, sed etiam potest cogere ad soluendum.*

35 *Stipulatio Notarij suffragatur absenti, vel quando est facta copulatiuè ad fauorem stipulantis & absentis.*

36 *Vel quando est facta in instrumento habente executionem paratam, vel munito camerali obligatione.*

37 *Is ad cuius fauorem fuit emptus census absque stipulatione Notarij, non efficitur dominus census, sed dicitur dumtaxat adiectus.*

38 *Is in quem sunt collata verba exequutiua, non obligatiua tanquam adiectus potest recipere solutiones.*

39 *Non tamen potest cogere ad soluendum.*

40 *Etiam si talia verba exequutiua sint collata ad fauorem piæ causæ.*

Etiam quod contrahentes iurauerint super obseruantia contractus, n. 42.

Intellige quando verba obligatoria sunt concepta solum ad fauorem eius, & alterius num. 43.

[*Adiecto in rem suam acquiritur ius ad agendum & petendum, & Adiectus in rem suam quis dicatur.* ibid.]

41 *Ex stipulatione illi tantum ius acquiritur in quem diriguntur verba obligatoria.*

44 *Absenti acquiritur ius, & actio, & stipulatione priuata personæ, interueniente iuramento.*

45 *Sequuta tamen cessione, vel ratihabitione.*

46 *Pupillo acquiritur ex stipulatione tutoris absque cessione, vel ratihabitione.*

47 *Infanti acquiritur ex stipulatione priuata personæ absque cessione, & ratihabitione.*

48 *Absenti scienti stipulationem factam à priuata persona ad sui fauorem, acquiritur absque cessione, & ratihabitione.*

49 *Etiam quod scientia sit præsumpta.*

50 *Emens censum pro alio absque illius mandato, potest illius fructus exigere, nam sequuta, quàm non sequuta ratificatione.*

[*Acquirere alteri quilibet potest emendo.*

Res empta acquiritur non domino pecuniæ quæ erogatur, sed illi, pro quo emitur.

Intellige, sequuta illius ratificatione.]

51 *Solutio facta ei cum quo est celebratus contractus liberat debitorem soluentem.*

52 *Etiam quod contractus sit celebratus nomine alterius personæ.*

53 *Fructus exacti ab eo, qui pro alio censum emit non acquiruntur recipienti, si is pro quo fuit facta emptio, emptionem ratificauit.*

54 *Secus si illam non ratificauit, &* n. 58.

55 *Is pro quo fuit emptus census absque eius mandato non efficitur dominus census ante illius ratificationem.*

56 *Dominium census pro alio empti à non procuratore antè factam ratificationem, vel acquiritur ipsimet emptori.*

57 *Vel stat in suspenso.*

[*Dominium rei empta pro alio ante illius ratificationem remanet penes venditorem ante* numerum 58.]

59 *Creditor ex hypotheca non acquirit titulum, nec possessionem rei hypothecatæ.*

60 *Sed ad dictum effectum est necessaria realis consignatio, & vera cessio.*

VT clarum, & distinctam propositi articuli habeamus resolutionem, infrascriptas conclusiones firmandas, & constituendas esse existimaui.

Prima sit conclusio, quod † dominus census est 1
tam is qui pro se censum emit vel per semetipsum, vel mediante persona sui procuratoris legitimè constituti, *l.* 1. *C. per quas person. nob. acq. §. ex his itaque, vers. & hoc est Instit. eod. & in puncto dixit* Rota *coram* bon. me. Iusto, *in vna Romana censuum de Luraghis,* 21. *Ianuarij* 1601. *quæ est impressa post tract. decis.* 160. *num.* 2. & 3. [*& in vna Romana census* 23. *Iunij* 1614. *coram* R. P. D. Dunozetto *quæ est post tract. dec.* 359. *num.* 13.] quam etiam illius vniuersalis hæres † qui succedit in vniuersum 2
ius defuncti, *l. nihil aliud, ff. de verb. signific. l. hæreditas, ff. de regul. iur.* Ias. *in l. si sic stipulatus num.* 13. *ff. de verbor. signific.* Iacob. Venerit. *in suo tractatu, de ann. præstat. par.* 2. *quæst.* 29. *in fine*, & omnibus est in confesso, quam † etiam is cui dominus census illum cessit, & 3
vendidit, vt post longam discussionem firmauit Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 17. *num.* 11. *& seqq.* [*Et placuit* Rot. *coram* R. P. D. Manzanedo 2. *Aprilis* 1607. *in vna Romana fructuum dotis, quæ est ibid. decis.* 336. *num.* 2.

Et licet eadem Rota 14. *Maij* 1612. *coram eddem* recesserit à dicta resolutione vt ibid. *decis.* 13. attameri causa recessus, & mutationis sententiæ non fuit quod cessionario non debeantur fructus census cessi, sed quia census, qui in casu dictæ positionis fuerat cessus tempore cessionis non erat amplius in rerum natura, sed erat extinctus, & propterea ex illo fructus deberi non poterant, vt nos quoque diximus infra *q.* 119. *aliàs part.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. *& seqq.* Immo quod cessionarius efficiatur dominus census fuit aliàs in Rota firmatum *in d. Romana census coram* R. P. D. Dunozetto, *quæ est post tract. dec.* 359. *infra num.* 1.] Cessionarius † 4
enim representat personam cedentis, Tob. Non. *cons.* 84. *in princ.* Surd. *cons.* 322. *num.* 3. *& cons.* 424. *numer.* 22. *lib.* 3. & † succedit in omne ius, prærogatiuam; & pri- 5
uilegium ipsius cedentis Rim. iun. *cons.* 291. *numer.* 40. *lib.* 3. Surd. *cons.* 22. *num.* 16. *& cons.* 82. *numer.* 13. *& seqq. lib.* 1. Roderic. *d. q.* 17. *numer.* 11. Vnde quod is qui est dominus census possit illius fructus exigere, est magis clarum, quam quod possit in dubium reuocari. In tantum, quod † etiam postquam censum alteri cessit si 6
cessionarius sufficienter, & legitimè non intimauerit dictam cessionem debitori census possit cedens illius fructus exigere, & de bitot soluens consequatur liberationem, *l.* 3. *Cod. de nouat. leg. nomen. Cod. qua res pign.*

Bart. *in l. si cum emptore, & ibi* Iaſ. *ff. de pact.* [*& in puncto quod is qui cenſum ceſſit poſt ceſſionem exigere fructus dicti cenſus ceſſi voluit* Rota *in vna Arimineſi cenſus 9. Iun. 1599. coram* bon. m. Card. Pamph. *qua eſt poſt tract. dec. 161. num. 2.*

Quod tamen non eſt ita indiſtinctè accipiendum. Nam licet cedens poſſit regulariter exigere debitum ceſſum ſi non interueniat aliquod ex requiſitis *in l. 3. C. de notat.* dantur tamen plures caſus in quibus cedens non poteſt in præiudicium ceſſionarij exigere creditum ceſſum: quorum aliquos reperij cumulatos per D. Paulum Ranuccium eximium I. C. Macerateníem inter primarios Romanæ Curiæ Aduocatos nemini ſecundum, qui in quadam cauſa Bononienſi ita de iure reſpondebat.

R. P. De mea ſententia celeriter requiſitus ſuper eo, An gratuita promiſſio à Marutio emptore cenſus, de quo agitur facta Sancti fideiuſſori in cenſu prædicto, necnon Torrino emptori bonorum, de quibus agitur à dicto Sancto pro ſolutione fructuum cenſus hypothecatorum afficiat hæredes olim D. Bartholomei de S. Petro, in quem per biennium ante cenſus ab eodem Marutio titulo venditionis ſiue oneroſæ ceſſionis fuerat tranſlatus: cùm non poterim habere inſtrumentum dictæ ceſſionis, quod eſſe videndum dixi, diſtinguo plures caſus. Aut enim ceſſæ ſunt omnes actiones, & iura, ita vt nihil remaneat penes cedentem, vel omnes actiones vtiles, & directæ, vel etiam exercitium directarum, & tunc ſiue dubio negatiuè reſpondendum: cùm iſto caſu cedens nihil agere poſſit in præiudicium ceſſionarij Iaſ. *in leg. ſi cum emptore num. 11. ff. de pact.* Cæpol. *cautel.* 190. Anch. *conſ.* 119. *num.* 1. Pariſ. *conſ.* 19. *num.* 68. *lib.* 3. Rip. *in l. 1. num.* 13. *ff. ad* Trebell. *Theſaur. deciſ.* 201. *num.* 7. Botta *conſ.* 62. *num.* 8. *& ſeq.* qui *n.* 16. dicit non obſtare, quod ſoluens ignorantèr remaneret indamno, quia habet condictionem indebiti contra cedentem. Surd. *conſ.* 22. *num.* 36. Mantic. *de tacit. & ambig. lib.* 4. *tit.* 13. *n.* 4. Caball. *conſ. deciſ.* 81. *num.* 15. *lib.* 2.

Aut in inſtrumento ceſſionis legitur ampla poſitio in locum cedentis per clauſulam ponens, &c. Et iſto etiam caſu actiones directæ remanent penes cedentem inefficaces, ita vt nec ceſſantibus requiſitis, *l. 3. Cod. de nouat. ille agere, vel exigere poſſit* Ang. *in d. leg. ſi cum emptore* 17. *num.* 3. *ff. de pact. dicens conſuluiſſe, & obtinuiſſe* Aret. *in leg. cum filio col.* 6. *num.* 5. *verſ. & ideò* Ang. *ff. de leg.* 1. Crotus (reprobans Iaſ. diſſentientem, & firmans non poſſe tunc cedentem liberare debitorem prout firmant etiam alij plerique ex infra allegandis) *conſ.* 1. *num.* 12. *& conſ.* 83. *num.* 12. *& 14. lib.* 1. Oſaſch. *deciſ.* 45. *num.* 7. *verſ.* & prædicta Theſaur. *deciſ.* 201. *in fin. verſ. item ſi ceſſionarius* Botta *d. conſ.* 62. *num.* 13. Barz. *deciſ.* 70. *num.* 28. Surd. *d. conſ.* 22. *n.* 34. *verſ. reſpondere etiam, & num.* 35. *pariter* Iaſ. *reprobans* Odd. *ad l. 3. C. de nouat. quæſt.* 3. *art.* 5. Coſta *de ration. ratæ q.* 112. *num.* 2. *in princ. & in fin.* Vnde multò minus poterit gratuitò liberare, vt in puncto firmat *Coſta ibid.* dicens, in foro Ticinenſi raro dubitari, an cedens poſt ceſſionem non interueniente aliquo ex tribus requiſitis *d. l.* 3. liberare validè poſſit debitorem, quia in omnibus ferè inſtrumentis legitur clauſula *ponens &c.* per quam directè remanent inefficaces, relecta cum prædictis Doctoribus diſtinctione, an ex cauſa voluntaria, vel neceſſaria ceſſio fiat, quam eo minus admittere dicit praxim hodiernam.

Aut demum deficit vtrumque ex prædictis, & tunc quando ceſſio eſt ad commodum ceſſionarij licet vertatur ad commodum cedentis, qui pretium habuit, quia ſcilicet commodum eſt ceſſionario remanſurum vt hic, & diſtinguitur.

Aut ſumus in ſolutione, vel actu, qui niſi noceret ceſſionario, debitor remaneret in damno, & præiudicat ceſſionario ſi debitor ignorabat ceſſionem, ſi verò ſciebat ſecus, quia nec per ſolutionem tunc potuiſſet à cedente liberari Bart. *in l. facta* 63. *§. ſi hæres num.* 2. *ff. ad* Trebell. *vbi* Caſtr. *numer.* 4. *poſt med. verſ. ſi verò facta* Oſaſch. *d. dec.* 45. *cum aliis per* Surd. *d. conſ.* 22. *numer.* 43. *& 44. & conſ.* 82. *num.* 38. *& per* Bertaz. *clauſul.* 29. *gloſ.* 4. *num.* 9. *verſ.* Bar. *vero, & in Cartaginenſi penſionis* 12. *Ianuarij* 1585. *coram fel. recor. Clemen. VIII.* Adeò quod ſi probari poſſet ſcientia dicti fideiuſſoris res eſſet etiam ex hoc capite clara.

Aut verò ſumus in actu quo ceſſante, debitor, vel fideiuſſor non remaneret in damno, ſed non lucraretur, quia cedens fecit pactum gratuitum, vel confeſſionem, & tunc ſiue debitor, vel fideiuſſor ſciuerit ſiue ignorauerit ceſſionem factam, ſtà eis non proſunt, nec ceſſionario nocent, vt in puncto Caſtr. *in d. l. facta §. ſi hæres in princ. verſ. ſi verò non remaneret ff. ad* Trebell. *& in leg. ſi cum emptore* 17. *num.* 4. *poſt med. verſ. cum fuit facta ad vtilitatem tantum ff. de pact. quem in omnibus tanquam bene dicentem ſequitur* Oſaſch. *d. deciſ.* 45. *numer.* 5. *in fin. & 6. & ante* Caſtr. Bal. *conſ.* 105. *numer.* 5. *lib.* 3. *& optimè idem* Bal. *in l. 1. num.* 36. *verſ. quero quid in pacto gratuito C. de action. & oblig.* dicens rationem, quia ceſſionario ex cauſa oneroſa non nocet poſterior dolus auctoris *arg. l. fin. ff. de pact.* à quo propterea poſtea ex cauſa lucratiua recipiens, non recipit efficaciter quia replicabitur de dolo remittentis, *refert, & ſequitur* Surd. *licet eum citet ſub alio numero d. conſ.* 22. *num.* 31. *Idemque firmant* Hieron. Laurenſ. *deciſ. Auenionen.* 99. *&* Bertaz. *d. clauſul.* 29. *gloſ.* 4. *n.* 10. *verſ. Sed quod non valeat, dicens idem tenere.* Beltrand. *conſ.* 190. *in fin.*

Non obſtat prima reſponſio id procedere quando cedens fieret ex hoc minus idoneus aliàs ſecus Odd. *ad l. 3. Cod. de nouat. queſt.* 3. *artic.* 8. *in fin. verſ. ex quo oritur prout in propoſito dicitur*, non probari Marutium non eſſe ſoluendo, & alia quoque bona fideiuſſoris non liberata extare. Quia *Odd.* nihil pro hac ſua declaratione citat, vnde illi tanquam nihil alleganti non ſtatur plenè Surd. *deciſ.* 335. *numer.* 20. tum quia rationes dictæ concluſionis manifeſtè contrarium connectunt: nempe prima ſupra ſupra relata ex *Bal.* quam ſequitur Surd. *nec non alia* Caſtr. *in d. §. ſi hæres in princ.* quod nempe cedens poſt ius quæſitum ex ceſſione non poteſt ceſſionario in aliquo præiudicare *argument. leg. ſi partem §. fin. ff. quemad. ſeruit. amitt. quod etiam tradunt* Surd. *d. conſ.* 22. *num.* 28. *verſ. nec etiam, &* Phœbus *deciſ. Luſit. an.* 10. *numer.* 5. *in fin.* Et alia Caſtr. *in d. l. ſi cum emptor. numer.* 4. longè poſt med. quod liberatus non poteſt conqueri, cum nihil perdat de ſuo licet lucrum non acquirat *arg. l. qui autem §. ſimili modo ff. quæ in fraud. credit.* Bertaz. *d. clauſul.* 29. *gloſ.* 4. *numer.* 11. *ſub verſ. eſt & quartus caſus, & ponderat in puncto* Hieron. Laurent. *d. deciſ.* 99. tum demum quia quando ceſſio eſt facta ad commodum ceſſionarij, nec confeſſio cedentis poſtea facta illi nocet Caſtr. *in d. §. ſi hæres in fin. cum aliis per* Surd. *d. conſ.* 22. *numer.* 31. *& deciſ.* 256. *num.* 9. Rota *deciſ.* 106. *ſub num.* 2. *par.* 2. *recent.* Phœbus *late d. dec.* 2. *num.* 6. *ſub num.* 10. *in fin.* dicit pro hac opinione in Senatu iudicatum Bertaz. *vbi ſupra.* Etiam ſi habere poſſet regreſſum contra cedentem ex allegatis *per* Surd. *d. conſ.* 22. *n.* 34. *& per* Phœb. *vbi ſupra n.* 6. *& 9. & in Veneta ſequeſtri* 25. *Maij* 1620 *coram* R. P. D. Buratto.

Minus obſtat ſecunda reſponſio quod licet liberari non poſſit debitor, vel fideiuſſor, remitti poſſit phypotheca *l. ſi pignus ff. quæ in fraud. credit. l.* 1. *§.* 1. *l. Lucius ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolut.* Affl. *deciſ.* 232. *num.* 7. *cum aliis, qui dicuntur poſſe allegari.*

Quia afflict. & iura prædicta ſolum probant, donatione prohibita, non eſſe prohibitam remiſſionem pignoris, quod longè diſtat à materia iſta, in qua non

eſt

est cedenti prohibita sola donatio, sed omnis gratuita liberatio, pactum, & confessio, ex supra deductis huc vsque Dominus Rainuccius. Ex quibus clarè apparet multos dari casus, in quibus cedens non potest exigendo liberare debitorem etiam quod non interueniat aliquod ex requisitis *l.3.C. de nouat.*

Verùm enim verò etiam in iis casibus in quibus debitor per solutionem factam cedenti consequitur liberationem, non tamen infertur aliquod præiudicium cessionario, quia tunc cedens tenetur fructus census, quos à debitore exegit, restituere cessionario Paris. *qui alios allegat cons.98. num.14. & seq. lib.1.* & in propriis terminis ita fuit resolutum in Rota *in d. Romana fructuum dotis coram* R.P.D.Manzanedo 2. *April.* 1607. *quæ est post tract. decis.336. num. 3.*]

7 Prout † etiam posse fructus census exigere eum, qui procuratorio nomine pro alio censum emit videtur absque difficultate concludendum, ex not. per Bart. *in l. eum qui ita*, §. *qui sibi, aut filio, num.2. & ibi* Alex. *num.6.* Ias. *num.12. ff. de verbor. obligat. idem* Alex. *in l. filius, sub num.1. vbi* Ias. *& Dec. vterque n. 6. C. de pact.*

8 dum † vnanimiter firmant, quod debitor soluens procuratori cum quo contraxit consequitur liberatio-

9 nem. Licet † enim iste procurator ex quo pro alio fuit stipulatus, non possit sine cautione de rato proprio nomine agere, *l. non solum*, §. *Interdum, ff. de procurator.* Paul. de Castro. *in l. quod seruus, sub num.2. ff. de pos.* Alex. *in d. l. filius, num.1. & in d.* §. *qui sibi aut filio, num. 6. in*

10 *fine, & ibi* Ias. *nu. 12.* (qui † dicunt esse mirabile quod agens quis proprio nomine teneatur cauere de rato) rectè tamen illi soluitur, & debitore ei soluens plenam consequitur liberationem, vt omnes præfati Doctores affirmat.

Secunda sit conclusio. [Circa censum emptum pro

11 persona nominanda. † Quamuis enim iste modus contrahendi sit de iure permissus Dec. *cons. 543. num. 2 ad fin.* Fabian. de Mont. *in tract. de empt. & vendit. in 2. qu.3.qu.princip.* Cæph. *cons.325. num.13. lib.2.* Riminal. Iun. *cons. 109. num. 2. lib.1. qui hoc confirmat auctoritate* Bart. *in l. in vendentis qu.3. col. pen. C. de contr. empt.* Mantic. *qui alios allegat. decis. 336. num. 1.* Quia tamen talis emptio dicitur conditionalis, videlicet si emptor nominabit personam prout demonstrat illud gerundium nominanda vt deducit Rim. Iun. *cons.163. num.1. & 22. lib. 1.* licet emptor cogi possit ad faciendam dictam nominationem, vt per *lib.1. ff. de pact. & l.1. ff. de constit. pecun. dicit* Rim. Iun. *d. cons. 163. num. 19.* potest in dubium reuocari, cui sit acquisitus census ante nominationem & sic pendente conditione, vt sciamus ad

12 quem spectent conditione pendente, fructus dicti census, cùm fructus † sequantur dominium, *l. si dominum C. de pign. l.2. & 3. C. de pign. act.* Ceph. *cons. 3. num. 71. lib.1.* In qua difficultate licet videatur dicendum quod

13 ipse emptor pendente conditione, † remaneat dominus dicti census *arg. l. secundum responsum C. de contr. & comm. stipul. per quem tex. ità respondit.* Alex. *cons. 132. n. 3. lib. 6.* vbi argumentatur, quod sicut apud ementem pro persona nominanda, si omni tempore cesset in nominando, res empta remanet, ac si pro se tantum recepisset quod refert Magric. *de tacit. & ambig. conuent. lib.4. tit.22. num.9.* ita etiam si pro aliquo tempore cesset, pro rata temporis, quo cessauit, debet intelligi

14 rem esse apud eum, & sibi esse acquisitam. Valere † enim dicit argumentum de toto ad partem *l. quæ de tota ff. de rei vendicat. l. qui scit in princip. ff. de vsu. Et hanc opinionem sequitur.* Ceph. *cons.325. num. 14. lib.3.* Magon. *dec. Florent.37. num.16.* Mart. *vot.127. num.1.* Mantic. *d. tit.22. num.9. in fin. & decis.336. numer.1.* Dec. *consil. 543. num.3. & 4.*

Verum quia hæc opinio est fundata in præsumpta mente stipulantis quod non facta nominatione, voluerit sibi acquirere, vt auctoritate Bal. Alex. & Ias. *in locis in decis. allegatis dixit* Rota *coram* Greg. XV. *in vna Romana census 3. Decembris*, 1605. *quæ est post tract. decis.163. num.7.*

Sicut quando constat ementem pro persona nominanda voluisse sibi, & non alteri acquirere, sibimet, & non alteri acquirit, vt deducit Rim. Iun. *d. cons.163. numer.24.*

Ita quando constat primam suam intentionem ementis pro persona nominanda fuisse quærere non sibi, sed illi personæ, quam nominaret, vtique acquisitio non sit sibi stipulanti, sed personæ, quam nominauerit, *l. si absentis, & ibi* Bal. *in 2. oppos. C. si cert. per.* Rimin. Iun. *d. cons.163. num.11.* Rota *coram* Gregor. XV. *d. decis. Romana census, quæ est post tract. decis.163. num.7.*

Quando autem animus emptoris non esset ita clarus, & perspicuus an sibi ipsi, an verò personæ nominandæ vellet acquirere, sed essemus in dubio tunc est recurrendum ad coniecturas, & prout ex illis colligi poterit, dicendum erit vni, vel alteri esse factam acquisitionem vt habetur apud Dec. *d. cons. 543. num.3. & 4. & apud.* Rota *coram* Gregorio XV. *d. decis.163. n. 6. vers. nec obstat & infra.*

Facta autem nominatione (dummodo fiat intra annum Bal. *cons.470. nu. 2. vers.* quarta ratio, *lib.5. late* Surd. *decis.226. num.5. & seqq. & signanter, num.9. & seq.* Gratian. *in addition. ad suas dec.* March. *dec.135. num.5.*) ius quod erat apud emptorem resoluitur. Dec. *cons. 43. num.4.* Magon. *d. decis. Florent.37. num.16.* & res empta acquiritur personæ nominatæ, vt conueniunt omnes supra citati Doctores, *& voluit* Rota *coram* Greg. XV. 23. *February* 1604. *in illa Romana census, quæ est impressa post tract. decis.125. num.5. & coram* Mantic. *decis.336. num.1.* Magon. *d. decis. Florent.37. num.16.* Et quidem à die celebrati contractus, & initæ stipulationis, quia in acquisitione facienda initium actus attenditur, *l. si filius fa. in prin. ff. de verb. oblig. l. vsusfructus in fi. ff. de stipul. seruor.* † Retrotrahitur enim acquisitio ad prin- 15
cipium contractus *l. fin. C. ad Macedon.* Anchar. *consil. 117. sub num. 1.* Ceph. *cons. 325. num.15. lib.3.* & ex eo tempore ita acquiritur nominatæ personæ vt ne momento quidem temporis dominium dici possit, fuisse penes ementem. Surd. *dec.182. num.15. in fin. & infra* Gratian. *in addition. ad decis.* March. *135. num.1.*

Nec dicamus, quod cùm simus in actu, qui pendet à mera voluntate ementis, in cuius arbitrio videtur consistere, an aliquem nominet, vel ne; † & in condi- 17
tionibus voluntariis non fit retrotractio in præiudicium alterius Rim. Sen. *cons.412. num.11.* Ceph. *cons.705. num. 18. lib.5.* Gabr. *cons.64. num.15. lib.1.* Surd. *con.335. num.24. lib. 3.* Quoniam bene respondet Rota coram Gregorio XV. *d. dec.163. post tract. num. 11. & seqq.* Et si verum est, quod diximus *supra num. 18.* quod emptor iste potest cogi ad nominandum; non erit verum, quod conditio ista sit merè voluntaria, vnde cessat obiectum.

Cùm itaque acquisitio ad fauorem personæ nominatæ retrotrahatur ad principium contractus, & illi censeatur facta in ipso actu stipulationis, sequitur, quod super re, & censu pro persona nominanda ante factam nominationem creditores ipsius emptoris non possint prætendere ius aliquod ratione suæ anterioris hypothecæ. Si enim apud eum nullo momento temporis permanserit dominium nec possessio rei emptæ, sed iuris interpretatione ab ipsomet initio semper extitit penes personam nominatam nihil est, in quo fundari, & radicari possit ius ad fauorem dictorum creditorum, vt bene probatur ex traditis per Dec. *d. cons. 343. num.5. cum multis seqq. & plene firmauit* Rota *in d. Romana census coram* Gregorio XV. *quæ est post tract. decis.162. num.4. vers. sed ad fundamentum, & infra*, vbi respondet contrariis, & proinde non videtur fidendum de *Mart. d. vot. 127. numer.8. & seq.* qui contrariam

trariam sententiam firmare nititur.

Ad effectum autem, vt personæ, pro qua fuit facta emptio acquiratur res empta nemini est dubium quin
17 requiratur nominatio: non † tamen requiritur, vt empter intimet venditori talem nominationem, & notificet illi personam nominatam, vt per bonas rationes fuit resolutum *in* Rota *in vna Rauennat censi census coram* R.P.D.Caualleric 13.*Iunij*, 1607. *quæ est post tract.dec.*162.*per tot.& amplectitur.*Gratian.*discept.forens.tom.*1.*cap.*194.*nu.*10.licet ipse *d. decis.* March. 135. *num.*15.contrariam affirmet.Sed bene requiritur,quod dicta nominatio fiat ab ipsomet emptore viuente,quia eo mortuo, ab eius hæredibus fieri non potest, cum ad hæredes ius nominandi non transeat Surd. *decis.* 226.*num.*2.*&* 3.Prout etiam requiritur, vt eodem emptore viuente, persona nominata ratam habeat dictam nominationem, Anchar.*cons.*127.*numer.* 3. Surd. *dec.*325.*num.*4. Si enim dicta ratificatio fieret mortuo
18 emente, possessio, quæ erat apud ementem, non potuit transire ad illius hæredes absque noua apprehensione *l.cum hæredes ff. de acquir. poss. ff.*& si ab illius hæredibus capiatur, non erit eadem possessio, quæ erit
19 apud defunctum eorum auctorem † sed erit possessio noua, & ab illa diuersa, & separata *l.*1.*§. scæuola ff. si quis testam.lib.esse iuss.fuer.*& proinde persona nominata non acquireret possessionem ex stipulatione facta ab emptore, sed ex nouo contractu, vt bene deducit Mantic. *de tacit.& ambi.connent.lib.*4.*tit.*22.*num.* 11. & consequenter non posset fieri retractatio acquisitionis ad initium contractus, & ad diem factæ stipulationis.

Facta autem nominatione, & sequuta legitima ratificatione, poterit persona nominata exigere annuas responsiones censuales, non solum decursas post factam nominationem, sed etiam decursas retro,cum,vt dictum est,census dicatur acquisitus tempore celebrati contractus emptionis, & fructus debeantur domino, & dominium sequantur.]

20 Ita † ante factam nominationem, si appareat eum qui censum emit pro persona nominanda voluisse, non facta nominatione, sibi ipsi acquirere, poterit fructus census exigere, secus autem si appareat quod sibimet dominium census acquirere noluit, vt fuit resolutum in Rota *in dicta Romana census coram* Illustriss. Ludouisio, *supra proximè citata.*

[Nec ex eo quod emptor census pro persona nominanda tempore emptionis, vel nominationis reseruet sibi dicti census administrationem remanet dominus census, sed illius dominium acquiritur personæ nominatæ, *vt dixit* Rota *coram* R.P. D. Motmanno *in illa Romana census* 13.*Iunij* 1633. *quæ est post tract. decis.* 553.*num.*2. *& seqq.vbi num.* 5. *ad hoc propositum allegat decisiones* 167.169.*&* 170.*impressa post tract.*]

21 Tertia conclusio sit, † quod dominus census dicitur ille ad cuius fauorem is qui censum emerat tanquam ex illius pecuniis emptum, & acquisitum recognoscendo bonam eius fidem illum cedit vt puta si is qui censum emit fateatur se in dicto censu nil aliud habere præter nudum nomen, pecunias autem in emptionem dicti census erogatas, esse eius ad cuius fauorem ipse cedit: nam dominus dicti census efficietur cessionarius non autem is, qui illum emit,vt fuit resolutum in Rota *coram* bo.me. Orano, 5. *Martij*, 1586. *in vna Romana census, quæ est post tract. dec.* 164. *in prin.* & in
22 aliis causis de quibus fit mentio *infra hoc eod.cap.*2.*q.*3. *art.*1.*nunc q.*73.Nam licet regulare † sit quod res empta ex pecunia aliena efficiatur ementis Doctor.*in l. si vt proponis, C.de rei vendic.*

[Et in puncto de procuratore constituto ad emendum censum, quod si pro se, & non pro constituente emat, & stipuletur sibi, & non domino acquirat licet emat cum pecunia domini constituentis: *dixit* Rot.*in vna Romana census* 16.*Nouembris* 1612. *coram* R. P. D. Caualleric, *quæ post tract.est dec.*346.*num.*2. *&* 3. *& in vna Romana Saluiani interdicti* 12.*Nouembr.* 1618.*coram* R.P.D.Remboldo, *quæ ibid.dec.*367.*num.* 2. Nam magis attenditur id quod factum fuit, quam id,quod fieri debuit, *vt dicit ibi* Rot.*d.num.*2.Quod tamen declarandum est, *vt in tract.hic num.*3.]

Hoc tamen fallit quando nomen ementis fuit simulatè in emptione appositum, & expressum [Vel aliter ex circumstantiis appareat,quod emens non sibi,sed domino pecuniarum voluerit acquirere,*vt apud* Rotam *in illa Romana fructuum dotis coram* R. P. D. Manzanedo 2. *Aprilis* 1607. *quæ post tract. est dec.*336. *sub num.*1.*& num.*2.*& coram* R. P. D. Caualleric *in illa Romana census* 16.*Nouembris* 1612.*quæ ibid. est dec.* 346. *num.*4.*& confirmauit in eadem causa coram eod.*22.*Aprilis* 1613.*quæ est ibi.dec.*347. *in prin.*

Et sine dubio si emens stipuletur pro alio, nam illi non stipulanti acquiritur, Rota *in Anconitana pecuniaria* 23.*Ianuarij* 1612.*coram* R.P.D.Pirouano *quæ est ibid.dec.*414. *num.*4. *&* 5. Vel alterum nominet in dominum, tunc enim talis declaratio, & recognitio bonæ fidei operatur translationem dominij in nominatum pro domino æquæ ac si nomen ipsius fuisset in instrumento emptionis specificatum, *vt dixit* Rota *in d.dec.Romana census coram* Dom. Caualleric, *quæ ibid. est decis.*346.*num.*4.] tunc† enim res empta cum pecu- 23
nia aliena non efficitur ementis, sed acquiritur ei ex cuius pecunia res empta fuit,Bal. *in l.*3.*in prin.C.si quis alt.vel sibi.*Paul.de Castro.*in l.multum interest,num.*3.*C. eod.tit.post quos* Rot. *in d.Romana census coram.* bon.me. Orano,*vltimo loco allegato,num.*2.*& in illa Anconitana pecuniaria coram* Reuerendissimo. P. D. Pirouano *numer.* 4. *&* 5.

Quarta sit conclusio. Maritus † cui ab vxore fuit 24
in dotem datus census æstimatus ea æstimatione, quæ facit emptionem efficitur illius dominus, & de eo potest ad sui libitum disponere, secus † autem si fuit illi 25
datus inæstimatus pro fundo dotali, licet illius dominium constante matrimonio sit penes maritum,*vt dicemus infra par.*3.*cap.*1.*q.*3.*art.*7.*nunc q.*109.*num.*42. soluto tamen matrimonio vxoris est, vt declarat post alios, Hyppolitus Rimin. *Instit. quib. alie. lic. vel non in princ.num.* 526. Vnde si à marito, constante matrimonio fuerit voluntariè alienatus, poterit soluto matrimonio ab vxore vendicari, & recuperari. Rim.*d.num.* 526.*& voluit* Rota *coram* Seraph. *decis.* 1332. *per tot. part.* 2.

[Sed posset in dubium reuocari, An quando mulier dedit marito in dotem aliquos census cum pacto, quod eueniente casu restitutionis dotis, vxor teneatur recipere eosdem census,& accidat,quod census illi extinguantur, & à marito reuendantur, & ex illorum pretio alij census à marito emantur,vxor tempore restitutionis dotis sibi faciendæ, teneatur recipere istos nouos census, quasi in locum extinctorum iure cuiusdam permutationis subrogatos, & proinde eosdem, quos vxor dederat marito, & partem negatiuam amplectēdā esse existimo, quia subrogatio regulariter intrat in particularibus,nisi specificè, & expressè fiat, & ad ita sentiendum moueor auctoritate Rota *vna S. Seuerini dotis* 17.*Martij* 1621.*coram* R.P.D.meo Vbaldo *quæ est post tract.dec.*422.*num.*3. *&* 4. *& bene facit resolutio facta in causa Anconitana censuum* 29. *Aprilis* 1614.*coram* R. P. D.Buratto, *quæ est ibid.decis.*421.vbi egregiè deducitur, quod res empta ex pretio rei dotalis, pupillaris, vel hæreditariæ, non fit hæreditaria pupillaris, vel dotalis.

Licet fortè secus esset,si maritus illum ex causa necessaria alienet, vt dicemus *d. art.* 7. *num.*40.*cum seqq.* Vnde † poterit maritus fructus dicti census sibi æsti- 26
mati in dotem traditi perpetuò exigere, eius verò qui

datus

datus fuit pro fundo dotali, dumtaxat constante matrimonio, cum † illius fructus illi sint debiti pro supportandis oneribus matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iure dot. l. dotis fructus, in princ. ff. eod. & facimus ea quæ nos diximus sup. par. 1. c. 2. q. 1. art. 5. nunc q. 18.* dum egimus de fundo dato in dotem an super eo maritus possit censum creare, & constituere. In iis verò censibus, qui nullo modo, sunt consignati, sed sunt proprij ipsius vxoris extra dotem, cum illorum respectum maritus non dicatur habere mandatum à lege, Alex. *cons. 90. col. 3. vers. nec aliam, lib. 2.* Honded. *cons. 66. nu. 87. lib. 1.* posset dubitari, an debitor soluens marito consequatur liberationem, & breuiter agendo, videtur dicendum quod si vxor sit minor vigintiquinque annis, maritus non possit exigere fructus huiusmodi census, & debitor illi soluendo non consequatur liberationem, secus autem si illa sit maior vigintiquinque annis, vt distinguit. Imper. *in l. cum maritum, à contrario sensu, & ibi* Bal. *& alij, C. de solut. & in propriis terminis nostris, sequuntur* Foller. *in sua Pract. Cens. in verbo, quæ quidem, num. 71. &* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 63. num. 96.*

28 Quinta sit conclusio, quod is † cuius nomine, & ad cuius vtilitatem mediante stipulatione Notarij census fuit acquisitus, dicatur illius dominus, *vt in puncto dixit* Franc. Milanens. *decis. 4. num. 40. & seqq. lib. 2. & voluit* Rota *in una Veneta census, 10. Decembr. 1610. coram* R.P.D. Marcomontio, *quæ est impressa in fine Tract. Decis. 165. num. 1. & seqq.* [*Idem fuit per* Rotam *resolutum in una Ariminensi fideicommissi 14. Nouemb. 1614. coram* bon. me. Remboldo, *quæ est post tract. decis. 469. num. 8.*]

29 Maximè † si alia concurrant adminicula, vt puta quasi possessio exigendi fructus census vel alia considerata per Rot. *ibid. & in eadem causa coram eodem, 14. Martij, 1611. quæ ibidem est decis. 166. num. 7. & 11. & coram* R.P.D. Caualerio, *18. eiusdem mensis Martij, & anni, 1611. in una Rom. census, quæ est ibidem decis. 167. numero 1.*

30 Quæ conclusio ampliatur Primò etiam † quod census ille fuerit emptus ex propria pecunia ementis. nam nihilominus illius dominium acquiritur ei, pro quo fuit emptus sequuta traditione, quæ inducitur ex patientia exigendi fructus dicti census, vel ex ratificatione eius pro quo emptus fuerit, *vt benè deduxit* Rota *in una Romana censuum de Iuraghis, 21. April. 1600. coram* bon. mem. Iusto, *quæ est post Tract. decis. 168. nu. 1. & seqq.*

31 Ampliatur Secundò etiam † quod in emptione dicti census diceretur quod census ille esset ad liberam dispositionem alterius personæ quam eius pro qua stipulatur, nam nihilominus census ille quo ad dominium, proprietatem spectat ad eum pro quo, & cuius nomine fuit emptus, personæ autem nominatæ pro libera illius dispositione spectat dumtaxat dicti census administratio, vt per bonas rationes fuit resolutum *in* Rota *in una Romana census primum coram* Reuerendissimo P.D. Coccino Decano, *22. Iunij. 1609. quæ est impressa post Tract. decis. 169. num. 2. & 3. deinde coram* R.P. D. Pirouano, *18. Iunij, 1612. quæ ibid. est decis. 170. per tot.* recedendo à resolutione in eadem causa facta, *28. Aprilis, 1608. coram eodem* Reuerendissimo P.D. Concino, *quæ est ibidem decis. 171. per tot.*

[Quæ ampliatio videtur satis concludenter comprobari ex resolutione, quam alias fecit Rota *coram* bon. me. Penia *in una Romana fideicommissi de Saluiatis 21. Februarij 1603. quæ est post tract. decis. 376. num. 8.* vbi fuit resolutum, quod per facultatem disponendi non censetur simpliciter concessa dispositio iure dominij, seu tanquam domino, sed dumtaxat iure administrationis, & tanquam administratori *ex* Gabr. *consil. 143. num. 5. & seq. lib. 1.* & de procuratore emente pro domino, & ad illius vtilitatem reseruata sibi dictæ rei emptæ libera, & omnimoda administratione, quod censeatur illam sibi reseruasse dumtaxat, quæ sibi tanquam procuratori non tanquam domino competere poterat, *dicebat* Rota *in una Rom. pecuniaria 26. Iunij, 1624. coram* Remboldo, *quæ est post tract. decis. 482. nu. 4.* vbi propterea infertur quod dictus procurator vigore dictæ reseruationis non potest disponere de dicta re empta in præiudicium domini, sed tantum iuxta illius voluntatem, & ordinem.

Ampliatur Tertiò vt † mediante stipulatione Notarij acquiratur ius, & actio ad dictum censum absenti etiam absque cessione, & ante ratificationem. Alex. *cons. 207. num. 2. & cons. 208. num. 1. lib. 7.* Paul. de Castr. *cons. 331. num. 4. vers. solum restat. lib. 1.* Natt. *cons. 261. nu. 5. lib. 1.* Cacher. *consil. 33. num. 8. lib. 1.* Bertazol. *cons. ciuil. 26. num. 22. lib. 1.* Roland. à Valle, *cons. 19. num. 17. & 22. lib. 1.* Honded. *cons. 37. num. 33. lib. 1. & consil. 23. num. 47. & 50. lib. 2.* Rota *Diuers. decis. 489 part. 1. & magis communiter teneri testatur* Rota *coram* R.P.D. Marcomontio, *10. Decemb. 1610. in illa Veneta census, quæ est post Tract. decis. 165. num. 4. & in una Perusina censuum, 13. Febr. 1615. coram* R.P.D. Remboldo, *quæ est ibid. decis. 172. num. 1. & non contradixit coram* R.P.D. Caualerio, *18. Martij, 1611. in Romana census, quæ ibidem est decis. 167. num. 1. & in una Ianuensi census, coram* R.P.D. Dunozet. *25. Nouembris 1613. quæ est ibid. decis. 173. numero 8.* 32

Nec obstat asserta decisio registrata post Zacch. *de obligat. camer. dec. 123. sub nomine* b.m. Robusterij *in una causa Rom. fideiuss. Nau.* Quoniam illa nō fuit resolutiō & decisio facta in Rota, sed simplex votum, & discursus factus ab eodem Robusterio, quod satis colligitur tum ex eiusmet lectura, tum maximè ex vera decisione facta in illa causa *coram eod.* Robusterio, *28. Ianuarij, 1577. quæ est post* Zach. *d. tract. decis. 124. in secunda difficultate. ibi quas in alio folio cumulani.* vbi testatur in dicta causa hunc articulum non fuisse in *Rota* resolutum, & propterea non potest allegari pro decisione *Rotæ*, maximè cùm *Rota* semper fuerit in opinione cōtraria, vt apparet ex supra mox relatis decisionibus & ex re solutionibus sæpius factis in aliis causis.

Quæ ampliatio † multò magis habebit locum si promissio de soluendo fuerit à debitore confirmata iuris iurandi religione, cum iuramentum idem operetur, quod præsentia, & acceptatio partis, vt multorum auctoritate, dixit Riminald. *iun. cons. 242. num. 15 4. & seq. lib. 3.* Honded. *cons. 27. nu. 21. lib. 1. &* Rota *coram* R. P.D. Remboldo *13. Febr. 1615. in illa Perusina censuum, quæ est impressa in fine Tract. decis. 172. num. 2.* Quo † casu is pro quo census fuit stipulatus poterit non solum recipere solutiones à sponte soluentibus, & illos liberare, sed etiam cogere ad soluendum, licet non reportauerit cessionem. Foller. *in sua Pract. cens. in verbo, tanquam, num. 51.* Bened. Bon. *in suo tract. de censibus ar. 73. num. 106.* qui licet loquantur de censu empto per procuratorem, virtus tamen iuramenti in qua se fundant est generalis etiam ad censum emptum ab eo, qui nullum habebat mandatum ad emendum. 33 34

Et hæc Notarij stipulatio suffragatur absque dubio † vel quando fuit facta copulatiuè tam ad fauorem stipulantis, quàm ad fauorem absentis, vt animaduertit Rota *coram* R.P.D. Remboldo, *13. Februarij, 1615. in illa Perusina censuum, quæ est impressa post Tract. decis. 371. num. 6.* vel quando † fuit facta in instrumento habente guarantigiam, vel aliàs habente executionem vigore statuti loci contractus prout contigit in patria mea, in qua simile statutum viget sub *rubr. de execut. instrument. lib. 2. rub. 29.* seu esset vallatum camerali obligatione, cuius vigore haberet paratam executionem, vt declarant Bart. *in l. 3. §. possessio, ff. de acquir. possess. & cons. 71. num. 2. in lib. 1.* Bal. *in l. non enim, in 1. lect. subnu. 1 ff. de adopt.* Rom. *consil. 76. in princ.* Capic. *decis. 73. nu. 6. &* 35 36

6. & faciunt tradita per Galeſ. *latè in ſuo Commentar. ad obligat. cameral. & in propriis terminis, dixit* Foller. *in d. verbo, tanquam, num.* 51. *&* Boccac. *in d. ſuo tractatu, de cenſib. par. 2. num.* 128.

Limitatur autem concluſio firmata in hac quinta
37 concluſione. Primò † quando pro abſente nemo fuit ſtipulatus, ſed in illum ſunt collata dumtaxat verba executiua, nam non poteſt dici dominus cenſus, cum dicatur ſolummodo adiectus ſolutioni, non autem obligationi. Gloſ. *in l. 3. in verbo, ratum, C. de contr. comm. ſtipul. plenè* Rimin. *ſen. conſ.* 525. *per tot. & ſignanter num.*
38 11. *ad fin. lib.* 3. licet † enim huic abſenti acquiratur ius recipiendi ſolutiones, *arg. l. enim qui ita, § qui ſibi, ff. de verbor. obligat. l. quod ſtipulatus, ff. de ſolut. l. ſed & ſi filio, §. 1. ff. de conſtit. pecu. §. planè, & ibi* Gloſſ. *in verbo,* Seio, *Inſtit. de inutil. ſtipu.* Corn. *conſ.* 189. *numer.* 5. *lib.* 3.
39 nullum † tamen ei acquiritur ius ad agendum, & petendum, quia ad dictum effectum opus eſt, vt pro illo aliquis recipiat Aret. *conſ.* 17. *num.* 9. *verſ. ex nono etiam capite,* Rub. Alexandrin. *conſ.* 132. *numer.* 1. qui teſtatur
40 de communi etiam † ſi agatur de fauore piæ cauſæ. Dec. *conſ.* 531. *in fine,* Curt. iun. *conſ.* 52. *num.* 12. *conſil.* 120. *num.* 2 Pariſ. *conſ.* 77. *num.* 15. *lib.* 1. [Niſi fuerit factus adiectus in rem ſuam, prout factus intelligitur. Quando intereſt adiicientis, vel adiecti, vt ſoluatur adiecto, & ſolutum apud eum remaneat Ruin. *conſ.* 209. *num.* 9. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 107. *num.* 32. *vol.* 3.] Nam re-
41 gulare eſt, quod † ex ſtipulatione illi ſolùm ius acquiratur in quem verba ſtipulationis dirigunt. Corn. *conſ.* 111. *num.* 4. *lib.* 3. Gabr. *conſ.* 129. *num.* 8. *lib.* 1.
42 Magon. *dec. Florent.* 57. *num.* 16. etiam † quod contrahentes iurauerint ſuper obſeruantia contractus, Alex. *conſ.* 108. *num.* 1. *libr.* 7. Pariſ. *conſ.* 81. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 1. Hæc tamen declaranda ſunt vt procedant quan-
43 do † verba ſtipulationis ſunt concepta per orationem alternatiuam, ſecus autem ſi is qui contrahit concipiat orationem copulatiuè ita vt diſpoſitio æqualiter ſit collata in perſonam ſtipulantis, & abſentis, quia eo caſu is qui eſt comprehenſus in illa ſtipulatione copulatiuè concepta, non dicitur ſimpliciter adiectus, ſed reus credendi. Bar. *in l. 2. nu. 2. & 3. ff. de duob. reis.* & propterea illi æqualiter cenſus diceretur acquiſitus vt dixit Rota *coram* R. P. D. Remboldo *in illa Peruſina cenſuum ſupra proximè relata, num.* 7.

Limitatur ſecundò ſi ſtipulatio pro abſente non fuerit facta à Notario, ſed ab aliqua priuata perſo-
44 na: tunc † enim licet interueniente iuramento acquiratur abſenti ius, & actio, *cap. quamuis, de iuram. lib.* 6. Rim. *ſen. d. conſ.* 525. *num.* 13. *lib.* 3. Pariſ. *d. conſ.* 82. *num.* 1. *lib.* 1. *& conſ.* 12. *num.* 24. *lib.* 2. Doctor. *in l. ſtipulat. iſta, §. alteri, ff. de verb. obligat.* Bertaz. *conſ. ciuil.* 26. *num.* 25. *lib.*
45 1. Honded. *conſ.* 37. *num.* 21. *& ſeq. lib.* 1. hoc † tamen verum eſt ſi ſequatur ceſſio, & ratihabitio. Alex. *conſ.* 13. *num.* 12. *lib.* 1. *conſ.* 40. *num.* 7. *& ſeq. lib.* 5. Franc. Becc. *conſ.* 19. *num.* 8. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 206. *ſub num.* 33. *lib.* 2. *& videtur non obſcurè ſenſiſſe* Rota *coram* R. P. D. Marcomontio, 10. *Decembris*, 1610. *in illa Veneta cenſus, quæ eſt*
46 *impreſſa poſt tract. deciſ.* 166. *num.* 3. Præterquam † ſi ſtipulatio fiat per tutorem ad fauorem pupillorum ſub ſua tutela conſiſtentium, nam mediante perſona tutoris ipſius ius acquiritur abſque aliqua acceptione, vt poſt Gloſ. *in l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis inſulam, in verbo, fieri ff. de verb. obligat. & in l. quoties, in verbo ſuo nomine ff. de adm. tut. dixit* Rota *coram* R. P. D. Remboldo, 13. *Februarij*, 1615. *in illa Peruſina cenſuum, quæ eſt poſt tract.*
47 *deciſ.* 172. *num.* 3. Et † multò magis ſi fiat ad fauorem infantis Theſaur. *deciſ.* 70. *numer.* 15. Rota *diuerſ. deciſ.*
48 683. *num.* 6. *par.* 1. Vel † quando præceſſit ſcientia eius pro quo fuit facta ſtipulatio & illius taciturnitas, quæ operantur effectum ratihabitionis, vt fuit reſolutum in
49 Rota *coram* Seraphin. *deciſ.* 1184. *num.* 12. *par.* 2. etiam † quod ſcientia ſit præſumpta reſultans, pura ex conſanguinitate, & affinitate, diuturnitate temporis, Theſ-
50 ſau. *d. deciſ.* 70. *num.* 2. Soc. iun. *conſ.* 67. *num.* 11. *lib.* 3. Surd. *dec.* 111. *num.* 10. *& deciſ.* 206. Menoch. *de Præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 23. *num.* 84. *& placuit* Rotæ *coram* R. P. D. Marcomontio 10. *Decembris*, 1610. *in illa Veneta cenſus, quæ eſt in calce tract. deciſ.* 165. *num.* 6.

Sexta concluſio ſit †. Quod licet poſſit quis pro alio emere, & acquirere ex propria ipſius ementis pecunia *l. mancipia vbi* Bal. *& alij C. ſi quis alter. vel ſibi, & dixit* Rota *coram* Gregorio XV. *in illa Romana cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ.* 125. *num.* 3. *& in illa Veneta cenſus coram* R. P. D. Marcomontio, *quæ eſt ibid. deciſ.* 165. *num.* 1. *& in eadem cauſa coram eod. vt ibid. deciſ.* 166. *num.* 7. *&*
51 *coram* b. m. Iuſto *in illa Romana cenſuum de Luraghis, quæ ibid. eſt deciſ.* 168. *num.* 1. *& coram* Card. Seraph. *deciſ.* 979. *nu.* 1. Ita vt res empta, & acquiſita non fiat illius, cuius eſt pecunia, quæ expenditur, & ſoluitur, ſed illius cuius nomine acquiritur, & emitur Bal. *in l. ſi filij tui C. de don. inter vir. & vxor. in l. cum precibus in fin. C. de probat. in l. multum intereſt verſ. ſi verò ab initio C. ſi quis alteri vel ſibi in rubr. C. de contr. empt. q. 15. num.* 15. Rom. *conſ.* 91. *num.* 6. *& conſ.* 413. *num.* 19. *& alij cumulati ibi per* Mandoſ. *& per Feſtas in tract. de eſtim. & collec. par.* 1. *num.* 40. Seraph. 1425. *num.* 8. *in fin.* Hoc tamen procedit, ſequuta ratificatione eius, pro quo facta fuit emptio, vel ſaltem data ipſius ſcientia, nam ante ſcientiam, vel ratificationem nullum ius acquiritur *gloſ. vt l. ſi ego C. de negot. geſt.* Rot. *coram* Seraph. *deciſ.* 540 *in prince. & coram* b. m. Iuſto *in illa Romana cenſuum, quæ eſt poſt tract. deciſ.* 160. *num.* 3. *&* 4. *& in eadem cenſu coram eodem ibid. d. deciſ.* 168. *nu.* 1. *&* 2.

Ex quibus ſequitur concluſio, quod is qui cenſum pro alio emit abſque illius mandato, poſſit fructus, & reſponſiones annuas ex dicto cenſu prouenientes conſequi, & exigere & ſoluentem liberare. Quæ concluſio procedit non ſolum antequam is, pro quo cenſus fuit emptus, emptionem illam ratificauerit, ſed etiam poſt ratificationem ſequutam.]

Quia ſicut cenſetur approbata perſona ementis ad contrahendum, & emendum cenſum, ita videtur approbata ad recipiendum ſolutiones, & fructus dicti cenſus exigendum. Bart. *in l. quod ſeruus, ff. de ſoluti.* & ſolutio † facta illi cum quo eſt celebratus contractus
51 liberat debitorem. Bart. *in l. filiæ, num.* 1. *in fine, ff. eod. tit.* Paul. de Caſtro, *in l. ſi Vrbana, num.* 3. *ff. de condit. indeb.* Alex. *in l. filius, num.* 2. *& ibi* Ias. *numer.* 6. *verſ. adde, quod idem eſt, C. de pact. idem* Ias. *in l. eum qui ita, §. qui ſibi aut filio, numer.* 12. *ad fin. verſ. tertio vult* Bar. *de verb. obligat.* Anch. Regien. *in q.* 31. *num.* 9. *& ſeqq. lib.* 2. Franc. Becc. *d. conſ.* 19. *num.* 5. *& ſeqq. lib.* 1. Surd. *conſ.* 43. *nu.* 2. *lib.* 1 *& dec.* 229. *numer.* 8. *& ſeqq.* Carol. de Graſſ. *in ſuo tract. de except. in* 225. *except. num* 46. *& ſeq.* Etiam † quod con-
52 tractus fuerit celebratus nomine alterius. Surd. *poſt alios d. deciſ.* 229. *num.* 12. & ſecundum hanc ſententiam in propriis terminis fuit reſolutum in Rota *in vna Peruſina cenſuum,* 1. *Iunij*, 1616. *coram* R. P. D. Remboldo, *quæ eſt impreſſa poſt tract. deciſ.* 174. *num.* 1.

An autem dictos fructus exactos faciat ſuos diſtinguendi ſunt caſus. Primus eſt † in fructibus perceptis
53 poſtquam is, cuius nomine cenſus emptus fuit, dictam emptionem ratificauit, quos non facit ſuos, ſed tenetur illos reſtituere ei pro quo cenſum emit, vt per bonas rationes fuit reſolutum in Rota *coram* b. m. Iuſto, 21. *Aprilis*, 1600. *in illa Romana cenſuum de Luraghis, quæ eſt poſt tract. dec.* 168. *per tot.* Secundus caſus eſt in fructibus perceptis, & exactis ante dictam factam ratificationem, & † illos ſibi acquiſiuit abſque eo quod
54 teneatur illos reſtituere ei pro quo cenſum emit, quia
55 † ante ratificationem à ſe factam non acquiſiuit dicti cenſus dominium, Gloſ. *in l. ſi ego, ff. de neg. geſt.* Aret. *in l. abſenti, num.* 3. *ff. de acq. poſſ.* Gabr. *in puncto, conſ.* 80.
56 *ſub num.* 3 *lib.* 1. ſed vel fuit † acquiſitum ipſimet emptori,

ptori, vt dicit ibi Gabr. *d.num.3. in fine*, quia venditor census recepto pretio censetur animũ habuisse transferendi dominium in emptorem, vel † interim donec
57 fiat ratificatio remansit penes venditorem, Glos. *in d. l. si ego* [Vel potius dominium illud remansit penes venditorem donec sequatur ratificatio eius, pro quo facta fuit emptio, vt reprobata dicta *glos. in d. l. si ego communiter tenent* Doctores *in l.qui hominem §. si debitorem ff. de sol. & in d.l. si ego, vt testatur.* Alex. *cons.*232. *n.* 5. *lib.* 6.] & sic nullo casu potest dici acquisitus census ei pro quo fuit emptus, nisi secuta illius ratificatione, & propterea non potest illius fructus acquire-
58 re, & successiuè † emens exigens non tenetur illos eidem restituere, vt fuit per has rationes resolutum in Rota *coram* bo. me. Iusto *in dicta Romana censuum de Luraghis*, 12. *Ianuarij*, 1601. *quæ est post tract. decis.*160. *num.*1. *& seq.*

[Ad effectum autem, vt quis possit fructus census exigere, non sufficit, quod habeat censum illum pro
59 suo credito obligatum & hypothecatum, cum † per hypothecam creditor non acquirat titulum nec possessionem rei hypothecatæ, sed tantummodo actionem ad consequendum suum creditum super illa re ad tex. *in §. item Seruiana instit. de action.* Negus. *de pignor. par.*1. *num.* 4. *quorum auctoritate resolvit* Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, *in illa Romana fructuum dotis de Palazzellis*, 14. *Maij*, 1623. *quæ est post tract. decis.*336. *nu.*
60 2. Sed † opus est, vt census ille verè, & cum effectu fuerit creditori assignatus, & cessus pro satisfactione sui crediti, qua cessione præcedente, vtique illi debentur fructus vt diximus *in tract. hic num.* 3.]

SVMMARIA.

1 *Hypotheca prior præfertur in his contractibus, in quibus acquiritur ius ex solo titulo.*
2 *Hypotheca acquiritur ex sola contrahentium voluntate absque rei obligatæ traditione.*
3 *Census in exactione præfertur primus illius emptor, licet ab alio posteriore fuerit præuentus in illius exactione.*
4 *L. quoties, C. de rei vendic. limitatur multis modis, remissiuè.*
5 *Limitatur maximè quando primo emptori fuerunt hypothecata bona venditoris pro obseruantia contractus, nam ad secundum transeunt cum illo onere.*
6 *Maximè si prima venditio fuit iuramento vallata. Iuramentum præstitum in contractu venditionis, impedit ne ex sequenti venditione dominium transferatur, ibidem.*
7 *Primus emptor possidens ex contractu iurato rem emptam, habet contra secundum emptorem actionem negatoriam.*
8 *Maximè si ad sui fauorem in prima emptione adsit clausula constituti.*
9 *Boccac. in tract. de censib. par.*2. *num.*126. *reprehenditur.*

In Census exactione primus ne, an secundus illius emptor præferatur.

QVÆSTIO LXVIII.

aliàs par. 2. *cap.* 2. *qu.* 2. *ar.* 2.

EXcitauit dubitationem Cassan. *ad Consuetud. Burgund. Rubr.*11. Des Censes, §.1. *in tex. Amende. vers. item quæro de casu quam* sibi dicit de facto euenisse: Quis ex duobus, qui illum iusto titulo acquisitum habebat præferri in illius exactione, scilicet: an is, qui fuit prior emendo, sed posterior in exigendo, an verò ille, qui licet fuerit vltimus in emendo, præuenit tamen in exigendo, ita vt antequam primus emptor aliquam omnino solutionem receperit ipse censum cœpit exigere. In qua quæstione licet Cassan. *ibi* ad fauorem posteriotis emptoris alleget regulam *l. quoties, C. de rei vendic. & cum hac sententia transeat* Boccac. *in suo trac. de censib. par.*2. *num.*126.

Quia tamen in contractibus in quibus acquiritur 1
ius ex solo titulo (vt † contingit in duobus, quibus in diuerso tempore fuit hypothecata eadem res) ex
† sola conuentione absque traditione possessionis ius 2
hypothecæ, transfertur, *l.*1. *ff. de pign. act.* Ideò finali- 3
ter, *Cassan.* vbi supra videtur inclinare ad fauorem prioris emptoris, quod ipse sit præferendus, quia census venditus fuit sibi prius hypothecatus, non secundus emptor qui exigendo fructus dicti census prior illius possessionem, vel quasi fuit adeptus, & cum *Cassan.* transiuit etiam Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, tanquam, numer.* 33. *& comprobat* Bened. Bon. *in suo trac. de censib. art.*57. *n.* 88. *quibus ego quoque libentissimè adhærerem si casus contingeret.*

Non obstat regula *d.l. quoties, C. de rei vendic.* nam
inter † multas limitationes, quas ad illam afferunt 4
Alex. *in l. sive autem*, 6. *si duobus, ff. de public. in rem act.* Bertachin. *in suo Repertor. in verb. emptor primus* Martil. *singul.*82. *& alij passim.* Limitatur vno modo notabiliter, vt non habeat locum † quando primo emptori 5
fuerunt hypothecata bona venditoris pro obseruantia contractus, nam tunc ad secundum emptorem illa transeunt cum suo onere, *l. si debitor, C. de distract. pignor.* Paul. de Castro, *in l. si cum venderet, num.*6. *ff. de pignorat. act.* Negus. *in suo tract. de pign. & hypoth. par.*5. *membr.* 3. *num.*2. Tiraq. *de retrac. conuent. §.*3. *Glos.*1. *num.* 5. *& non dissentit* Io Guttierez, *pract. quæst. cap.*166. *nu.* 4. *vers. non obstant.* Maximè † quando per venditorem 6
fuit confirmatus contractus iurisiurandi religione, tunc enim in secundum emptorem dominium rei emptæ non transfertur, Soc. iun. *cons.*129. *num.*10. *& 103. lib.*2. Boer. *decis.*182. *num.* 53. Rol. à Valle, *cons.*62. *num.* 39. *& seqq. lib.*2. Anton. Gabr. *de Pignor. conclus.* 1. *nu.*1. *& seqq. & signanter nu.* 7. *Ioseph.* Ludou. *Commun. concl. in tit. de empt. & vendit. conclus.* 3. *in princ. & in* 2. *Ampliat.* Quo † casu primus emptor si possideat habent 7
contra secundum emptorem actionem negatoriam, si verò non possideat habet actionem confessoriam, vt possessionem nanciscatur. Cran. *cons.*201 *num.*9. *lib.* 2. Præsertim † si in prima venditione venditor consti- 8
tuat se rem venditam pro primo emptore precario nomine possidere. Gabr. *d. tit. de empt. & vendit. in* 2. *conclus. num.*18. *in* 2 *limit.* Tiraq. *de constit. possess. par.*1. *nu.* 21. *vbi sexentos allegat.*

Ex quibus colligitur veritas supra firmatæ con- 9
clusionis, & per † consequens malè sensisse Boccac. *d. num.* 126. dum à *Cassan. & Foller.* in hac conclusione recessit.

SVMMARIA.

1 *Minor potest retrouendere censum, absque Iudicis decreto.*
2 *Minor potest absque Iudicis decreto percipere fructus bonorum immobilium, & ad libitum consumere. Intellige in fructibus perceptis, quæ seruando seruari nequeunt*, nu. 8. *Secus in percipiendis perpetuò alienandis.*
3 *Minor non potest absque decreto iudicis exigere fructus census.*
4 *Debitor pupilli non liberatur, nisi soluat tutori legitimo.*

mè constituto, & iudicis auctoritate.

5 *Limitatur in debito redditus annui, quod soluì potest absque decreto iudicis.*

6 *Census reuenditio est necessaria.*

7 *Decretum iudicis non requiritur in actibus necessariis.*

9 *Debitor qui soluit pupillo est tutus exceptione doli si pecunia extat, vel pupillus est effectus locupletior.*

10 *Debitor pupilli soluens tutori liberatur.*

11 *Non tamen consequitur plenissimam securitatem, nisi soluat iussu Iudicis.*
Vel pecunia conuertantur in vtilitatem minoris, num. 14. & 15.

12 *Iussu Iudicis non suffragatur, nisi precedat debitoris contradictio.*

[*Soluere sponte dicitur qui Iudicis precepto de soluendo non contradicit.*]

13 *Et protestatio quod non vult soluere, nisi pecunia erogentur in vtilitatem minoris.*

[*Soluens absque protestatione sponte soluisse dicitur.*

15 *Minor restituitur aduersus solutionem factam tutore absque iussu Iudicis.*

16 *Limitatur si pecunia extent.*

17 *Debitor census soluens simpliciter tutori, vel curatori, quod liberetur sentit Bon.*

18 *Contrarium volunt alij & Auctor sequitur.*

19 *Responsiones annuæ censuales, dicuntur redditus.*

20 *Responsiones annuas censuales assimilari vsuris, volunt aliqui.*

21 *Contrarium dicit Auctor.*

22 *Contractus censualis fuit permissus ad tollendas vsuras & illarum occasionem.*

23 *L. sancimus vers. sed si extraneus debitor, C. de admin. tutor Intellectus.*

Minor, & eius Tutor, & Curator, an possint validè Censum exigere.

QVÆSTIO LXIX.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 2. ar. 3.

PRoposito articulo in duas secari debet inspectiones principales, in quarum prima videbimus, an minor possit annuos Census, & annuas responsiones sibi debitas absque solemnitatibus exigere, ita vt debitor illi soluens liberetur. In altera discutietur an rectè solui possit tutoribus, vel curatoribus minorum, ita vt debitor soluens consequatur liberationem.

In prima inspectione videtur affirmatiuè concludendum. Primò, † quia si minor potest absque Iudicis decreto census retrouendere, vt multorum auctoritate firmauimus *infra par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 7. nunc q.* 109. ergo, & multò magis videtur quod sit illi permissum exigere fructus annuos, & annuas responsiones ex censu, cùm minor videatur militare ratio prohibitiua in exactione reddituum, quam in perceptione sortis principalis, argum. Auth. *multò magis, C. de sacrof. Eccles.* Secundò, quia certi iuris est, quod † minor potest fructus bonorum immobilium percipere, & illos absque Iudicis decreto, & aliis solemnitatibus consumere, vt firmauit Octau. Simoncel. *in suo tract. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 49.* ergo Idem concludendum videtur de annuis redditibus, qui ex censu debentur, cum fructibus immobilium assimilentur, scilicet, quod minor valeat eos exigere, & de illis suo arbitratu disponere, [& hanc sententiam amplexus fuit Gratian. *in additionibus ad suas decis.* March. *dec.* 234. *n.* 5. *& seq.*]

Re tamen diligentius considerata contraria † sententia mihi magis placet, auctoritate Foller. *in sua pract. cens. in verbo, quæ quidem exactio, num.* 69. Simoncell. *d. tract. lib. 2. tit. 6. inspect. 3. numer. 33. vers. nec etiam solutio* Bon. *in suo tract. de censib. art. 62. nu. 65. ad finem,* qui mouentur ex generali regula, *l. sancimus C. de admin. tutor.* vbi generaliter disponitur † quod debitores pupillorum, vel adultorum non liberantur nisi soluant tutori, vel curatori eorum, legitimè tamen constituto, & præcedenti iudiciali sententia, dum igitur ibi disponitur quod ad effectum, vt debitores pupilli, vel adulti consequantur plenissimam securitatem, necesse sit vt soluant tutori, vel curatori legitimè constituto: ergo si soluant ipsi minori, non remanent liberati. Et licet † *ibi Imperator ad fin. vers. non autem* hanc legem ab ista generali regula excipiat solutiones, quæ ex reditibus pupillo aut adulto accedunt: per istam tamen exceptionem non habilitatur debitor minoris vt possit soluere ipsimet minori, sed dumtaxat, vt possit soluere absque Iudicis sententia, & aliis solemnitatibus, loquitur tamen ibi Imperat. retento eodem themate, videlicet, dummodo solutio fiat tutori, vel curatori legitimè constituto, non autem ipsimet minori.

Nec obstant ea quæ superius in contrarium fuerunt considerata. Nam † ea, quæ dicta sunt in primo argumento procedunt, ea ratione, quia huiusmodi census reuenditio est necessaria, vt fuit sancitum per *Constitutiones* Martini V. & Calixti III. *reg. Strauis in c. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extrau. comm. & per* Ium V. *in sua Bulla super forma creandi cens. in vers. postremò census omnes ibi sed etiam posse pro eodem pretio extingui,* &c. & nos diximus *supra hac par. 2. cap. 1. q. 3. art. 7. nunc qu. 59. & dicemus infra par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 1. seu qu.* 103. Ergo nil mirum si minor potest censum reuendere absque Iudicis decreto cùm † in actibus necessariis non requiratur de necessitate Iudicis decretum, *l. 1. §. 1. & l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eor. l. 1. & l. prædium, & ibi glos. C. quand. decret. opus non est l.* Simoncell. *d. tract. lib. 3. tit. 8. inspect. 16. num.* 119. Præterquam quod nec etiam dicta census reuenditio, quantumuis necessaria fieri potest à minore absque tutoris auctoritate, vt allegauimus *d. par. 3. qu. 3. art. 7. nunc q.* 109. *numer. 3.*

Ad secundum respondetur, quod procedit † in fructibus iam percepris, qui seruando seruari non possunt, secus si minor velit omnes fructus, annuósque reditus quos perpetuò percepturus est alienare, nam quia tunc dicti annui redditus inter immobilia connumerantur, vt diximus *supra part. 1. art. 2. nunc qu.* 30. *num.* 4. *& seqq.* ideò non potest sine decreto distrahere, vt declarat Simoncell. *dict. titul. 8. num. 56. & seqq.*

Si tamen † pecunia pupillo absque tutoris auctoritate soluta extaret, vel debitor probaret illas fuisse conuersas in rem, & vtilitatem pupilli, & ex illa enim esse effectum locupletiorem, debitor qui illi soluit esset tutus saltem exceptione doli, *§. at ex contrario. Instit. quib. alien. lic. vel non.* Foller. *in puncto in d. sua pract. cens. in verbo, Instrumentum gratiæ, num.* 34. *in fine, cum aliis apud* Felician. de Solis, *in suis Comment. de censib. tomo 1. lib. 4. cap. vnico, num. 3. paulò post princip. ibi plenam debitor.*

Quo ad secundam inspectionem licet † regulare sit quod tutor, & curator possunt credita minoris, & adulti respectiuè exigere, ita vt debitores soluentes liberentur, *l. Lucius, la seconda, §. tutela, & ibi not.* Glos. *ff. de admin. tutor. l. quod si fortè, §. 1. ff. de solut. & in propriis terminis dicit* Felician. *d. cap. vnico, num. 3. vers. tertio constituto, & tomo 2. eod. lib. 4. & cap. vnico, numer. 8. per tot.* Non tamen consequuntur plenissimam securitatem nisi solutio facta fuerit altero de duobus modis, videlicet, vel quod debitor soluerit iussu Iudicis vel quod pecuniæ, quæ soluuntur tutori, seu curatori conuertantur

tantur in rem, & vtilitatem minorum ita vt ex eis efficiantur locupletiores: de † primo est *text. in d. l. sancimus, la prima, & ibi not. Scribentes, C. de admin. tutor. & in §. at ex contrario, & ibi* Glos. *in verbo, soluit,* Ange. Port. *& alij Instit. quib. alien. lic. vel non.* Glos. *in l. ait prætor §. quid tamen in verbo imputandum, & ibi.* Bart. Bald. *& alij ff. de minor. glos. in l. 1. in verbo potest, & ibi communiter interpretes, C. si aduers. solut.*

11

12 Non tamen † sufficit solus, & simplex iussus Iudicis, sed necesse est etiam, vt præcedat non solum partis contradictio. Paul. de Castr. *in l. 1. num. 3. vers. in tertio vero casu, & ibi* Iacob. de Sancto Georg. *in fine, C. si aduers. vendit. per d. §. quid tamen, & ibi* Bart. *not. numer. 2. vers. & hoc vltimum.* Gomez. *var. resolut. tomo 2. cap. 14. numer. 4. vers. quod tamen intellige* [Castr. *in l. 2. numer. 2. ff. de iudic.* Cuman. *cons. 145. ad fin. vers. hoc igitur premisso,* aliàs præsumitur sponte soluere Maran. *de ord. iudic. par. 4. dist. 6. numer. 148.* Decian. *cons. 148. num. 28. lib. 3.* Guttierez. *pract. quæst. lib. 1. quæst. 113. numer. 2. & 15.*] Sed † etiam protestatio quod non vult soluere nisi pecunia erogetur in emptionem bonorum stabilium pro ipso minore, vel aliàs in tuto collocetur ad vtilitatem illius vel ipse soluens assecuretur à molestia restitutionis in integrum propter periculum, ne pecuniæ dissipentur, vt pro cautela tradunt Bart. *& alij in l. ait Prætor, §. permittitur, ff. de minor.* Paul. de Castr. *in d. l. 1. n. 3. C. si aduers. vendit.* Gomez. *d. num. 4.* asserentes quod si debitor minoris solueret absque dicta protestatione non esset securus, vt refert etiam, & de communi testatur Odd. *in suo tract. de rest. in integr. par. 1. q. 22. art. 11. n. 70.* [Soluens enim sine protestatione, sponte soluisse dicitur, Rot. *in recollect. per* Farinac. *dec. 241. n. 2. in fin. par. 2.*]

13

14 De secundo † autem est *text. in l. Stichum, §. vsufructum, ff. de solut. cum aliis allegatis à* Surdo, *decis. 229.*

15 *num. 34.* Si enim † minor non fit effectus locupletior, vel solutio non fuerit facta iussu Iudicis, vt supra, debitor soluens non consequitur plenissimam securitatem, & omnimodam liberationem, sed conceditur minori aduersus dictam solutionem restitutio in integrum, vt possit eandem summam ex integro petere, & exigere, *d. l. 1. & ibi* Doctor. *communiter, C. si aduers. solut. vbi* Paul. de Castr. *& ibi* Iacob. de Sancto Georg. *num. 3.* Soc. sen. *cons. 115. nu. 13. de communi attestans lib. 1.* Paul. de Castro. *in l. filius num. 2. ff. de solut.* Ruin. *cons. 113. num. 5. lib. 5.* Vinc. de Franc. *dec. Neapolit. 206. per tot. & signanter num. 13. & 23.* Beneuent. Strach. *in suo tract. de adiect. par. 3. num. 31.* Surd. *d. decis. 219. num. 34.* Odd. *d. tract. de restit. in integr. par. 2. q. 52. art. 1. num. 2.* Octau. Simoncell. *in suo tract. de Decret. lib. 3. tit. 7. num. 15. & placuit* Rotæ *in vna Prænestina hereditatis vltima Aprilis, 1582. coram* bon. mem. Cantuccio, *quæ est impressa in fine tract. decis. 175. num. 3. & in propriis nostris terminis pluribus confirmat* Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de consib. tomo 2. lib. 4. c. vnico, n. 8. per tot. vbi accerrimè insistit.*

16 Nisi † pecuniæ à tutore, vel curatore exactæ extent, & consumptæ non sint: nam eo casu minor petens se restitui in integrum aduersus dictam solutionem repelletur doli exceptione *l. pupillo, ff. de sol. l. fin. ff. de vsucap. pro empt. d. §. at ex contrario. Inst. quib. alien. lic. vel non* Bart. *in l. verum, §. fin. ff. de minor.* Gomez. *d. c. 14. num. 4.*

Redeundo autem ad propositum articulum, an debitor minoris soluens eius tutori, vel respectiuè curatori annuos reditus census consequatur liberationem,

17 partem † affirmatiuam amplexus fuit, Bon. *in d. suo tract. de consib. art. 62. n. 95.*

18 Sed † contrariam opinionem sequutus fuit Foller. *in d. sua pract. cens. in ver. quæ quidem num. 70. per tex. in cap. l. sancimus, ad fin. ver. non autem hanc legem C. de adm. tutor.* vbi Imper. loquens de solutione facienda tutori, ab illa generali regula, quam supra tradiderat excipit illas solutiones, quæ ex reditib. pupillo aut adulto accedunt, & cum *Foller.* Ego quoque in hanc partem libentissimè trahor, Certum † enim est quod 19
istæ annuæ responsiones Censuales, sunt reditus, prout eas ita appellant Pontifices, *in cap. 1. & 2. de empt. & vend. inter Extranag. commun. &* Pius V. *in sua Bulla de consib. &* Doctor. *communiter* vnde meritò dicendum est quod comprehendantur non sub generali regula *d. l. sancimus,* sed sub exceptione, quæ disponit de redditibus.

Et si quis dixerit † has censuales responsiones as- 20
similari vsuris, in quarum solutione *Imper.* ibi in illis verbis, *sed si extraneus debitor, & fœneratitia forsan cautione, &c.* mandat seruari regulam generalem, & disponit illarum debitorem non consequi plenissimam securitatem nisi soluat ex Iudicis sententia, respon- 21
detur primò † hos redditus annuales ex contractu 22
census nequaquam assimilari vsuris, immo † illos fuisse permissos ad tollendam omnem vsurarum committendarum occasionem, vt apertè colligitur ex primis verbis *Bullæ* Pij V. *super consib.* & omnes admittunt, licet certo modo successerint in locum vsurarum, & illarum sint succedanei, vt passim dicit Gasp. Roderic. *in suo tractat. de ann. redditib.* Secundo respondetur, † *quod* Imper. *in d. l. sancimus, vers. sed si ex-* 23
traneus debitor. loquitur non de solutione vsurarum debitarum occasione sortis principalis, sed de restitutione ipsiusmet sortis, & de solutione debiti principalis, & capitalis, vt animaduertit Salic. *in l. constitutionem, C. eod. situ. de admin. tutor.* & propterea aliud est in solutione ipsarum vsurarum, quas soluì posse tutori absque iudiciali sententia, & debitorem consequi plenissimam liberationem, & omnimodam securitatem, sanciuit Imper. *in d. l. Constitutionem.*

SVMMARIA.

1 *Fructus censuum maturi in vita vsufructuarij, & ab eo non exacti, debentur illius hæredibus.*
2 *Sors principalis in contractu census non est ita debita vt exigi possit.*
3 *Fructus census maturi viuente vsufructuario, habentur pro exactis.*
4 *Fructus exacti ante mortem vsufructuarij &c. & ij, qui pro exactis habentur, spectant ad illius hæredes.*
5 *L. deducta, §. qui post tempus, ff. ad Trebellian. Intellectus.*
6 *Vsuræ, quæ debentur accessoriè ad sortem non exactæ ab vsufructuario finito vsufructu, transeunt intra accessionis ad proprietarium.*
7 *Fructus ab vsufructuario viuente non percepti, non ad eius hæredes, sed ad proprietarium pertinent.*
Siue tempore mortis vsufructuarij sint maturi, siue non sint maturi, ibid.
8 *Hæredes vsufructuarij nullam habent actionem super fructibus ab vsufructuario viuente, vel alio eius nomine non perceptis.*
9 *Vsufructuarius non est dominus fructuum antequam illos percipiat.*
10 *L. in singulos, ff. de ann. legat. Intellectus.*
11 *Fructus prædiorum dum pendent, dicuntur pars soli.*
12 *Fructus censuum maturi, dicuntur fructus ciuiles.*
13 *Fructus censuum cum non sint in corpore, non possunt dici pendere.*
14 *Pensiones non solutæ, non dicuntur pendere.*
15 *Fructus censuum eiusdem sunt naturæ & vsuris, cuius sunt pensiones.*
16 *In fructibus censuum, cessio diei habetur loco perceptionis.*
17 *Fructus censuum, quorum soluendorum dies tem-*

pore mortis vsufructuarij non venit, debent diuidi pro rata temporis inter illius hæredes, & proprietarium.

18 *Fructus censuum quoquo die currunt, & acquiruntur domino census proportionabiliter.*

19 *Fructus beneficij Ecclesiastici non maturi tempore resignationis, pertinent integraliter ad resignatarium post captam ab eo beneficij possessionem.*

20 *Fructus censuum non habet vsufructuarij, sed proprietarius exigit, qui partem hæredibus vsufructuarij restituat.*

[21 *Hæres grauatus non transmittit ad hæredes ius exigendi fructus ciuiles debitos ex contractu grauantis non exactos.*

Amplia etiam quod non fuerit in mora exigendi.]

Hæredibus vsufructuarij, an & quando fructus census ab vsufructuario non exacti debeantur.

QVÆSTIO LXX.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 2. ar. 4.

IN hoc quarto Articulo ille venit explicandus modus, in quo reuocatur in dubium, an si is, qui habet vsumfructum alicuius census moriatur fructibus illius integraliter, vel pro aliqua parte iam maturis, non tamen exactis, fructus illi non exacti pertineant in solidum ad illius hæredes, an verò toti cedant commodo, & vtilitati proprietarij, an potius debeant inter eos diuidi, pro rata temporis.

1 In quo articulo non videtur dubitandum † quin fructus præfati, quorum solutionis dies venerat tempore mortis vsufructuarij, ab eo tamen non fuerant exacti, debeantur integraliter, & in solidum illius hæredibus, cum non debeantur accessoriè ad sortem, sed principaliter de per se, vt dicebat Rot. *coram* b.m. Cardinali Mantic. *decis. 14. num. 7. & seq.* subdens quod
2 sors ipsa † non debetur ita vt exigi possit, sed solùm annui redditus, & census sunt soluendi, & debentur, Ruin. *cons. 93. num. 4. vers. non obstat etiam tex. in l. Aurelius, lib. 1. sequitur* Vinc. de Franch. *decis. 254. num. 9. &*
3 *seqq.* Et propterea † maturi in vita vsufructuarij habentur pro exactis, Ruin. *d. cons. num. 2. versic. non obstat, in fine,* Vinc. de Franch. *d. decis. 254. num. 5. in fine,* fructus † autem exacti ante mortem vsufructuarij, vel
4 qui pro exactis habentur ad illius hæredes transeunt. Ruin. *ibi.* & Vinc. de Franc. *d. decis. num. 6.*

5 Nec obstat † *text. in l. deducta, §. qui post tempus, ff. ad Trebell. quem exornat* Vinc. de Franch. *decis. 49. per tot.* & Marzar. *cons. 1. num. 47.* cuius dispositio videtur de directo pugnare cum hac conclusione. Quoniam respondetur quod dispositio *d. §. qui post tempus.* intelligi debet in iis vsuris, quæ sunt accessoriæ ad sortem, & propterea ex natura accessionis sequuntur sortem,
6 & istæ † quidem ab vsufructuario non exactæ transirent ad proprietarium, cui ratione consolidationis vsusfructus accreuit, & sors ipsa principalis debetur, *l. nomen, ff. de leg. 3.* conferunt dicta per Paul. de Castro, *in l. si tibi homo, §. cum seruus, vers. in tex. ibi suspensos, ff. de legat. 1. quæ sequuntur ibi* Alexan. *colum. fin. in 2. limit.* Ias. *similiter col. fin. vers. 2 signanter, & ita respondet* Rui. *d. cons. 193. in. 4. vers. non obstat etiam tex. sequitur* Vinc. de Franc. *d. decis. 254. num. 7. & 8. &* Pereg. *in tract. de fideic. art. 49. num. 6. in fine.* Fructus autem, de quibus nos loquimur ex contractu censuali non debentur accessoriè, sed principaliter, & de per se, vt dictum est meritò, &c.

Nec † etiam obstat *tex. in l. in singulos, ff. de ann. le-* 7
gat. in quo disponitur quod fructus ab vsufructuario non percepti siue temporis eius mortis sint maturi, siue non, ad proprietarium, non autem ad hæredes 8
vsufructuarij pertineant. Cùm † vsufructuarius nullam habeat actionem super fructibus per eum vel alios eius nomine non perceptis, sed illa proprietario competat, *l. si vsusfructuarius messem, in vlt. respons. ff. quemadm. vsufr. amitt. & ibi glos. dat concordantes, §. is verò vbi* Ioan. Fab. *& alij Instit. de rer. diuis.* Alex. *in l. defuncta, num. 3. ff. de vsufr. vbi Fulg.* sequitur dicens † huius 9
dicti rationem esse, quia vsufructuarius non est dominus fructuum antequam illos percipiat: quoniam respondetur, quod † *tex. in d. l. in singulos*, & alia in con- 10
trarium allegata sunt vera, & procedunt in fructibus naturalibus, & in responsionibus annuis, quæ soluuntur pro fructibus naturalibus, & illis correspondent iux. not. per Honded. *cons. 85. nume. 16. lib. 2.* Surd. *cons. 84. numer. 4. lib. 1.* tales enim fructus † licet sint 11
maturi, non tamen à solo separati dicuntur pendere, & pars fundi existimantur, *l. fructus pendentes, ff. de rei vendic.* Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 15. in prin.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. glos. 7. num. 37. cum multis seq.* vbi plenè declarat, sed nos sumus in annuis censibus, † qui dicuntur fructus ciuiles, vt dicit Rota *in* 12
vna Burensi fructuum 2. Iunij, 1610. coram R. P. D. Canallerio, *quæ est impressa post tract. decis. 176. numer. 1.* [*& in vna Romana pretensa subhastationis, 10. Nouembris, 1623. coram* bon. mem. Buratto *quæ est post tract. decis. 168. numer. 2.*] Et eorum † solutio promittitur de 13
certo tempore ex quo non sunt in aliquo corpore, dicit Bal. *loquens † de pensionibus, in cap. quæ in Ecclesiarum sub num. 20. vers. idem in pensionibus ext. de Constit.* 14
Didac. Couarruias, *d. cap. 15 sub num. 4.* nam † idem 15
est iudicandum de istis annuis responsionibus censuum, quod iudicatur de pensionibus, & aliis redditibus pecuniariis, qui non pro fructibus naturalibus debentur, quia fructus ciuiles sunt, vt post multos dicit Vinc. de Franc. *dec. 168. num. 13. & 15.* & in eis † cessio 16
diei pro perceptione habetur, vt subdit ibi Vinc. *num. 16. & ab hac opinione non dissentit* Honded. *d. cons. 85. num. 17. & seqq.* qui multa allegant, quæ pro confirmatione huius conclusionis possunt deseruire Ex quibus sequitur, quod vsufructuarius trãsmittat ad hæredes non solum ius consequendi eos annuos census, quorum integraliter exigendorum dies venerat tempore suæ mortis, † sed etiam ius consequendi pro rata 17
temporis illos, quorum integraliter exigendorum dies nondum venerat. Nam fructus isti, quidquid dicat Intrigliol. *super Bulla de censib. qu. 84. num. 1.* sunt pro rata temporis diuidendi. Bald. *in c. cum inter, col. 2. num. 5. vers. nota quod nomina, ext. de constitut.* Couar. *d. cap. 15. num. 10.* erit enim facienda diuisio illorum inter proprietarium & hæredes vsufructuarij pro rata temporis, vt scilicet, decursi pro tempore, quo vixit vsufructuarius ad illius hæredes pertineant, reliqui † verò 18
ad proprietarium spectent, quia statim inchoato anno, vel semestre, prout fructus census solui debere contigerit, singulo quoquo die fructus currunt pro illorum consequutione acquiritur ius vsufructuario proportionabiliter, vt declarat Alber. *in d. l. defuncta, n. 5. ff. de vsufr.* Ruin. *d. cons. 193. sub n. 3. vers. confirmatur, nec obstat.* Aluar. Valasch. *in sua Praxi partitionis cap. 33. num. 7. & 8. &* Castill. *de vsufruct. cap. 78. per tot. & placuit* Vinc. de Franch. *d. decis. 168. num. 17* Caroc. *de Locat. in tit. de vsufr. qu. 13. num. 7.* Honded. *cons. 85. num. 31. l. 2.* Pereg. *de fideicomm. art. 49. num. 99. &* 100. Quod † forte non procederet in beneficiato resignante ec- 19
clesiasticum beneficium hunc enim post acceptam possessionem beneficij à resignatario non posse aliquam ratam horum fructuum ciuilium percipere & consequi, nisi eorum, quorum tempore reco-

præ

ptæ ab Ordinario resignationis dies venerat solutionis, declaravit Rota *coram* R. P. D. Caualerio, *in illa Barensi fructuum supra allegata num. 2. & seq. ex rationibus ibi adductis, & in una Cremonensi fructuum*, 18. *Martij*, 1611. *coram* R.P.D.Pirouano, quæ est *in calce tract. dec.* 177. *per totam, & signanter, n. 7. & seqq.*

20 Benè † verum est, quod dictorum fructuum exactio non ad hæredes vsufructuarij, sed ad proprietarium spectat, quos exactos dividet postea cum hæredibus vsufructuarij, iuxta ratam temporis, vt docet Alberic. *in l. fructus, sub numer. 10. in fin. vers. sed retenta, ff. de rei vendicat. & sequitur* Vinc. de Franch. *dict. dec.* 168, *num.* 18.

[Hocidem resolvit Rota *coram* R.P.D.Vbaldo, *in una Romana canonum 4. Decemb. 1623. quæ est post tract.*
21 *dec. 458. num. 3.* in hærede † gravato, qui si decedat antequam exigat fructus civiles, & maturos debitos ex contractu defuncti non transmittit illos ad suum hæredem etiam, quod nulla in eo mora considerari possit, vt ibi subinngit *num.* 10.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor potest emere censum, in quo fideiussit.*
[*Fideiussor emens nomen debitoris pro quo fideiussit, succedit in locum & ius creditoris.*]
2 *Fideiussor qui emit censum potest agere in solidum pro toto censu contra illius debitorem.*
3 *Fideiussor qui emit censum non potest agere contra confideiussores ad integrum censum, sed ad id quod superest deducta eius rata.*
4 *Fideiussores in dubio tenentur pro æquali portione.*
[*Fideiussor solens non potest repetere à confideiussoribus, nisi obtenta à creditore iurium cessione.*
Fideiussor soluens integrum debitum, etiam obtenta cessione, non potest repetere, nisi aliis confideiussoribus tangentes secundum vnam opinionem Rotæ.
Contrariam opinionem tenuit eadem Rota in aliis causis.
Conciliatur contrarietas primò ex Roderic. & Costa.
Sed reprehenditur hæc conciliatio.
Conciliatur secundo.
Sed reprobatur.
Conciliatur tertio modo.
Confessio fideiussori soluenti totum, & integrum debitum non potest fieri, nisi pro ratis confideiussorum.
Creditor potest agere in solidum contra quemlibet ex fideiussoribus suo arbitratu, & ad sui electionem.
Sive omnes accesserint eodem tempore, sive decurso.
Redditur ratio.
Cessionarius vtitur iure, & prærogativa cedentis.
Circuitus inutilis est vitandus.
Inconveniens est, vt quis cedat iura contra seipsum.]
5 *Limitatur in eo qui fideiussit diverso tempore, quam fideiusserint alij.*
6 *Quia non potest repelli exceptione divisionis, nec cedendarum.*
7 *Etiam quod fuerint recepti à pluribus personis.*
[*Dispositum in vno ex æquiparatis censetur dispositum etiam in altero.*
Fideiussor soluens potest petere cessionem iurium contra confideiussores.
Fideiussor datur, vt magis sit creditori consultum.
Ratio, vbi est diversa, ibi etiam debet esse diversa iuris dispositio.
Illatio non fit ex diversis.
Fideiussores plures etiam si diverso tempore accedant quando dicantur æquiparati quo ad iurium cessionem.]
8 *Sublim. Quando primus fideiussor decessit contemplatione secundi, & sub spe mutui periculi.*
9 *Correus qui emit integrum censum non potest agere contra correum pro toto censu, sed dumtaxat deducta eius rata.*
10 *Correi debendi, in dubio tenentur pro virili.*
11 *Limit. nisi alter maius emolumentum reportaverit.*
12 *Dominus census vendens illum correo debendi, tenetur cedere illi iura talia tamen, qualia habet.*
[*Creditor recipiens solidum ab vno ex correis, debet illi cedere iura contra alios in solidum obligatos.*]
13 *Correus qui emit censum, non potest cogere correum ad redimendum censum, etiam quod tempore impositionis inter eos actum esset, vt tertio tempore extingueretur.*
14 *Limita si correus vel confideiussor non emat, sed redimat censum.*
15 *Nemo dat quod non habet.*
[*Retrovenditio census importat resolutionem illius per actum retrosimilem.*
Census an sit extinctus, vel venditus quomodo cognoscatur.
Census si cedatur non extinctiuè, sed translatiuè, non extinguitur.]
16 *Cessio iurium facta ex interuallo non suffragatur ei, qui alienam extinguit obligationem.*
Neque qui, simpliciter soluit, num. 19.
17 *Cessio iurium facta ex interuallo fideiussori soluenti, proprio nomine suffragatur.*
18 *Solutio facta à fideiussore fideiussorio nomine, non extinguit primeuam obligationem.*
[*Fideiussor soluens creditori non censetur soluere in extinctionem iuris creditoris, sed potius emere nomen debitoris.*
Censetur soluere nomine proprio, nisi aliter exprimat.
Cessio facta fideiussori soluenti nomine proprio ex interuallo illi suffragatur.]
20 *Solutio fideiussoris contra principalem debitorem censetur probata ex sola creditoris confessione.*

Fideiussor census, vel correus debendi si emant censum, an possint illum integraliter exigere.

QVÆSTIO LXXI.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 2. ar. 5.

NOn inutiles nunc sese offerunt difficultates in hoc quinto articulo discutiendæ: An si fideiussor, vel alter qui cum venditore censum est in solidum obligatus, vt se à domino census liberet, censum emat ab eodem domino census (prout † illum † emere potest, vt latè comprobat Stephan. Gratian. *post hæc scripta visus, Discept. Forens. tom. 3. cap. 459. per tot. & signanter num. 19. cum multis seqq.*) Et hinc dicebat Io. Petr. Fontanell. *de pact. nuptiat. tom. 1. clausul. 4. glos. 18. par. 3. num. 71.* quod nullibi reperitur in iure prohibitum, quod fideiussor emat nomen debitoris, pro quo fideiussit, immo hoc illi esse permissum, & quod sic emendo succedat in locum creditoris dicit probari per tex. *in l. fideiussor, & in l. cum prior ff. de distract. pign. & in l. paulus 60. ff. de fideiussor.*] possit à principali debitore, vel ab alio correo debendi annuos census, & annuas responsiones insolidum exigere.

In qua dubitatione duæ sunt faciendæ inspectiones, vna respectu fideiussorum: Altera respectu correorum debendi. Quo ad primam inspectionem videtur distinguendum, an fideiussor, qui emit censum velit agere contra principalem debitorem census, an verò contra confideiussores cum ipso insolidum in contractu

2 census obligatos, vt in † primo casu detur illi actio ad integrum censum, & insolidum exigendum non aliter ac dabatur domino census, à quo emit, in cuius locum, & ius successit & cuius iure vti potest, Rim. iun. *conf.* 291. *numer.* 40. *& conf.* 326. *num.* 13. *lib.* 3. Surd. *conf.* 22. *numer.* 16. *& conf.* 82. *num.* 13. *& seqq. lib.* 1. & in puncto non obscurè firmat Gratian. *d. capit.* 459. *numero* 19. *& seqq.* [Fontanell. *d. par.* 3. *num.* 70. *qui in eandem sententiam allegat.* Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 11. *&* 18. *&* Felician. *de censibus tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 18. *vers. idemque, & tom.* 2. *d. lib.* 3. *& cap.* 2. *num.* 11. *quam sententiam amplectuntur etiam, & comprobant ad-*
3 *dentes ad* Ludouis. *dec.* 190. *num.* 3. *circa fin.*] Secundo † verò casu non possit ad integrum censum agere, sed dumtaxat, vt dempta, & deducta portione sua, & pro
4 qua ipsemet est obligatus (quæ † in dubio est virilis cùm quilibet ex fideiussoribus, iuxta regulas iuris reneatur pro æquali portione, *l. fideiussores, ff. de fideiuss. l.* 1. *& l.* 2. *C. de duob. reis.* Bar. *in l. Modestinus, numer.* 9. *&* 10. *ff. de solut.* Afflict. *decis.* 319. *num.* 14.) residuum exigat, & consequatur, *iuxta not. per glos. in l.* Modestinus, *in verbo actionum, & ibi* Bar. *num.* 8. *in fine, ff. de solut. & in puncto resoluit* Rota *coram* b.m. Litta, *in vna Ron ana fructuum census,* 23 *Ianuarij,* 1599. *quæ est impressa in fin. Tract. dec.* 178. *sub num.* 1. *& coram* Illustriss. Cardin. Ludouisio, *in vna Romana, seu Sabinensi census,* 8. *Nouembris,* 1604. *quæ est ibidem decis.* 179. *num.* 1. Felician. *vbi supra, tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 17. *in fine, & num.* 18. *vers. Idemque statuo.*

[Obtenta tamen cessione à principali creditore cui soluit, nam sine cessione nulla actio competeret fideiussori ad repetendum ab aliis confideiussoribus, vt plene deducit. Euerar. *cons.* 1. *per tot.* Ronchegall. *in tract. in prin. sub num.* 55. *ff. de duobus reis.* Costa *de Ratio. Rate qu.* 22. *num.* 33. Pyrr. Maur. *in tract. de fideiuss. par.* 2. *art.* 6 *cap.* 5. *numer.* 6. *addent. ad* Ludouis. *d. decis.* 190. *num.* 4. *& voluit* Rota *in vna Farfonsi pecuniaria coram* R.P.D. Buratto, 27. *Iunij* 1622. *quæ est post tract. de cis.* 413. *num.* 3.

An autem fideiussor, qui integrum debitum soluit, & cessionem iurium contra confideiussores reportauit, possit à confideiussoribus repetere solidum an verò teneatur demere ratam sibi ex propria persona tangentem: videntur esse apud scribentes opiniones. Nam Doctores communiter in ea fuerunt sententia, illum non posse repetere solidum, sed quod teneatur demere ratam sibi tangentem, & hanc opinionem amplexisunt omnes Doctores mox supra relati, *& cum eis transiit* Rota *coram* b.m. Greg. XV. *in d. sua decis.* 190. *num.* 1. cuius opinionis ea potest esse ratio, quia dicto fideiussori soluenti solidum non potest fieri cessio pro toto & intregro credito, sed tantum pro ea rata, quæ supereset dempta rata eidem fideiussori tangente. Bar. *in l. Modestinus ff. de solut.* Vinc. de Franch. *dec.* 55. *n.* 14.

Contrariam tamen sententiam scilicet, quod fideiussor hoc casu obtenta cessione iurium possit repetere integram quantitatem, quam soluit, *tenuit* Rota *in decis.* 859. *part.* 4. *diuers. quæ licet ibi tribuatur* Robusterio, *fuit tamen* Rubei, *vt apparet ex decis. in Aquilana pecuniaria,* 15. *Decembris,* 1611. *quæ est decis.* 362. *num.* 4. *par.* 1. *in recollect. per* Farinac. *& in Romana Societatum similiter* 5. *Decembris,* 1612. *coram* b. m. Cardinale Sacrato, *quæ est post* Zacch. *de societ. offic. dec.* 18. *num.* 17. vbi Rota mota fuit ea ratione quia sicut principalis creditor potuisset contra quemlibet ex fideiussoribus agere insolidum, & quemlibet ex pluribus fideiussoribus suo arbitratu eligere, vt in solidum conueniat, *l. sicut, C. de fideiuss.* Ita etiam poterit illius cessionarius, & cum hac opinione videtur etiam transire eadem Rota *in illa Aquilana pecuniaria num.* 4.

Quam contrarietatem tentiens Gaspar. Roderic. *de ann. reddit. lib.* 2. *qu.* 9. *numer.* 62. *Quem refert, & sequitur.* Costa *de Ration. Rate q.* 115. *num.* 10. *& qu.* 176. *n.* 2. nitebatur conciliare considerando duos casus. Primus erat quando creditor, cui fuit solutum, cedit iura realia contra eum, qui tenetur actione reali, quia possidet rem obligatam, & eo casu præfati Doctores concludunt, quod cessionarius non possit agere, nisi pro rata contingente bona per illum possessa, & Roderic. *d. numer.* 62. *loquitur de soluente annuum reddituum,* cui fuerint à recipiente solutionem cessa iura contra possessorem bonorum pro dicto censu obligatorum, quod non possit agere, nisi pro rata tangente bona per illum possessa, & sequitur Costa in locis citatis. Secundus casus erat quando creditor, cui soluitur cedit iura personalia contra eum, qui tenetur actione personali, & hoc casu isti Doctores transeunt cum posteriori opinione, quod fideiussor vigore dictæ cessionis possit solidum repetere, prout poterat creditor principalis solidum exigere, cum in illius locum successerit, & vti possit iuribus, & prærogatiuis ipsius creditoris cedentis Rim. iun. *conf.* 291. *n.* 40. Surd. *conf.* 82. *num.* 13. *& seq. lib.* 1. Fontanell. *d. par.* 3. *numer.* 71. *vers. nihil ergo.*

Cæterum hæc distinctio maximè quo ad secundum membrum non videtur tuta. Nam videntur obstare regulæ dolo petis, quod statim restituturus & de qua *in dolo facit ff. de dol. except.* & de inani circuitu vitando, de qua *in l. dominus testamento ff. de cond. ind. & per* Bal. *cons.* 100. *circa fi. lib.* 4. nempe in conuenientia, quod quis cedat actiones contra se ipsum de qua *per* Bar. *in d. l. Modestinus num.* 9. *ff. de solut.* Quæ omnia considerauit Rota *in d. Romana societatum* 5. *Decembr.* 1612. *supra allegata num.* 10. *cum duabus seqq.* per quas rationes Rota *ibi num.* 16. *vers. & proinde, & nu.* 17. *impugnat decisionem factam coram* Rubeo, *quæ est* 859. *par.* 4. *diuers. quam supra allegauimus.*

Quamobrem pro conciliatione dictæ contrarietatis Rotæ *in d. Aquilana pecuniaria, quæ est in recollect. per* Farinac. *decis.* 362. *num.* 4. excogitauit aliam distinctionem, vt prima opinio procedat, & sit vera quando fideiussor agit contra confideiussores nomine proprio, & tanquam confideiussor. Secunda vero procedat, quando agit non nomine proprio, sed tanquam cessionarius ex iuribus sibi à creditore cessis.

Sed hæc quoque conciliatio non videtur tuta, tum quia in eadem *decis.* 362. *numer.* 4. dicitur, quod tunc apud nonnullos ex dominis habuit difficultatem, & non fuit vnanimi consensu recepta, tum etiam quia ab illa eadem Rota recessit *in d. Romana societatum post* Zacch. *decis.* 17. *&* 18. & illam optimis rationibus reiecit.

Et propterea pro conciliatione mihi non displicet distinctio, quam afferunt addentes ad Ludouis. *d. dec.* 190. *num.* 3. Quod prima opinio communis procedat indistinctè, siue fideiussor agat nomine proprio siue etiam tanquam cessionarius, cùm semper verum sit, quod ipse est in solidum obligatus, & consequenter non potest prætendere, vt confideiussores soluant partem sibi in dicto debito tangentem per supra deducta. Secunda verò opinio procedat, quando iste fideiussor reportauit cessionem à creditore non tanquam obligatus, sed tanquam tertius, quasi emptor dicti nominis iuxta tex. *in l. cum is ff. de fideiuss.*]

Hoc † tamen videtur quod sit limitandum in eo 5
qui fideiussit diuerso tempore, quam fideiusserint alij, cum enim priores fideiussores non accesserint cõtemplatione huius posterioris, si iste qui posteriore loco fideiussit soluat integrum debitum, & reportet à creditore cessionem iurium pote t vigore dictæ cessionis integraliter, & insolidum repetere quicquid soluit, & † ij qui priori loco fideiusserunt insolidum con- 6

uenti

uenti non potuerunt opponere exceptionem cedendarum, neque diuisionis *l.si Titius*, 49. *ibi. sed ita demum, vbi* Castr. *num.1.vers.secundus casus, ff.de fideiuss.* Glos. *in l.si stipulatus*, 16. §. *si ex duobus, in vers.* Martinus, *& ibi* Paul.de Castro, *sub num.1.ad fi.vers.quartus, ff.eod. Idem* Cast. *in l.si plures*, 28. *in prin. sub num. 1. ad med.vers.sed contra hoc oppone, vbi testatur de communi, ff. eod.* Specul. *in tit.de renunc.& conclus. num.* 13. Roman. *cons.*472. *vers.aliquando agit.* Bertazol. *in tract.de clausu. l.instrum.clausula* 40. glos.2. *num.*11. Vinc. de Franch. *decis.*55. *num.* 11. [Caroc. *de oblat.par.2.qu.22.num.*13. 19.] Etiam † quod isti plures fideiussores fuerint recepti à diuersis personis *l.si à Titio, ff.de fideiuss.* quem tex.ita intelligit Bar. *in d.l.si plures, in prin.num.2.ff.eodem* refert, & sequitur Angel.Aret. *in §.si plures, sub n. 2.vers.quæro cum hoc Instit.de fideiuss.* 7

Hanc etiam distinctionem post Azor. & Bart. *in d. §.* si ex duobus tenet *ibi* Iacob.de Aren. *vt refert* Sign. *cons.*100. *num.* 8. *vers. nec prædictis, &* Asin. *in suo tract. de execut. instrum.* §. 7. *cap.*117. *sub num.*20. *vers.ad secundum, Et licet* Signor. *ibi num.*10. *versic.sed quod illa, &* Asin. *num.*21. illam impugnare nitantur ratione satis apparente arguendo à virtute parificationis, & æquiparationis, quod dispositum in vno ex æquiparatis, & parificatis censeatur dispositum etiam in altero. Doctor. communiter in *l.*1. *ff.de leg.*1. *glos.in c.si postquam in verb. promissione de elect. in 6. multa congerit* Bertazol. *cons.ciuil.*97. *n.*11. *cum seq.lib.*1, deducentes æquiparationem & parificationem in casu nostro ex tex. *in l.sicut C.de fideiuss.* vbi Imper. generaliter, & indistinctè sanciuit, tum quod creditor possit ex multis fideiussoribus quem velit insolidum conuenire, tum quod fideiussor, qui conuenitur vt soluat, possit petere, quod sibi cedantur actiones contra alios fideiussores, & proinde sicut creditori generaliter, & indistinctè, datur facultas eligendi vnum ex fideiussoribus, quem conueniat nulla facta distinctione, an omnes fideiusserint eodem vel diuerso tempore *l.iure nostro l. liberum, l.reos, C.eod.tit.de fideiuss.* eodem etiam modo dicendum videtur, quod sit in facultate fideiussoris conuenti petere, vt sibi cedantur iura contra alios fideiussores indistinctè, & nulla facta distinctione, an eodem, vel diuerso tempore accesserint, & se obligauerint; & hac virtute parificationis, & æquiparationis factæ ab Imper. *in d. l.sicut inter principalem creditorem, & fideiussores.*

Cæterum licet hæc argumentatio *Signor. & Asin.* videatur satis colorata, non tamen potuit me retrahere à communi scribentium sententia. Etenim non video, quod *Imper. in d.l.sicut* faciat æquiparationem, & parificationem, in qua *Signor. & Asin.* se fundant, sed in *d.l.sicut, & Imperator* decidit duos casus distinctos, & separatos, videlicet primum, quod creditor potest conuenire quem vult de fideiussoribus secundum quod fideiussor non potest cogi ad soluendum, nisi sibi cedantur iura à creditore, & propterea non potest desumi aliquod argumentum ab æquiparatis.

Præterea esto etiam citra veritatis præiudicium quod in d. l. sicut possit ponderari argumentatio, & conclusio, quam ex ea eliciunt *Signor. & Asin.* non tamen crederem, illam esse recipiendam simpliciter, & indistinctè, sed cum aliqua distinctione, & modificatione. Ideò non potest creditor suo arbitratu eligere vnum ex fideiussoribus quem conueniat licet non eodem tempore omnes accesserint, quia quocumque tempore accedant, semper verum est, quod æquè fideiusserunt ad fauorem illius vt magis illi esset consultum, & facilius esset cautum, vt dicit Imper. *in tit. de fideiussor. in prin.* Mantic. *de tacit.& ambig.conuent.lib.*16. *tit.*2. *num.*1. Pyrr. Maur. *in tract.de fideiuss.par.*1. *sect.*11. *cap.*7. Quod verificatur siue accedat eod. tempore, siue diuerso, cum æquè obligentur, siue accedant in celebratione ipsius contractus, siue antea, siue postea §. *fideiussor. Instit.de fideiuss.* Mantic. *d.lib.*16. *tit.*5. *num.*3. & 4. Maur. *d. tract. part.*2. *cap.*2. *per tot.& signanter num.*6. & ideò nimirum si creditor potest quem vult ex pluribus fideiussoribus conuenire. Quæ ratio cùm non habebat locum indistinctè in pluribus fideiussoribus, vt mox apparebit non potest in eis habere locum indistinctè dispositio facta in creditore, vbi enim adest diuersitas rationis, diuersa etiam fieri debet dispositio, & determinatio *l.si ita scriptum, ff.de manumissam. cum aliis apud* Gabr. *cons.*11. *numer.*4. *lib.*1. Bald. *in l. de quibus num.*35. *ff. de legib.* Nam ex diuersis non potest fieri illatio *l.fin. ff. de calumniat. l.* Papinianus *exuli in prin.& ibi* Bart. *num.*2. *ff.de minor.*

Ex quibus detegitur, quod argumentatio, quam *Signor. & Asin.* deducunt ex *d.l.sicut C.de fideiuss.* virtute æquiparationis nō bene applicatur casui nostro sed quatenus velimus illos saluare, possemus dicere, quod æquiparatio respectu fideiussorum ex *d.l. sicut* deducatur dumtaxat quo ad cessionem iurium realium, prout loquitur eadem lex ibi. Ita intercessorem postulantem cedi sibi hypothecæ, siue pignori obligata, vel quatenus velimus illam extendere, etiam respectu iurium personalium, debemus eam intelligere cum distinctione, quæ habetur *infr. hoc eod.cap.*2. *quæst.*3. *art.*2. *numer.* 24. *& seqq.*] videlicet vt procedat † quando tempore quo prior fideiussor accessit fuit promissum quod accederet etiam alter confideiussor, & prior fideiussor hoc sciuit eo quia cum ipso actum id fuit, vt declarauit Rota *coram* Seraph. *decis.*865. *numer. 1. par. 1. ex* Negus. *d. part.*5. *membr.*3. *numer.*36. *ad fin.* nam si ille secundus accedat, & soluat cum reportatione cessionis iurium, non poterit postea à priore fideiussore solidum repetere, quia primus censetur fideiussore contemplatione secundi, & sub spe mutui periculi, vt sentiunt supra relati Doctores [quibus addi potest Rom. *d. cons.* 472. *num.* 14. *vers. aliquando agit ipsa.*] 8

Quo † verò ad secundam inspectionem de correis, si vnus ex pluribus censum emat concludendum est, quod non possit in solidum exigere integrum censum ab aliis correis, sed pro ea dumtaxat parte pro qua alienam recognoscebat obligationem, & pro qua ad ipsum proprio nomine, & propria vtilitate negotium cæpit pertinere, vt post Ronchegal. *in l.reos, in princ. n* 41. *& 43. ff. de duob.reis.* Natta, *cons.*658. Cæph. *cons.* 220. *n.* 11. *l.b.*2. Surd. *dec.*308. *n.*7. Gasp. Roderic. *de ann. reddit.lib.*2. *quæst.*17. *num.*14. *&* 15. *dicit* Ludouic. Velazquez, de Auend. *in suo tract.de censib. Hispa.c.*100. *n.* 2 [*& resoluit* Rota *in vna Farsensi pecuniaria* 30. *Ianuarij* 1612. *coram* R.P.D. Pamphilio, *quæ est post tract. dec.* 90. *num.*1. *&* 5.] 9

Ista autem † portio in dubio erit virilis, *l.*1. *& 2. C.de duob. reis.* Castr. *in l.sed Iulianus, in prin.num.* 4. *ad fi. ff.ad Macedon.* Ronchegall. *ad l.eand.in princ.numer.* 179. *& ad leg.reos*, §. *cum in tabulis, num.*45. *ff.de duobus reis, & dictum est supra num.* 4. de duobus fideiussoribus. Nisi alter ex † ipsis maius emolumentum ex contractu reportauerit; quam alius quo casu ratione maioris emolumenti in plus teneretur; *l. vir. vxori.* §. *vlt. iuncta glo. fin. in fine, ff. ad Velleian.* & dicit propriis terminis Rota *in vna Bononiensi fideiussionis*, 19. *Aprilis*, 1601. *coram* b. m. Iusto, *quæ est post tract. decis.*180. *num.*1. *&* 2. Correus igitur emens censum non insolidum, sed dumtaxat pro sua rata potest agere contra correos, obtenta tamen cessione à domino census, & non aliter. Glos. *in l.vir vxori*, §. *mulier, ff. ad Velleian. Bart. & alij communiter in d.l. Modestinus, ff. de solut. & post multos* Felician. *in puncto in dd. suis commentar. tomo* 1. *lib.*3. *cap.*2. *numer.*18. *& tomo* 2. *eod. libr.* 3. *& cap.*2. *numer.*9. *voluit* Rot. *coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio, *in vna Romana census*, 9. *Maij*, 1611. *quæ est in calce* 10

12 *tract.dec.*181.*num.*1.quæ iura † talia tamen,qualia habet tenetur dominus census eo casu cedere, vt pluribus docet Felician.*d.tomo* 1.*lib.*3.*cap.*2.*nu.*27. *versic. in qua quæstione, & d.tomo* 2.*eod.lib.*3.*& cap.*2.*nu.*11. *versic.sed certe facit.*Neguſ.*in ſuo tract.de pign.& hypothec. par.*5.*membr.*3.*par.*1.*num.*35.*& poſtlongam diſcuſſionem, firmat* Gaſpar Roderic.*dicto lib.*2.*qu.*16.*numer.*11.*cum multis ſeqq.& num.*33.

[Et facit communis concluſio, quod creditor recipiens ſolidum ab vno ex correis,debet cedere ſoluenti iura contra alios in ſolidum obligatos *l.*1.*& ibi* Bal.*in.* 3.*verſ.ſed modo, & numer.*4. & Salic.*numer.*5.*C.de duobus reis.* Bart.*in l. Modeſtinus num.*5.*ff.de ſolut.* Ronchegall.*in l.reos in princ. num.*54. *& ſeqq.ff.de duobus reis,* Beraz. *de clauſul. Inſtrum. clauſul.*40.*glo.*4.*ſub verſ.*

Bꝫ *hanc.*] Dum † autem volet à correis cenſum exigere non erit illi permiſſum aduerſus correos ſeu confideiuſſores, vt cenſum redimant etiam quod tempore conſtitutionis, & venditionis venſus inter eos actum eſſe, vt cenſus redimeretur infra certum tempus,puta ſi iſte qui cenſum emit recepiſſet promiſſionem à confideiuſſoribus ad quorum manus integrum pretium cenſus peruenit, quod cenſum illum intra certum tempus extingueret, nam ſi emat cenſum illum, & eius fructus exigat, non poterit poſtea agere pro extinctione vt firmat Roderic.*de ann.reddit.lib.*2.*quæſtio.*13.*numer.*4.*& ſequen.refert* Gratian.*dicto cap.*450. *num*34.

14 Hæc † tamen omnia quæ diximus de fideiuſſore, vel correo acquirente cenſum,intelligenda ſunt quando ad eos tranſiuit cenſus titulo veræ, & realis venditionis, & emptionis dumtaxat, ſecus autem ſi cenſum redimant, & extinguant, quia eo caſu,cùm apud reuendentem nullæ actiones remaneant ad futuros cenſus, & penſiones conſequendas nihil eſt quod illis

15 cedere poſſit, nam † nemo dat quod non habet, *l.traditio, ff.de acq.rer.dom. l.ſi filius, C.de donat.*Dec.*qui alios allegat.in l.nemo plus iuris, ff.de reg.iur.*Felician.*d.tomo* 1. *lib.*3.*& cap.*2.*num.*19.*bene* Gaſp.Roderic.*in d.ſuo tract. de ann.reddit.lib.*2.*qu.*13.*num.*4. *& ſeqq.& dixit* Rota *coram* R.P.D.Manzanedo,12.*Ianuar.*1607.*in illa Ranennatenſi Saluiani interdicti, quæ eſt impreſſa poſt tract.dec.* 126. *numer.*13. *& non obſcurè ſenſit coram eodem in vna Romana cenſus*, 6.*Februarij*, 1615. *quæ ibidem eſt deciſ.* 182.*num.*1.*& bene coram* R.P.D. meo Vbaldo, *in vna Romana reſciſſionis inſtrumenti*, 18. *Martij* 1616. *quæ eſt ibidem dec.* 183.*num.*2.

[Et plenè firmauit Rota *coram* R. P. D.Dunozetto 10. *Decembris* 1618. *in illa Romana prælationis, quæ eſt poſt tract. deciſ.* 369. *nam vt ibi numer.*1.dicitur titulus retrouenditionis effectiuè importat diſſolutionem primæ venditionis per actum retro ſimilem, vnde ſequitur totalis reſolutio, & extinctio cenſus, *l.*1. *C. quand. lice.ab empt.diſced.*

Quod autem cenſus fuerit emptus non extinctus cognoſcitur, maximè ex clauſulis in Inſtrumento adhibitis,puta ſi contractus ſit conceptus per verba importantia non retrouenditionem, ſed ſimplicem venditionem, puta ſi dictum ſit ceſſit, &c. omnia iura, &c.nullo iure, &c. ponens,&c.vt reſoluit Rota *in vna Romana cenſus* 23. *Iunij*, 1614.*coram* R.P.D.Dunozetto, *quæ eſt poſt tract.deciſ.*359.*num.*2.

Cæterum ſi cenſus fuerit ceſſus non extinctiuè, ſed tranſlatiuè,non ſequitur extinctio cenſus,vt dixit Rota *in illa Farfenſi pecuniaria coram* R. P. D. Buratto 27. *Iunij* 2612.*quæ eſt poſt tract.dec.*419.*num.*1.*in fin.*]

Sed hic non incongruè poſſet dubitari quonam tempore huiuſmodi ceſſio iurium ſit obtinenda an in ipſo actu ſolutionis, an verò ſufficiat ſi habeatur ex interuallo.In qua dubitatione eſt breuiter diſtinguen-

16 dum. Aut † fideiuſſor ſoluit vt tàm propriam, quàm aliorum obligationem, & debitum extinguat, puta ſoluendo nomine debitoris, & non ſuffragatur illi ceſſio iurium ſi eam non obtineat eo ipſo tempore, quo ſoluit, Glo. Oldr. Dyn. Bar. Alber. Ang. Imol. Caſtr.*& communiter alij, in d.l.Modeſtinus, ff. de ſolut.* Aut † verò ſoluit vti fideiuſſor vt proprium debitum, 17 & propriam obligationem dumtaxat extinguat,& ſi bi ſuffragatur ceſſio etiam ex interuallo facta, Bart. *in d.l.Modeſtinus,nu.*4.*verſ. aut ſoluit nomine ipſius ſoluentis, & ibi* Ang.*nu.*4.*verſ.*5. *& vltimò fallit &* Caſtr. *num.*6.*in fine.* [*bene* Socin.iun. *conſ.*27.*nu.*8.*lib.*2.Gabr. *conſ.*63.*num.*3.*& lib.*2.Rot *diuerſ.deciſ.*153.*num.*4.*verſic.*3.*& infra par.*2.quia† eo caſu prima obligatio non 18 extinguitur, ſed adhuc viua remanet, *l.Papinianus ff. de mand.l.Stichum, aut Pamphilum,* § *ſi mandatum, ff.de ſolut.*Gabr.*conſ.*63.*num.*3.*& lib.*2.*& Felician *in dd. ſuis commentar.tomo* 2.*lib.*3.*cap.*2.*num.*10. & vtrumque membrum diſtinctionis amplexa fuit Rota *in vna Romana Dohana ſalis,*10.*& 21.Iunij* 1581.*coram* b.m.Cantuccio, *quæ eſt in calce tract. dec.*284 *num.*2. [*& in vna Romana Saluiani* 19.*Aprilis*, 1624. *coram* b. m.Buratto *quæ eſt poſt tract.dec.*478.*nu.*8. *& in Romana cenſus* 16. *Maij*, 1631.*coram* R.P.D.Merlino,*quæ eſt poſt tract.dec.* 530.*num* 1.*& infra*,ea ratione, quia,fideiuſſor ſoluens creditori non cenſetur pecuniam illam dare inſolutum, & in extinctionem iuris creditoris, ſed potius velle emere nomen debitoris, quod ibi Rota *nu.* 2. *& infra pluribus comprobat.*]

Aut † verò fideiuſſor ſimpliciter ſoluit, & non ex- 19 preſſit quo nomine ſolutum voluerit an proprio an principalis debitoris, & ſimiliter ceſſio illi ex interuallo facta ei non ſuffragatur, Glo. *in d.l.Papinianus,* Azo.*in ſua Summa, in tit. C. de fideiuſſ. num.*13.*facit l. fin. C. de conſtitut. pecun.* & hanc ſententiam dicit eſſe veriorem Felician. *in dd. ſuis Commentar. tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *numer.* 7. [contrarium tamen quod fideiuſſor ſoluens abſque eo, quod exprimat,quo nomine ſoluat intelligatur ſoluere proprio nomine, & conſequenter illi ſuffragetur ceſſio obtenta ex interuallo firmauit Rota *in d.Romana cenſus,quæ eſt poſt tract. dec.*530.*n.*4. 12.13.*& i.f.a.*]

Solutionem † autem probare poterit fideiuſſor ex 20 ſola creditoris confeſſione, *l. Publia*, §. *fin.ff. de poſſ. l.pecunia, C. de ſolut.* Alex. *conſ.*123. *numero* 1. *&* 5. *libr.* 6. & hanc eſſe veriorem, & magis communem Scribentium opinionem profitetur, Anton. Gomez. *var. reſol. tomo* 2. *cap.* 13. *numer.* 17.Marſil. *ad Rubr.C. de fideiuſſ.num.* 265. *& alij apud* Felician. *d. cap.*3.*num.* 8 *&* apud Carocc.*in ſuo tract.de execuſſ. parte* 1.*in* 10.*q. prin.num.*21.

SVMMARIA.

1 *Iura multa ſunt ceſſibilia.*
2 *Iura multa ſunt,quæ nec cedi,nec tranſmitti poſſunt.*
3 *Ius cenſus hypothecatur.*
4 *Hæc tamen hypotheca extinguitur extincto cenſu.*
5 *Reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris.*
6 *Debitor cenſus volens extinguere cenſum, quod non teneatur id denunciare ei qui dictum cenſum habet obligatum.*
7 Limit. *Roder. quando dictus creditor hypothecarius denunciauit debitori cenſus ius ſuum. Sed Auctor non probat.*
8 *Cenſus locari poteſt.*
9 *Dummodo locatio non fiat debitori cenſus, ſed extraneo.*
Immo quod etiam debitori placuit Roderici, ſed vide de veritate infra.
10 *Creditoris, & debitoris perſona non poteſt eſſe eadem.*
11. *Debitor dicitur ſibi ipſi ſoluere per compoſitionem.*
12 *Cenſus dari poteſt titulo ceſſionis.*

[*Cenſus*

[*Census quod non possit cedi pro parte, sentiunt aliqui.*
Contrariam sententiam firmat Auctor num. 3. *& infra.*
Creditor non potest petere partem crediti, sed totum petere debet.
Contrarium infra.
Cessio iurium est de iure permissa.
Nisi in casibus expressè in iure prohibitis.
Cessio iurium est prohibita quando fit mala fide, & animo vexandi debitorem.
Permissa censentur ea, quæ non reperiuntur expressè prohibita.
L. per diversas, & l. ab Anastasio C. mand. cessat. vbi cessat fraus.
Dispositio harum legum non habet locum, nisi in casibus in illis expressis.
Cessio iurium si fiat partim titulo venditionis, & partim titulo donationis, non valet pro ea parte, qua fit titulo donationis.
Valet tamen pro ea parte, qua fit titulo venditionis.
Nomen debitoris cedi potest non solum ignorante sed etiam inuito debitore.
Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.
Iudicium idem fit de parte quoad partem, quod fit de toto quoad totum.
Contractus, qui sunt ab omnibus recepti præsumuntur liciti.
Etiam quod de iure non subsisterent.
Debitor solitus soluere certo modo potest cogi, vt persoluat in eodem modo soluendi.
Consuetudo soluendi certo modo obligat debitorem aliquin non obligatum ad faciendum solutionem modo consueto.
Consuetudo faciendi solutiones certo modo valet tanquam pactum de taliter soluendo.
Rebuff. ad Regi. constitut. tom. 2. in tit. de cession. action. art. 2. gloss. 9. declaratur.
Ius exigendi censum non est creditum.
Census inter immobilia connumeratur.
Iuri generali per speciale non derogatur.
Debitor potest compelli ad soluendum partem debiti, si id potest facere citra præiudicium.
Solutio debiti per partes non admittitur recusante creditore.
Fauori suo quilibet potest renunciare.
Creditor petens partem sui crediti non censetur reliquum remittere.
Sed potest reliquum petere vel in eodem iudicio per viam emendationis.
Vel in alio iudicio, & instantia.
Etiam si in primo iudicio, & petitione non fuerit vsus clausula saluo iure, &c.
Limit. *Si debitor contradicat, & opponat, quod totum petatur.*
Petitio partis debiti est valida, sed opposita exceptione quod totum petatur, reiicitur.
Census consignatiuus differt à reseruatiuo.
Census reseruatiuus est ius personale, & merum creditum.
Census non extinguitur ob illius cessionem.]

13 *Item titulo permutationis.*

14 *Item titulo dotis.*

[*Census capi potest in executionem rei iudicatæ.*
Quæ sit forma exequendi in censu ibidem remissiuè.]

15 *Census vendi potest.*

[*Census vendi potest à iudice iudicario nomine plus offerenti.*]

19 *In venditione sensus antiqui requiri pecuniam numeratam, vult Boccac. Sed contrariam sententiam defendit Auctor.*

17 *Pretium in venditione census antiqui quod variari possit, volunt aliqui.*
Contrarium alij, & probat Auctor, nu. 19. *& respondet contrariis.*
Defenditur prior quando census esset litigiosus, & non securus, num. 21.
Vel quando emptor census interpellatur à venditore. num. 23.

18 *Pretia rerum variantur ex qualitate temporum, & personarum.*

20 *Intellige quando pretium non esset aliqua ratione certum.*

22 *Actio dubia, & periculosa solet minori pretio vendi.*

[*Nomen debitoris periculosum, & non tutum potest distrahi minori pretio, quam sit ipsum debitum.*
Census liquidus, & tutus si vendatur minori pretio qua ab initio sit constitutus, & venditus valet venditio, sed pretium debet suppleri.
Contrarium defendit auctor.
Contractus sunt individui.
Contractus ob defectum in parte totus debet annullari.
Contractus non potest pro parte approbari, & pro parte reprobari.
Census iam creatum vendens dicitur vendere nomen debitoris.
Cedens nomen debitoris non tenetur, ad aliud, nisi quod illud sit verum.
Ampl. etiam si cedens promittat defendere, & conservare indemnem cessionarium.
Limit. *Si tale nomen redderetur non soluendo ex facto cedentis.*
Extende limit. Etiam si cedens protestatur se nolle teneri de euictione nominis cessi.
Vel cederet illud nomen tale, quale est.
Limit. 2. *Si cessionarius alleget probabilem, & iustam ignorantiam, quod tale nomen tempore cessionis esset non soluendo secus si scinit, vel fuit in culposa, & supina ignorantia.*
Pactum, vt aliquid operetur receditur à regulis iuris communis.
Cedens nomen debitoris, si promittat, illud esse idoneum, & exigibile, tenetur illud præstare tale.
Ampl. *etiam si promittat simpliciter illud esse bonum.*
Nomen debitoris quod si bonum, vel quod sit exigibile conuertuntur ibid.
Limit. *quando cedens non concedit promissionem copulatiuè, sed alternatiuè, videlicet nomen esse verum, vel bonum.*
Limit. 2. *si cessionarius tempore cessionis habebat notam qualitatem dicti nominis cessi.*
Limit. *Si cessionarius exigat à debitore nouam obligationem.*
Nomen debitoris non dicitur exigibile si non sit facilis exactionis.
Debitor tutus saluo conductu non dicitur exigibilis.
Exigibilitas debitoris cessi spectatur iuxta tempus cessionis, & infra.
Qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi.
Periculum rei venditæ non pertinet ad venditorem, nisi de tempore venditionis.
Debitor cessus si ex postfacto fiat deterior, id cedit damno cessionarij.
Limit. *si cedatur, sub conditione, & deterioratio contingat, illa pendente.*
Limit. 2. *Si cedens promittat nomen illud omni tempore facere bonum, & exigibile.*
Alternatiua partem sufficit verificari.
Cedens creditum, quod habet cum Principe cum promissione, quod sit bonum, & exigibile non tenetur ob difficultatem exactionis.
Cessionarius non potest ex abrupto agere contra cedentem, nisi facta diligentia contra debitorem census cessum.

Limit. *Nisi cedens ex pacto obliget se tam pro sorte, quam pro fructibus decurrendis.*
Cessionarius tenetur docere de cessione per exibitionem instrumenti.
Ampl. *Vt teneatur docere ante litem contestatam, si agat nomine cedentis.*
Sed si agat nomine proprio post litis contestationem.
Cedens tenetur ostendere, & tradere cessionario instrumenta crediti cessi.
Sed an in forma probanti distinguitur.
Cessionarius debet interpellare cedentem, vt sibi tradat instrumenta crediti cessi.]

24 *Census legari potest.*
25 *Censu legato, legatarius non consequitur sortem, sed dumtaxat annuos fructus.*
26 *Census, & illius pretium sunt separata, & diuersa.*
[*Census differt ab illius fructibus.*]
27 *Legato censu hæres non tenetur legatario, nisi cedere actiones.*
28 *Fructus census legati maturi tempore mortis testatoris pertinent ad hæredem non ad legatarium.*
29 *Intellige de fructibus quorum solutionis dies venerat tempore mortis testatoris non in aliis.*
30 *Legatum censetur reuocatum per alienationem rei legatæ.*
Limitatur si alienatio fiat ex necessitate, nu. 32.
31 *Legatum census non extinguitur propter redemptionem illius.*
33 *Quo ad effectum non reuocandi legatum ob alienationem factam ex necessitate parificatur necessitas rei familiaris, & necessitas inducta à lege.*
34 *Census datur insolutum pro debito.*
35 *Census super censu constitui, & collocari potest.*
36 *Census ceditur, & transfertur in quemcumque etiam singularissimum successorem.*
37 *Census transferri potest aliis modis, & titulis, remissiue.*

Dominus census, an de illo possit aliquo titulo disponere, & quo.

QVÆSTIO LXXII.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 2. ar. 6.

QVoniam census nil aliud est quam ius quoddam percipiendi, & consequendi annuam responsionem, quod ex contractu censuali multis titulis acquiritur vt dictum fuit supra sæpius ex iuribus autem
1 multa sunt, † quæ cedi, & transferri ad alium possunt, vt docet Tiraq. *de retractu lignag. §. 26. gloss. 3. num. 2.*
2 *vsque ad num. 41.* & multa itidem sunt, † quæ neque cedi neque in alium transferri possunt, vt plena manu cumulat idem Tiraq. *d. §. 26.* Glos. 1. *à n. 45. vsque ad finem dictæ Glossæ.* Ideò non abs re me facturum existimaui, si quale sit ius istud postquam fuit in alium translatum, & domino census acquisitum, & consequenter an dominus census, postquam illum titulo emptionis, vel alio quouis iusto, & legitimo acquisiuit, possit super illo sibi quem contractum celebrare, breuiter in hoc sexto articulo explicabo. Et præsuppositio, quod ius istud sit cessibile, vt colligitur ex Rota *in vna Rauennatensi Salu. Interd. 12. Ianuarij 1607. coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis. 126. num. 1.* videamus quibus titulis cedi, & transferri possit.

3 Primo † igitur potest hypothecari, vt vult, Foller. *in sua pract. Cens. in verbo, instrumentum gratiæ, n. 45.* Gasp. Roder. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 1. q. 18. num. 15.* [Et hanc sententiam hinc nostrum locum allegans *amplexa fuit* Rota *coram* R.P.D. Merlino *15. Aprilis 1622. in vna Romana Saluiani interdicti quæ est post tract. dec. 403. num. 1.*]

Hæc † tamen hypotheca cessat, & extinguitur, 4
quando redimitur, & extinguitur census ipse, vt dicit *Foller. d. num. 45.* nam † regulare est quod extincto 5
iure datoris resoluatur etiam, & extinguatur ius acceptoris, vt not. *in Auth. res quæ, C. comm. de legat.* Alex. *cons. 65. lib. 5.* Guido Pap. *dec. 611.* Et quamuis Foller. *d. n. 45.* dicat ita demum ex redemptione census extingui hypothecas, & submissiones de eo à domino illius factas, si redemptio, & extinctio fiat infra tempus præstitutum redemptioni, aliàs si elapso tempore reuenditioni præfinito emptor census illum ex gratia reuenderet, vel prorogaret tempus ad redimendum tales hypothecas non extingui in præiudicium creditorum. *arg. tex. in l. ait Prætor, §. si cum, l. omnes debitores, §. si vir vxori, & l. si pignus, ff. quæ in fraud. credit.* Hoc autem licet verum sit respectu reuenditionis aliarum rerum, tamen nullo modo videtur recipiendum tanquam de directo contrarium *Bullæ* Pij *super censib.* qua prohibetur restringi facultatem redimendi censum, vt diximus *supra hac 2. parte, cap. 1. quæst. 3. art. 7. seu q. 59.*

Sed excitat difficultatem circa hoc Roderic. *d. q. 18.* 6
num. 55. An † debitor census volens redimere censum quem sciebat fuisse ab illius creditore hypothecatum pro suis debitis teneatur requirere hypothecarios, & illis denunciare futuram redemptionem, & negatiuè concludit *per tex. & ibi gloss. fin. in l. nomen, C. quæ res pign. obligar. poss.* Negus. *de pignor. parte 2. membro 3. num. 27.* excepto † tamen casu quando ille creditor 7
hypothecarius certiorauerit debitorem censûs de sua hypotheca protestando ne ipso non monito censum redimat, ostendendo etiam instrumentum hypothecæ, quæ exceptio mihi non placet, cum hypotheca præfata per redemptionem census ipso iure resoluatur, vt supra dictum fuit, nec debitori census possit inuito iniqua conditio inferri, *l. non debet, ff. de reg. iur.* Nec mihi visa est ad rem facere auctoritas Bart. *in l. non solum, §. morte, num. 35. ff. de nou. ope. nunc.* quam nititur *Roderic.* Quia *Bar. ibi.* loquitur in debitore quantitatis, sed in terminis nostris debitor census respectu sortis, quam vult restituere redimendo censum, & ius annui redditus quod vendiderat, non potest dici debitor, Gabr. *cons. 141. n. 8. lib. 1.* Vinc. de Franch. *decis. 234. n. 9. decis. 204. num. 32.*

Secundè † ius istud censuale potest locari, vt dicit 8
Ruin. *cons. 160. num. 2. lib. 1.* quem refert Vinc. Carocc. *in suo tract. de locat. & conduct. lib. 3. tit. de censib. n. 1.* Io. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. c. 4. in prine.* Qui dicunt procedere † dummodo locatio fiat alicui ter- 9
tiæ personæ, non autem ipsi debitori census quia esset conductor rei propriæ, & à semetipso deberet exigere, quod in iure non admitti dicunt, *l. neque pignus, ff. de regul. iur. l. Vranius, ff. de fideiuss. quam sententiam fuis amplexus* Gaspar. Roder. *d. tract. de ann. reddit. lib. 1. q. 3. num. 12.* licet dissentiat ab aliis dum negant ius istud posse locari debitori census, motus ea ratione quia falsum dicit quod venditor census conducens illud ius ab emptione videatur rem propriam conducere. Nam licet debitor census, vt dominus rerum redditui annuo suppositarum, non est tamen dominus ipsius iuris percipiendi annuam responsionem, quod solum in emptorem census transire supra diximus, & quod est omninò verè, & realiter distinctum, & separatum ab ipsis rebus censuatis, vt dixit Rota *sæpius*, & signanter *in vna Romana fructuum census, 10. Decembris, 1606. coram* Illustriss. Cardin. Ludouisio, *quæ est impressa post tract. decis. 185. n. 3.* & propterea si illud ius conducat, non potest dici quod rem propriam

priam conducat, quod verius videtur, sed non propterea tollitur alia ratio quam considerant *Carocc.* & alij, quod scilicet, in iure non recipiatur † quod eadem sit persona debitoris, & creditoris *l. hæres à debitore, §. quod si stipulator, & ibi*, Gloss. *in verbo perinde, ff. de fideiuss.* Alex. *consil. 149. numero 2. libr. 2.* quod contingeret si daremus quod debitor census posset illummet censum ab illius domino con- 11 ducere. Nisi † dicamus, quod eo casu, per compensationem (quæ tunc fieret ipso iure, *l. si constat C. de compens.*) possit quis sibi soluere, quod sibi debet, vt animaduertit Rota *Genuens. dec. 190. n. 10.*

12 Tertiò † transferri etiam poterit titulo cessionis Foller. *in sua pract. cens. in verbo, huiusmodi, num. 66. & 95.* Paris. *cons. 75. num. 32. & seq. lib. 4.* Bon. *in suo tract. de censib. art. 25. sub num. 52. ad med.* Tiraq. *de retractu conuent. in fine, num. 137.* Guilelm. Redoan. *in suo tract. de rebus Eccles. non alien. in titul. de constit. ann. census, num. 61.*

[Sed circa hanc census cessionem non incongrua oritur dubitatio. An pro illius validitate necesse sit, quod fiat de toto censu, an etiam possit validè fieri de aliqua eius parte quotitatiua, & causam dubitandi dedit Rebuff. *ad Regi. constitut. tom. 2. in tit. de cession. action. art. 2. glos. 9. circa princip.* Vbi postquam constituit conclusionem, quod cessio pro sui validitate fieri debeat pro tota summa, vel de tota re debita, infert fuisse aliquando in Senatu declaratam nullam cessionem quæ fuerat facta de dimidia parte census. Quod arrestum triplici ratione iustificari dicit. Prima, ne pro vna re debitor coram diuersis Iudicibus conueniatur. Secunda, ne causæ continentia diuidatur. Tertia auctoritate *l. fin. C. mand.* Vbi quando pro parte venditur res, & pro parte donatur, cessio simulata præsumitur, quibus addi potest quarta ratio ex communi scribentium theorica, quæ habet, quod creditor non potest à debitore suo petere partem crediti, sed opus est, vt totum petat. Ias. *& alij in l. quidam existimauerint n. 8. ff. si cert. pet.* Rota *diuers. decis. 626. n. 6. part. 1.* Trentacinq. *variar. resolut. lib. 2. titul. de Iudic. resolut. 3. num. 2.* Mari. Giurb. *decis. Regn. Sic. l. 112. num. 6.*

Quibus tamen non obstantibus contrà iam sententiam in proposita dubitatione veriorem esse existimaui. Cessio enim iurium est de iure permissa, *l. 3. C. de hæred. vel act. vendit. l. 1. in 2. resp. C. de nouat.* Alex. *in l. 2. num. 23. ff. sol. matr.* Angel. Aret. *cons. 92. num. 51.* Natt. *cons. 332. n. 1.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 13. num. 1.* Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 507. num. 22.* Giurb. *de decis. 112. num. 2.* exceptis casibus, in quibus reperitur expressè prohibita Gabr. *cons. 67. num. 3. ad fin. lib. 1.* & proinde cùm non reperiatur in iure prohibita, nisi quando sit mala fide, & animo vexandi alium, *l. per diuersas l. ab Anastasio C. mand. vbi Imper.* enumerat casus; in quibus non est licita iurium cessio, inter quos non reperitur iste quando creditor cedit dumtaxat partem sui crediti. Ergo in hoc casu debet censeri permissa, vt argumentatur. Gabr. *d. consil. 67. num. 1. & 2. lib. 1.* Nam vbi cessat fraus, cessat etiam prohibitio *dd. legum, per diuersas, & ab* Anast. *C. mand. vt firmant.* Io. de Amicis *cons. 24. num. 23.* Rim. Iun. *consil. 171. num. 36. & 37. vers. vtiq. valet lib. 2.* Sim. de Pret. *cons. 93. n. 20. lib. 1. qui alios allegant.* Crescent. *decis. 10. n. 3. de sentent. & re iudic. & dispositionem d. l. per diuersas.* non habere locum, nisi in casibus in ea expressis, dicit Bart. *ibi n. 12. & alij relati per* Rotam *decis. 303. num. 11. part. 1. in recollect. per Farin.* & cum in dictis legibus non prohibeatur, quominus cessiones fiant de parte summæ, vel rei debitæ, inferendum est illas esse permissas.

Quod] comprobatur considerando, quod in dictis legibus dicitur, quod si fiat cessio iurium partim titulo donationis, partim vero titulo venditionis per solutionem pretij, licet pro ea parte, quæ donatur cessio non valeat (immo vt aliqui volunt,) cedens amittat ius suum, vt refert. Gabriel. *in tit. de action. concl. 5. num. 1. vers. contrarium,* & videtur expressè decisum *in d. l. ab* Anastasio *vers. si quis autem* cessio tamen illa sustinetur pro ea parte, quæ venditur Gabr. *d. concl. 5. num. 1. alios allegat* Mart. *vot. 72. num. 31. vers. & in diuersis, & ita argumentatur* Inn. *in cap. ex part. num. 2. & 3. de alienat. mutan.* Iudic. *caus. fact.* & hæc opinio iustificatur etiam ex generalitate *d. l. 1. C. dè nouat. & l. 3. C. de hæredit. vel act. vend.* In quibus generaliter, & indistinctè disponitur; quod nomen debitoris, & actio potest vendi, non solum ignorante debitore sed etiam, eo inuito. Ergo debent generaliter intelligi, & indistinctè siue vendatur in totum, & integraliter, siue vendatur pro parte. *l. 1. §. & generaliter, ff. de legat. præstan.* Maximè cùm idem fieri soleat Iudicium de parte quo ad partem, quod fit de toto respectu totius, *l. quæ de tota, & ibi not. ff. de rei vendic.* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. num. 40.*

Et eo libentius transeo cum hac sententia, quo illam video receptam ex communi totius orbis obseruantia. *arg. l. si quis fugitiuus, §. apud Labeonem, ff. de edil. Edit.* nam propter consuetudinem, contractus etiam si ex se esset, illicitus reputari debet licitus, & validus, Io. de Amic. *cons. 154. num. 18. & seq.* Etiam quod de iure non subsisteret *l. qui habebat, §. 1. ff. de man. testam. & ibi glos.* Alex. *cons. 8. num. 2. lib. 6.* Propter quas rationes inter alias reputari licitum contractum census, *dicebamus supra in tract. par. 1. cap. 1. q. 4. art. 4. nunc q. 11. n. 4. cum multis seqq.*

Ex quibus existimo, reddi valde dubiam conclusionem, quam firmauit Rebuff. *in d. glos. 9.* maximè si debitor census per multos annos soluisset fructus dictæ partis cessæ ipso cessionario, quia cum ab initio non contradixerit, tenetur perseuerare in tali solutione etiam pro tempore futuro. Ias. *in l. 2. num. 9. C. de iure emphiteut.* Surd. *in tract. de alim. tit. 4. quæst. 16. num. 21.* Gratian. *discept. Forens. tom. 1. cap. 123. num. 5. & 11.* Nam consuetudo faciendi solutiones obligat debitorem ad faciendum illas in futurum in quantitate, loco, & tempore consueto, licet debitor ad ita soluendum non esset obligatus. Bart. *in l. item illa ff. de constitut. pecun.* Corbul. *de iur. emphiteut. in cas. priuat. ob non solut. canon. limit. 15. num. 6.* Gratian. *d. cap. 123. n. 2. & 3.* Et talis consuetudo valet, & seruari debet non secus ac si à principio ita fuisset actum, & conuentum inter contrahentes Bal. *in l. si certis annis, num 9. C. de pact.* Surd. *cons. 220. num. 3. lib. 2. & cons. 335. num. 27. lib. 3.* Gratian. *d. tractat. tom. 4. cap. 716. numer. 20. vbi alios allegat.*

Quamobrem non videtur tuta opinio Rebuff. *d. glos. 9.* etiam in terminis cessionis iurium, & actionum in quibus ipse loquitur. Vel saltem illam non esse recipiendam in terminis quæstionis propositæ intrepidè sentio. Ipse enim ibi procedit declarando, & commentando dictam Regiam constitutionem, quæ loquitur dumtaxat, & prohibet cessionem debiti, non autem cessionem rei, vt declarat idemmet Rebuff. *in eod. tit. art. 1. glos. 4.* nec etiam prohibet quamlibet cessionem, sed eam solummodo, quæ fieret in potentiorem, vt in *d. art. 1. glos. 2. num. 5.* & inter potentiores enumerantur scholares, vt in *d. art. 1. glos. 9. & art. 2. glos. 2.* vbi ponitur generalis regula, quod non valeat cessio debiti facta scholaribus, vt possint debitorem trahere coram suo Iudice, *vt eod. art. 2. d. glos. 9. vbi Rebuff.* expressè loquitur de cessione debiti prohibita fieri scholaribus. Quæ prohibitio in casu *Rebuff.* habet in qualiber eius parte specialem rationem. Nam cessio crediti prohibetur, vt tollatur abusus redimendi lites, & vexandi debitores, *vt in d. l. per diuersas, & l. ab*

Anastasio

Anastasio. *C. mand.* quarum leguin dispositionem habere locum dumtaxat in his terminis, supra deductum fuit. Cessio vero faciendæ scholaribus prohibetur ne fiat pro parte crediti, quia cùm scholares vigore Regiarum constitutionum habeant particulare priuilegium, ne possint actiuè, nec passiuè adire alium Iudicem, quam Conseruatorem studij *ead. Regia constitutione d. art. 2.* prouisum fuit ne illis cedi possit aliquod creditum pro parte, sed quod illud cedi debeat integraliter, ne pro parte cessa scholaris debitor trahatur coram Conseruatore Studij, pro alia verò parte non cessa trahatur coram proprio Iudice ipsius debitoris, & huc tendunt prima, & secunda ratio, quas affert Rebuff. *d. gloss. 9.* quæ non videntur posse adaptari terminis propositæ quæstionis. Nos enim dubitamus de cessione census formalis, ideſt illius iuris, ex quo nascuntur, & renouantur singulis annis fructus qui soluuntur, iuxta distinctionem, quam retulimus *supra in tract. hac part. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. nunc quæst. 45. n. 11.* quod quidem ius non potest apellari creditum, cùm dominus census non sit creditor, nec impositor census sit debitor, *vt nos diximus supra hac part. 2. cap. 2. q. 5. in princ. n. 1. & 2.* Et facit Rot. Genuens. *dec. 156. n. 5.* Immò hoc ius inter immobilia connumeratur. Clement. *exiui de Paradiso. §. cúmque annui redditus de verbor. significat. & latè fuit dictum supra in tractat. part. 1. cap. 3. quæst. 1. artic. 2.* Et proinde si dominus census vendat, seu cedat partem census, non potest dici, quod vendat, vel cedat partem sui crediti, sed quod vendat partem rei immobilis, quam vendi posse pro parte nullibi prohibitum reperitur, & per consequens cùm res, quæ venditur, seu ceditur, non sit debitum, neque creditum, non potest considerari, quod ob cessionem partis dicti census is, qui censum imposuit, tanquam debitor trahatur coram diuersis Iudicibus pro eadem re debita, nec quod continent à causæ diuidatur, quia impositor census ratione pretij, quod in dicti census venditione recipit, non potest, nisi in certis casibus expressis, & relatis infra *in tract. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 4. & ibid. in addition. nunc quæst. 106.* conueniri. Et propter istos casus speciales non est recedendum, à communi, & generali regula *l. Ius singulare. ff. de legib. cum vulg.*

Et licet in consequentiam possit contingere, quod si dictus census cedatur pluribus personis per partes distinctas, impositor census à dictis pluribus cessionariis trahatur, & conueniatur coram diuersis Iudicibus. Hoc tamen non videtur repugnare dispositioni iuris communis: tum quia census iste formalis est de sui natura diuiduus, *vt deduximus infra in tract. quæst. 110. aliàs part. 3. cap. 1. q. 3. art. 8.* tum quia debitoris non interest an soluat vni tantum personæ integram censualem responsionem, vel pluribus personis in partes, & particulariter, cùm omni casu ad integri census solutionem teneatur; Immò hoc potius in eius commodum, quàm incommodum tendit, & redundat: etenim si teneatur de fructibus totius census respondere pluribus personis, facilius sibi erit parare pecunias pro faciendis multis particularibus solutionibus separatis, & distinctis, quam pro facienda vnica solutione totius summæ vni personæ, & vnica vice, & eodem tempore, & è conuerso dicta diuisio solutionum prodest ipsi domino census cedenti: Vnde debitor cogi poterit saltem ex æquitate ad soluendum partem cessionario partis citra ipsius detrimentum. Bart. *in l. 2. & ibi* Alex. *num. 6. ff. sol. matr.* Dec. *cons. 104. sub num. 2 vers. tertio facit*, qui licet hoc dicat in ratione dubitandi, attamen in responsione non contradicit.

Et ista solutionum diuisio propter incommoditatem reprobatur fauore creditoris, quo recusante, regulariter illa non admittitur. *leg. plane, & ibi gloss. ff. fam. ercisc. & nos diximus infra d. art. 8. num. 8. & seq.* Illa autem indiuiduitas census, quæ consideratur, contradicente illius domino, cessat in proposito, cum ipsemet vendat, & cedat partem census, & non potest dici, quod inductum ad eius fauorem, in ipsius odium retorqueatur cùm quilibet possit fauori suo renunciare, *l. quod fauore. ff. de legib. cum similib.*

Nec etiam obstat quarta ratio supra ad corroborationem conclusionis *Rebuff.* considerata, quod debitor non possit conueniri tantum pro parte, sui debiti.

Quia hoc ita simpliciter, & indistinctè intellectum non est verum. Nam contrarium firmat Bart. *in l. in commodato §. duobus numer. 1. ff. commod.* Et hinc videmus, quod si creditor petat à suo debitore non totum suum creditum, sed aliquam summam minorem, non propterea censetur remittere residuum, & iudicium sustinetur in summa petita. *§. si minus: & ibi* Doctor. *instit. de act.* & non prohibetur quominus possit reliquum consequi, vel in eod. Iudicio per viam emendationis *d. §. si minus, & ibi gloss.* Ioan. de Plat. Faber. Aret. Ias. *& alij.* Vel in alio iudicio, siue instantia, *l. apud Celsum, §. item quæritur, ff. de dol. except.* Ioan. Fab. *§. si minus col. fi. num. 15.* Etiam si in primo iudicio, & prima petitione non fuerit vsus clausula salutari, & præseruatiua à saluo iure, &c. Guid. Pap. *decis. 177.* Sed tunc prohibetur creditor partem sui crediti petere, quando debitor contradicit, & opponit, quod totum petat, vt declarat Bart. *in d. §. duobus, &* Doctor. *in l. quidam existimauerunt, & signanter Ias. num. 9. ff. si cert. petat.* Carocc. *de oblation. part. 2. quæst. 8. num. 1. addent. ad* Mathesilan. *notab. 115. num. 1.* Et proinde, debitore non contradicente, & non repugnante, poterit creditor etiam partem sui crediti petere, vnde sequitur, quod attenta iuris communis dispositione petitio partis debiti est valida, & efficax, licet eo casu creditor repellatur, volente debitore & sic ope exceptionis, & eo non opponente, sustinentur cessio, & petitio partis crediti, Alex. *in l. 1. in fin. ff. de acquir. hæred.* Cagnol. *qui testatur de communi in l. cum quadam puella §. quoties num. 4. ff. de iurisd. omn. Indic.* & Iudicium sustinetur, & processus valet per ea, quæ tradit Afflict. *decis. 354. num. 6.* vbi concludit, quod si reus conuentus coram pluribus Iudicibus pro eadem re, non opponat sed iudicium sustineat, valet processus, secus autem, illo recusante, & opponente. Et per hæc videtur etiam idem dicendum, & concludendum in cessione partis census, quod valeat, non opponente, & non contradicente impositore illius; eo autem reclamante, talis cessio non valeat, cùm etiam census extinctio possit de consensu domini illius fieri pro parte, secus autem illo contradicente, vt diximus *infra in tract. part. 3. cap. 1. quæst. 3. artic. 8. nunc quæst. 110.* vt inter eos seruetur æqualitas, & non iudicentur ad imparia contra regulas iuris.

Et cum hac distinctione existimo, quod saluari possit supradicta conclusio Rebuff. *in d. gloss. 9.*

Vel dicamus, illum loqui non de censu consignatiuo constituto iuxta formam bullæ Pij V. de quo nos loquimur, sed de censu reseruatiuo debito ob traditionem rei suæ cum reseruatione certæ annuæ responsionis, de quo nos duo verba fecimus supra in tract. *part. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 1. n. 5. & seqq.* qui census inter se valde differunt, vt ibi diximus, *num. 20. & seqq.* & vltra differentias ibi consideratas alia addi potest, quod census consignatiuus est quid immobile, *vt diximus ex Clement. Exiui de Paradiso §. cúmque annui redditus de verbor. signif.* retentiuus autem est motum creditum, & ius personale fundatum super obligatione personali recipientis rem alienam cum obligatione soluendi certum quid annuum. Et proinde non debet mirum videri, quod in Senatu fuerit per arrestum declarata nulla cessio partis census, vt testatur ibi *Rebuff.* cùm

Regia

Regia constitutio prohibeat, ne debita, & iura personalia pro parte cedi possint, vt supra fuit demonstratum.

Vel potest dici, quod dicta per *Rebuff.* procedant non in censu consignatiuo, & translatiuo, de quo nos loquimur, sed in censu retentiuo, & reseruatiuo per alias etiam rationes, quas considerat Affl. *decis. 153. numer. 3. & seqq. quas repetit* Paul. Merend. *consil. 63. num. 7. vers. 2. & infra*, quæ rationes non militant in censu consignatiuo, seu translatiuo per ea, quæ supra deducta sunt.

Quamobrem cum cessio census sit licita, & permissa non solum per viam cessionis transferatur totus, sed etiam si transferatur aliqua illius pars, non repugnante debitore.

Aduertendum tamen est, quod ex huiusmodi cessione, siue integri census, siue illius partis, non resultat illius extinctio, nec in totum, nec pro parte respectiuè, sed dumtaxat translatio iuris exigendi illum vel in totum, vel pro parte correspondente cessioni, *vt fuit resolutum in* Rota *coram* R.P.D. Remboldo *in vna Romana Saluiani Interdicti 25. May 1618. quæ est post tract. decis. 386. per tot. & signanter nume. 3. & rursus in eadem causa coram eodem 12. Nouembris eiusdem anni 1618. quæ ibid. est decis. 367. post princ.* Et licet postea eadem Rota *in eadem causa coram* R.P.D. Pirouano 27. *Maij sequentis anni 1619. quæ ibid. est decis. 368.* recesserit à dictis resolutionibus factis coram Remboldo, hoc tamen contingit ob facti mutationem, cùm in vltima coram D. Pirouano non fuerint impugnatæ conclusiones in prioribus decisionibus firmatæ.]

13 Quartò transfertur etiam titulo † permutationis, Bertollin. *ad Bullam* Pij V. *super forma creandi cens.* Glos. 6. *ad med.* Io. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. c. 4. in princ.* Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. par. 2. disput. 383. num. 5.* [*& hinc* Rota *in vna Vrbenetana censuum 28. Iunij 1628. coram* R. P. D. Virile, *quæ est post tract. decis. 513. num. 1. & per tot.* resoluit, quod si in diuisione bonorum communium vnus ex fratribus concedat alteri fratri censum proprium recipiendo ab eo congruam recompensam, is qui censum recipit sit illius dominus, videtur enim census ille permutatus cùm recompensa loco illius data.]

14 Quintò transferri etiam potest † titulo dotis, Garz. Mastrl. *decis. Regn. Sicil. 103. per tot. parte 2.* Federic. Martin. *de iure cens. c. 3. num. 8.*

[Sextò potest in alium transferri census, si per creditorem capiatur in causam iudicati pro suo credito, vt constat ex resolutione facta coram Aldobrandino *post* Clem. VIII. *in vna Romana deliberationis census 18. May 1584. quæ est post tract. decis. 393. per tot.*

Forma autem, qua procedi possit ad hanc exequutionem, haberi poterit ex traditis à Luc. Pæto *de Iudiciar. forma Capitol. fori lib. 8. c. 2. num. 57. & seqq.*

15 Septimò potest † vendi, Nauar. *in suo Comment. de vsur. num. 112.* Boccacc. *in suo tract. de censib. part. 2. n. 25.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu cap. 4. num. 80. prout etiam sentit* Ludou. de Auend. *de censib. Hisp. c. 34. num. 1. & 2.* [Etiam per Iudicem iudiciario nomine plus offerenti quando super censu fuit facta exequutio rei iudicatæ, *vt in d. Romana deliberationis census coram Aldobrandino.*]

Circa quam census venditionem duplex suboritur difficultas. Prima an de necessitate facienda sit pecunia præsenti, & numerata coram Notario, & testibus
16 tempore venditionis. In qua † licet Boccac. *in d. suo tract. parte 3. num. 58.* inhærendo cortici verborum *Bullæ* Pij V. *super censib. in vers. Hanc autem saluiferam sanctionem, ne dum in censu reuiter creando verum etiam in creato quocumque tempore alienando perpetuo, & in omnibus seruari volumus*, &c. dicat etiam in venditione census facienda ab illius domino esse de necessitate soluendum pretium in pecunia numerata coram Notario, & testibus in actu ipso venditionis: quia tamen contrariam sententiam amplexus fuit Ludou. Lopez. *in suo tract. de contract. lib. 1. cap. 59. in princ. & vers. verum tamen sententiam, quem sequitur* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 2. lib. 2. cap. 2. num. 17.* cum duabus tamen declarationibus, & eandem sententiam reiecta opinione *Boccac.* simpliciter, & indistincte, optimis rationibus firmauit. Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, 12. *Ianuarij*, 1607. *in illa Rauennatensi Salu. Interd. quæ est impressa post tract. decis. 126. num. 7. & coram* R. P. D. Ottembergo, 7. *Februarij, eiusdem anni in vna Romana census, quæ est ibidem decis. 186. numer. 7. vers. denique obiiciebatur, & coram* Reuerendissimo P. D. Coccino Decano, 18. *Martij 1613. in vna Beneuentana census, quæ ibidem est decis. 187. num. 8.* propterea superuacaneum esse existimaui vlterius circa eam insistere.

Altera suboritur dubitatio an dominus, qui censum ab alio emptum habet, si velit alicui tertio illum vendere teneatur vendere eodem pretio quo prima vice venditus fuit, an verò possit pretium antiquum diminuere, & illum viliori pretio vendere [quem articulum fuisse aliàs discussum in consistorio regiæ conscientiæ *Regni Sicil. dicit* Mari. Giurb. *decis. 117. num. 7. ad fin. part. 1.*]

In qua † dubitatione quod huiusmodi venditio pos- 17
sit fieri pretio minori tenent Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligation. Iustit. lib. 10. qu. 6. num. 23. vers. alia verò clausula* Leonard. Less. *in suo tract. de iustit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 7. num. 45. & seqq. & dub. 12. numer. 95.* vbi ita declarat *Bullam* Pij V. *in vers. declarantes pretium semel*, &c. Io. Azor. *lib. 10. cap. 8. quæst. 5.* [Io. Bapt. Madi. *in tract. quem inscripsit. censuum requisita, & instrumenti forma circa 8. quæsitum, num. 2. & seq.* Iacob Cancer. *variar. resolut. part. 3. cap. 1. de action. & obligation. numer. 162. cum duobus, seqq.*] ea potissimum ratione, quia cùm census iste inter immobilia connumeretur, vt diximus *supra part. 1. cap. 3. quæst. 1. art. 2.* [Propter quam rationem huiusmodi venditionem esse aliquando recipiendam, dicunt nonnulli Doct. relati à Giurb. *d. dec. 117. num. 11. vbi num. 8. & seqq.* alios multos congerit, qui hanc affirmatiuam sententiam sunt simpliciter, & indistincte amplexi.]

Sicut † aliarum rerum immobilium pretium licitè po- 18
test ex temporum, & circumstantiarum diuersitate variari, *l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid.* quoniam pretium aliquando augetur, aliquando minuitur ex qualitatibus, & conditionibus rei æstimandæ, vt comprobat Ari. Finel. *ad leg. 2. C. de rescind. vend. part. 3 cap. vlt. n. 19.* & non ex natura rei, sed ex hominum æstimatione, etiam quod fatua sit, constituitur. Conrad. *in suo tract. de contract. quæst. 56. conclus. 2.* Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 3. n. 4.* nec in pretij æstimatione attenditur quanti res ipsa quæ vendi debet fuerit semel vendita, nec labor quem in eius acquisitione venditor fuit perpessus. Foller. *in d. sua Pract. Censuali, in verbo, dummodo annualis census, num. 19.* sed tantum habetur ratio communis hominum æstimationis, *d. l. pretia rerum* eodem quoque modo, & iisdem rationibus dicendum videtur quod ex temporum, & circumstantiarum variatione possit etiam variari pretium huius nostri census ex communi hominum æstimatione.

Contrariam † tamen sententiam tenendam esse san- 19
ciuit Pius V. *in d. sua Bulla in illis verbis. Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri.* Et hanc defendit Mich. Salon. *in suo tractat. de contract. & comm. human. in tit. de censib. artic. 3. controuers. 10. numer. 3. & num. 6. vers. colligunt secundo*, Felician. de Solis, *in dd. suis Comment. tomo 1. lib. 2. cap. 1. n. 43. vers. contrariam*

verò

vero, & tomo 2. eod. lib. 2. & cap. 1. num. 9. vbi multos congerit, & magis communem profitetur. Gaspar. Roder. *in d. suo tract. de ann. reddit. lib. 1. quæst. 8. num. 8. cum multis seqq. Quam sententiam reperio, firmasse etiam* Ludou. Auend. *d. cap. 34. n. 19. & seqq.* vbi illam pluribus confirmat, & respondet contrariis, & multis rationibus quibus mouentur ij, qui hanc vltimam opinionem amplectuntur: ea videtur magis vrgere, qua in proposito casu, emens censum viliori pretio emit scienter pretio iniusto cum census iste habeat pretium certum, & constitutum saltem à consuetudine, vt diximus *supra hac eod. part. 2. cap. 1. q. 1. art. 3 nunc quæst. 46.* propter, quam scientiam videtur insurgere deliberata intentio, & voluntas lucrandi cum aliena iactura mediante emptione facta à venditore, vt plurimum constituto in egestate, vel propter aliam causam vendere coacto.

[Et hæc ratio mihi magis placet, quam illa, quam affert Giurb. *d. decis. 117. num. 10. in fin.* Dum ideò non admittit hanc cessionem factam minori pretio, quia fraudulenta præsumitur, & proinde est nulla. Quæ conclusio licet videatur comprobari ex l. per diuersas, & ex *l. ab Anastasio C. mand.* Non tamen videtur, quod possit adduci ad hoc propositum, cum dispositio dictarum legum non habeat locum, nisi in cessionibus, quæ fiunt, & recipiuntur animo vexandi debitores, *vt diximus supra in hac addition.*

20 Nec † obstat ratio quam retulimus supra ex mente eorum, qui contrariam opinionem amplexi sunt quoniam illa posset procedere vbi pretium rei vendendæ non esset aliqua ratione certum, & determinatum, sed omnino arbitrarium, & pendens in omnibus, & per omnia ex voluntate, & æstimatione communi; secus autem vbi pretium est certum, & determinatum vel à Principe, vel à consuetudine prout contingit in contractu censuali, in quo propter hanc certitudinem pretij non habere locum remed. *d. l. 2. C. de rescind. vendit. diximus supra dicta part. 1. cap. 3 quæst. 1. d. art. 3. num. 20.* & cum hac distinctione concludit in hac difficultate Io. Guttierez, *pract. quæst. cap. 173. num. 3.* Cæterùm licet hæc posterior sententia fuerit communioribus calculis à Scribentibus recepta: quia tamen de anno 1596. die 21. Maij in signatura Sanctissimi, proponente Illustrissimo D. Dominico Marino, nunc Ianuæ Archiepiscopo meritissimo, Clemens fel. rec. Papa VIII. declarauit censum hoc casu vendi posse minori, vel maiori pretio alteri personæ quam illius impositori, non esset tutum recedere à prori opinione, quam communis vsus recepit, & seruat. Et absque
21 † dubio, quando census ipse vendendus non esset admodum certus, sed vel litibus inuolutus, vel alias minus tutus, & securus ex eo fortè quod illius dominus, qui cum vendere desiderat esset pauper, & fideiussores non inueniret pro census venditi euictione, & securitate, vt aliorum auctoritate firmat Ludou. Auend. *d. cap. 34. num. 34. 36. & seqq.*

[Cùm qua distinctione hanc difficultatem fuisse resolutum in consistorio Regiæ conscientiæ Regni Siciliæ testatur. Giurb. *d. decis. 117. num. 13. cum seqq.* Etenim si census sit litigiosus, & minus tuto collocatus simpliciter, & indistinctè valida est venditio, etiam quod facta fuerit minori pretio, quam ab initio constitutus, & venditus fuerit.] Nam † actio dubia, &
22 periculosa minori pretio vendi, & cedi potest, Bart. Bald. Salic. *& alij in l. per diuersas, C. mandat.* Gabriel. *in tit. de action. concluf. 5. num. 36. & 37. sequitur* Mich. Salon. *d. controuers. 10. num. 5. vers. constituunt in primis, & vers. 1. si census litigiosus sit* Roderic. *dicta quæst. 8. num. 22. & seqq. refert* Felician. *d. num. 43. vers. venditio redditus.* [*Et alios refert* Giurb. *d. decis. 117. numer. 13. vbi hanc rationem exornat, & in puncto bene considerauit* Rota *in una Casalensi domus 18. Aprilis 1611. coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ est post tract. decis. 357. num. 12.*

Prout etiam nomen debitoris potest vendi, cedi, vel alio titulo in alium transferri minori pretio quam sit debiti quantitas propter pericula, labores, & expensas, quæ interuenerit in exactione facienda, ac etiam propter dubium litis euentum. Alex. Næuo. *consil. 95. num. 3. & seqq.* Petr. Cabal. *cons. ciuil. decis. lib. 1. cons. 100. num. 7.* A fin. *de execut. Instrum. §. 7. cap. 189.*] quod † maximè admittit *Salon.* si eo casu emptor interpel- 23
letur à venditore, non autem ipse sua sponte se offerat, & ingerat, quod probat etiam Felician. *dd. suis Commentar. tomo 2. lib. 2. cap. 1. num. 9. & animaduertit* Io. Guttierez, *d. cap. 173. num. 2. & 7.*

[Si autem census sit liquidus, & tuto collocatus, si vendatur minori pretio, quam ab Initio fuerit constitutus, & venditus venditionem quidem esse validam, sed rescindendam, & ad summam ex soluti pretij reducendam resolutum fuisse in dicti Regni Siciliæ Consistorio, dicit Giurb. *d. decis. 117. n. 15.* vbi hoc multorum authoritate confirmat.

Cæterum hæc resolutio in hoc capite secundum iuris regulas mihi non videtur accipienda, quia contractus sunt indiuidui Bal. *in l. fin. num. 7. C. qui admit.* Ceph. *cons. 461. num. 41. lib. 4.* & proterea ob defectum partis debent in totum resolui, & annullari. *l. 1. §. item quæritur ff. de aqua quotid. & æstiu.* Ceph. *d. consil. 461. num. 42. cum aliis relatis à* Pedroch. *de resolut. contract. num. 367. & num. 507.* & non possunt pro parte approbari, & pro parte reprobari, *l. quod si vno, ff. de in diem addit.* Pedroch. *multos congerens loco citato num. 373. & n. 376.* Et ideo dicta venditio vel debet in totum esse valida, vel in totum declarari nulla, & inualida prout in totum esse nullam, volunt aliqui relati à Giurb. *d. num. 15.*

Verum enim verò, stante declaratione *Clem. VIII. de qua in tract. hoc eod. artic. num. 20.* cessante dolo, & fraude emptoris huiusmodi census venditionem esse simpliciter, & indistinctè permissam, & licitam existimo, nec obstare dispositionem *l. per diuersas, & l. ab* Anastasio. *C. mand.* cum illam non habere locum, nisi in cessionibus, quæ fiunt fraudulenter, & animo vexandi debitores, dixerimus supra, *numer. 8. & seqq. & num. 21. multorum auctoritate, quibus nunc addo* Iacob. Cancer. *var. resolut. part. 3. cap. 1. de action. num. 263. & seqq. vbi præter alios ad hoc allegat.* Gasp. Roderic. *de ann. reddit. lib. 1. cap. 8. n. 26. in fin. & sequitur* Giurb. *d. dec. 117. num. 4.*

Cæterum quia sæpe contingit, quod cedens, vel vendens censum promittit illum facere bonum, & exigibilem, operæ pretium esse duxi inuestigare quid importet huiusmodi promissio. In qua indagatione, cùm in distractione census iam creati dicatur celebrari venditio nominis debitoris. Guttierez. *var. resolut. libr. 3. q. 83. num. 7. vt refert* Felician. *de censib. tom. 2. lib. 2. c. 1. sub numer. 13. & multi ex Doctoribus infra allegandis, & signanter* Franc. Becc. *cons. 105. lib. 1.* Barz. *dec. 110.* Menoch. *cons. 778.* Amat. *dec. March. 6.* & fortè alij loquentes de huiusmodi cessione, seu venditione censuum, & præstationum personalium illas appellent cessiones, seu venditiones nominum.

Nos quoque cum eisdem terminis procedêtes, quicquid dicemus de venditione nominum debitoris, volumus intelligi esse dictum, & procedere in venditione censuum iam creatorum.

In hac autem indagatione pro clariori, & faciliori illius resolutione duas faciendas esse conclusiones, existimaui.

Prima est quod ex natura cessionis, & venditionis nominum debitoris cedens, & vendens non tenetur ad aliud, nisi quod illud nomen cessum sit bonum de iure, ideſt quod sit verum, non autem de facto, quod

sit

sit locuples, & soluendo, *l. si nomen, & ibi.* Bald. *ff. de hæred. vel act. vend.* Paul. de Castr. *cons.* 170. *num.* 2. *vers. 2. & vers. 3. lib.* 2. Fabian. de Mont. *de empt. & vend. in* 15. *quæst. 6. q. princ. num.* 67. Becc. *d. cons.*105. *num.*13. *lib.*1. Rot. Genuens. *dec.*156. *num.* 1. Barz. *d. decis.*110. *n.*1. Surd. *decis.*316. *num.*41. *& cons.*452. *n.*16. Alex. Ambrosin. *dec. Perus.*25. *num.*16. *part.*1. Felician. *de censib. d. cap.*1. *n.*13. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*13. *num.*5. Amat. *d. dec. March.*6. *num.*9. vbi testatur, fuisse declaratam nullam cessionem census, & proinde cessionarium potuisse agere contra cedentem ex eo, quia census cessus fuerat repertus nullus, & nulliter constitutus super fundo non libero, & per consequens nomen cessum non fuerat præstitum verum in sua substantia: & in eodem casu idem firmat Gratian. *dec. March.*13. *per tot. & hanc conclusionem firmat etiam* Rota *diuers. dec.*123. *n.*7. *par.*2. Quam ampliant scribentes, vt procedat etiam quod cedens, & vendens promittat defendere, & conseruare indemnem ipsum cessionarium, & emptorem: nam eo etiam casu non tenetur nisi ad præstandum nomen illud verum, Becc. *d. cons.*105. *num.*14. *seqq.* Felician. *d. cap.*1. *num.*13. *in fin. idem firmauit* Mastrill. *d. dec.*140. *num.*9. *& seqq.* vbi materiam venditoris, & cedentis nomen debitoris, ad quid teneatur clarè, & dilucidè enucleat.

Limitatur autem eadem conclusio, vt non procedat si tale nomen redderetur minus idoneum, & non soluendo ex facto ipsius cedentis, vel quia cessionarius excluderetur aliqua exceptione ex persona cedentis; quia eo casu cedens teneretur præstare nomen cessum non solum verum sed etiam soluendo, Bald. *cons.* 821. *n.*2. *lib.*3. Dec. *cons.*102. *in fi.* Magon. *d. dec.*39. *n.*3. Mantic. *d. tit.*13. *num.*6. *& 10.*

Etiam si protestetur, se nolle teneri de euictione dicti nominis cessi, Mantic. *d. tit.*13. *n.*13.

Vel cederet, venderetque nomen illud tale, quale est, vt firmat idem Mantic. *d. tit.*13. *n.*9.

Declaratur etiam vno modo præcedens conclusio principalis, vt procedat quando cessionarius, vel emptor dicti nominis sciebat illud non esse soluendo, vel fuit in culposa, & supina ignorantia, sed si alleget iustam, & probabilem causam suæ ignorantiæ, est audiendus, & illi est succurrendum contra cedentem, vt præstet nomen illud soluendo, & exigibile, vt præstet Barbos. *in l. æstimatis n.*11. *sol. matr. firmat.* Felician. *d. c.*1. *rubr. n.* 13. *vers. & decisum fuit.*

Secunda conclusio principalis est; quod quando cedens, & vendens nomen debitoris promittit illud præstare idoneum, & exigibile, tunc (vt pactum aliquid operetur receditur à natura contractus, & à iure communi. Natt. *cons.*484. *n.*11. *lib.*3. Becc. *d. cons.*105. *n.*16. Barz. *d. dec.*110. *n.*4.) cedens vel vendens tale nomen cum dicta promissione, tenetur præstare illud idoneum locuples, & soluendo vt post Fulgos. *in d. l. si nomen, ff. de hæred. vel action. vendit. dicit* Becc. *dicto numer.* 16. Mantic. *dicto titul.*13. *num.*8. Felician. *dicto cap.*1. *n.*13. *ad fin.*

Ampliat. hæc conclusio, vt procedat etiam si cedens, vel vendens simpliciter promittat dictum nomen esse bonum, quia idem est ac si promittat, illud esse soluendo, & exigibile: vt post Bald. *in d. l. si nomen. &* Bar. *in l.*1. *in princ. ff. ad Macedon. & alios firmant* Becc. *d. cons.*105. *n.*37. Dec. *d. cons.*102. *sub n.*1. Mantic. *d. tit.*13. *n.*11. Felician. *d. c.*1. *n.*13. *circa fi.* Rota Genuen. *d. dec.* 156. *n.* 3. *& seqq. &* Barz. *d. decis.*110. *num.*4. *& 5.*

Declaratur autem supra firmata Secunda conclusio, vt nomen debitoris non possit dici exigibile, nisi sit facilis exactionis. Anton. Monach. *decis.* Bonon. 35. *n.*3. *& n.*17. *vers. accidebat, & infr. vbi d. n.*3. *& sub n.*19. firmat, debitorem non dici exigibilem qui est tutus sub aliquo tuo conductu, quod antea dixerat Rot. Genuens. *d. decis.* 156. *num.*10. *vers. vltimo, & sequitur* Felician. *d. cap.*1. *num.*14. quod tamen intelligendum est secundum ea, quæ paulò inferius dicentur; *in 2. limit.*

Declaratur secundò, vt idoneitas, & exigibilitas nominis cessi sit consideranda, & spectanda iuxta tempus venditionis, & cessionis, quia qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. *l. in delictis, §. si exeraneus ff. de noxal. act.* & periculum rei venditæ non pertinet ad venditorem, nisi de tempore venditionis, *l. si vina in princ. ff. de pericul. & comm. rei vendit.* & propterea promissio venditoris, & cedentis debet restringi ad tempus cessionis, & venditionis vel tempore quo debitor debet solutionem facere, *vt animaduertit* Rota *in illa Romana census* 5. *Martij*, 1627. *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano *quæ est post tract. decis.* 476. *numer.* 1. *& seqq.* de quo tempore ad eum spectat periculum substantiæ inopiæ debitoris cessi.

[Imo promittens nomen cessum esse exigibile quod tamen non censetur promissum nisi hoc specialiter dictum sit Bal. *cons.* 72. *lib.*2. Becc. *cons.* 105. *n.*13. *lib.*1. *quorum auctoritate* Rota *in Nolana pecuniaria coram* R. P. D. Vitile 29. *Ianuarij* 1627. *quæ est post tract. dec.*477. *n.*2. suæ obligationi satisfaceret probando quod de tempore cessionis & insolutum dationis nomen illud publicè, & palam habebatur; & tenebatur per idoneo exigibili quicquid ex post facto secutum fuerit, *vt ex* Iaf. *l. sciendum, §. si fundum, & ibi* Angel. *ff. qui satis d. cog. &* Marsill. *de fideiuss. num.*261. *voluit* Rota *coram* Corduba *in vna Romana societatis officij* 4. *Ianuarij*, 1594. *quæ est post tract. decis.* 506. comprobatur id exemplo Notarij approbantis fideiussorem idoneo quod non tenetur ob deteriorationem fideiussoris, ex post facto secutam, si probauerit bonum statum illius de tempore obligationis.

Secus autem si post perfectam cessionem, & venditionem contingat deterioratio, quia tunc non ad cedentem, & venditorem, sed ad cessionarium & emptorem pertinet per regulam *l. id quod & l. necessario in princ. ff. de peric. & comm. rei vendic.* & propterea si post perfectam cessionem, vel venditionem ob negligentiam cessionarij, vel emptoris non curantis exigere nomen illud efficeretur minus idoneum, & non soluendo, ista deterioratio debet cedere damno ipsius cessionarij, & emptoris, Becc. *d. cons.*105. *n.*19. *& 25. vers. 4. vbi multos allegat.* Ruin. *cons.*45. *n.*4. *ad fin. & n.*5. *lib.*5. Gozzad. *cons.*38. *n.*11. Dec. *cons.*99. *n.*4. Barz. *d. dec.*110. *n.*12. Eugenius *cons.*73. *n.*15. *lib.*1. Surd. *d. dec.*316. *n.*42. Mantic. *de tacit. d. lib.*4. *tit.*13. *sub n.*8. Felician. *d. c.*1. *num.*15.

Et ad effectum vt qui exigendi annuam præstationem cessit cum promissione exigibilitatis dicatur exigibile, & satisfiat huic obligationi, sufficit quod cessionarius bis vel ter dictam annuam præstationē exegerit, *vt dixit* Rota *in vna Romana societatis officij* 4. *Ianuarij* 1594. *coram* Corduba, *& in vna Romana census* 8. *Iunij* 1598. *coram* Orano *quæ sunt post tract. dec.*506. 507. nam huiusmodi promissio exigibilitatis non debet trahi ad perpetuitatem, *vt firmauit* Rota *in illa Romana census* 15. *Maij* 1627. *coram* Reuerend. D. Coccino Decano *num.*6.

Præterquam si nomen cederetur, vel venderetur sub conditionē, quo casu, si pendente conditione, debitor efficeretur non soluendo periculum spectaret ad cedentem, & venditorem prout si cedens, vel vendens promitteret nomen illud omni tempore futurum bonum, & exigibile, sit vtrumque casum complectitur, Felician. *d. c.*1. *num.*16.

Limitatur autem hæc secunda principalis conclusio Primò, quando vendens vel cedens nomen debitoris

non concepit suam promissionem copulatiuè, sed alternatiuè promittendo, tale nomen esse verum, vel bonum, eò enim casu satisfacit suæ promissæ eo ipso, quod præstat debitorem verum cum effectu, & sine exceptione, licet deinde appareat non soluendo, vt respondit Menoch. *d. cons.* 778. *num.* 1. Sufficit enim alternatiuè partem esse veram, *l. si heredi plures, ff. de condit. instit. cap. in alternatiuis de reg. iur. in* 6. Rim. *iun. cons.* 153. *num.* 46. *& seqq. lib.* 4. & sic satis esset, nomen cessum esse verum in sui substantia, licet non esset soluendo: vt dictum est in prima conclus. supra *num.* 49.

Limit. 2. Si cessionarius tempore cessionis, & emptionis dicti nominis habebat notam illius qualitatem, & sciebat, illud esse minus idoneum, & non soluendo, nam cùm illud receperit pro bono, idoneo, & exigibili, illius deterioratio non ad cedentem sed ad ipsum cessionarium, & emptorem pertinet. Videtur enim ipsemet illud bonum fecisse *l. inter causas §. abesse ff. mand.* Becc. *d. cons.* 105. *n.* 18. Vinc. de Franc. *dec.* 108. *num.* 3. Barz. *d. dec.* 110. *n.* 8. *cum duobus seqq.* Marcabrun. *cons.* 63. *num.* 15. qui licet dicat hoc procedere etiam quod cessionarius ignoraret conditionem dicti debitoris cessi ea ratione, quia tenebatur illius conditionem explorare per regulam, *l. qui cum alio. ff. de regul. iur. approbatur tamen in puncto per* Franch. *d. decis.* 108. *num.* 3.

4. Et hinc inferri potest, quod is, qui emit, vel insolutum recepit pro nomine debitoris aliquem Principem etiam cum promissione sibi facta de præstando nomen illud verum, bonum, & exigibile, non potest agere contra venditorem, & cedentem casu, quo exigere non possit à Principe cesso, dummodo nomen illud sit verum in sui substantia, Principes enim quamuis ditissimi, & locupletissimi sunt vt plurimum difficilis exactionis, vt per multas bonas rationes deducit Menoch. *d. cons. consil.* 778. *n.* 5. *cum multis sequent. vsque ad fin. cons. lib.* 8.

Limit. 3. Quando cessionarius non contentus de obligatione, & promissione cedentis, & debitoris, nouam exegit obligationem ab ipsomet debitore cesso, & proinde ipsemet cessionarius, & emptor approbat personam debitoris cessi pro bono & exigibili, mediante nouo contractu, & noua obligatione inter eos facta, per quam cedens, & vendens tale nomen, non obstante sua promissione de faciendo nomen illud bonum, & exigibile, liberatur, & non tenetur de illius deterioratione, *vt post* Gozzad. *dicto consil.* 38. *num.* 11. *&* Soccin. Sen. *cons.* 64. *numer.* 66. *versic. capio nunc tertium lib.* 5. *&* Rota Genuen. *decis.* 2. *n.* 3. *in fin. iuncto n.* 19. *propè med. concludit* Menoch. *d. cons.* 778. *num.* 13. *libr.* 8.

Cæterum in iis etiam casibus in quibus cedens vel vendens nomen debitoris tenetur illud præstare soluendo, & exigibile non potest cessionarius, & emptor ex abrupto agere contra cedentem, & venditorem, nisi prius omnem adhibeat diligentiam contra debitorem cessum pro illius exactione, vt latè deducit Becc. *d. consil.* 105. *num.* 13. *cum multis seqq. & num.* 19. *versic. quæ cum ita sint* Barz. *dicta dec.* 110. *n.* 22. *versic. cum igitur*, Eugen. *d. cons.* 73. *n.* 9. *& seqq. lib.* 1. Menoch. *dicto cons.* 778. *n.* 3. & 4.

Quam necessitatem vt cessionarij, & emptore nominum eniterit, inoleuit practica quod in ipso actu cessionis, & venditionis nominum, & signanter censum extorqueant cedente, & venditore obligationem, quod ipsi non solum intendant, & promittant facere bonum, & exigibile nomen illud, & censum, quem vendunt vel cedunt, sed etiam accedant tanquam fideiussores pro debitore, & tanquam principales principaliter, & insolidum cum ipso obligari volunt teneri non solum respectu sortis principalis, sed etiam respectu fructuum in posterum decurrendorum, quam practicam commendat Felician. *de censibus tomo* 2. *c.* 1. *lib.* 2. *n.* 14. *versiculo verum vt, in hac.*

Non adhibita autem hac cautela non poterit cessionarius, & emptor census redimere ad cedentem, & vendentem, nisi prius facta diligentia cum principali debitore vt supra dictum est.

In hoc autem iudicio per cessionarium, seu emptorem census contra debitorem exercendo, vtique non audietur cessionarius, nisi doceat de iure suo, & suam personam legitimet per exhibitionem Instrumenti cessionis Bald. *in l. qui stipendia, num.* 6. *Cod. de procurat.* Angel. Aretin. *in §. præterea n.* 45. *Instit. de exceptio.* Marsil. *singul.* 26. Boerius *dec.* 10. Anchar. Regien. *q.* 3. *num.* 9. *lib.* 3.

Hæc autem Instrumenti cessionis exhibitio licet sit necessaria, vt præfati Doctores concludunt, non tamen est semper facienda ante litis contestationem. Sed in hoc articulo ista est adhibenda distinctio, quod si cessionarius agat nomine cedentis, & tanquam illius procurator, debeat cessionis instrumentum exhibere, ante litis contestationem, Surd. *cons.* 269. *n.* 25. *lib.* 2. Cartar. *decisio. exequt.* Rotæ Ianuens. 63. *n.* 9. *& seque.* Bertaz. *de clausul. instrument. clausul.* 19. *glos.* 4. *n.* 31. *& seq.* Si autem agat nomine proprio tanquam cessionarius, sufficit, quod doceat de cessione post litis contestationem Cacher. *dec.* 58. *sub num.* 4. Alexander de Næuo *cons.* 41. *n.* 1. Ioan. de Amic. *consil.* 24. *per tot.* Surd. *consil.* 22. *n.* 29. *lib.* 1. Bertazolus *d. glos.* 4. *n.* 31. *& seq.* Cartar. *dict. dec.* 63. *num.* 14.

Nec etiam sufficit ad victoriam cessionario, vt doceat de cessione per exhibitionem instrumenti cessionis, nisi etiam doceat de illius efficacia iustificando creditum cedentis. Rota *coram* Ludouis. *dec.* 579. *n.* 1. *& ibi addent. num.* 4. Ideò bonum erit, vt cessionarius requirat, & interpelleat cedentem, vt sibi instrumenta crediti cessi ostendat, prout ostendere tenetur, *l. Titius heres, ff. de act. empt.* Roman. *consil.* 163. *num.* 6. Bald. *in l. si nomen in* 2. *not. ff. de hæredit. vel action. vendit.* Alexand. *in l. sciendum num.* 10. *ff. de verbor. obligatio. Immò illa tenetur consignare* Rota Genuens. *decis.* 189. *num.* 3. Rota *in recollect. per* Farinac. *decis.* 442. *num.* 9. *part.* 1. quam interpellationem faciendam esse consulit etiam post Bertrand. *cons.* 217. *lib.* 7. Eugen. *d. cons.* 73. *num.* 12. *lib.* 1.

Quomodo autem facienda sit hæc ostensio, seu traditio, & consignatio instrumentorum crediti cessi, non videntur inter se conuenire scribentes. Nam aliqui volunt, sufficere si cedens illa indicet cum expressione diei, & nominis Notarij de dictis Instrumentis rogati, vel alios allegans, firmauit Rota *coram* Seraphin. *decis.* 1477. *num.* 8. *& sequent.* Alij autem sentiunt, quod talia instrumenta sint consignanda, & tradenda in publicam, & authenticam formam, vt firmauit Rota *decis.* 14. *num.* 3. *part.* 4. *diuers. & videtur sentire* Becc. *d. consil.* 37. *num.* 8. *lib.* 1. dum dicit, cedentem teneri ad tradendum cessionario exemplum instrumentorum. Vnde pro concilianda hac contrarietate, in qua Rota ipsa videtur versari, recurrendum esse existimo ad distinctionem, quam affert eademmet Rota *coram* Seraphin. *d. decisio.* 1477. *numero* 8. *&* 10. Quod si creditum cessum sit iustificandum per publicum instrumentum receptum per acta publici Notarij, & penes dictum Notarium, vel alibi vnde non sit difficile illud habere in forma probanti, & tunc satis est, si illud indicetur cum expressione diei, & nominis Notarij: Si autem illud creditum sit iustificandum ex aliqua scriptura existenti penes ipsum cedentem, vel alibi, vnde non facile possit haberi in forma probanti, & eo casu talis scriptura, & tale instrumentum debeat tradi cessionario in suis originalibus ad effectum, vt possit ius suum, & cessionis efficaciam iustificare,

instificare, vt dicit ibi Rota, vbi respondet rationibus contrarium sentientium.]

24 Septimò † census iste potest etiam titulo legati trãsferri, vt puta quãdo testator alicui legat censum quem ipse ab alio emptum, vel alio iusto titulo acquisitum habet, *l. ex testament. C. de fideicom.* Foller. *in d. sua pract. censuali, in verbo huiusmodi, n. 66.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 107. n. 10.* Sed circa hoc legatum census aliquot excitari possunt dubitationes, quæ breuiter, & resolutiuè explicabuntur. Prima est an legato censu legatarius consequi debeat annuam responsionem, & annuos fructus, an verò pretium, quo census ille, & ius consequendi dictã annuam responsionem emptũ, & acquisitum fuit: & sic an intelligatur legatum dumtaxat ius exigendi censum, an verò pecunia, qua census emptus, & acquisitus fuit, & per consequens fors ipsa principalis, ita vt si census per venditorem redimatur, legatarius consequi possit pretium quod
25 restitui contigerit. In qua † difficultate ex mente Guid. Papa *dec. 264.* statuendum arbitror, vt in dicto legato intelligatur dumtaxat comprehensum ius ipsum exigendi, & leuandi annuam responsionem, non autem pretium illius, quam sententiam probauit etiam Rota *coram* b. m. Cardinal. Mantica, *decis. 14. numer. 10.* &
26 confirmatur ea ratione quod habent † se ad inuicem vti diuersa, & separata census, & pretium illius. [Et census differt ab illius fructibus, vt dixit Rota hunc nostri tractatus locum allegans in vna Romana Saluiani interdicti coram R. P. D. Merlino, 15. *Aprilis 1622. quæ est post tract. decis. 403. num. 7.*] vnde vno legato, vel concesso aliud non debet censeri legatum, vel concessum, cùm ad vnius positionem non sequatur positio alterius, *l. sed si ante ff. de except. l. si maritus, C. de donat. int. vir. & vxor. l. duobus, ff. de testam. tutel.* per quæ iura in simili casu ita fuisse decisum, testatur Guid. Pap. *d. decis. 264. num. 3.* Et ideò eo casu
27 † ad nihil aliud tenetur hæres erga legatarium, nisi vt illi cedat actiones aduersus debitorem census pro dicta annua responsione exigenda *l. seruum filij §. eum, ff. de legat. 1. cum aliis apud* Simon. de Præt. *in suo tract. de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dubitat. omnium vlt. n. 42. & seqq.*

28 Sed † quid si tempore mortis testatoris adsint multi fructus dicti census non exacti, an pertineant ad legatarium, an verò ad hæredem, *latè disput.* Garz. Mastrill. *decis. Regn. Sicil. 115. part. 2.* vbi testatur fuisse resolutum spectare ad hæredem, quam conclusionem in casu magis dubitabili, videlicet, quando testator legauit omnes census, quos est habiturus tempore mortis suæ, quinque solidissimis fundamentis firmauit Rota *coram* b. m. Card. Mant. *d. dec. 14.* de qua paulo supra mentionem fecimus per totam, vbi nonnullis quæ obstare videbantur respondetur.

29 Hoc tamen † videtur intelligendum, vt procedat respectu fructuum quorum solutionis dies venerat tempore mortis testatoris, secus autem respectu eorum quorum solutionis dies non venerat, vt non obscurè sentit Rota *in d. decis. 14. coram* Mantica, *& expresiè declarauit* Mastrill. *d. dec. 115. n. 10.* & Gasp. Roderic. *in d. suo tract. de ann. reditib. lib. 3. quæst. 6. num. 5. & conferunt dicta per* Vincent. de Franch. *dec. 254. sub num. 11. & per nos supra hac eadem quæst. artic. 4.* Et potest esse ratio, quia isti fructus non accessoriè, sed principaliter debentur, cùm in contractu censuali vendatur, vel alio titulo habili concedatur ius consequendi, & exigendi dictos fructus, *vt diximus supra part. 1. cap. 1. q. 3. art. 2. n. 3. & part. 2. cap. 1. q. 1. art. 2. num. 8. & alias sæpè nunc q. 24. & 45.* Nam in iis, quæ non principaliter, sed accessoriè veniunt in obligatione, aliter esset concludendum per ea, quæ dicit. [Paul. de Castr. *in l. si tibi, §. cum seruus numer. 3. ff. de leg. 1. quem sequuntur, ibi* Alexand. *numer. 8. &* Iason. *num. 15. & refert.* Laur. de Pin. *cons. 41. num. 1. & alios allegat & comprobat,*] Surd. *dec. 88. per tot. & signanter n. 18. vers. Non obstat igitur, & num. 19.* Et maximè, si legatum factum fuerit de censu ipso cum omnibus vtilitatibus, & emolumentis quoquo modo ad testatorem spectantibus. Quod considerat Surd. *d. decis. 88. num. 11. vers. 3.*

Altera etiam subnecti potest dubitatio circa hoc legatum. An si viuente testatore debitor census illum redimat pro parte, vel in totum, legatum, similiter extinguatur pro parte, vel in totum, cum † regulare sit 30
quod legatum alienatione rei legatæ censeatur reuocatum, & extinguatur, *l. filio ex parte §. fin. & ibi not.* Bar. *ff. de adim. legat.* Cæph. *qui concordantes adducit cons. 114. num. 32. & seqq. lib. 2.* Mantica, *de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 2. numer. 10.* & non extingui consuluit
† Hond. *cons. 61. num. 18. & seqq. lib. 1. quem refert, &* 31
sequitur Sreph. Gratian. *Discept. Forens. tomo 2. cap. 151. num. 65. & c. 316. num. 1. & 3.* ea ratione, quod ista alienatio fuerit facta ex necessitate, ita cogente *Constitutione* Pij V. *super forma creandi cens. vers. postremo census omnes*, alienatio † autem ex necessitate facta non adi- 32
mit, nec extinguit legatum, *l. fideicommissa, §. si rem suam, ff. de leg. 3. l. rem legatam, & ibi* Bart. *ff. de adim. legat.* cum concordant, apud Honded. *d. num. 18.* siue
† sit necessitas rei familiaris siue sit necessitas inducta 33
à lege, Ripa, *in l. Lucius, numer. 27. vers. hanc etiam, ff. de vulg. & pupil.* Mant. *d. lib. 12. titul. 6. numer. 18. quos sequitur* Honded. *d. cons. 61. n. 19.* Gratian. *d. c. 316. n. 3.* quare in proposita difficultate merito dicendum est legatum non censeri ademptum nisi hæres probet testatorem voluisse adimere, vt subjungunt Hond. & Gratian. *in locis allegatis.*

Octauò † conceditur quocumque alio titulo, puta 34
dationis in solutum, Foller. *in d. sua pract. cens. in verbo, huiusmodi, n. 66. & 95.* Item † super eo potest notius 35
census constitui, & collocari *vt latè fuit deductum supra part. 1. c. 3. q. 1. art. 3. nunc q. 31.* ceditur, † & ad quem- 36
cunque transfertur etiam singularissimum successorem. Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 15. num. 38.* Cæsar Barz. *dec. Bonon. 109. n. 6.*

Nonò † transferti etiam potest census aliis modis 37
quos congerimus; *supra hac eadem parte 2. c. 1. art. 1.*

Quis teneatur censum soluere, de illo qui censum imposuit, eius Hærede, & Cessionario.

QVÆSTIO LXXIII.

aliàs par. 2. cap. 2. qa. 2. ar. 1.

SEquitur vt iuxta præmissum ordinem de iis personis agamus, quæ ad census solutionem tenentur, & cogi possunt. Verum quoniam circa obligationem ad soluendum hos annuos redditus potest versari dubitatio, & disceptatio non solùm respectu eius, qui censum super suis bonis impositum & collocatum alteri concessit, vel illius hæredum, sed etiam respectu cuiuslibet alterius, quin in contractu census ad fauorem emptoris, & domini illius fideiussit, & se obligauit. Immo etiam respectu eorum, qui fundum oneri census obnoxium ex quouis titulo etiam singularissimo possident. Nec non etiam respectu illius qui aliquando præteritos census soluit licet nec illum imposuerit, nec imponenti aliquo titulo vniuersali, vel particulari successit, nec pro eo ad fauorem domini census fideiussit, nec bona censuata possidet: Idcirco complectendo omnia, quæ circa hæc personarum genera occurrent dicenda, hanc tertiam Quæstio-

nem in nonem Articulos diuidendam esse sum arbitratus.

Primus, quod censum soluere tenetur tam is, qui illum imposuit, quàm illius hæres.

Secundus, fideiussor, qui accessit in contractu census tenetur ad fructuum illius solutionem.

Tertius, fideiussor quando agere possit pro suæ indemnitatis conseruatione.

Quartus, fideiussor census, an agere possit, vt à tali fideiussione eximatur, & liberetur.

Quintus, fideiussor in contractu censuali, quando dicatur liberatus ab onere soluendi annuam responsionem.

Sextus, possidens fundum censuatum, tenetur ad solutionem fructuum census de super impositi.

Septimus, fructus censualis, an soluere teneatur vsufructuarius, qui ratione sui vsusfructus possidet fundum oneri census suppositum, an vero hæres proprietarius.

Octauus, possidens vnam ex pluribus rebus censui suppositis, vel partem vnius fundi censuati, an conueniri possit insolidum ad integri census solutionem.

Nonus, an is qui censum aliquando retro soluit cogi possit, vt in posterum in solutione perseueret.

SVMMARIA.

1 *Censum soluere tenetur is, qui illum imposuit, & alteri concessit.*

Ampliatur 1. *vt teneatur etiam is, qui super suis bonis censum imposuit alterius contemplatione* num. 3.

Ampliatur 2. *vt teneatur etiam quod in suis manibus fuerit sequestratum pretium census à creditore domini census*, num. 4.

Ampl. 3. *vt teneatur etiam is, in cuius vtilitatem cessit pretium census cum recognitione bonæ fidei*, n. 6.

Ampl. 4. *etiam in eo pro quo emit census sit legitimus eius procurator*, num. 7.

Hoc mandatum probatur coniecturis, & præsumptionibus, num. 8.

Non tamen est relevans mandatum simplex, cum clausula cum libera, &c. num. 9.

Ampl. 5. *vt teneatur etiam postquam vendidit fundum quem censui supposuit*, num. 13.

Limitat. *Navar. quando venditio fuit facta præcedente denunciatione domini census*, num. 14.

Sed Auctor non probat, num. 15.

Ampl. 6. *vt teneatur soluere etiam is, qui censum in se accollauit.*

Ampl. 7. *vt teneatur etiam illius hæres*, n. 17.

Non tamen quilibet hæres tenetur insolidum, sed dumtaxat proportionibus hæreditariis n. 20.

Tenetur etiam hæres cum beneficio inuentarij ad effectum, vt soluat de bonis inuentariatis, & non distractis, num. 21. *remissiuè.*

Ampl. 8. *vt quilibet ex pluribus insolidum obligatis possit ad totum censum conueniri*, n. 22.

2 *Imponens censum super suis bonis alterius contemplatione potest illum cogere, vt ipsum liberet à censu imposito.*

5. *Debitor census qui habet paratas pecunias, vt censum redimat, si in eius manibus sequestrentur à creditoribus domini census, debet hoc illi denunciare, & pecunias deponere.*

10 *Clausula, cum libera, & c. in mandato intelligitur dummodo procurator contrahat bona fide, & pro facto domini.*

11 *Clausulæ præfata non operatur, nisi respectu expressorum.*

12 *Clausulæ generales instrumentorum restringuntur ad expressa.*

[*Procurator imponens censum vigore mandati quod postea detegitur falsum ad nihilum tenetur si non fuit particeps falsitatis.*]

15 *Onus census super re imposita transit cum ipsa re ad quemcunque rei possessorem.*

[*Impositor census remanet obligatus ad fructuum solutionem etiam post fundi censiti venditionem siue dominus illam scierit, siue non.*

Dominus census potest retrahere fundum census ipso non denunciatio venditum sed non cogitur.

.....Census non amittit hanc facultatem ob solam scientiam factæ venditionis, & negligentiam retrahendi, nisi præcedat denunciatio, & post eam lapsus mensis.

Denunciatio ad quem effectum sit necessaria.

Accollans in se censum efficitur debitor fructuum illius.

Perinde ac si ab initio ipse censum imposuisset.

Accollans in se censum tenetur illum soluere, eo modo, & forma prout tenebatur is, qui censum imposuit, & vendidit.

Dummodo clarè appareat de accollatione, & non per verba enunciatiua.

Dummodo accollatio fuerit valida.

Volens redimere censum tenetur docere de accollatione cum exhibitione Instrumenti.

Accollans in se censum an cogi possit ad illius extinctionem remissiuè.]

18 *Hæres repræsentat personam defuncti.*

19 *Hæres succedit in vniuersum ius defuncti.*

23 *Correus debendi soluens simpliciter partem suam non consequitur diuisionem debiti, & obligationis.*

24 *Socius si soluat pro parte sua, & creditor simpliciter, & absque protestatione solutionem recipiat.*

[*Correus debendi redimens partem suam an liberetur à residuo remissiuè.*]

25 *Intellige quo ad fructus tunc maturos.*

[*Debiti diuisio non inducitur quando correus soluit plus, vel minus sua parte.*

Sed quod immo intelligatur inducta diuisio licet non sit soluta ad vnguem portio soluenti debita sentiunt aliqui.

Debiti diuisio inducitur si soluatur ab vno ex correis pars sibi tangens ex sorte principali, secus si soluatur pars de accessorio.

Correus sponte soluens totum repetit à correo partem absque cessione.]

26 *Secus autem quoad sortem principalem, & quo ad fructus in posterum maturandos.*

QVod † is, qui censum imposuit, & alteri concessit teneatur ad fructus illius solutionem adeò est clarum, quam quod clarissimum, & propterea pro confirmatione huius conclusionis non existimaui diutius immorandum, sed sic eo pede transeundum cum Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art.* 38. *num.* 64. quæ tamen est aliquibus modis amplianda, & Primò vt procedat etiam quod censum præfatum non fuimet, sed alterius intuitu, & contemplatione super suis bonis imposuerit, nam † licet possit contra eum cuius contemplatione censum imposuit agere, & illum iure medio compellere, vt ipsum liberet à censu imposito, & ab illius fructibus, vt admittit Rota *in vna Romana census*, 4. *Februarij*, 1602. *coram* R. P. D. Pamphilio, *quæ est post tract. dec.* 188. *per tot.* tenetur † tamen ipsemet qui censum imposuit ex suo proprio contractu fructus dicti census persoluere. 1 2 3

Ampliatur 2. vt † ad solutionem fructuũ census teneatur etiam quod pretium census ad redemptionem illius paratum fuerit in eius manibus sequestratum à creditoribus domini census, currũt enim ad sui præiudicium fructus dicti census, vsque ad effectualem restitutionem pretij, vt dixit Rota *coram* Verallo, *dec.* 103. *lib.* 1. *& seq.* Bocc. *in suo tract. de Censib. part.* 2. *n.* 93. 4

Poterit

5 Poterit † tamen hoc casu eueniente debitor census liberare se à tali cursu annuæ responsionis censualis, si denunciet domino census quod vult censum redimere, & intra bimestre tempus sortem deponat ex forma *Bullæ* Pij V. *super censibus, & innuit* Boccac. *d. num.93. & nos latius dicemus infra part.3. c.1.q.3. art.9. nunc quæst.111.*

6 Ampliatur 3. vt † is etiam teneatur ad censuum fructuum solutionem in cuius vtilitatem cesserunt pecuniæ ad censum acceptæ, & qui recognouit bonam fidem recipientis fatendo illum in dicta census impositione nil aliud habere nisi nudum nomen: nam, & is qui taliter bonam fidem recognouit, principalis debitor census dicitur, & ad illius solutionem tenetur, vt fuit resolutum in Rota *in vna Romana anteriorita-tis hypothecæ coram* bo. me. Cardinali Pamphilio, 28. *Nouembris, 1597. quæ est post tract. decis. 104. num.9.& 10. & in alia Romana anterioritatis coram* b.m.Iusto,12. *Maij, 1600. quæ est ibid. decis. 134. n.1.* [*& in Romana census 15. Aprilis,1633. coram* R. P. D.Merlino, *quæ est ibidem dec. 556. num. 3. & in eadem causa coram eodem 17. Februarij, 1634. quæ est ibid.dec.557. in princ.*] & in aliis causis sæpè, etiam quod talis recognitio bonæ fidei facta fuerit in testamento parte tamen præsente, vt fuit resolutum in Rota *coram* Seraph. *decis.* 1488. *n.1. parte 2.*

7 Ampliatur 4. vt † ad fructum census solutionem teneatur etiam ille pro quo illius procurator legitimus pecunias ad censum recepit, vt resoluit Rota *in vna Bononiensi computorum coram* b. m. Corduba, 10. *Aprilis,1598. quæ habetur impressa in calce tract.dec.189. per tot & pro constanti præsupponit eadem* Rota *coram* b. m. Orano *in illa Romana Saluiani Interdicti*, 18. *Maij eiusdem anni, quæ ibidem est decis.70. ante num. 1. vers.*

8 *quia de validitate, iuncto principio decisionis*, etiam † quod mandatum probetur dumtaxat coniecturis, & præsumptionibus, vt colligitur *ibid.n.4.& 5.ex dec.* Seraph. 921. *p.1.* vbi fuit dictum censum impositum à fratribus Episcopi censeri impositum contemplatione Episcopi, & de eius mandato ex eo quod Episcopus recognouit bonam fidem fratrum, & fructus dicti census soluit.

9 Non † tamen haberetur pro legitimo mandatum simplex cum clausula etiam; cum libera, &c. vt fuit resolutum coram Illustr. Cardinali Merlino, 31. *Ianuarij 1603. in vna Rauennatensi census quæ est post tract.*

10 *dec.190. num.1. & 2.* Quia † talis clausula intelligitur dummodo procurator contrahat cum bona fide, & absque dolo, & obliget dominum constituentem pro facto proprio ipsius domini, & non pro facto proprio ipsius procuratoris, vel alterius extranei *l. creditor, §. Lucius, & ibi* Bald.Salic.Fulgos. *& alij, ff. mand. & firmat* Rota *in d. Rauennatensi, n.1. & 2. vbi alij allegan-*

11 *tur.* Præterquam † quod illa clausula non operatur, nisi respectu expressorum, & specificatorum in mandato. Bart. *in l.qui Romæ, §. Callimacus, ff. de verb. obl.* Vant. *in suo tract. de nullitat.in tit. de nullit. ex defectu*

12 *inhabilit. n.88.* Nam † verba & clausulæ generales instrumentorum non ampliant dispositionem in instrumento explicatam, sed intelliguntur, & restringuntur ad specificata in instrumento. Doctor. *in l.si de certa, C.de transact.*

[Qua in re est diligenter aduertendum an procurator constitutus ad imponendum, & vendendum censum seruauerit formam, & qualitates mandati si enim habuerit mandatum ad imponendum censum certo modo, & sub certis qualitatibus, imponendo censum non seruatis dictis qualitatibus impositio non valet nec præiudicat domino procuratorem constituenti Rota *coram* R. P. D. Durano, *in vna Bononiensi census 17. Nouembris 1626. quæ est post tract. decis. 509. numer.12.vers. non obstat & numer.4. & seqq.* Et in prioris terminis mandati deducit Decian. *cons. 91. n. 31. libr. 3.*

Sed fuit aliquando dubitatum circa censum impositum à procuratore, qui habebat mandatum ad constituendum sensum, illúmque vendendum: quod postea fuit detectum falsum, an ipse teneretur ad solutionem fructuum census vigore dicti mandati impositi, & ad pretij illius restitutionem. Et cum iste casus discuteretur in Sacro Rotæ auditorio, fuit resolutum, illum ad nihilum teneri, nisi fuisset particeps falsitatis, vel sciret, mandatum esse insufficiens. *In causa Romana census coram* R.P.D. Pirouano, 29. *Aprilis* 1622. *quæ est post tract. decis.424.*]

Ampliatur 5. vt † debitor census, qui illum super 13
suis bonis imposuit teneatur ad eius solutionem etiam postquam vendidit rē,& fundum censui subiugatum, ex tali enim venditione non liberatur, quin ad census solutionem conueniri possit actione personali, vt fuit conclusum in Rota *coram* Reuerend. P.D. Sacrato, 14. *Ianuarij* 1602. *in illa Romana census*, quæ est impressa *post tract. dec.90. num.9. & seqq.* & nos dicemus *infra* latius *hoc 2.cap.q.5. art.7.*

Et licet † Nauar, *in suo Comment. de vsur. num.116.* 14
quæst.22. hanc ampliationem limitet, vt non procedat quando venditio fuit facta præcedente denunciatione, & requisitione domini census, an ipse vellet fundum præfatum emere iuxta formam *Bullæ* Pij V. *super censibus*, quem sequitur Boccac. *in d. suo tract. de censib. part.1. nu.23.& part.2. n.39.* & Tho. Boninsign. *in suo tract. de censib. cap.8. n.1.* qui mouentur tum quia res transit in emptorem cum sua causa, & suo onere, & sic onerata dicto censu, *cap. ex litteris, ext. de pignor.* tum quia cessante in venditore census dominio, & possessione rei subiugatæ quæ sunt causa, vt fructus census debeantur, cessare etiam debet obligatio soluendi fructus censuales, *argum.l.adigere, §. quamuis, ff. de iure patr.* tum demum, quia alias census remaneret fundatus, & constitutus super sola persona, quod esse contra substantiam contractus censualis fuit supra demonstratum latè *part.1. cap.3. quæst.1. art.6.*

Non tamen existimo recedendum ab ampliatione quam veram censeo indistinctè, nam quamuis verissimum sit quod † onus soluendi censum transeat ad 15
quemcumque rei censitæ possessorem, etiam quod possideat titulo singularissimo, vt declarauit Rota *coram* b. m. Card. Pamphilio, 28. *Nouembr. 1597. in illa Romana anterioritatis hypothecæ, quæ est impressa post trac. dec.104. n.10. & coram* R.P.D. Ottembergio, 23. *Iunij, 1603. in illa Romana restitutionis fructuum, quæ est ibidem decis.54. num.2.& 3. & in illa Romana census 7. Februarij, 1628. coram* R.P.D. Pirouano, *quæ est decis.317. n.1.*] *& nos dicemus infra hoc eod.cap.2.quæst.3.art.7. seu q.79.* non tamen sequitur quin etiam ipsemet imponens, & debitor census teneatur actione personali, vt dictum est, neque propterea census dici poterit remanere super sola persona, nam remanet fundatus super re ipsa, super qua fuit ab initio impositus, & collocatus, quæ ob illius alienationem ab illo onere non remansit liberata, sed transiuit cum illo onere, vt dicemus *d.art.7.*

[Quod verissimum esse existimo siue dominus census ignouauerit, siue sciuerit rei censitæ venditionem, cum vtroque casu res illa transiuit cum suo onere. Nam licet emptor census possit fundum ipso non denunciatio venditum ab emptore retrahere, non tamen cogitur, sed hoc est repositum in illius facultate, & voluntate, *vt dicit* Rota *coram* Seraph. *decis.* 1474. *sub n.2. vers. neque obstat, & coram* b.m.Vbaldo, *in vna retractus domus quæ est post tract. decis.* 159. & proinde si differat illam retrahere non propterea sequitur quod approbet dictā venditionē, ita vt amittat ius cōsequēdi fructus census, immo nec amittit ius

retrahendi fundum venditum, nam ad dictum effectum non sufficit sola illius scientia factæ venditionis, sed necesse est vt præcedat denunciatio futuræ venditionis, *vt diximus hac part. 2. cap. 2. q. 1. art. 2. nunc q. 64. num. 9.* Nec talis taciturnitas ex negligentia domini census potest dictæ venditionis naturam immutare quin res transeat ad emptorem cum suo onere, & quin impositor census remaneat in primæua obligatione soluendi fructus census, à qua remaneret liberatus si dominus census fundum censitum ab emptore retraheret, *vt dicitur infra quæst. 114. alias part. 3. cap. 1. q. 5.* Neque ratio propter quam requiritur dicta denuntiatio est vt censuarius possit deliberare an ipse eisdem conditionibus emere velit, & vt scire possit à quo in posterum petere debeat suos annuos census, *vt* Martius Medic. *existimauit inter suas decis.* Senes. *examinat. 18. numer. 15.* sed vera ratio est, quia dominus census per illius emptionem acquisiuit quoddam ius super fundo censito vt auctoritate Rotæ *diximus d. art. 2. num. 3.* quod ab eo tolli non posse voluit Pius V. in d. sua Bulla super forma creandi census per simplicem dicti fundi venditionem, sed ita demum si præcesserit denunciatio, & fuerit expectatus per mensem quare dicta distinctio scientiæ, vel ignorantiæ factæ venditionis non est considerabilis in proposito, cum vtroque casu possit dominus census fructus censuales exigere ab ipso imponente, quatenus fundum censitum ab emptore non retraxerit, vt dictum est, *& faciunt dicta per nos infra ad art. 6. num. 1.*]

16 Ampliatur 6. † vt censum soluere teneatur etiam is, qui illum in se accollauit, & promisit soluere, licet ipse non imposuerit, Cravet. *cons. 217. n. 7. & 8.* Surd. *decis. 32. ad fin.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 6. & tomo 2. lib. 3. cap. 6. num. 3. vers. circa vero,* Auend. *de censib. Hispan. cap. 99. num. 10. vers. erit tamen, & fuit declaratum in* Rota *coram* R. P. D. Martino Andrea, 10. *Maij 1615. in vna Senogallien. prædij, quæ est post tract. dec. 191. per totum.* [is enim qui censum in se accollauit, & assumpsit dicitur principalis debitor census perinde ac si primordium obligationis à se inchoasset non autem in primo stipulatore, *vt dictum fuit in* Rot. *coram* R. P. D. Merlino *in Macratensi, seu Camerinensi cessionis 17. Martij, 1632. quæ est post tract. decis. 547. num. 1.* accollando enim in se censum æquè est ac si ipse ab initio censum imposuisset, & illius pretium recepisset, *quod voluit* Rota *ibid. n. 22.* dum dixit quod accollatio habet vim solutionis.

Hic autem obiter adnotandum est, quod is, qui in se censum accollauit, & illum soluere promisit, tenetur soluere iuxta formam, & naturam census quem accollauit, & eodem modo, quo tenebatur ille qui dictum censum imposuit, & vendidit, *vt resolvit* Rota *coram* b. m. Penia, *in vna Rauennatensi census 27. Ianuarij, 1610. quæ est post tract. decis. 337. num. 2.*

a Ad hoc autem, vt is, qui censum in se accollasse dicitur teneatur necesse est, vt verè, & concludenter constet de accollatione, nec sufficeret enunciatiua accollationis per relationem ad aliud instrumentum, nisi in instrumento relato clarè appareret facta accollatio, vt declarauit Rota *coram* R. P. D. Pamphilio *in vna Reatina census, seu pecuniaria 2. Decembris 1615. quæ est post tract. decis. 399. num. 3. & infra.*

Requiritur etiam, quod talis accollatio sit valida. Non enim sufficit, quod de illa legitimè, & concludenter appareat si sit inualida, puta, quia fuit facta per errorem, vel ex falsa causa, nam data accollationis inualiditate, is, qui in se censum accollauit, non tenetur ad fructuum illius solutionem vt fuit resolutum in eadem Reatina coram Pamphilio *num. 1. & in eadem causa coram* R. P. D. Buratto, 1. *February 1619. quæ ibidem est decis. 412. num. 1. & per tot. & in eadem Reatina census seu pecuniaria coram eodem* R. P. D. Pamphilio *12. Iunij, 1616. quæ est post tract. decis. 474. num. 1.* Adeò vt si quis vigore accollationis census nulliter factæ soluat illius fructus nullum sibi fiat præiudicium, *vt ibi infert* Rota *numer. 4.*]

Prout è conuerso si ille, qui in se censum accollauit, velit illū redimere, teneatur domino census intimare dictam accollationem, exhibendo instrumentum, aliàs non posset illum in mora constituere, nec depositum facere ad effugiendum, & retardandum cursum fructuum dicti census, *vt fuit resolutum in* Rot. *in Romana census coram* R. P. D. Marcomontio 22. *Maij, 1622. quæ est post tract. decis. 459. num. 3.*

An autem is, qui in se censum valide accollauit cogi possit, vt illum redimat, & extinguat, dicemus infra *part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 4. in additionibus.* Verùm si is, qui censum in se accollauit illum pro alio redimat, efficitur eius creditor pro summa in extinctionē census erogata, ita vt hæredes debitoris teneantur ad summæ præfatæ restitutionem *vt declarauit* Rota *coram* bo. me. Cardinali Sacrato *in vna Romana censuum 14. Maij 1614. quæ post tract. est decis. 500. n. 1.*]

Ampliatur 7. vt teneatur non solum ipsemet, qui 17
censum imposuit, & alteri concessit ad illius solutionem, sed etiam eius hæres. Nam cùm contra hæredem detur actio personalis, *vt dicemus infra hoc 2. cap. q. 5. art. 7. n. 1. contra* Auend. *d. tract. cap. 59. n. 7.* sequitur etiam quod ipse, cum debitoris census cuius est hæres, 18
† personam repræsenter, Auth. *de iureiur. à morient. præstit. in princ. cum vulgar.* & † succedat in vniuersum 19
ius defuncti actiuè, & passiuè, *l. nihil aliud, ff. de reg. iur.* & in eum transeat omnis obligatio sui auctoris, *l. ex contractibus ff. de act. & obligat.* Glos. *in §. fideiussor. Instit. de fideiuss.* Ang. *cons. 316. n. 2.* Capic. *dec. 203. n. 1.* Crau. *cons. 342. num. 10. lib. 3.* teneatur etiam ad census solutionem, quidquid contra sentiat, Auend. *d. tract. c. 99. n. 1.* eo motus fundamento, quod contra hæredem non competat actio personalis: quod falsum esse apparebit ex dicendis *infra d. q. 5. art. 7. & ita in propriis terminis concludit.* Foller. *in sua pract. Censuali, in verbo tanquam, n. 18.* Bon. *in d. tract. de censib. art. 59. num. 90.* Felician. de Solis, *in suis Commem. de censib. tomo 2. lib. 3. c. vltimo n. ... vers. sed ego.* Ita † tamen vt non quilibet 20
hæres teneatur insolidum, sed dumtaxat proportione sua hæreditaria, *l. pro hereditariis, C. de hared. vel act. vend. & dicemus infra hoc eod. cap. 2. quæst. 5. art. 7. p. 4.* Siue † hæreditatem simpliciter adiuerit, siue cum be- 21
neficio inuentarij, saltem vt soluat ex bonis inuentariis, & non distractis, vt dicemus *infra d. quæst. 5. art. 7. num. 3.*

Ampliatur 8. & vltimò, vt † quilibet ex pluribus 22
insolidum obligatis possit ad totum, & integrum censum conueniri, cum sit in facultate, & arbitrio domini census agere contra quem velit ex pluribus reis debendi insolidum obligatis, vt in puncto concludit, & confirmat Felician. *in dd. suis commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 2. num. 5.* [Rota *in vna Romana pecuniaria 29. Nouembris 1627. coram* R. P. D. Vitile *quæ est post tractat. dec. 476. num. 1.*

Hoc tamen procedit quo ad emptorem census cuius respectu omnes reputantur principales debitores, respectu verò eorum, qui pecunias receperunt ille reputatur principalis cuius contemplatione, & ad cuius commodum apparet pecunias fuisse ad censum acceptas, quod etiam coniecturis elici potest alij verò dicuntur fideiussores, *vt declarauit* Rota *ibid. num. 2. & seqq.*] Ita tamen vt ex vnius electione cæteri non liberentur, vt latè defendit *ibi* Felician. *numer. 6. & sequentib.* An autem si vnus ex dictis insolidum obligatis soluat partem sibi pro sua propria persona contingentem liberetur, ab obligatione solidi ita vt non possit amplius insolidum etiam pro aliorum correorum portionibus conueniri, distinguendum

est.

est. An soluerit partem suam simpliciter, an verò cum adiectione, & expressione, & declaratione quod soluit pro parte sua, vel pro persona, vel aliter ita verba concipiendo, vt ex illius poterit dominus census clarè colligere quod soluens voluerit soluere pro parte sua persona, & ipse recepit absque eo quod in actu solutionis fuerit protestatus quod per dictam receptionem solutionis sibi non fiat præiudicium quoad so-
23 lidi obligationē. Et † primo casu quando solutio fuit facta simpliciter absque alia expressione non inducitur indiuisio obligationis, nec dominus census amit-
24 tit ius solidi, *l. si ex toto*, 8. §. 1. *ff. de leg.* 1. Secundo † verò casu inducatur diuisio obligationis, & debiti, & domino census fiat præiudicium quod ad ius solidi, *l. si creditores*, ibi communiter Scribentes, *C. de pact.* Vinc. Carocc. *in suo tract. de excussion. par. 2. q. 1. num. 8. & seqq. & in propriis terminis* Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tomo 2. cap. 359. num. 7.* Felic. *dd. suis Commentar. tomo 2. lib. 3. cap. 2. num. 3. & seqq.* [Alex. Trentacinq. *var. resolut. vol. 1. libr. 3. in tit. de censibus resolut. 1. numero* 15.

Et hæc eadem distinctio est adhibenda quando vnus ex pluribus insolidum obligatis in contractu census, redimit partem illius sibi ex propria persona tangentem ad cognoscendum an sit liberatus ab obligatione solidi, quoad reliquam partem non redemptam, *vt dicemus infra d. q. 3. art. 8. num. 25. & seqq.*

25 Quod † tamen [Intelligunt aliqui, vt procedat dumtaxat quando debitor soluit punctualiter integram suam portionem, nec plus nec minus. Secus si soluisset plus, vel minus: quo casu non induci debiti diuisionem voluit *glos. in l. inter eos*, §. *primo, & ibi* Angel. & Imol. *ff. de fideiuss.* Rita *in l. si ex toto*, §. *primo, numer.* 13. *ff. de legat.* 1. Ias. *in leg. si creditores, numero* 3. *in prima lectur. C. de pact.* Bellon. *consilio* 44. *num.* 3. *vers. ic. quod conicitur.*

Quod tamen non placet Ronchegall. *in l. in duob.* §. *vbi duo vers. vtique num.* 42. *ff. de duobus reis.* Ea ratione, quia per expressionem, & declarationem quod solutio, & receptio respectiuè fiat pro portione soluentis induci videtur tacita conuentio de diuidendo debito, & obligatione insolidum, & propterea quamuis non sit facta ad vnguem, & punctualiter de portione soluenti debita, intelligi tamen debeat diuisum debitum, per quam rationem hanc partem amplectitur Dec. *in d. l. si creditores num.* 3. *C. de pact.* & Vinc. de Anna. *allegat.* 3. *n.* 7. *vbi alios allegat.*

Alij autem dicunt tunc induci diuisionem debiti per solutionem partis ab vno ex correis debendi factam, quando debitor, & creditor respectiue recipere, & soluere partem de sorte principali debitam, secus si soluatur, & respectiuè recipiatur pars de accessorio, nam eo casu non dici factam diuisionem debiti, & obligationis quoad sortem principalem volunt Castrens. *in d. l. si creditores in fin. & ibi* Ias. *numer.* 3. *vers. tertium, C. de pact.* & Rip. *in dicta leg. si ex toto* §. 1. *num.* 13. *vers. secundo ff. de leg.* 1.] vt procedat quo ad tempus illud dum fit solutio, *l. sale pactum*, §. *post diuisionem, ff. de pact.* quorum respectu solutio, vt supra non simpliciter sed illa declaratione, & expressione facta, & à domino census simpliciter, & absque protestatione recepta liberat quidem soluentem à reliqua parte fructuum census illucusque decursorum, & non soluto-
26 rum. Secus † autem quo ad sortem principalem, & quo ad fructus in posterum decurrendos, & maturandos respectu quorum, [quicquid in contractu sentire videatur Fulgos. *cons.* 81. *sub num.* 2. *in fin.*] per receptionem solutionis ab vno ex correis debendi pro sua portione, vel pro sua persona, vel cum similibus verbis factæ, non censeri amissum à domino census ius solidi nec diuisam obligationem, nec quo ad sortem, nec quo ad fructus, nec ad responsiones firmant, Lancel. Dec. & Alciat. *num.* 15. & 16. *in d. l. si creditores, C. de pact. sequitur, & exornat* Ronchegall. *in l.* 3. §. *vbi duo, vers. vtique num.* 40. *ff. de duob. reis.* Gratian. *d. cap.* 359. *num.* 14. *& seq. in propriis terminis* Felician. *d. c.* 2. *n.* 5. *vers.* 3. *perstringitur, & num.* 6. vbi quo ad fructus futuros limitat, nisi toties sit iterata solutio, quæ præscriptioni sufficiat.

[Sed quid si correus sponte, & simpliciter soluat totum, & integrum debitum poterit ne repetere à correis eorum ratam si non obtineat cessionem, & partem affirmatiuam firmauit Rota *in vna* Farfensi *pecuniaria* 24. *Martij* 1628. *coram* R. P. D. Verospio *quæ est post tract. decis.* 538. *num.* 8. tanquam æquiorem, & receptiorem.]

SVMMARIA.

1 *Fideiussor alienam suscipit obligationem.*
2 *Tenetur tamen ex proprio contractu.*
3 *Maximè si obligauit se vti principalis, & insolidum.*
4 *Fideiussor qui accessit in contractu census, tenetur ad illius solutionem.*
5 *Etiam quod expresiè ad census solutionem se non obligauerit, sed tantum ad damna, & interesse.*
6 *Interesse ad quod tenetur fideiussor census, liquidatur ex ipso instrumento census.*
7 *Fideiussor non tenetur, si obligatio principalis sit nulla.*
8 Limit. *si fideiussor obligauit se vti principalis, & insolidum.*
Maximè si suam obligationem vallauit iuramento numer. 10.
Limitatur 2. *quando nullitas principalis obligationis non prouenit de iure communi; sed ex aliquo iure speciali,* num. 12.
Limit. 3. *quando fideiussor expressit, quod voluit teneri etiam quod obligatio principalis esset nulla,* numer. 13.
9 *Fideiussor qui obligauit se vti principalis, & insolidum præsumitur promisisse animo nouandi obligationem principalem.*
[*Fideiubens in negotio ad alium spectante licet se obliget vti principalis, & in solidum, dicitur fideiussor non principalis debitor.*
Intellige hoc verum respectu debitoris.
Secus respectu creditoris, cuius respectu dicitur correus debendi.
Fideiubens in contractu nullo ab initio ipso iure etiam quod se obliget vti principalis, & insolidum, non remanet obligatus.]
11 *Fideiussor dicitur obligasse se vti principalis, quando se obligauit omni meliori modo.*
14 *Fideiussor non potest conueniri non excusso prius debitore principali.*
15 Ampl. 1. *etiam quod se obligauerit vti principalis, & in solidum.*
16 Ampl. 2. *siue obligauerit se in eodem instrumento in quo se obligauit principalis debitor, siue in diuerso, &* num. 18. *&* 19.
17 *Quidquid Ias. contrarium teneat, quando obligauit se eodem tempore, & in eadem scriptura.*
20 Limitatur 1. *quando fideiussor expresè renunciauit beneficio excussionis.*
[*Cameralis obligatio habet in ventre renuntiationem omni iuris, & legum auxilio.*
Fideiussor obligatus se in forma Camerę non potest eponere exceptionem excussionis.]
21 Limitatur 2. *quando principalis debitor census esset mortuus.*
22 *Si tamen debitor viuens fuit in mora constitutus.*

23 *Dummodo hæres debitoris prædefuncti saltem interpelletur.*

[*Exceptio excussionis cessat in multis casibus remissiue.*

Fideiussor conuentus potest se tueri exceptione cedendarum contra principalem.

Ac etiam contra confideiussorem.

Creditor tenetur cedere iura fideiussori, aliàs repellitur & non potest compellere illum ad soluendum.

Ampl. *etiam stante statuto dante executionem publicis Instrumenti.*

Exceptio cedendarum non censetur reiecta à statuto, reiiciente generaliter omnes exceptiones præter expressas.

Fideiussor tenetur cedere iura confideiussoribus.

Cedi debent non solum actiones personales sed etiam reales, & quæcumque iura.

Sed talia, qualia habet cedens.

Creditor liberans vnum ex fideiussoribus, repellitur ab aliis exceptione cedendarum.

Ampl. *etiam quod fideiussor liberatus, esset notoriè non soluendo.*

Creditur, qui nullas habet actiones, quas cedat, excluditur exceptione cedendarum.

Exceptio cedendarum potest opponi etiam post sententiam in illius executione.

Exceptio cedendarum cessat in multis casibus remissiue.

Fideiussor renuncians exceptioni cedendarum, non audiatur, si illam opponat.

Exceptioni cedendarum renunciari debet vel expressè, vel verbis illam importantibus de necessitate.

Exceptioni cedendarum non censetur renunciatum per renunciationem omni legum, & iuris auxilio.

Limitatur si in generali renunciatione renuncietur alicui auxilio competenti fideiussoribus ibid.]

24 *Fideiussor qui accessit diuerso tempore nec potest cogi ad soluendum, nisi sibi cedantur iura contra alios postea accessuros, quando cum ipso actum fuit quod isti quoque accederent.*

25 *Secus quando tempore quo ipse accessit nihil cum eo fuit actum quod alij confideiussores accederent.*

Fideiussor qui accessit in contractu census, tenetur ad illius solutionem.

QVÆSTIO LXXIV.

aliàs. par. 2. cap. 2. qu. 3. ar. 2.

QVod fideiussor qui accessit contractui census teneatur ad illius solutionem non magnam habere videtur difficultatem: quia licet † fideiussor alienam suscipiat obligationem, *Instit. de fideiuss. in prin.* 1 2 Doctor. *omnes in rub. C. eod. tit.* ex † proprio tamen contractu, & ex propria tenetur obligatione, §. *fideiussor, Instium. eod.* Alex. *post glos. iu l. tale pactum, num. 9 ff. sol.* 3 *matr.* maximè † si se obligauit vti principalis, & insolidum. Natta *cons. 461. num. 3. lib. 3.* Franc. Becc. *cons. 45.* 4 *num. 49. lib. 1.* Vnde † sequitur firmata & indubitata conclusio, quod fideiussor, qui accessit in contractu census ad fauorem domini illius teneatur annuas pensiones absque contradictione persoluere etiam quod 5 † ipse expressè non se obligauerit pro fructuum census solutione, sed simpliciter ad damna, & interesse [Imò etiam si fideiussor non se obligauit expressè ad damna, & interesse, sed simpliciter de euictione fundi censiti, nihilominus si dominus census impediatur exigere illius fructus, ipse fideiussor tenetur ad illorum solutionem, quia tunc succedunt in locum damnorum, & interesse, *vt resolutum* Rota *coram* R. P. D. Pirouano *in vna Romana census 1. Februarij 1627. quæ est post tract. decis. 484. numer. 1. & 2.*] quia ratione interesse tenetur ad solutionem annui census, & † eo ca- 6 su interesse dicitur liquidum ex instrumento census, vt fuit resolutum in Rota *coram* Seraph. *decis. 387. numer. 6. par. 1. coram* bon. mem. Bubalo, 24. *Nouembris 1586. in illa Senogallien. præd. quæ est impressa post tract. dec. 58. num. 7. coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 20. *Februarij 1604. in illa Bononien. census quæ est ibid. dec. 61. num. 8. & coram.* R. P. D. Manzanedo 3. *Aprilis*, 1609. *in illa Ianuen. census, quæ ibidem est dec. 63. num. 3. &* [*coram* R. P. D. Buccabella *in vna Bononien. pecuniaria 16. Ianuarij 1631. quæ est post tract. dec. 554. n. 10.*] *& aliàs sæpius & nos diximus supra par. 1. c. 2. q. 1. art. 6. nunc q. 19. n. 41. & seqq.*

Sed circa hanc fideiussoris obligationem, duæ exoriuntur difficultates in hoc Articulo discutiendæ.

Prima, an fideiussor teneatur etiam quod obligatio principalis venditoris census sit nulla.

Secunda, an fideiussor possit conueniri non excusso principali debitore census.

Circa primam difficultatem licet pro fideiussore stet vulgaris, & ab omnibus recepta conclusio, † quod 7 nullitas obligationis principalis debitoris influat in obligationem fideiussorum, ita vt eam quoque reddat nullam, & inualidam, per *text. in l. fideiussor obligari, §. fin. ff. de fideiussor.* dantur tamen nonnulli casus in quibus fideiussor obligatur etiam quod obligatio principalis debitoris vitio nullitatis laboret, quorum aliquot, qui magis ad rem nostram facere videntur, breuiter subiicere operæ pretium esse duxi.

Primus † itaque casus est, quando fideiussor non g stetit in puris terminis fideiussionis, sed obligauit se vti principalis, & in solidum. Alex. *ad* Bart. *in l. Marcellus in prin. ff. de fideiuss.* [*multos allegat.* Pyrr. Maur. *in suo tract. de fideiuss. par. 2. in princ. cap. 5. num. 17. vbi n. 19. conciliat contrarias*] quin censetur † enim eo casu 9 promisisse animo nouandi, & non videtur vti fideiussor, & ideo efficaciter tenetur. Dec. *cons. 7. num. 6.* Pariſ. *cons. 16. num. 113. lib. 2. & dixit* Rota *coram* Seraph. *dec. 1324. n. 4. vers. Secunda limitatio, & coram* bo. mem. Iusto, 26. *Maij*, 1600. *in illa Tudertina census, quæ post tract. est decis. 119. num. 4. & coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio *in vna Amerina fideiussionis*, 25. *Maij 1612. quæ est post ibidem decis. 192. num. 2. & in eadem causa coram eodem 27. Iun. eiusdem anni, vt ibid. dec. 183. num. 3.*

[Nec videtur obstare auctoritas Laurent. de Rin. *consil. 72. num. 3.* vbi ab hac opinione recedit; nec etiam Oddi, qui illum sequitur *cons. 41. vbi num. 43.* alios allegat. Quoniam dum isti conantur euitare rationem supradictam deductam, deducendo quod iste fideiussor dum accessit negotio non ad se, sed ad alium spectante, non principalis debitor, sed fideiussor merus est dicendus: Aduertendum est, quod licet iste fideiussor respectu debitoris dicatur fideiussor, licet se insolidum cum illo tanquam principalis obligauerit ob rationem, quam considerat *l. aur. de Pin. Odd.* & quicunque sunt, qui eos sequuntur. Respectu tamen principalis creditoris iste fideiussor non est loco fideiussoris, sed reputatur correus debendi cum ipso principali debitore, & sic respectu creditoris sunt duo correi debendi, *vt fuit resolutum in* Rota *in multis causis, & signanter in dec. 20. num. 8. dec. 60. num. 1. & dec. 180. num. 4. post hunc nostrum tract. & aliàs sæpe.*

Vel potest saluari opinio *Lauren. & Odd.* & sequacium, vt procedat quando obligatio principalis debitoris fuit ipso iure nulla ab initio, in quibus terminis ipsi loquuntur, *& nos diximus supra in tract. hac 2. par. cap. 1. quæst. 2. nunc quæst. 52. num. 10. & seqq.*

Hic

Hic autem loquimur quando obligatio debitoris fuit ab initio valida, sed annullatur ex post facto, quo casu fideiussor remanet efficaciter obligatus, vt diximus hic *in tract.num.12.*]

10 Maximè † si suam obligationem iurisiurandi religione confirmauit, Natta *cons.* 262. *num.*14. *& placuit* Rotæ *coram* Mohed. *dec.*2. *de fideiuss. & coram* Illustrissimo Cardin. Ludouis. *in d. sua causa Amerina fideiuss.* 25. *Maij, & 27. Iunij, num.*3. *& in vna Romana census de prouanis coram* b.m. Orano, 8. *Aprilis*, 1598. *quæ est post tract. dec.*21. *n.*9. *vers. quia diuersi sunt & infra.*

11 Dicitur † autem fideiussor obligare se vti principalis, non solum quando hoc expressit, verùm etiam quando obligauit se omni meliori modo cum interpositione iuramenti, & obligatione in forma Cameræ, vt bene dicitur Rota *coram* Seraph. *dicta dec.*1324. *num.*4. *vers. secundi limitatio.*

Secundus casus † in quo obligatio fideiussoris subsistit, etiam quod sit nulla obligatio principalis debitoris census est, quando contractus non insurgit ex aliqua dispositione iuris communis, nec ex eo quod non sit seruata forma substantialis contractus, qui defectus facit contractum ab initio non valere, sed prouenit ex post facto ex aliquo speciali iure, puta in contractu minoris ex defectu alicuius solemnitatis à statuto requisitæ Paris. *d. consil.*16. *nu.* 111. *lib.*2. Ceph. *cons.*437. *num.*29. *libr.*3. *& voluit* Rota *coram* Seraph. *d. dec.*1324. *num.*6. *vers.* 3. *limitatio, & coram* b.m. Orano, 8. *Aprilis*, 1598. *in illa Romana census de Pirouanis, quæ est post tract. dec.*21. *num.*11. *& seqq. & coram* b.m. Iusto, 26. *Maij*, 1600. *in illa Tudertina census, quæ est ibidem dec.*139. *num.*3. 4. *& 5. & coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 27. *Iunij*, 1612. *in illa Amerina fideiussionis, quæ ibidem est decis.*193. *num.*4. Quidquid Carocc. *in suo tract. de excussio, honor. par.*2. *q.*1. *num.*23. contrarium dicat, auctoritate *Iaf. Plot. & Lamberteng.* qui tamen nihil omnino dicunt de obligatione fideiussoria, sed tantum quod contractus à minore, & à muliere celebrati non seruata forma statuti sunt nulli, ita vt nec naturalis quidem obligatio ex eo oriatur.

13 Tertius est casus quando † fideiussor specialiter, & expressè se obligauit, & teneri voluit etiam in euentum nullitatis, & inualiditatis contractus resultantis ex quouis capite, & defectu. Alex. *cons.* 32. *num.*4. *& seqq. lib.*2. *& in propriis terminis, voluit* Rota *in causis supra relatis Amerina fideicommissi*, 25. *Maij, num.*5. *& 27. Iunii, num.*4. *Romana census de Pirouanis, num.*8. *& seqq. & Tudertina census, num.* 8. *vers. præterquam quod.*

14 Circa † alteram difficultatem, constituenda est conclusio quod fideiussor conueniri non possit nisi fuerit excussus principalis debitor census. Auth. *præsente, C. de fideiuss.* §. *si quis igitur, &* §. *non solum.* Auth. *eod. tit. l. hoc si debitor, C. de pignor.* Marsil. *singul.*210. Muscatell. *in sua pract. fideiuss. qu.* 8. *& seq.* Felician. *de censib. tomo* 1. *lib.*3. *cap.*3. *num.*1. Intrigliol. *super Bulla, de censib. q.*60. *num.*2.

15 Quæ † conclusio amplianda est etiam quod fideiussor obligauerit se tanquam principalis, vt voluit Gl. *in Auth. de fideiuss. in prin. in verbo, fideiussorem vers. item quid si principaliter,* Capella Tolos. *dec.* 80. *& ibi* Aufrer. *in addit. Specul. in tit. de renunciat. & conclus. sub numer.*18. *vers. sed si fideiussor.* Petr. Rauen. *singul.*200. Guid. Pap. *dec.*570. *num.*6. Curt. sen. *cons.*6. *num.*1. Aret. *in* §. *si plures, num.*8. *Instit. de fideiuss.* Dec. *in l. fin in prin. num.* 27. *ff. si cert. pet.* Ruin. *cons.*140. *num* 8. *lib.*1. Ferrett. *cons.*128. *num.*7. *lib.*1. *& pro regula,* Mysinger. *ponit. Singul. obseruat. cent.* 2. *obseruat.* 5. *num.*1. *& sequitur* Crau. *cons.*762. *num.*6. *lib.*5. qui licet hoc dicat in ratione dubitandi, cùm tamen nihil respondeat, cum eadem sententia transire videtur sentit Alex. *in l. vbi autem,* §.

16 *illud, num.* 4. *ad fi. ff. de verb. oblig.* Et absque † dubio hoc procedit si fideiussor obliget se non in eadem scriptura, in qua se obligauit principalis debitor pro quo fideiussit, sed in alia diuersa, vt dicit, Iaf. *cons.* 58. *col.*1. *vers. ic non obstat, ad fin. lib.* 3. Licet † enim ipse in 17
eodem *vers. nec obstat.* teneat quod quando fideiussor obligauit se vti principalis in eodem instrumento in quo similiter suus principalis se obligauit, non sit necessaria excussio principalis, quod etiam voluit Grat. *cons.*87. *num.*25. *vers. sed vltima, lib.*1. Boër. *decis.*221. *nu.* 13. *ad fin.* quos refert Gabr. *in tit. de fideiuss. conclus.*1. *limit.*28. [*& multorum auctoritate comprobat* Decian. *cons.* 72. *n.*6. *lib.*2.] *&* Rota *in Romana Saluiani interdicti*, 1. *Iunij*, 1609. *coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis.*83. *num.* 5. Quando † tamen obligatio fideiussoris 18
est facta in diuersa scriptura, & diuerso tempore transit cum communi opinione, quod non possit conueniri fideiussor non excusso principali debitore, quod ipsum placuit etiam Gabr. *d. limit.*28. *&* Cardinali Mantic. *de tacit. & ambig. lib.*16. *tit.*17. *num.*4. *&* 5. Ego † tamen in vtroque casu non existimo recedendum à 19
conclusione principali, quod semper sit necessaria excussio principalis, cum semper sit verum, quod fideiussor interceßit pro alio, & alienam sequutus fuit obligationem siue obligauerit se eodem tempore, quo se obligauit principalis debitor, & in eodem instrumento, siue in diuerso tempore, & diuerso instrumento, vt considerat. Petr. de Rauen. *d. suo singular.* 200. [*& multis confirmat* Odd. *d. cons.* 41. *num.* 51. *cum pluribus seqq.*]

Limitari autem debet hæc conclusio. Primò, † vt 20
non procedat, quando fideiussor in instrumento fideiussionis expressè renunciauit beneficio excussionis, quemadmodum secundum communem stilum, & obseruantiam Notariorum huiusmodi renunciationes in instrumentis apponi solere experientia ipsa demonstrat facta enim dicta renunciatione poterit fideiussor conueniri absque eo, quod prius conueniatur principalis debitor. Anto. Gomez. *variar. resolut. tom.*2. *cap.* 12. *num.*1. Burfat. *post alios cons.* 400. *num.* 45. *lib.*4. Intrigliol. *d. q.*6. *num.*7.

[Et propter hanc rationem dicunt scribentes, quod cum in ventre Camerâlis obligationis adsit renunciatio omni Iuris, & legum auxilio, si fideiussor obligauerit se in forma Cameræ, si conueniatur, non poterit opponere exceptionem excussionis, quod placuit multis, quos congerit Zacch. de Camerali. *obligat. qu.* 32. *num.* 3. *quibus addi potest* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*16. *tit.*17. *num.*9. *Et ita resolut* Rota *in pluribus causis, vt apparet post* Zacch. *d. tract. decis.*22. *num.* 3. *decis.*55. *num.*4. *decis.*118. *num.*7. *& decis.*143. *num.*2. *& seqq. quibus addi potest alia decisio facta coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano *in vna Romana Saluiani*, 26. *Iunij*, 1623. *quæ est post tract. dec.*488. *num.*7.]

Limitatur † secundò, quando principalis debitor 21
census esset mortuus, nam eo casu poterit recta via conueniri fideiussor absque eo quod hæres debitoris excutiatur, tex. est *in d. l. fideiussor obligari* §. *fin. in fine, si de fideiuss.* Quando † scilicet defunctus fuit in mo- 22
ra, sequitur Anfrer. *ad decis.* Capel. Tholos. 130. *in fine,* refert Carocc. *d. part.* 2. *quæst.*71. *num.*3. *in suo tract. excuss.* interpellari † tamen debet hæres vt soluat, vt ani- 23
maduertit Glos. *in fin. in d.* §. *fin.* & voluit Bald. *in l. fin. n.* 24. *C. de condit. incert.*

[Plures alij possent afferri casus, in quibus fideiussor non potest opponere hanc exceptionem excussionis, quos consultus omitto, Si quis autem illos scire desiderat, adeat plene referentes, & explicantes Mant. *d. lib.*16. *tom.*17. *per tot.* Pyrr. Maur. *in suo tract. de fideiussor. par.*2. *sect.*6. *cap.*3. *num.*33. *& infra vsque ad num.*115. *& à num.*164. *vsque ad n.*208. Carol. de Graff. *de except. Instrum. in* 10. *except. num.*44. *& seqq.*

Sed adhuc circa hanc fideiussoriam obligationem aduertendum est, quod si vnus ex pluribus fideiussoribus

tibus etiam in solidum obligatis conueniatur à principale creditore pro solutione integri census, potest opponere exceptionem cedendarum actionum, & ab illo petere, vt sibi cedat actiones, & iura non solum contra principalem debitorem pro quo fideiussit, *l.2. & ibi not.* Doctor. *C. de fideiuss.* Neguſ. *de pignor.an. & hypoth.part.5.membr.5.num.35.* Sed etiam contra alios confideiussores, *l. fideiussores, & ibi* Glos. *in verb.cæteras, ſi fideiussores, §. idem respondit, ff. de fideiuss.* Bald. *in d.l.2. nu.2. & ibi* Salic. *in 3.oppoſ.*

Et hanc cessionem tenetur creditor facere, aliàs repellitur, & non potest fideiussorem excipientem ad solutionē compellere, *d. l.2. C. de fideiuss. l. mulier in fin. ff. qui potior. in pignor. haben.* Ronchegall. *in l. reos, in prin. num.55. de duobus reis. Alias congerit* Pyrr. Maur. *ind. tract. d. ſectio. 6. cap. 5. n. 4. & 14.* Bar. *in l. ſi ſtipulatus §.1 ff. de fideiuss.* Socin. Senior *conſ.200. in princip. lib.2.* Adden. ad Ludou. *dec.190. ad fin.*

Etiam stante statuto dante exequutionem publicis instrumentis Bertaz. *qui alios allegat in ſuo tract. de clauſul. Inſtrumen. clauſul. 40. gl.4. num.8. circa med.* Mantic. *d. lib. 16. tit.19. num.14.* Pyrr. Maur. *d. cap.5. num.14.* Gratian. *diſceptat. forenſ. tom.3. capit.705. num.2. vbi multos congerit.*

Etiam quod statutum reiiciat generaliter omnes exceptiones, præter expressas. Nam sub tali generalitate non censetur reiecta hæc exceptio cedendarum Asin. *in ſua pract. iudic. §.31. cap.55. num.1. quem ſequitur* Carpan. *ad ſtatut.* Mediolan. *par.1. cap.116. n.313. & cap. 42. num.191. vbi alios citat.*

Et ista exceptio prodest fideiussoribus non solum aduersus creditorem principalem, sed etiam contra confideiussores. Carol. de Graſſ. *d. tract. de except. in 20. except. n.26.* Addent. ad Ludouiſ. *d. dec.190. ad fin.*

Vbi autem cessio iurium est necessaria, debent cedi non solum actiones personales sed etiam hypothecatiæ, & quodcumque aliud ius agenti competens etiam vigore naturalis obligationis, vel officij Iudicis Ronchegall. *ſub d. num.55. circa med.* Bertazol. *d. gl. 4. num.7. circa fin.* Pyrr. Maur. *d. cap.15. num.19.* Sed tales, quales habet cedens, vt dicimus *infra in tract. hac par. 2. cap.2. qu.3. art.8. nunc qu.80. num.16.*

Quod si culpa sua, vel ex alia causa creditor non possit iura fideiussori soluenti cedere, puta quia liberauit vnum ex fideiussoribus, & proinde si petat ab aliis fideiussoribus non liberatis integrum creditum, poterit ab eis expelli exceptione cedendarum, & non poterit illos cogere ad soluendum *l. Stichum, aut Pamphilum, §. ſi creditor il ſecundo, & ibi gloſſ. ff. de ſolut.* Ronchegall. *d. l. reos num.56. circa fin.* Carocc. *de oblation. part.2. q.22. num.1.* Surd. *conſ.170. n.34. & ſeqq. lib.2.* Gratian. *qui multos allegat. d. cap.701. n.7.*

Quod procedit etiam, quod ille fideiussor, qui fuit liberatus, esset notoriè non soluendo. Surd. *d. conſ.170. nu.34.* Et facit Bertaz. *d. gloſſ.4. ſub n.8.* vbi subdit, quod si creditor nullas haberet actiones, quas cederet, excluderetur à petitione sua à fideiussore. Vbi plus dicit, quod ista exceptio cedendarum potest opponi etiam post latam sententiam in illius exequutione, & in actu exequendi quod placuit etiam Pyrr. Maur. *d. cap.5. num.24.*

Exceptio autem ista cedendarum in multis casibus non potest opponi, & opposita non suffragatur, quos recenset Carol. de Graſſ. *d. except. 20. num.24. & ſeqq.* Neguſ. *de pignor. & hypoth. par.5. membr.3. num.23. & ſeq.* Felician. à ſolis *in ſuis commentar. de cenſibus tomo 2. lib. 3. cap. 2. num.20. verſ. prima fallentia, & infra* Carocc. *de oblat. d. qu.22. num.3. & ſeqq.* Bertaz. *d. gloſſ.4. num.8. verſ. vt autem, & infra uſque ad fin. d. gloſ.* Pyrr. Maur. *d. cap. 5. num.26. per tot.* Et signanter quando fideiussor huic beneficio renunciauit. Doctor. *in l. inbemus, C. ad Vell. cum aliis, quos recenſent* Bertaz. *d. gloſ. 4. numer. 9. & Maur. d. num.26. verſ. 1. vbi.*

Non tamen ab hac exceptione repelleretur fideiussor propter quamlibet renunciationem. Nam debet esse vel expressa, vel talis, quæ ex verbis de necessitate inferatur puta si renunciatum fuerit omnibus beneficiis competentibus fideiussoribus Bal. *conſ. 4. lib.1. quem* Doctor. *ſequuntur* Mant. *d. lib. 19. tit. 19. num.15.* Bertaz. *d. gloſ.4. num.9.* Pyrr. Maur. *d. cap.5. num. 17. & ſeqq.* Nam sub generali renunciatione omnium iurium, & legum auxilij non censeretur renunciatum huic auxilio, & beneficio cedendarum, nisi fuisset expressum aliquod beneficium competens fideiussoribus, Bal. *in l. ſi diuiſa ad fin. C. locat. cum quo alij tranſeunt.* Ronchegall. *in d. l. reos, num.59.* Carocc. *d. quæſt. 22. num.8. & ſeq.* Mantic. *d. tit.19. num.11.* Bertaz. *d. gloſ. 4. ſub num.9.* Pyrr. Maur. *d. cap.5. num.23.* Gratian. *d. cap. 701. n.9. & ſeqq.* vbi de communi.]

Verum enimuerò altera circa hanc fideiussoriam obligationem suboritur dubitatio. An fideiussor, qui accessit in contractu census, in quo debitor promisit accessuros alios fideiussores, qui postea non reperiuntur accessisse, possit euitare solutionem fructuum dicti census opposita exceptione, quod sibi cedantur actiones contra alios, qui accedere debeant, asserens se accessisse contemplatione confideiussorum promissorum, non aliter accessurus. In qua difficultate ex mente Doctorum est distinguendum. Aut † quando 24
iste fideiussit, fuit actum de dandis aliis confideiussoribus ipso sciente, puta quia secum fuit actum de dando secundo fideiussore, vt intellexit. Rota *coram* Seraph. *deciſ.865. num.1. par.1. ex* Neguſ. *de Pignor. par.5. membr.3. num.36. in fine*, & hoc casu iste primus fideiussor, si conueniatur poterit repellere creditorem opponendo exceptionem cedendarum sibi actionum contra alios, qui accedere debebant, quasi ipse fideiusserit sub spe mutui periculi. Et ita post hæc scripta reperij tenuisse Castracan. *in ſuo tract. de ſocier. offic. cap. 66. numer.4. &* Intrigliol. *d. tract. qu. 41. num.10.* [Rom. *conſ.442. ſub num.1. verſ. aliquando agit ipſa* Vincen. de Franch. *deciſ.55. num.10. ſequitur* Pyrr. Maur. *in tract. de fideiuſſor. in titu. de priuileg. fideiuſſor. part.2. ſect. 6. cap.5. ſub numer.26. verſ.5.* Carol. de Graſſ. *de except. inſtrum. in 10. except. num.21. & 22.* Carocc. *in tract. de oblation. part.2. qu.22. num 13. & ſeq. facium dicta in hoc tract. hoc 2.c. qu.2. art.6. ſub num.7. & num.8.*] Aut † verò, quando iste fideiussit ignorauit fuisse promissum, quod ac- 25
cederent alij confideiussores, eo quia cum ipso id actum non fuit, & eo casu, quia iste primus fideiussor non censetur fideiussisse contemplatione accessionis aliorum, si ille qui primo loco fideiussit conueniatur non poterit iuuari exceptione cedendarum, sed tenetur indistinctè soluere, Cast. *in l. ſi plures, 28. ſub num.1. verſ. ſed contra hoc oppono, & in l. ſi Titius, ſub num.2. ff. de fideiuſſ. refert* Claud. Bertazol. *in ſuo trac. de clauſul. inſtrum. clauſula 10. gloſ.2. num.11.* Intrigliol. *d. qu.41. num.9.* [*& non obſcurè ſenſit* Rota *in una Farfenſi pecuniaria 27. Iunij 1622. coram* R. P. D. Buratto *quæ eſt poſt tract. deciſ.419. num.9.*]

SVMMARIA.

1 *Fideiussor, qui pro alio accessit debet conseruari sine damno ob eo pro quo fideiussit, etiam quod nihil de hoc fuerit conuentum.*

2 *Fideiussor, qui in contractu census se obligauit, debet à principali census debitore absque damno conseruari.*

3 *Promissio indemnitatis de sui natura importat fideiussorem damnum non esse passurum.*

4 *Fideiussor indemnitatis tenetur tam ad sortem, quàm ad omne interesse, in quo esset diminuta conditio eius*

quem

quem sine damno conseruare promisit.

5 *Promissio indemnitatis importat promissionem defensionis etiam in iudicio, suscipiendo in se litem.*

6 *Promittens indemnitatem tenetur reficere omnes expensas, quas fideiussor fecit in se defendendo.*

7 *Et ad refectionem interesse, quod si fideiussor pateretur recipiendo pecunias sub vsuris pro solutione debiti pro quo fideiussit.*

[*Debitor tenetur reficere fideiussori interesse, quod patitur ex eo quod recepit pecunias ad interesse pro soluendo ære alieno illius, pro quo fideiussit. Etiam si tunc non fuerit protestatus, vt solueret alias caperet pecunias ad interesse eius damno.*

Fideiussor non potest efficaciter agere contra debitorem morosum ad interesse, quod ipse patitur ex eo, quod recepit pecunias ad interesse pro solutione faciendo, nisi precedat interpellatio, & protestatio contra debitorem.

Fideiussor non potest petere relevationem antequam probet se esse in damno. Et quomodo fiat talis probatio.

Fideiussor indemnitatis quomodo constituatur in mora.

Fideiussor soluens pro debitore ad effectum, vt reficiatur de damno, quod patitur ex eo, quod accepit pecunias ad interesse pro soluendo, debet in individuo probare, quod accepit ad interesse dictas pecunias, quia debitor non soluebat.

Interesse, quod debetur fideiussori ob pecunias, quas recipit pro solutione æris alieni debitoris probatur ex instrumento societatis officij contracta ad effectum soluendi.

Vel ex litteris cambij sub quo dicta pecunia sunt recepta]

8 *Promissio indemnitatis habet tractum successiuum.*

9 *Promissor indemnitatis tenetur etiam ad damna futura.*

10 *Conseruatio indemnitatis fit multis modis.*

11 *Fideiussor cui non fuit expresse promissa conseruatio indemnitatis repetit damna actione mandati, vel negotiorum gestorum.*

12 *Vel actione sibi cessa à principali creditore cui soluit.*

13 *Fideiussor, qui expresse sibi cauit de promissione indemnitatis, potest repetere damna via executiua.*

14 *Fideiussor non potest agere contra suum principalem pro sua indemnitatis conseruatione antequam ipse soluerit.*

Limitatur multis modis, remissiue, num. 16.

Limitatur 1. *si fideiussor sit obligatus in publico, & iurato instrumento.*

Limitatur 2. *quando accessit in contractu nullo.*

Limitatur 3. *quando fundat petitionem super interesse.*

15 *Fideiussor suscipit mandatum de fideiubendo, & ideo de soluendo.*

[*Fideiussor indemnitatis antequam soluat non est creditor pecuniæ sed liberationis & conseruationis indemnitatis.*)

18 *Obligatus in instrumento habente executionem paratam, habetur pro condemnato.*

[*Fideiussor, contra quem fuit petita exequutio, potest agere, vt conseruetur à damno etiam antequam sit condemnatus.*

Fideiussor qui tenetur vigore instrumenti habemis exequutionem paratam, potest agere contra principalem debitorem antequam soluat.

Non vt soluat sibi, sed principali creditori.]

21 *Agens contra aliquem vt alteri soluat, quia sua interest rectè agit.*

22 *Pro euictione agi non potest nisi re euicta.*

23 *Limitatur, quando debitor tradidit creditori suo scienter rem alteri obligatam, quia creditor potest agere ratione sui interesse de euictione, etiam re nondum euicta.*

Fideiussor quando pro conseruatione suæ indemnitatis agere possit.

QVÆSTIO LXXV.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 3. ar. 3.

CVm † ex natura contractus fideiussionis sit, vt is, qui pro alio fideiubet, vel bona sua obligat, debeat à principali debitore pro quo accessit à damno liberari, & relevari, & indemnis conseruari etiam quod nihil de hoc dictum, & expressum sit. Franch. *in c. fin. in 3 notab. numer. 2. de foro compet. lib. 6.* Calcan. *cons. 35 num. 1. & 2.* Marsil. *ad Rubr. C. de fideiuss. nu. 315.* Simon. de Pret. *cons. 153. numer. 23.* Non potest in dubium reuocari † quin etiam is, qui in contractu censuali pro alio fideiussit, & bona sua obligauit sit à principali census debitore pro quo fideiussit relevandus à damno, & indemnis conseruandus, etiam quod dicta relevatio non sit sibi expresse promissa, vt dixit Rota *in vna Romana relevationis indemnitatis 24. Februarij, 1602. coram* Illustrissimo Cardinali Lancellotto, *quæ est impressa post tract. decis. 14. num. 1.* 2

Cæterùm vt hanc relevationis materiam dilucidius explicemus, tres visæ sunt explicandæ difficultates.

Prima, quid in se contineat ista promissio conseruationis indemnitatis.

Secunda, qua actione peti possit.

Tertia, an fideiussor possit illam petere antequam soluat.

Quo ad primam breuis sit resolutio, quod † promissio indemnitatis importat ex sui natura fideiussorem damnum non esse passurum, vt ex doctrina *Bart.* per illum tex. *in l. quatro, in princ.* quam sequuntur communiter Doct. *ff. locat.* Bald. *in l. 1. sub num. 1. C. de his, qua in fraud. credit.* Socin. iun. *cons. 42. num. 1. lib. 4.* Ruin. *cons. 187. num. 3. lib. 1. & dixit* Rota *in fideiussore census coram* b. m. Litta, 10. *Ianuarij, 1600. in vna Bononien si relevationis indemnitatis, quæ est post tract. decis. 194. num. 1. & coram* R. P. D. Pamphilio, 14. *Nouembris, 1605. in illa Romana relevationis indemnitatis, quæ est ibidem decis. 140. num. 2.* & hoc habet præcipuum † vt promittens indemnitatem censeatur obligatus ad sortem, & ad omne interesse in quo esset diminuta conditio fideiussoris. Bald. & Salic. *in l. 2. C. de sentent. qua sine cer. quantit. profer.* Paris. *cons. 109. num. 37. & 39. lib. 1. cons. 16. num. 124. lib. 2. & cons. 73. num. 21. lib. 3.* Ruin. *d. cons. 187. num. 3.* Socin. iun. *d. cons. 42. num. 1.* Surd. *cons. 150. num. 4. lib. 1.* [*Et horum auctoritate* Rota *in illa Anconitana pecuniaria coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est post tract. decis. 138. num. 1. & rursus in eadem causa coram eodem 23. Ianuarij, 1617. quæ est in recollect. per* Farinac. *decis. 373. num. 1. in fin. & num. 2. in fin. part. 1.*] & propterea importat promissionem † de defendendo etiam in iudicio in suscipiendo litem, & liberando à molestiis. Ruin. *d. consil. 187. num. 2.* Socin. iun. *d. cons. 42. num. 1. cap. pervenit, & ibi* Glos. *extr. de fideiuss.* Calcan. *cons. 35. nu. 2.* Paris. *d. cons. 109. num. 38. & d. cons. 16. num. 124.* [Angel. *de Aret. cons. 136. num. 4. in fin.* Bertazol. *cons. ciuil. 84. num. 43. lib. 1.* Anton. Monach. *decis.* Bonon. *54. numer. 13.* Bertazol. *de clausul. instrum. clausul. 43. glos. 2. sub num. 1. vers. & tenetur promittens* Gratian. *discept. forens. tomo 3. cap. 549. num. 1. & seqq.*] Vnde promittens † indemnitatem tenetur reficere omnes expensas litium in quibus fideiussor fuit damnificatus occasione fideiussionis, Socin. iun. *d. cons. 42. num. 2.* Item † tenetur resarcire omne interesse quod eadem occasione pateretur, vel recipiendo pecunias sub fœnore gratia soluendi 3 4 5 6 7

ob causam in quam fideiussit, vel soluendo proprias pecunias quas foret solitus implicare in negociationibus, vt considerat Calcan. *d. cons. 35. num. 2.*

[Et voluit Rota coram Seraphin. *decis. 787. num. 4. & decis. 935. num. 1. & coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in vna Romana subhastationis 2. Iunij, 1614. quæ est post* Zacch. *de secretat. offic. decis. 60. num. 8. & coram* R. P. D. Buccabella, *in illa Bononiensi pecuniaria 16. Ianuarij, 1624. quæ est post tract. decis. 554. num. 7. &* Pyr. Maur. *in suo tract. de fideiussor. par. 2. sect. 5. cap. 1. num. 23.*

Sed potest in dubium reuocari an ad effectum, quod debitor teneatur reficere fideiussori damna ista per ipsum passa ex eo, quod recepit pecunias ad licitum interesse pro soluendo ære alieno debitoris, pro quo fideiussit, sit necessarium, vt ipse interpellauerit debitorem, intimauerit illi molestias, quas patitur à creditore, & protestatus fuerit, quod si ipse debitor non soluit, ipse fideiussor cogetur recipere pecunias pro solutione facienda ad honestum, & licitum interesse. In qua dubitatione concludendum est, quod licet ad inducendam obligationem de recipiendo quodcumque interesse non sit necessaria huiusmodi interpellatio, notificatio, & protestatio, cùm fideiussor debeat indemnis conseruari, & ab omni prorsus damno liberari, vel à debitore ipso, pro quo fideiussit, vel à fideiussore indemnitatis, vt diximus hic in tract. *hoc eod. art. 3. num. 1. & 2. & voluit* Rota *diuers. dec. 231. num. 2. par. 2. & coram* D. meo Vbaldo, *in d. Romana subhastationis num. 7.*

Attamen ad effectum, vt vigore dictæ obligationis possit efficaciter agere, vtique de necessitate debet præmitti dicta interpellatio, notificatio, & protestatio, Etenim non probato damno, non potest agi pro releuatione. Alexand. *cons. 114. num. 1. lib. 4. & cons. 199. num. 1. & 2. l. 7.* Caualcan. *de vsufruct. mulier. relict. sub n. 212. vers. nam obligatus.* Probari autem non potest, fideiussorem esse in damno, ex solo lapsu temporis, absque interpellatione, vt resoluit Rota coram Verall. *decis. 231. num. 3. & seqq. lib. 3.* Debet enim fideiussor certiorare eum, à quo sine damno conseruandus est, quod ob moram debitoris in soluendo ipse molestias patitur à creditore, & quod pro eo satisfaciendo cogitur pecunias capere ad licitum interesse; Etenim si is, qui ad indemnitatem præstandam tenetur hoc sciuisset, forsitan prouidisset, & non permisisset, pecunias à fideiussore ad interesse accipi, & absque hac interpellatione, & monitione non potest considerari mora debitoris, vel obligati ad conseruandum indemnitatem, vt ratiocinatur. Rota *in illa Romana releuationis indemnitatis, 9. Iunij, 1604. coram* b. m. Cardinale Lancellotto, *quæ est post tract. dec. 324. vers. debuisset namque, & infra in vers. secus in fideiussore, & repetit in eadem causa coram eod. 12. Iunij, 1606. quæ est ib. decis. 342. num. 2. & seqq. & rursus in eadem causa coram* Illustrissimo Cardinale Sacrato, *27. Iunij 1609. quæ ib. est decis. 343. num. 4. & seqq.*

Nec etiam sufficit fideiussori probare, quod is, qui eum indemnem conseruare tenetur non soluit debito tempore, & propterea ipse postquam venerat dies solutionis faciendæ accepit pecunias ad aliquod licitum interesse, sed est necessarium, quod in individuo probet, quod ob non factam solutionem à debitore ipse pecunias accepit ad interesse, & consequenter passus est damnum. Nam esto, quod dicto tempore accepit pecunias ad interesse, non propterea sequitur de necessitate, quod ex eo, quod debitor principalis non soluit debito tempore, ipse fuerit in damno. Potuit enim fideiussor accidere pecunias illas ad interesse ob aliquam aliam causam, *vt bene deducit* Rota *coram* Mohed. *decis. 103. quæ est 2. de vsur. Et firmauit eadem* Rota *coram* b. m. Cantuccio, *in vna Romana pecuniaria de Zubariis, 7. Aprilis 1581. quæ est post tract. decis. 325. num. 1. de qua meminit, & illam sequitur eadem* Rota *in vna Romana vineæ de bruris coram* bon. mem. Orano 2. *Decembris 1592. quæ est post* Zacch. *de societ. offic. decis. 66. num. 4. & repetiit coram* Illustriss. Cardinale Mellino *in vna Romana Cambiorum de Grandis 15. Maij, 1592. quæ est apud* Marchesi. *de Commiss. par. 1. fol. 875. & in vna Mediolanensi pecuniaria coram* bon. mem. Litta, *27. Martij, 1602. quæ est in recollect. per* Farinac. *decis. 52. numer. 3. part. 1. & sequitur* Hond. *cons. 50. numer. 30. vers. qua procederet non solum libr. 1. & cons. 36. num. 34. lib. 2.*

An autem ista interpellatio, notificatio, & protestatio sit necessaria quando creditor accipit pecunias ad interesse ob retardatam sibi solutionem à debitore, dicemus infra in addit. *ad art. 9. qu. 5. huius 2. cap. n. 6. & seqq.*

In his autem casibus, in quibus huiusmodi interesse, & damnorum refectio debetur; concludentissima illorum probatio haberetur vel ex ipsis instrumentis socieratis officij, ob faciendam dictam solutionē contractæ, *vt resoluit* Rota *coram* Seraph. *d. dec. 935. num. 4.* Vel ex litteris Cambij, sub quo pecuniæ sunt receptæ, vt colligitur ex d. Mediolanensi pecuniaria *num. 4. vers. immo cum.* Et faciunt ea, quæ diximus supra in tract. *par. 1. cap. 2. qu. 1 art. 6. num. 45. & part. 2. c. 2. qu. 3. art. 2. num. 6. nunc q. 19. & 74.*]

Et dicta promissio cùm habeat tractum successiuum, Calcan. *d. cons. 35. num. 1. vers. item quia* respicit † tàm damna iam passa, quam etiam damna futura; nam † si non fuerit limitata ad aliquod tempus certum, censetur perpetua durante censu, *arg. l. iurisperitos, in prin. ff. de excus. tutor. glo. in l. siue præfinito, C. de pen.* Ceph. *cons. 212. num. 2. l. 2.* Tiraq. *de retractu conuent. §. 2. glos. 1. num. 29.* & in terminis fideiussionis præstitæ in contractu censuali, dixit Rota *coram* R. P. D. Pamphilio, *in illa Romana releuationis indemnitatis, quæ est post tract. decis. 140. num. 2.* vnde complectitur non solum hæredes tam fideiussoris, quàm promissoris indemnitatis, sed etiam hæredes hæredum, vt dicit *ibi* Rota *num. 2.* † 8 † 9

Ista † autem conseruatio, & releuatio potest multis modis fieri, & signater, tribus, quos considerat Bal. *in l. fin. col. fin. in fine, vers. sed hoc potest fieri, n. 17. & seq. C. de vsur. rei iudic.* videlicet, vel soluendo pignora, vel præstando fideiussores magis idoneos, vt refert Beniut. *decis. Bononien. 81. num. 23.* Cartar. *decis.* Rotæ *execut.* Genu. *decis. 116. num. 5.* [*Et cum* Bald. *transit* Rota *in Imolensi census 26. Iunij 1609. coram* R. P. D. Caualerio, *quæ est post tract. decis. 200. num. 3. & seq. & in vna Senogalliensi Saluiani interdicti, 20. Iunij 1625. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis. 462. numero 4.*] † 10

Circa secundam difficultatem breuibus me expediam distinguendo. An in instrumento fideiussionis fuerit expressè promissa conseruatio indemnitatis, aut verò fideiussor sibi non cauit de dicta expressa indemnitatis promissione. † Si quidem fideiussor non fuit diligens, & cautus in stipulando expressè suæ indemnitatis promissionem, si damnum patiatur poterit aduersus suum principalem pro sua releuatione agere, vel actione mandati, *l. rogasti, §. qui fidem, l. si remunerandi, §. si passus, ff. mand.* vel † actione sibi cessa à principali creditore cui soluit, quatenus ab eo cessionem iurium reportauerit, *l. Papinianus, ff. mand. l. cum aliter, C. de fideiuss. l. mandati, C. eod.* Rett. Duen. *reg. 337.* si † autem sibi prouidit expressè de promissione indemnitatis, præter has actiones habet etiam viam exequutiuam sicut de condemnato per iudicis sententiam ad releuandum à damno eius fideiussorem quod possit via exequutiua compelli dicit Socin. iun. *d. cons. 42. num. 3. vers. præditis, lib. 4.* quod absque dubio procederet si instrumentum esset vallatum camerali obligatione, † 11 † 12 † 13

ligatione, vel aliàs haberet exequutionem paratam vigore statuti.

Circa tertiam difficultatem, an fideiussor possit petere conservationem indemnitatis antequam soluat
14 est constituenda regula † negatiua, quod non possit principalem debitorem conuenire pro suæ indemnitatis releuatione, *l. si pro ea, C. mand. l. Lucius in fine, ff. eod.* nam, vt dicit Bal. *in d. l. si pro ea num. 2. vers. modo pro*
15 *euidentia, & num. 3.* fideiussor † suscipit mandatum de fideiubendo, & per consequens censetur recepisse mandatum de soluendo, *in l. debitum, ff. de cond. indeb. l. i. Cod. de dolo*, vnde antequam soluat non adimpleuit susceptum mandatum, & propterea agere non potest, *arg. l. Iulianus, §. offerri, ff. de act. empt.* & ita fuit resolutum in Rota *coram* bon mem. Litta, 10. *Ianuarij*, 1600. *in illa Bononiensi relenationis indemnitatis*, quæ est impressa *post tract. decis. 194. num. 3.* Propterea si debitor principalis soluit fructus decursos ipse quoque fideiussor remansit liberatus, si nec ipse, nec eius principalis soluit, tunc non potest dici esse in damno, ita vt agere possit pro suæ indemnitatis conseruatione: quo verò ad fructus decurrendos nondum dicitur nata actio contra ipsum fideiussorem vt soluere, & propterea neque ipse agere poterit vt à damno releuetur. [*Et hanc sententiam* Rota *in d. Senogallien si Saluiani interdicti num. 5. & seqq.* confirmauit ea ratione, quia talis fideiussor antequam soluat, non dicitur creditor pecuniarum, sed liberationis, seu conseruationis indemnitatis auctoritate Bal. *in l. si pro ea*
16 *num. 10. C. mand.*] Hæc † tamen conclusio recipit nonnullas limitationes, & fallit in aliquibus casibus in quibus dispensatiuè fideiussor admittitur ad agendum propter æquitatem ne grauetur propter factum sui principalis, quos casus ponit *tex. & ibi Gloss. &* Doctor. *in d. l. Lucius, & in d. l. si pro ea* Aflict. *decis. 241. & ibi* Vrsill. *in addit. Marsil. ad rubr. C. de fideiuss. in 31. qu.* Muscatel. *in sua Pract. fideiussor. part. 2. quæst. 4. per tot. & aliy passim.*

17 Limitatur itaque Primò † si fideiussor sit obligatus in publico, & iurato instrumento, prout regulariter obligari solet, & maximè si promissio de conseruando eum indemnem sit roborata cum adiectione cameralis obligationis, nam cùm tale instrumentum vel vigore statutorum, quæ ferè per totam Italiam dant instrumentis paratam exequutionem, vel ex vi cameralis obligationis possit contra fideiussorem exequutioni demandari, quod eo casu possit fideiussor conueniri suum principalem antequam ipse soluat, voluit Bart. *in l. fideiussor. pro venditore, in fine, ff. de fideiuss.* Bal. *in d. l. Lucius, num. 1. in fin. vers. quæro si fideiussor.* Alex. *cons. 72. num. 6. lib. 2.* Marsil. *in d. Rubr. de fideiuss. num. 193. & non dissentit* Andr. Gail. *pract. obser. lib. 2. obseru. 29. num. 12. & 13.* Mag. *decis. Lucens. 6. numer. 5.* & in propriis terminis fideiussoris, qui accessit in contractu censuali, Foller. *in sua Pract. Censuali, in verbo tanquam, num. 43.* [*Hanc eandem sententiam amplectitur, & comprobat* Vinc. de Franch. *decis. 414. num. 2. & ibi addent. num. 5. &* Petr. Caball. *cons. resolutiu. Ci-*
18 *uil. 12. num. 3. & seqq. lib. 1. qui alios allegant.*] Nam † qui tenetur vigore instrumenti habentis paratam exequutionem habetur pro condemnato. Bal. *in l. certum, num. 9. C. fam. hercisc.* Alex. *d. cons. 72. num. 6.* Guid. Pap. *decis. 117.*

[Quæ limitatio esset multo probabilior, si contra fideiussorem esset petita exequutio, licet adhuc non esset relaxatum mandatum exequutionum. nec lata sententia, vt voluit Salic. *in l. si pro ea sub num. 8. vers. sed dubitari potest ad fin. C. mã. & refert.* Vinc. de Franch. *d. dec. 414. sub num. 2.* Nam quamuis fideiussor non fuerit adhuc condemnatus, quia tamen est breui condemnandus, potest agere contra principalem debitorem, pro quo fideiussit, antequam ipse soluat, vt multorum auctoritate dicit Surd. *cons. 367. n. 19. vbi n. 20.* per eandem rationem subdit, quod fideiussor obligatus vigore instrumenti habentis paratam exequutionem, potest agere contra principalem debitorem, antequam ipse soluat. Et hoc idem voluit. Rim. Iun. *cons. 454. num. 21. lib. 4.* Quam limitationem licet non amplectantur Rota *in vna Romana seu Bononiensi scitor. vigintiquinque millium, 7. May, 1601. coram* b. m. Corduba, *quæ est impressa post tract. decis. 95. num. 11.* Ea potissimum ratione quia potuit ab initio hoc prouidere, & sic huic periculo non subiacere [Quam sententiam multum æquam, & eius rationes esse valde considerabiles, dicit Petr. Caball. *d. cons. resolut. Ciuil. 12. sub num. 8. lib. 1.*] non negat tamen *ibi* Rota *sub num. 7. vers. minus etiam obstabat*, quin ex dicto instrumento sit nata actio contra ipsum fideiussorem quam satis esse affirmat ad effectum, vt fideiussor agere possit saltem ad liberationem, cui alias nunquam possit esse locus nisi purificata obligatione, & sic postquam ei locus factus fuisset contra tradita per Afflict. *decis. 241. n. 3. & ibi* Vrsil. *num. 4.*

Limitatur 2. † vt non procedat quando contractus 19
in quo interuenit fideiussor esset nullus: eo enim casu posset fideiussor agere contra suum principalem pro liberatione à molestiis etiam de facto, sibi illatis, Glos. *&* Paul. *de Castro, in l. si quis, C. de pos. Soc. cons. 70. in princ. lib. 3. & fuit dictum in* Rota *coram* b. m. Cardinali Blanchetto, 85. *Iunij*, 1598. *in illa Eugubina, seu Perusina census, quæ est ibidem dec. 196. num. 3.*

Limitatur 3. si † fideiussor deducat in Iudicium 20
suam intentionem petendo se liberari, & extrahi ab obligatione, vt docet Bal. Glos. *in l. si quis mandato in 1. lectura, sub n. 4. vers. quærit* Glo. *ff. de neg. gest. & in d. l. si pro ea, n. 3. C. mand.* [Cum talis fideiussor non sit creditor pecuniæ antequam soluat, sed liberationis, seu conseruationis indemnitatis, vt supra dictum est.]

Vel petendo se conseruari indemnem à dicta obligatione, & fideiussione, vt dicit Bald. *in d. vers. quærit Glos.* quo casu si debitor fuerit in mora liberandi fideiussorem cum teneatur ad factum tunc fideiussor licitè poterit petere interesse, & sub forma, & nomine interesse vt debitor census soluat [Vnde Rota *in Senogallien si Saluiani interdicti num. 6* dicebat, quod licet fideiussor indemnitatis non possit agere, vt sibi soluatur pecunia antequam ipse soluat potest tamen, & debet cogere debitorem principalem ad soluendum creditori.] quia sua interest vt soluat, nam † re- 21
ctè agit contra aliquem vt soluat tertio, quia agentis interest, vult Bald. *in l. his, §. census, ff. fam. hercisc.* & hunc modum libellandi in proposito, docet, Bal. *in d. l. Lucius, in vltimis verbis, ff. mand. & in d. l. si pro ea, num. 6. vers. 6. Tertiò quæro, C. eod. tit. & in d. vers. quærit* Glossa, *& in l. fin. numer. 9. C. de vsur. rei indic.* Alex. *d. cons. 72. n. 5. in fin. lib. 2. & ita fuisse iudicatum in* Rota *exequutiua Gennæ testatur* Flam. Cartar. *dec. Ian. 129. num. 7. & seqq. sequitur* Muscatel. *in d. sua pract. fideiussor. p. 1. mod. 20. num. 33. & seqq. post* Marin. Frec. *de præsentat. instrument. quæst. 3.* [Et hinc Rota *in vna Reatina iuris redimendi 26. May 1618. coram* R. P. D. Verospio *quæ post tract. est decis. 490.* resoluit quod legatarius, cui ex aliis bonis hæreditariis fieri non poterat, potest agere contra eum, qui rem hæreditariam emerat cum pacto rediměndi, vel vt sibi rem illam retendat tanquam cessionario hæredum, vel vt ex sua obligatione de retrouendendo rem hæreditari restituat, vt deinde ex eadem re sibi de suo legato satisfiat, quod probat ex Seraph. *decis. 1233. num. 2. & seqq.* vbi fuit resolutum emptorem, qui soluit pretium creditoribus posterioribus venditoris cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus posse cogere dictos posteriores vt soluãt prioribus quia per dictam solutionem liberatur à periculo euictionis cùm sua interfit liberari à molea-

stiis, & periculis litium, & esse notorium *dicit* Io. Petr. Font. *de pact. nupt. par.* 1. *cl.* 4. *gl.* 18. *par.* 3. *n.* 18.]

Propter quam rationem in propriis terminis videtur hoc probare Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censib. tomo* 2. *lib.* 4. *c. unico, num.* 10. *vers. nihilominus, & non obscurè sensit* Rota *coram* b.m. Corduba, *in una Romanæ fideiussionis de representando*, 17. *Maij*, 1595. *quæ est in calce tract. decis.* 197. *num.* 3. *& seq.* maxime si fideiussor teneatur vigore obligationis cameralis, vt ibidem considerat *Rota*, & hanc limitationem ego existimo comprobari posse non incommodè ex eo 22 quod in simili videmus, quod † licet quis de euictione non possit conueniri, nisi re euicta, *qui rem, C. de* 23 *euict. l. filius, § mora, ff. eodem* tamen † hoc fallit quando debitor sciens tradit creditori suo rem alteri obligatam, quia tunc creditor ratione interesse poterit agere aduersus suum debitorem antequam res ipsa insolutum sibi data à se euocetur, & sibi euincatur. *Doctor.* communiter *in d. l. qui rem, & in l. qui hominem, ff. de solut. & voluit* Rota *in una Romana pecuniaria coram* b.m. Cardinali Pamphilio, 25. *Iunij*, 1601. *quæ est post tract. dec.* 198. *nu.* 1. *&* 2. & facit quia promissio indemnitatis habet in ventre obligationem ad interesse, *vt diximus supra hoc eod. art. num.* 4.

SVMMARIA.

1 *Fideiussor census, qui conuenit cum eo pro quo fideiussit, vt illum eximat à fideiussione infra certum tempus, potest adueniente d. tempore agere pro eximitione.*

2 *Fideiussor census qui simpliciter accessit, quod non possit agere vt eximatur, volunt aliqui.*

Contraria sententia placuit Rotæ, & sequitur Auctor, num. 7.

Maximè si fideiussor diu steterisset in obligatione, numer. 8.

3 *Fideiussor adhibetur in contractu census vt melius domino census sit cautum, pro solutione illius.*

Ac etiam pro euictione bonorum census suppositorum, ibidem.

Contrarium tamen probatur.

4 *Fideiussor euictionis non potest agere vt à fideiussione eximatur.*

5 *Fideiussor ex natura contractus in perpetuum tenetur in contractu censuali, &* num. seq.

6 *Fideiussor in tutela, & cura tenetur perpetuò durante tutela, & cura.*

10 *Fideiussor census ad duo tenetur, scilicet, ad euictionem fundi suppositi, & ad solutionem census.*

11 *Fideiussor census potest petere eximitionem à fideiussione respectu obligationis, de soluendo censum.*

12 [*Fideiussor census quando possit petere eximitionem à fideiussione.*

Census est perpetuus tam ex parte ementis, quàm ex parte vendentis.

Respectu tamen vendentis non est perpetuus vere, & realiter, sed aptitudine donec ipse volet.]

13 *Eximitio à fideiussione fit vel dando alium fideiussorem idoneum de consensu creditoris, vel*

Dando releuatorem respectu ipsius fideiussoris, n. 15.

14 *Creditor cogi non potest vt loco vnius recipiat alium fideiussorem.*

16 [*Libellus pro eximitione à fideiussione in contractu census quomodo formetur.*

Fideiussor census, an possit agere vt eximatur à fideiussione.

QVÆSTIO LXXVI.

aliàs part. 2. *cap.* 2. *qu.* 3. *art.* 4.

IN proposito articulo Gaspar. Roderic. *in suo tract. de ann. redditib. libr.* 2. *quæst.* 13. *num.* 8. considerabat duos casus. Primus † est quando fideiussor tempore quo accessit expresè conuenit cum debitore cēsus pro quo fideiussit, quod illum deberet infra certum limitatum tempus à dicti fideiussione eximere, & liberare (quod pactum licitum esse demonstrat *ibi n.* 25. (& hoc casu adueniente tempore posse iure petere promissam liberationem, & eximitionem concedit *num.* 19. & casus iste nullam habet difficultatem, cum pacta sint seruanda, *l.* 1. *ff. C. de pact. c.* 1. *ext. eod. tit.* & contractus à conuentione legem accipiant, *l.* 1. *§. si conuenit, ff. depositum vulgar.* 1

Secundus casus est, quando fideiussor simpliciter, & absque aliquo pacto, & conuentione fideiussit, & † hoc casu non esse permissum illi petere dictam exi- 2
mitionem, dicit ibi Roderic. *d. num.* 18. *quam sententiam tenent etiam* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art.* 68. *num.* 101. *&* Marchesan. *in suo tract. de Commission. appellat. à Camerali obligat. part.* 1. *cap.* 16. *num.* 122. duplici ratione. Prima, quia † iste fideiussor in contractu 3
census adhibetur non solum, vt melius domino census sit cautum pro solutione illius. *Instit. de fideiussor. in princ.* Verum etiam pro euictione bonorum super quibus census ipse impositus, & constitutus fuit & propterea ad similitudinem fideiussoris, † qui præstatur pro euictione rei venditæ, vel alio titulo traditæ 4
non potest petere se liberari, & eximi à fideiussione antequam verè euictio sequuta sit etiam quod diu in ea steterit. Afflict. *decis.* 241. *n.* 4. *& dicit* Rota *in propriis terminis in vna Bononiensi census*, 5. *Martij*, 1603. *coram* Reuerendissimo P.D. Coccino Decano, *quæ est impressa post tract. decis.* 199. *num.* 2. Altera affertur ratio, quia cùm annuus census sit de sui natura perpetuus, vt plenè demonstratum fuit *supra par.* 1. *c.* 1. *qu.* 1. *art.* 2. *nunc qu.* 2. planè ex † natura ipsius contractus fideius- 5
sor in perpetuum teneri debet, id est donec census fuerit redemptus, vel aliter extinctus, vnde non poterit iure petere se eximi, & liberari à dicta fideiussione, argument. eorum quæ tradit Comez. *var. resol. tom.* 2. *c.* 15. *n.* 10. *in vers.* 3. *infero.* dum dicit quod is, † qui inter- 6
cessit fideiussor pro aliquo tutore, vel curatore, non potest agere vt eximatur à fideiussione ante finitam tutelam, curam, vel officium administrationis, cuius auctoritate hoc idem in fideiussore, qui accessit in contractu census, concludit Felician. de Solis, *in suis Comment. de censib. tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 9. *in fine, & tom.* 2. *pariter, lib.* 3. *& cap.* 3. *n.* 1. Quia scilicet tam in tutela, & cura, quàm in contractu census, & obligatio, & fideiussio certam habet temporis durationem, & metam, ad quā vsque fideiussor ipse videtur se obligasse: nam cum redditus annui continuatio habeat obligationem successiuam, quamdiu non fuerit sors redempta, idque partes præuiderint à principio, planè ex natura ipsius actus fideiussor tenetur in perpetuum, vnde non potest iure petere se liberari, eximique à fideiussione, vt ratiocinatur Felician. *d. n.* 9. *in fine.*

Cæterùm † contrariam sententiam tenet [Ioan. 7
Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 18. *part.* 3. *nu.* 16. *per tex. quem dicit apert. in cap. constitutus de relig. dom.*] *& amplexa fuit* Rot. *coram* b.m. Corduba, 7. *Maij*, 1601. *in illa Romana seu Bononiēsi census seniorum*

viginti quinque

vigintiquinque millium, quæ est impressa post tract. decis. 195. num. 11. & seqq. Vbi tacitè respondet contrariis, & rursus *coram* Reuerendissimo P. D. Coccino Decano, *5. Mari. 1603. in illa Bononiensi census, quæ est ibidem dec. 199. num. 3. & coram* R. P. D. Caualerio, *26. Iunij 1609. in vna Imolensi census, quæ ibidem est decis. 200. num. 2. & coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato, *10. Iunij, 1613. in vna Romana census ibidem dec. 68. num. 4. & in aliis causis sæpè.* Et † multo magis hoc procederet si fideiussor diu stetisset in obligatione, & fideiussione; & fuisset coactus solnere plures terminos, vt fuisse resolutum in Regio consilio Cathaloniæ testatum reliquit Ludouic Peguer. *decis. 190. per tot.* & placuit Rotæ *in illa Bononiensi census coram* Reuerendissimo Coccino *num. 4. & seqq. & in illa Romana census coram* Reuerendissimo Sacrato *pariter, num. 4. proximè allegatis.*

Neque obstant rationes supra in contrarium allegatæ. Nam ad primam respondetur, quod † in contractu census fideiussoria obligatio non potest referri ad euictionem bonorum oneri census supposito-
9 rum, cum illorum proprietas, & possessio ad emptorem census non transferantur, sed remaneant penes imponentem, vt fuit dictum *supra q. 1. aliàs d. par. 1. c. 1. qu. 1 art. 1, num. 20.* & propterea ad census emptorem non pertinet prouidere sibi circa dictorum bonorum euictionem, & per consequens fideiussor adhibitus in contractu census non potest dici similis fideiussori euictionis, vt iisdem ligetur legibus, quibus ille astringitur.

10 Vel dicamus, † quod duplex est obligatio fideiussoris, qui accedit in contractu census; vna scilicet, de euictione fundi super quo census fuit impositus, & constitutus, altera de solutione census, & annuæ responsionis, vt exorditur Rota *coram* Reuerendissimo P. D. Coccino Decano, *5. Martij 1603. in illa Bononiensi census, quæ est post tract. dec. 199. & dixit coram* bon. m. Corduba, *7. Maij, 1601. in illa Romana census scutorum vigintiquinque millium, quæ est ibidem dec. 195. n. 8. & coram* R. P. D. Ottembergio, *16. Decemb. 1607. in vna Bononiensi census quæ est ibidem dec. 201. num. 7.*

11 Vnde † licet iste fideiussor non possit agere, vt eximatur à fideiussione respectu euictionis bonorum, potest tamen id iure petere, quod ad alias obligationes, nempe solutionis census, quæ est continua, & pura, vt voluit Rota *in decisionibus vltimo loco relatis.* [Et hanc distinctionem amplexa fuit, Rota *coram* R. P. D. Durano, *in vna Spoletana liberationis à fideiussione 30. Martij, 1626. quæ est sine numero post tract. inter decis. 447. & 448. vbi num. 9.* cum hac distinctione conciliat decisiones, quæ pro parte aduersa allegantur, & plenius hanc distinctionem confirmat Rota *coram eod. in ead. causa 21. Aprilis 1627. vt ibid. dec. 465. per tot.*

12 Vel † si velimus transire cum opinione affirmatiua, quod fideiussor possit in quolibet casu petere liberationem, possemus fortè ad rationem de perpetuitate census respondere, quod licet census noster dici possit perpetuus, tàm ex parte imponentis, quàm ex parte ementis, vt diximus supra in tract. *par. 1. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 2. & seqq.* Ex parte tamen imponentis non est verè, & realiter perpetuus, sed duntaxat aptitudine ex eo, quia ex natura ipsius contractus perpetuò viuere potest, cùm ita creetur, & constituatur, vt iam perpetuam, vel saltem longissimæ durationis habeat, vt dixi *d. art. 2. num. 6.* & in mero ipsius ementis arbitrio repositum est, an & quando illum redimat, & per consequens ex parte ipsius est quandocumque redimibilis, vt summorum Pontificum, & signanter Mart. V. Alex. III. & Pij V. constitutionibus sancitum extitit: ita vt ei hæc libera redimendi facultas tolli, aut impediri etiam per pactum expressum non possit, vt dictum fuit supra in tract. *hac 2. par cap. 1. qu. 3. & infra par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 1.* Vnde non potest dici quod fideiussor, qui accessit in contractu census, accesserit in contractu, & obligatione de sui natura perpetua, & quod propterea dum fideiussit, intellexerit velle, se in perpetuum obligare. Et præsertim non valet consequentia census est perpetuus tam ex parte imponentis quàm ex parte emptoris. Ergo fideiussor, qui in dicto contractu accessit, non potest agere contra impositorem, vt illum à fideiussione eximat. Et sic remanet ab obiectis defensata communis conclusio, quam videtur egregiè confirmare Rota *in illa Romana, seu Bononiensi census coram* bon. m. Corduba, *quæ est post tract. dec. 195.* dum dicebat, quod fideiussor potest cogere debitorem census, pro quo fideiussit ad redimendum, illum vel ipsum à tali fideiussione liberandum.]

Ista † autem liberatio, & eximitio à fideiussione 13
præstabitur, vel dato alio fideiussore loco istius qui eximi petit, quatenus dominus census consentiat: eo enim non consentiente, & nolente nouare obligationem, & recipere alium fideiussorem alius fideiussor 14
dari non potest, cum ipse de iure possit illum recusare, Bal. *& alij in l. si pater, C. de collat. refert* Vinc. de Franch. *decis. 200. num. 2. & de communi testatur* Io. Bernard. Muscatel. *in sua pract. fideiussor. part. 2. quæst. 6. num. 3. in fine,* (licet ipse sequutus Dec. *in d. l. si pater.* contrarium defendat quando offertur alius fideiussor æquè idoneus.)

Vel dato, † ad fauorem ipsius fideiussoris qui in- 15
stat pro liberatione, alio fideiussore, qui ipsum releuet, & à damno conseruet, vt docet Bal. *& alij in d. l. si pater,* & admittit Rota *coram* R. P. D. Caualerio, *26. Iunij, 1609. in illa Imolensi census, quæ est impressa post tract. dec. 200. num. 3.*

[Libellus autem, & petitio in hoc iudicio exi- 16
mitionis debet concludere aut simpliciter pro liberatione, & eximitione à fideiussione, vt dicit Rot. *coram* R. P. D. Caualerio, *in illa Imolensi census 26. Iunij 1609. quæ est post tract. dec. 200. num.* 2. aut alternatiuè, vel pro eximitione à fideiussione, vel pro extinctione census, vt dictum fuit *coram* b. m. Corduba *die 7. Maij 1601. in illa Romana, seu Bononiensi census, quæ ibidem est decis. 195. num. 7.* Nam si fideiussor concluderet simpliciter pro exrinctione, & redemptione census, inepte ageret, & conuentus deberet absolui, vt dicit Rota *in illa Imolensi census n. 1. & seqq.* Nisi tempore accessionis de hoc cum censu venditore expresse conuenisset, *vt dictum est in tract. hoc eod. art. n. 1.*]

SVMMARIA.

1 *Fideiussor census liberatur extincto censu, &* num. 5.
2 *Fideiussoria obligatio est accessoria ad contractum in quo fideiussor præstatur.*
3 *Obligatione principali cessante, cessat & accessoria.*
4 *Hypotheca resoluitur extincto principali debito.*
6 *Census extinguitur per peremptionem fundi supposiri.*
7 *Fideiussoria obligatio contractu respectu rei eatenus durat quatenus res ipsa supereset.*
8 *Obligatio fideiussoria extinguitur quando dominium rei censuatæ transit in dominium domini census.*
9 *Secus autem si ille census transeat in dominium ipsius fideiussoris.*
10 *Nisi emat censum vt se, & debitorem census à solutione liberet.*
11 *Fideiussor census liberatur in omnibus casibus, in quibus liberatur principalis debitor.*
12 *Item liberatur si mutentur personæ cum quibus contractus celebratus fuit, vel alteretur pretium census.*
13 *Fideiussor census non liberatur, si census transferatur de vno fundo ad alium.*

14 *Fideiussor census liberatur, si debitor census intimauerit domino quod vult illum redimere, & pretium deposuit, si enim redemptio non fiat, fideiussor amplius non tenetur.*

Fideiussor census quibus modis remaneat liberatus ab onere isto.

QVÆSTIO LXXVII.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 3. art. 5.

QVoniam *supra hac ead. q. art. 3. nunc qu. 75. num. 9.* dictum fuit, quod obligatio eius qui accessit tanquam fideiussor in contractu census est perpetua, videlicet, quousque census ipse durat: Inde videtur
1 sequi, † quod vbicunque, census extinguitur, ipse quoque fideiussor à sua fideiussoria obligatione remaneat liberatus; cùm † enim fideiussoris obligatio sit
2 accessoria ad contractum census: *l. 1. l. generaliter, l. Græci, §. 1. ff. de fideiuss. Instit. eod. tit. in prin.* cessante †
3 obligatione principali per extinctionem, & peremptionem census, debet etiam cessare fideiussoria tanquam accessoria, & illi accedens, *l. qui liberis, ff. de vulgar. & pupill. l. cum principalis, vbi* Doctor. *ff. de regul. iur. §. fideiussores ita. Instit. de fideiuss. & ita in puncto, dicit* Thom. Boninsig. *in suo trac. de censib. cap. 13. num. 2.* Et facit quia † sicut hypotheca resoluitur sublato principali debito, *l. contrahitur, vbi* Bart. *ff. de pignor. & hypoth. par. 3. membr. 1. num. 9.* Surd. *cons. 299. nu. 10. libr. 1.* Ita quoque fideiussoria obligatio eatenus durare debet, quatenus viuit principalis obligatio. Et †
4 quod per extinctionem census liberetur fideiussor in illo loco contractu adhibitus, probatur ex tex. *in l. 2.* cum ibi not. *C. de solut. & in l. 2. & ibi* Bart. *ff. de fideiuss. & in puncto fuit resolutum in* Rota *in vna Neapolitana census, 9. Martij, & 10. Aprilis, 1592. coram* b. m. Gypsio, *quæ est impressa in calce tract. dec. 202. num. 2. & coram* b. m. Corduba, *21. Aprilis, 1597. in vna Romana census, quæ est ibid. dec. 203. num. 4. coram* R. P. D. Sacrato, *27. Ianuarij, 1603. in alia Romana census, ibid. est dec. 204. num. 3. & coram* R. P. D. Caualerio, *9. Maij, 1608. in vna Senogallien. cessionis iurium, quæ est ibid. dec. 205. sub num. 1.* Cùm autem census pluribus causis cesset, & extinguatur, vt latiùs dicemus *infra par. 3. per tot.* iisdem quoque modis, & ex eisdem causis cessabit, & extinguetur obligatio fideiussoria in contractu census adhibita, quod vt clarius appareat vnum vel alterum subiicere exemplum non duxi superuacaneum.

6 Primum igitur sit exemplum, † quando fundus censui suppositus perit, & per consequens census dissoluitur, vt fuit dispositum per Martinum V. *&* Callixtum III. *in cap. 1. & 2. de empt. & vendit. inter extrauag. commun. & per* Pium Quintum, *in sua Constitut. super form. creandi cens.* Nam eo casu ipse quoque fide-
7 iussor remanebit liberatus, quia † obligatio fideiussoria contractu respectu rei eatenus durat, & superest, & rei ipsius intereruptione, & interitu, ipsa quoque extinguitur, & cessat *l. Titia textores, in fi. & l. quidam, §. si tibi, ff. de leg. 1. & faciant not. per gl.* Bart. *& alios communiter, in l. quod te mihi, maximè* Cagnol. *num. 44. cum multis seqq. ff. si cert. per. & licet* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 1. cap. 4. nu. 3. ad fin.* contrarium probare conetur, ipse tamen eo innititur fundamento, quod census annui deberi possint ex sola personali obligatione, quod non esse aliquo iure admittendum, deductum fuit *supra par. 1. c. 3. qu. 1. art. 6. nunc q. 34.*

8 Alterum † potest afferri exemplum si fundus census suppositus transeat in dominium ipsiusmet domini census, quo etiam modo censum extingui videbimus *infra par. 3. cap. 1. qu. 5. nunc qu. 114.* Cùm enim cessetobligatio principalis ipsa quoque fideiussoria tanquam illi accedens expiret necesse est, vt paulò supra diximus. Quod non procedit è conuerso, si †
9 ipsemet fideiussor emat censum: nam non propterea remanebit liberatus ab onere soluendi annuas responsiones, quia cum eo casu non sit extinctus, sed adhuc remaneat viuus; sicut non est extincta obligatio principalis debitoris, ita quoque nec fideiussoria illi accedens *§. fideiussores, Instit. de fideiuss. & ita in puncto fuit resolutum in* Rot. *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *18. Martij 1616. in vna Romana rescissionis instrumenti, quæ est impressa in fi. tract. dec. 183. per tot. & fuit repetitum in eadem causa coram eodem 26. Junij, 1617. quæ est ibid. dec. 206. num. 1.* Secus † tamen esset etiam quo ad
10 fideiussorem, si ipse ita censum in quo est fideiussor emat, vt liberet se, & principalem debitorem census ab vlteriori solutione annuæ responsionis, & census non remaneat viuus, vt firmat Rota *in dd. decisionibus, & nos diximus supra hac 2 par. cap. 1. quæst. 3. art. 5. nunc qu. 57.*

Liberatur † secundo loco fideiussor census in om-
11 nibus casibus, in quibus liberantur principales debitores census, *l. tam mandatori, C. de non num. pecun. per quem tex. ita dixit* Rota *in vna Romana censuum, 20. Nouembris, 1602. coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, *quæ est post tract. decisio. 207. num. 1.*

Tertiò †-liberatur fideiussor census si mutentur
12 personæ cum quibus fuerat initus, & celebratus contractus census, vel alteretur quantitas pecuniarum ad censum datarum, non secus ac liberatur quando contractus principalis nouatur, vt fuit resolutum in Rota *in vna Neapolitana census, 3. Aprilis 1593. coram* bon. mem. Penia, *quæ est impressa in calce tract. dec. 208. num. 1.*

Secus tamen † esset si census transferrur simplici-
13 ter de vno ad alium fundum, vt firmauit Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, *10. Junij, 1602. in vna Romana census, quæ est post tract. decis. 105. num. 3. & coram eod. in vna Romana census scutorum decem, & octo millium, 9. Junij, 1608. quæ ibid. est decis. 60. numer. 2. & seq. & coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *26. Nouembr. 1604. in illa Romana census, quæ est ibid. decis. 106. num. 2. & coram* R. P. D. meo Vbaldo, *18. Martij, 1616. in illa Romana rescissionis instrumenti & quæ ibid. est dec. 183. n. 1. & nos diximus sup. par. 1. c. 3. qu. 3. art. 2. sen q. 41.*

Quarrus † addi potest casus in quo fideiussor
14 census liberatur, si debitor census intimauerit illius domino, quod ipse vult censum redimere, & extinguere, & ad dictum effectum pretium census deposuerit, si enim redemptio non sequatur cum effectu, sed debitor census suas pecunias recipiat, ipse tamen fideiussor remanet liberatus, vt docet Specul. *in tit. de fideiussor. num.* 20. refert, & sequitur Surd. *cons.* 145. *num. 22. lib. 1.*

SVMMARIA.

1 *Censum soluere non tenetur possessor fundi, super cuius fructibus tantum fuit impositus.*

2 *Hypotheca non competit super bonis, quando onus est impositum fructibus.*

3 *Onus reale constitutum super re, transit ad quemcumque possessorem.*

[*Census solui debet ab eo, qui possidet fundum censitum, etiam quod illum retraxerit iure vicinitatis, vel sanguinis.*

Ecclesia, & Clericus possidentes fundum censitum tenentur

tenentur soluere censum de super impositum.]

4 *Censum constitutum super re tenetur soluere possessor illius rei.*

5 *Etiam non excusso principali debitore.*

Etiam quod possideat tanquam emphyteuta habens causam à venditore census, num. 14.

6 *Possessor fundi censuati videtur quod teneatur soluere censum dumtaxat ex fructibus natis vel satis tempore impositionis census, vel tempore quo fundus ad eius manus peruenit.*

7 *Fructus ita demum veniunt in obligatione, si erant nati, vel satis tempore contractus.*

8 *Intellige de obligatione fructuum accessoria, secus si principaliter obligentur.*

9 *Res transit cum sua causa.*

10 *Possessor fundi suppositi tenetur soluere fructus maturos, etiam antequam adipisceretur possessionem dicti fundi.*

Declaratur hoc procedere si ipse conueniatur actione hypothecaria, vel Saluian. Interdicto, num. 13.

Secus si conueniatur actione personali in rem scripta, num. 12.

11 *Possessor fundi suppositi potest conueniri duplici actione, videlicet, actione personali in rem scripta, & actione hypothecaria, vel remedio vtilis Saluiani Interdicti.*

Possessor fundi censuati, an ad census solutionem teneatur.

QVÆSTIO LXXVIII.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 3. ar. 6.

PRo vera, & distincta resolutione huius sexti articuli, duo videntur considerandi casus. Primus est, quando census constituitur, & creatur dumtaxat super fructibus alicuius fundi fructiferi, absque subiectione, & subiugatione, vel hypotheca ipsius fundi. Secundus casus est, quando census imponitur super ipso fundo, & illius proprietate, habita tamen relatione ad eius fructus, cum census constitui non possit super fundo nisi sit de sui natura frugifer, & aptus ad ferendum fructus, vel latè dictum fuit *supra par. 1. cap. 3. qu. 2. art. 1. seu quæst. 3.* Quæ casuum distinctio satis iustificatur ex iis quæ diximus *supra d. part. 1. cap. 2. qu. 1. art. 6. nunc qu. 19. num. 27.*

In primo casu facienda † est conclusio negatiua, quod onus soluendi annuas pensiones non transeat ad eum in quem transit fundus super cuius fructibus fuit census constitutus: nam cùm eo casu non possit dici constitutum ius reale in ipso fundo, nec orta realis obligatio pro soluendis annuis censibus, ad illorum solutionem teneretur dumtaxat is, qui census impositor, & eius hæres vniuersalis, non autem aliquis illius successor singularis, *l. liberto, & ibi* Glos. *in verbo, vendita, ff. de annu. legat.* Paul. de Castro, *cons. 334. lib. 1.* Franc. Rip. *in l. 1. §. si hæres nu. 5. ff. ad Trebell.* Rom. *cons. 417. num. 7. in princ.* Gabr. *cons. 47. num. 12. lib. 1.* Scapuccin. *in suo tract. de Saluian. Interdic. lib. 1. quæst. 14. num. 6.* Quando † enim onus est impositum fructibus, non competit naturaliter hypotheca super bonis. Surd. *decis. 28. n. 9. vers. quando enim refert.* Scapuccin. *d. num. 6. vers. aliud.*

In secundo verò casu cùm dicatur super fundo, constitutum ius reale, & contracta hypotheca ad fauorem domini, & creditoris census, vt dictum fuit *supra d. part. 1. cap. 2. quæst. 3. artic. 1. seu quæst. 23.* & ius illud † transeat ad quemlibet etiam singularem successorem, & possessorem eiusdem fundi Castr. *d. cons. 334.* Rom. *d. cons. 417. numer. 7. vers. si vero.* Cranet. *cons. 217. numero 5. lib. 2.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 58. num. 89. ad med. vers. Ius igitur exigendi,* Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, huiusmodi, numer. 96.* Aurel. Corbol. *in suo tract. de iure emphyt. cons. 14. ob alienat. irrequis. domino fact. Ampl. 49. num. 8. & seqq.* Bocacc. *in suo tract. de censib. par. 2. num. 87.* Hond. *cons. 17. num. 11. lib. 2.* Surd. *in tract. de alim. tit. 7. q. 33. num. 14. & cons. 162. num. 11. lib. 2. & decis. 32. num. 6.* Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tomo 1. capit. 141. numer. 4.* [*Alios plures congerit* Mari Giurb. *dec. Regn. Sicil. 24. num. 17. & decis. 55. num. 7. vers. & cum onere. part. 1.*] *& voluit* Rota *in vna Senogallien. Pradij*, 10. *Maij* 1615. *coram* R. P. D. Martino Andreâ, *quæ est impressa post tract. decis. 19. ad fin. vers. quinimo de rigore iuris.*

[Etiam quod possideat vigore retractus: nam census debet solui à retrahente iure sanguinis, vel vicinitatis fundum censitum, dum illum possidet, *vt deducit* Giurb. *dict. adecisio. 55. numer. 6. in fin. & num. 20.*

Quod adeo verum est, vt etiam si fundus ille census transeat ad Clericum, vel Ecclesiam, Clericus, & Ecclesia teneantur censum soluere, Gabr. *cons. 47. num. 7. lib. 1.* Giurb. *d. decis. 55. num. 7.* Gratian. *discept. forens. tom. 1. cap. 141. num. 4.*

Vtique † eo casu possessor dicti fundi censuati te- 4
netur ad annui census desuper impositi solutionem. Castr. *d. cons. 334.* Cranet. *d. cons. 217. numer. 6.* Gabr. *d. cons. 47. num. 12. lib. 1.* Bon. *d. art. 58. sub num. 89.* Cæsar. Barz. *decis. Bononien. 109. num. 7. & plerique ex iis, quos proximè citauimus. Quibus addi potest* Ludouic. de Auend. *de censib. Hispan. cap. 96. num. 7. vers. ex quo dominus.* [*quod* Rot. *in Rom. census 7. Februarij* 1618. *coram* R. P. D. Pirouano *quæ est decis. 517. num. 3.* ampliat, etiam quod sit possessor mediatus, & fundus transierit per mille manus vbi multos allegat, *& nos inter alios.*]

Qui † in tantum tenetur vt conueniri possit etiam 5
non facta excussione principalis debitoris, & venditoris census. Afflict. *decis. 95.* Surd. *d. cons. 162. num. 12. post quos* Gratian. *d. cap. 141. num. 5.* Ioan. Bapt. Lup. *ad leg. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comment. 2. §. 2. num. 67.* [*comprobat* Giurb. *aliorum auctoritate d. dec. 55. num. 7. ad fin.*]

Nec dicitar † quod dicendum videatur huiusmo- 6
di possessorem esse obligatum dumtaxat soluere ex fructibus natis, vel ad summum satis tempore impositionis census, vel tempore quo fundus ille ad manus huius tertij possessoris transiuit, *argum. tex. in l. Paulus, §. si mancipia, ff. de pignor. per quem tex. glos. in l. potior, §. si de futura, ff. qui pot. in pignor. habeant,* dicit ita † demum fructus futuros venire in obligatione siue tacita, siue expressa si tempore obligationis essent nati vel saltem sati penes debitorem, quam refert, & sequitur Negus. *in suo tract. de pignor. & hypot. par. 2. membr. 3. numer. 45. vers. Item dummodo.* 7
Quoniam si rem † diligentius consideremus facilis 8
apparet diuersitatis ratio existens in casu nostro à casu, qui deciditur *in d. §. qui mancipia*, ibi enim I. C. loquitur quando fructus futuri non fuerunt obligati principaliter, & de per se, sed accessoriè ad aliam obligationem principalem pro maiori securitate, & cautela creditoris siue sit tacita, siue expressa dictorum fructuum obligatio. In casu autem nostro census ipse, qui constituitur, & venditur est in obligatione non accessoriè, & propter aliud: sed propter se, & principaliter, qui licet collocetur super fundo, constituitur tamen soluendus principaliter ratione fructuum illius, etenim quamuis in contractu census non vendantur fructus fundi, obligatio tamen soluendi annuam responsionem respicit principaliter illius

illius fructus, vt aliàs diximus & ideò nil mirum, si veniunt in obligatione non solum fructus, qui erant nati, vel adminus sati tempore impositionis census, vel translationis fundi censuati in aliam personam, sed ij etiam qui aduenientibus temporibus nascentur durante censu, & sic onus istud inhærens fundo ratione fructuum trãsit ad quemlibet dicti fundi etiam
9 singularissimo titulo possessorem, † cùm regulare sit, vt res cum sua causa, & suo onere transeat *cap. ex literis, ext. de pignor. cum vulg.* Qui † propterea tenebitur
10 ad solutionem non solum annuorum censuum in futurum post ademptam per ipsum dicti fundi censiti possessionem maturandorum, & decurrendorum, verùm etiam eorum, qui cucurrerant, & erant maturati antequam dicta res censui supposita ad eius manus peruenisset, & nondum soluti fuerant, vt in puncto dicunt. Follet. *in d. verbo, huiusmodi, num. 97.* Crauet. *d. consil. 217. num. 6.* Boninsign *d. artic. 58. sub num. 89.* Surd. *d. consil. 161. num. 11. in fine,* Steph. Gratian *d. c. 141. num. 5.* Honded. *d. consil. 17. num. 11. lib. 2.* Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censibus, tomo 1. lib. 3. cap. 6. num. 3.* [Giurb. *d. dec. 55. num. 7. in fin. plenè* Rutilius Paitellius *expedit. causar. ciuil. 47. num. 2. & infra, & ibi* D. Ludouic. *eius filius in annotat. num. 4. qui plures conclusiones per nos in hoc nostro tractatu firmatas refert, & sequitur.*]
11 Cum hac tamen distinctione, quòd † cum iste possessor possit conueniri pro solutione dicti annui census, tam actione personali in rem scripta, quàm actione hypothecaria, vel remedio vtilis *Salu. Interd. vt dicemus infra latè hoc eodem c. 2. qu. 5. art. 8. seu qu. 97. num. 9.*
12 si iste † possessor cõueniendus erit pro fructibus census decursis, & maturis durante eius possessione, erit intentanda actio personalis in rem scripta. Gabr. *d. consil. 47. num. 14. lib. 1. & nos dicemus dicto art.* 8. Si verò
13 † contra ipsum erit agendum pro fructibus decursis, & maturis antequam ipse nanciscereturr possessionem bonorum subiugatorum, & tunc agendum erit actione hypothecaria vel remedio vtilis Salu. *interd.* Gabr. *d. consil. 47. n. 18. & nos dicemus, d. q. 5. art. 9. nunc. q.* 98.

*[Et hinc licet fundus censitus transeat in tertium possessorem affectus onere census, debitum tamen censuale, non efficitur proprium illius, cum illud à principio non contraxerit, nec postea in se accollauerit, sed remanet debitum impositoris census, qui ex ipso contractu impositoris tenetur ad solutionem fructuum illius, *vt diximus infra hoc eodem cap. 2. qu. 5. art. 7. num. 10. seu q. 96. & firmauit* Rota *in Romana Saluiani 20. Nouembris 1630. coram* R. P. D. Merlino *quæ est post tract. dec. 532. nu. 27. & faciunt dicta per nos ad hanc qu. 3. art. 1.*]

Quod † autem diximus singularem possessorem posse conueniri pro solutione annui census constituti super re à se possessa procedit etiam in eo qui possidet tanquam emphyteuta, qui habuit titulum à venditore census, si credimus. Gabr. *d. consil. 47. n. 6. & seq. quem sequitur* Boccac. *d. tract. de censib. par. 2. num. 1.*

SVMMARIA.

1 *Censum impositum super fundo, quod teneatur soluere legatarius vsusfructus dicti fundi, non hæres proprietarius volunt aliqui.*
Contraria sententia est verior, num. 3.
2 *Vsusfructuarius tenetur recognoscere omnia onera realia.*
Intellige de oneribus, quæ debentur ratione fructuum, num. 12.
Intellige secundò, de oneribus, quæ inhærent rei vti qualitates intrinsecæ, & sunt perpetua, num. 13.
Intellige de oneribus, quæ inducuntur à lege, vel superioribus, ibid.
4 *Hæres tenetur liberare rem legatam ab obligationibus contractis à defuncto.*
5 *Bart. in l. si domus, la seconda, §. de euictione,* num. 4. & 5. *ff. de legat. 1. declaratur.*
6 *Si legatario euincatur res hypotecaria, hæres tenetur actione ex testamento, quasi res euicta fuerit eius culpa.*
7 *Personalis actio oriens ex contractu potius attenditur, quam realis.*
8 *Maximè in contractu annuæ præstationis.*
9 *Vsufructuarius possidens rem supposicam, potest conueniri à domino census.*
Potest tamen repetere ab hærede proprietario quidquid soluit, num. 11.
10 *Dominus census potest agere contra legatarium vsusfructus possidentem fundum suppositum vel contra hæredem arbitrio suo.*
14 *Hæres representat personam defuncti.*
15 *Legatarius vsusfructus fundi suppositi teneretur ad solutionem census, quando fundus fuit legatus cum omnibus suis pertinentiis, & iuribus.*
16 *Census solui debet ab hærede, non ab eo, cui fuit legatus fundus censitus contra Gratianum.*
17 *Maximè quando fundus fuit legatus coniunctæ personæ, vel ad piam causam.*
18 *Census impositus super fundo donato non à donatario, sed ab hærede donantis solui debet.*
19 *Maximè si donatio sit facta Ecclesiæ, vel ad piũ opus.*
20 *Hæres tenetur liberare rem legatam ab omnibus obligationibus, & hypothecis.*
21 *Census onus transit in quemcumque rei censuatæ possessorem.*
22 *Ampl. vt sit in electione censuarij an agat personali contra hæredem impositoris vel hypothecaria contra possessorem fundi.*
23 *Liberare rem legatam ab onere hypothecæ tenetur hæres si testator scinit.*
Si ignorauit idem hæres quando legatum remaneret inutile, alias legatarius.
24 *Censum non redimibilem extinguere tenetur hæres non legatarius fundi censuati quando testator sciebat illius onus.*
25 *Euictio non debetur in legato speciei.*
26 *Donatum, seu legatum, censetur solum ius quod donans, vel legans habet.*
27 *Argumentum valet à legato ad donationem, & donatio largius interpretatur quam legatum.*
28 *Interpretatio quæ sumitur in legato, in donatione admittenda est.*
29 *Liberare rem donatam ab hypotheca quam donans sciebat tenetur illius hæres.*
30 *Hæres tenetur redimere, vel liberare rem alienam, vel hypothecatam legatam ad pias causas.*
31 *Infertur teneri illam à censu liberare.*
32 Ampl. *idem esse in hærede donatoris.*
33 *Liberare rem legatam ab hypotheca, quam testator sciuit, hæres tenetur, etiam quod agatur de modica summa respectiuè ad rem donatam nisi de contraria testatoris voluntate constet. Si testator nescinit; distinguitur an aliquid soluto ære rem ineat legatario vel ne.*
34 *Hypothecaria semper in totum res auocari potest.*
35 Ampl. *etiam si plures res sint hypothecatæ.*
36 Ampl. *etiamsi hypotheca sit pro modica summa.*
37 *Seruitus super re est ius, ex quo non potest res auocari in totum.*
38 *Cessio omnium iurium posita in instrumento donationis intelligitur de iuribus actiuè non passiuè.*
39 *Et apponitur in augmentum.*
40 *Exceptio declarat regulam in quibus terminis loquatur.*
41 *Onus siue intrinsecum, & perpetuum, siue extrinsecum*

à quo poteſt res liberari tranſit in rei poſſeſſorem.

42 *Hæres tenetur indiſtinctè liberare rem legatam ab onere extrinſeco quod poteſt ſolutione tolli, & ſciebat teſtator, quicquid diſtinguatur in intrinſeco, & perpetuo, & ſic à cenſu redimibili.*

43 *Cenſus impoſitor, eſt verus illius debitor.*

44 *Obligatio perſonalis in cenſu principalis eſt.*

45 *Interpretatio ſit vt aſſignatio in pias cauſas, vel dotis ſit maioris quantitatis.*

46 *Hæredem teneri liberare non legatarium, vel donatarium coniectura eſt, ſi teſtator, vel donans mandauit integros fructus, vel penſiones rei legatæ, vel donatæ erogari in vſum expreſſum & non in alium.*

47 *Et admittitur in hac quæſtione an hæres vel legatarius ſeu donatarius teneatur argumentum ex neceſſario antecedenti.*

48 *Et coniectura etiam eſt ſi teſtator, vel donans obligauit legatarium, vel donatarium ad certa onera.*

49 *Donatarium non eſſe grauatum aliquo onere, oſtendit ſi fuerunt expreſſa alia onera quibus fuit grauatus.*

50 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis vbi in donatione.*

51 *Coniectura eſt quando fuit prohibita quauis alienatio rei legatæ, vel donatæ.*

52 *Et ſi donans, vel legans cenſum poſtea diſdixerit reproducendo diſdictam.*

53 *Voluntas declaretur non minus facto quam verbis.*

54 *Et etiam ex actu nullo.*

55 *Et ex actu imperfecto.*

56 *Diſdicens cenſum poteſt intra annum cogi ad pretij reſtitutionem.*

57 *Res inter alios acta non præiudicat vbi in reductione cenſus.*

58 *Legatarius tenetur redimere cenſum perpetuum rei intrinſecè inhærentem, ſeu reſeruatiuum, non cenſum pecuniarium redimibilem quem teſtator ſciebat.*

59 *Et reſpondetur tex. & Doct. qui videntur contrarij.*

60 *Cenſus redimibilis vicem ſubit ſolius hypothecæ,* num. 61.

62 *Nec pro eo competit confeſſoria.*

63 *Hæres ſcientis onus tenetur luere quando præſtatio non debetur ex fructibus, ſed propter fructus.*

64 *Cenſuarius habet ius realiter diſtinctum à re.*

65 *Et nullam habet partem ſuper fructibus.*

66 *Et nullum ei venditur ius ex prædio, ſed ius penſionis pecuniariæ.*]

Cenſum, an ſoluere teneatur vſufructuarius, cui legatus fuit fundus ſuppoſitus illum dicto nomine poſſidens, an hæres proprietarius.

QVÆSTIO LXXIX.

aliàs part.2. cap.2. qu. 3. art. 7.

FVit aliquando dubitatum, an vſufructuarius cui fundus oneri cenſus ſuppoſitus fuit ab imponente non ratione dominij, & proprietatis, ſed iure vſusfructus legatus, cogi poſſit tanquam poſſeſſor fundi ad ſoluendum annuos cenſus, an potius onus iſtud ſpectet ad hæredem proprietarium, ita vt poſſit ab vſufructuario compelli ad liberandum fundum legatum ab illo onere, & reſtituendum ſibi ſi quid coactus à Iudice pro annuo cenſu ſoluit.

1 In hac † dubitatione onus iſtud ſoluendi cenſum ſpectare ad vſufructuarium ſenſerunt. Vinc. Caroc. *in ſuo tract. de locato, & conducto, in til. de vſufructu. q. 16. num. 12.* Gabr. *conſil. 47. numer. 6. lib. 11.* Achil. Pedroc. *conſil. 2. num. 42. & ſeqq. & num. 73. & ſeqq.* Caſtill. *in ſuo tract. de vſufruct. cap. 57. num. 14.* Quam opinionem *fuit etiam amplexus.* Ludouic. Velazquez, *de Auend. in ſuo tract. de cenſibus, Hiſpan. cap. 99. num. 10.* ea ratione, quia † ipſe tenetur recognoſcere omnia onera, quæ debentur à re, vel occaſione rei, *l. hactenus, 8. & ibi gloſſ. in verbo, ab eo, l. ſi pendentes, 3 4. §. ſi quid cloacarij. ff. de vſufr. l. quæro, 28. & ibi* Bartol. *ff. de vſufr. legat.* onus autem cenſus eſſe reale fuit *ſupra* ſæpius demonſtratum, & ſignanter, *part. 1. cap. 2. queſt. 3. art. 1. ſeu queſt. 40.* meritò ad ipſum vſufructuarium non ad hæredem proprietarium onus iſtud ſpectare debet. [Steph. Gratian. *diſcept. for. 611. num. 5. & 6.*] Ab hac tamen † ſententia ex profeſſo receſſerunt. Menoch. *conſil. 997. lib. 10.* Felician. de Solis, *in ſuis Commentar. de cenſibus, tomo 2. lib. primo, cap. 1. numer. 6. verſic. & apud me non habet multum, & lib. 3. cap. vlt. n. 4. quem ſimpliciter ſequitur.* Ludou. Velazquez. Auend. *ſibi contrarius, d. tract. cap. 59. numer. 10* Ioan. Bapt. Coſta *de ratione, ſeu conſideratione rati, queſt. 72. & non obſcurè.* Gaſp. Roderic. *in ſuo tract. de ann. reddit. lib. 2. q. 1. ſub num. 6. verſ. adde tertium caſum*, cum quibus Ego quoque tranſeundum exiſtimo. [Quod placuit etiam Rotæ *in illa Romana cenſus, 7. Februar. 1628. coram* R. P. D. Pirouano, *quæ eſt dec. 517. num. 4.* cum infraſcriptis tamen reſtrictionibus. Prima quando onus abſorberet maiorem partem fructuum. *vt ibi numer. 10.* quæ tamen diſtinctio videtur reddi dubia in his terminis, & videtur tantum procedere in onere intrinſeco, non autem in ſimplici hypotheca ex qua res in totum auocatur *per ea, quæ diximus hoc eod. art. 7. & quæ dicuntur in allegationibus* D. Ranuccij *impreſſis ſupra hac eod. queſt. 3. art. 3. ſeu queſt. 75.* ſecunda autem reſtrictio eſt, quando res legatur ſimpliciter, ſecus quando legatur cum omnibus iuribus, & pertinentiis ſuis, *vt ibi numer. 11.* Quod nos etiam dixeramus *d. art. 7. num. 15.*

Et cum hac opinione citato me videtur tranſire Rota *coram* R. P. D. Dunozetto *in Romana vſusfructus 22. Aprilis 1614. quæ eſt poſt tract. dec. 474. num. 1.* illa tamen multo magis procederet ex coniecturata mente teſtatoris, puta quando alias legatum vſusfructus remaneret inutile, quo caſu ſiue dubio onus impoſitum ſuper re legata ſpectaret ad hæredem non ad legatarium, *vt multorum auctoritate concludit ibi* Rota *num. 2.*

Primò, † quia cùm vſufructuarius poſſideat iure legati, hæres tenetur rem legatam luere, & ab obligationibus per defunctum contractis illam liberare, *l. ſi res obligata. ff. de leg. 1. l. prædia, C. de fideicom.* Quarum legum diſpoſitio non videtur, quod euitetur ex reſponſione, quam conſiderauit. Pedroc. *d. conſ. 2. n. 160.* videlicet, quod non habeat locum niſi quando res legata in totum euincitur; ſecùs autem ſi euincatur pro parte, quod dicit fuiſſe de mente. Bart. *in l. ſi domus, la ſecunda, §. de euictione, num. 4. verſ. & hoc eſt verum, ff. de leg. 1. cum quo tranſire communiter alios affirmat,* Iaſ. *in l. ſerui electione, §. finali, n. 2. & in d. leg. ſi res obligata, n. 5. ff. de legat. 1.* 2 3 4

Quoniam † hæc communis *Bartol.* & aliorum theorica non repugnat caſui noſtro: nam non negat *Bart.* quin res poſſit euinci, vel iure directi dominij, vel iure hypothecæ; licet autem à legatario vſusfructus rei cenſui ſuppoſitæ non poſſit tota res ſubiugata euinci ratione dominij, cum pro minori quantitate ſit obligata, vt dicit Pedroc. *d. num. 160.* certum tamen eſt, quod per hypothecariam, quam competere domino cenſus, dicit Pedroc. *d. conſil. 2. num. 80.* & nos dicemus *infra hoc 2. cap. queſt. 5. art. 9. nunc queſt. 98.* poteſt à legatario tota res euinci pro paruo debito, vt conſiderat Iaſ. *in d. §. de euictione, numer. 17.* & tunc ſubintrat 5

theorica eiusdem Bart. *in d. l. si res obligata, num. 3.* vi-
6 delicet, quod † quando legatario euincitur res legata per hypothecariam hæres tenetur actione ex testamento, quasi res sit euicta propter culpam suam, qui debitum suum non soluit, prout de iure tenebatur.

Secundò moueor, quia licet in contractu censûs adsit non solùm obligatio personalis, sed etiam realis, attamen † semper potius attenditur obligatio perso-
7 nalis resultans ex cõtractu, quam realis, vt dicit Franc. Viui. *decis. 333. numer. 2. lib. 1. per tex. in l. 1. §. si hæres percepto fundo, ff. ad Trebell.* per quam rationem ipse quoque cum hac posteriori sententia pertransiuit, asserens rationem præfatam attendendam esse † præci-
8 puè in venditione annuæ præstationis ex fructibus, *per tex. in l. finali, §. Lucius, ff. de contrab. empt.* Vnde considerata actione personali illa non sequitur rem, sed personam, & sic hæreditariam portionem, quare redditus ipse annuus præstandus erit ab hærede ratione personalis actionis, quæ in ipsum descendit; non
9 autem ab vsufructuario, qui † licet tanquam possessor fundi censui obnoxij possit à domino, & creditore censûs conueniri, vt pluribus comprobat. Pedroc.
10 *d. cons. 2. num. 83.* cum † habeat electionem, an agat actione personali contra hæredem, an hypothecaria, vel remed. vtilis *Salu. Interd.* contra possessorem fundi censuati, *vt dicemus infra d. q. 98. aliàs hoc. 2. cap. q. 5. art. 9. n. 41.* & dicit Costa *d. q. 72. n. 9. & sentit* Viu.
11 *d. dec. 333. sub num. 2.* poterit † tamen vsufructuarius possidens iure legati, quidquid soluerit occasione dicti censûs repetere ab hærede, vt dicit Felician. *d. vers. & apud me non habet multum.*

12 Nec obstat † regula, *d. l. hactenus*, cum aliis supra in contrarium allegatis. Quoniam respondetur primò, quod illa procedit respectu onerum, quæ debentur ratione fructuum, vt colligitur, *ex l. neque stipendium, ff. de impens. reb. dotal. fact. & ex* Pinel. *ad leg. 1. part. 2. num. 72. vers. distinctio autem, C. de bon. matern. & voluit* Rota *coram* Seraph. *decis. 514. num. 2. part. 1.* Sed census annuus, & annua præstatio licet imponatur super re fructifera, & quæ habita ratione ad fructus illius sit capax dicti oneris, vt dictum fuit, *supra part. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. nunc q. 35.* non tamen debetur ex fructibus, cùm non vendantur fructus, sed ius percipiendi annuam pensionem occasione fructuum, vt sæpius fuit dictum.

13 Secundò † respondetur, quod regula præfata procedit respectu onerum, quæ imminent rei, & illi inhærent, tanquam qualitates intrinsecæ & sunt perpetua ex dispositione legis, vel indictione superiorum; secus autem respectu eorum quæ non imminent rei, sed personæ, eo quia obligauit se ex contractu propter rem & imponuntur ex conuentione partium, & inhærent rei tanquam qualitates extrinsecæ, & possunt facili negotio ab hærede remoueri, qualis est impositio census: ista enim non sequuntur rem, neque pertinent ad vsufructuarium, sed ad hæredem: licet enim debeantur propter rem, quia tamen debentur à persona,
14 debet hæres teneri † qui representat personam obligati. Auth. *de ingreditur. à mortem. præstit.* quæ repræsentatio non fit ab vsufructuario, & ita distinguit. Alber. *in l. qui concubinam, §. qui hortos, ff. de leg. 3. sequitur*, Rim. iun. *cons. 172. num. 22. & seqq. lib. 2. & bene animad-uertit* Costad. *quæst. 71. num. 3. vers. non obstat, & infra, & ita hîc tacitè respondet* Felician. *in puncto, d. num. 6. qui allegat* Anton. Gomez. *variar. resolut. tomo 1. cap. 11. ante num. 4. & d. cap. vlt. num. 4. quo loci allegat* Pinel. *d. part. 1. n. 70. vers. limitatur quinto.*

Ex quibus etiam, & ex iis quæ dicit Costa *d. q. 72.* remanent tacitè sublata ea, quæ longo apparatu pro contraria parte congerit Pedroc. *d. cons. 2.*

15 Quius tamen † opinio tunc posset absque difficultate recipi, quando testator legasset alicui rem cum omnibus suis pertinentiis, & iuribus, & iurisdictionibus, vt ex Burs. *cons. 5. numer. 6. & 7. libr. 1. dicit ibi* Pedroc. *num. 42. & 159.* & Felician. *d. c. 1. num. 6. vers. cessaret autem.*

[Sed dubitari potest an onus soluendi censum pertineat ad hæredem imponentis illum, ab verò ad eum, cui legatus fuit fundus censui suppositus. † Et licet 16
Gratian. *d. cap. 611. num. 2.* fuerit in sententia, quod spectet ad vsufructuarium per regulam *l. hactenus ff. de vsufr. cum concordantib.* In quibus habetur, quod vsufructuarius tenetur recognoscere omnia onera quæ debentur à re, vel occasione rei, quale esse onus census sæpius demonstratum fuit. Contrariam tamen sententiam veriorem esse existimo, ex fundamentis deductis in tract. *hoc eod. artic. num. 4. & 7. & dicemus mox in hac addit.* Nec obstat ratio qua mouetur *Gratian.* quia bene tollitur ex iis, quæ ibi diximus *n. 2. cum duobus seqq.* quæ non repeto.

Et † hæc opinio absque difficultate recipienda est 17
quando fundus ille censitus fuit legatus vel cõiunctæ personæ, vel ob piam causam, puta pro Missis dicendis pro anima ipsius testatoris, vel pro aliqua quapiam pia causa, tunc enim coniectura sumenda est, quod testator voluerit fundum liberum legare Ecclesiæ, & coniunctæ personæ, ita vt onus census super illo impositi spectet ad hæredem, † qui tunc tenebitur fun- 18
dum illum à dicto onere liberare, vt in his terminis concludit Gratian. *d. c. 611. n. 7. & seqq. & repetit tom. 5. c. 955. n. 32. ad fin. vers. maximè, & infra.*

Et idem in donatione fundi censiti, quod onus soluendi censum spectet non ad donatarium, sed ad hæredem quando fuit facta donatio † Ecclesiæ vel ad 19
pium opus latè concludit Gratian. *d. cap. 955. à n. 23. & infra, & signanter num. 29. & seqq. Et hanc conclusionem in puncto firmauit* Corn. *cons. 42. n. 4. 5. lib. 3.* Ruin. *cons. 84. num. 4. lib. 1.* Gozad. *cons. 60. num. 18. 19. & 21. vers. non obstat* Cancer. *var. resol. tom. 1. cap. 8. de donat. num. 71. & seqq.* Cardin. Tusc. *in vers. euictio concl. 366. num. 10.* Hæres † enim tenetur rem legatam liberare 20
ab omnibus obligationibus, & hypothecis. Gomez. *var. resolut. tomo 1. c. 12. de legat. num. 39. in princ. & ante fin. vers. notabiliter respondeo, quem refert* Gratian. *d. cap. 955. num. 25. Et licet* Rota *coram* R. P. D. Pirouano *in illa Romana census 7. Februarij, 1628. quæ est dec. 517. num. 12. vers. quia regula, & infra* videatur contrarium firmasse cum tamen eadem causa fuisset in eadẽ Rota repropositа *die 13. Nouembris, 1629. coram R. P. D. Pirouano*, nihil fuit resolutum, sed dictũ dilata, & omnes domini videant. Quod significat vt omnes Domini Auditores debeant reddere votũ, nam regulariter non solent votare nisi quatuor ex eis. Et licet postea dicta causa ter fuerit repropositа votantibus omnibus, nunquam tamen fuit capta resolutio, sed semper dilata vt apparet *ex decisione facta in eadem causa coram eodem 1. Martij 1630. quæ est decis. 522. num....* Discrepantiam autem dominorum existimo fuisse potius circa articulum, an onus luendi censum spectet ad hæredem vel ad legatarium, quam quod constituatur differentia inter legatarium, & donatarium vt colligitur ex eo quod in dicta causa Romana vsusfructus coram R. P. D. Pirouano, quædicet fuerit pluries repropositа, Rota tamen noluit hunc articulum terminare, vt apparet ex *decis. in d. Romana vsusfructus 1. Martij, 1630. quæ est dec. 522. num. 1.*

Ad demonstrandum autem quod esset recedendum à dicta resolutione facta coram D. Pirouano d. die 7. Februarij, & quod onus luendi censum non ad donatarium, sed ad hæredem donantis spectet Excellentissimus Dominus Paulus Ranuccius in Romana Curia Aduocatus eximius, & dictæ causæ pro donatario Patronus egregie illius partes infrascriptis rationibus, & fundamentis tuebatur.

Reuer.

Reuer. Pater Decisio agnoscit vim non esse pro terminatione puncti controuersi, an census ita rem
21 censitam afficiat, vt eius onus transeat † in quemcun-
22 que illius possessorem nam licet hoc sit † & propterea censuarius habeat electionem an agat personali cõtra hæredem impositoris, vel hypothecaria contra
23 possessorẽ fundi, † tamen dum non agitur cum censuario, sed inter hæredem impositoris, & legatarium fundi, an hæres teneatur fundum à censu liberare, intrat, vt hæres teneatur, dispositio tex. *in l. si res obligata 60. ff. de legat. primò* vbi deciditur quando testator scit rem legatam esse hypothecatam debere indistinctè hæredem eam luere, quando verò ignorat distinguitur an res legata remaneat vel ne inutilis, *& concordant tex. relati per* Ceuall. *pract. q. cap. 747. in princ.* Gomez.
24 *tomo 1. var. cap. 12. num. 39. & infra citandi* † & in terminis hæredem scientis teneri liberare fundum legatum à censu redimibili non legatarium fundi tenuerunt Moder. Parisien. & Aluarad. *quos refert, & sequitur* Roderic. *de ann. reddit. l. 2. quæst. 1. num. 6.* qui dicit Senatum quoque Parisiensi ita iudicasse Felician. *de censib. in append. ad l. 1. cap. 1. n. 6. vers. vnde nunc & vers. seq. latè comprobans, & pro eadem opinione referens* Io. Garz. Viuius *dec. 333. lib. 2.* Menoch. *consil. 997. à n. 10. ad num. 28. & cons. 1009. per tot.* D. Cenc. *de censib. q. 79. aliàs part. 2. c. 2. q. 3. art. 7.* Costa *de portion. rat. quæst. 72. & cons. 9. per tot.* Ceuall. *d. quæst. 747. num. 23. cum pluribus seqq.* Gratian. *discept. 955. à num. 23. ad num. 53. & relatis* Menoch. *& Cenc. inclinauit* Rota licet ex coniecturis controuersiam diremerit *in Romana vsufructus 22. Aprilis 1614. coram* bon. me. Archiepiscopo Dunozet. *& in eadem 30. Aprilis, 1624. coram* R. P. D. Ponente.

Sed agnita huius conclusionis veritate dupliciter respondet decisio primò non inferri de legato ad donationem propter manifestam rationem diuersitatis, quia pro legato competit euictio non pro donatione, secundò nec in terminis legati dictam conclusionem procedere quando agitur de modica summa, respectu fructuum rei legatæ, & quando res non fuit simpliciter legata, sed cum omnibus suis iuribus qua tunc transeunt iura tam actiua, quam passiua.

25 Prima responsio tollitur. † Quia nec in legato speciei debetur euictio, ex quo talis, qualis est legata censetur, *l. si à substituto 47. §. 1. in fin. ff. de leg. 1. vbi hoc notant* Bart. *&* Florian. *in summa* Bald. *in summo & num. 2.* Imol. *in summo, & num. 2. vers. item nota glos. fin. in fin. in l. 2. C. de euict. vbi* Odofred. *ad fi. vers. item quid dicemus* Salic. *num. 5.* Caballin. *de euict. §. 4. n. 16.* Craff. *§. legatum quæst. 72 num. 1. & 2.* Vasqu. *in l. scimus num. 4. C. de inoff. testam.* vbi quod sicuti in donatione regulariter non venit euictio ita nec in tali voluntario legato, quod habet vim donationis; Si ergo donatio, & legatum speciei in hoc procedunt à pari, cùm in
26 neutro debeatur euictio † prout à pari procedunt in hoc quod donatū, & legatum videtur solum ius quod donans vel legans habet Bald. *in rubr. C. de contr. empt. quæst. 6. in fin. num. 11.* Roman. *in l. vsufruct. num. 19. ff. solut. matr.* Iacob. Cancer. *tom. 1. var. cap. 8. de donation. num. 71. & 72.* sicuti hæres, qui non tenetur de euictione speciei legatæ tenetur eam liberare ab hypotheca, & censu redimibili à testatore impositò, vt supra ita
27 pariter ab illo tenetur liberare rem donatam, † cùm valeat argumentum à legato ad donationem quæ largius interpretatur Corn. *cons. 141. num. 17. lib. 2.* Becc. *cons. 162. num. 16.* Seraphin. *decis. 559. n. 11.* vbi ex hoc
28 interpretationem † quæ sumitur in legato fortius in
29 donatione dicit admittendam, † Et in terminis hæredem donantis teneri liberare rem donatam ab hypotheca, quam donans sciebat, vt tenetur hæres legantis *iux. d. l. si rem obligatam firmant.* Corn. *cons. 42. n. 4. & 5. lib. 3.* Ruin. *consil. 184. in princ. præsertim num. 4. lib. 1.* Gozadin. *cons. 60. num. 18. 19. & 21. vers. non obstat* Cardinal. Tusch. *vers. euictio concl. 366. num. 10.* Cancer. *vbi supra, & his non relatis* Gratian. *discept. 955. ex num. 23.*

Idque magis cum versemur in donatione ad pias causas, † nam sicut hæres legata ad piam causam realiena vel hypothecata tenetur redimere, vel liberare, † *vt* 30 31
de communi Tiraqu. Capra Menoch. *&* Mantic. *quos* Gratian. *d. discept. 955. à num. 32. in fin. ad num. 38. & à num. 35. ad numer. 53.* & in liberatione à censu *idem* Gratian. *in ead. cit. discept. 611. à n. 6. vers. quamuis vsque ad fin.* † ita idem est dicendum in donatione, *vt idem* 32
Gratian. *deducit, & firmant in puncto* Corn. *d. cons. 141. num. 16. & 17. lib. 2.* Gozadin. *d. cons. 60. sub n. 21. vers. non obstant.*

Secunda etiam responsio cessat, † quod enim ágatur de modica summa respectiuè ad domos, non facit 33
quando sumus in hypotheca & testatore illam sciente, vt clarè conuincitur *ex d. l. si res obligata*, vbi si testator scit rem legatam obligatam ab hærede indistinctè luendam cauetur, nisi de contraria voluntate constet si nescit tunc distinguitur an aliquid soluto ære alieno remaneat legatario, vel ne, & sic cessat in primo casu (in quo nos versamur) hæc distinctio, *de qua etiam* Gomez. *de cap. 12 num. 39.* Ceuall. *d. q. 747. num. 1. & 3.* nec Bart. *in ex aduerso cit. l. si domus 74. §. 1. sub num. 3. ff. de leg. 1.* dissentit, sed fauet *cum vers. sed si illud ius*, in iure hypothecæ distinguendum esse dicat, *vt in d. l. si res obligata*; Et propterea Ias. relatus in decisione firmans, & infra repetens teneri hæredem rem legatam liberare, quando potest per hypothecariam in totum auocari facit pro hac parte, nam exprimit quod tacitè inest, † quia semper potest per hypothecariam 34
in totum res auocati etiam si sint plures † res hypo- 35
thecatæ Bartol. *in l. moschis ff. de iur. fisc.* Couar. *lib. 3. var. cap. 7. num. 7.* Gratian. *discept. 141. num. 3.* Pacific. *de salu. insp. 3. cap. 4. num. 286.* Cenc. de Censib. *par. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 8. num. 9. & 10.* Caball. *cons. 118. n. 12. & 13. lib. 2.* Pedroch. verò dicens hæredem teneri vbi res in totum euinci potest, malè applicat non posse euinci in totum, si census sit modicæ † summæ stante 36
hypotheca ex allegatis, vt eum reprobando aduertit D. Cenc. *d. q. 3. art. 7. num. 5. & 6. & prius* Felician. *loco supra cit. num. 6. cir. med. vers. verum hac limitatio.* Et patet ex distinctione quam faciunt Doct. *in d. l. si res obligata* inter ius ex quo res † non potest auocari in 37
totum quod exemplificant in seruitute, & ius hypothecæ ex quo dicunt posse rem auocari in totum, & volunt hoc secundo casu teneri hæredem scientis liberare Castr. *num. 8. cir. med. vers.* sed nunc oppono, dicens quod à seruitute non tenetur, quia non potest res auocari sed à pignore tenetur quia per hypothecariam potest res auferri, *& num. 9.* ibi si autem poterat auferri in totum, vt per hypothecariam Imol. *in fin. vers. sed certè* Alex. *num. 30. in fin.* Ias. *num. 5.* ibi & non possit ab eo auocari per hypothecariam, *& num. 6. & benè idem* Ias. *in l. si domus §. de euictione n. 27. ff. eod.*

Quod verò domus fuerint donatæ cum omnibus suis iuribus non subsistit in facto, ideóque non applicantur *Bursat. Pedroch. & Cenc.* sed per caput separatum legitur clausula ité simili titulo donationis cessit eidem Congregationi, & Collegio omnia iura, quæ valdè distat à dicta clausula cum omnibus suis iuribus accessoriè post expressionem rei donatæ posita, & intelligitur de iuribus actiuè, † non passiuè Bero. *cons. 41.* 38
n. 12. lib. 1. Menoch. *consil. 416. num. 16.* Rot. *decis. 560. num. 10. & seq. part. 1. recent.* & dicitur in augmentum † apposita. Costa *d. consil. 9. numer. 16. & 17.* 39
clariúsque patet ex immediatè adiecta exceptione nullo iure nisi dictarum domorum vsufructu sexennio reseruato, quæ benè † declarat in iuribus actiuis 40
regulam

regulam cessionis loqui Surd. *consil.* 445. *numer.* 26. & 27.

Non obstat dum decisio sub versiculo nec etiam, considerat regulam, quod bona transirent in possessorē cum suo onere non fundari in perpetuitate oneris, sed in inre rei cohærente. Quia verissimum est non fieri differentiam an onus sit intrinsecum, & perpetuum, vel extrinsecum, vt hypothecæ, à quo potest res liberari, ad effectum vt illud transeat in rei possessorem † sed in terminis quæstionis nostræ longè diuersæ (vt etiam decisio agnouit) an teneatur hæres liberare rem legatam ab onere, quod sciebat testator, bene fit distinctio an onus sit intrinsecum, & perpetuum, vel extrinsecum, quod hæres possit solutione tollere, vt isto secundo casu hæres † teneatur indistinctè luere, *vt benè per* Castr. *in d. l. si res obligata n.* 8. *circa med. vers. sed nunc oppono*, Gomez. *d. cap.* 15. *n.* 39. *in fin. vers.* sed nouiter, & subtiliter, & in terminis census redimibilis firmant omnes in principio relati, *& benè* Felic. *vbi supra num.* 6. *circa med. vers. libenter tamen* Menoch. *d. consil.* 1009. *n.* 8. Grat. *d. discept.* 955. *n.* 26. 27. 28. 42. & 4. D. Cenc. *d. art.* 7. *n.* 13. Costa *d. q.* 72. *n.* 3. *ad fin. cum seqq.* Ceual. *d. q.* 747. *à n.* 23. *vsque ad fin.*

Quæ clariora sunt ex coniecturis mentis donatoris. Vltra quod semper impositor census est † verus illius debitor ratione obligationis personalis ex contractu resultantis quæ † principalis, & sic ad eum, eiusque hæredes pertinet etiam ex hoc solutio, & redemptio, *vt post alios* Ceuall. *d. quæst.* 747. *p.* 33. Viuius *d. dec.* 333. *num.* 2. D. Cenc. *d. art.* 7. *n.* 7. Costa *d. consil.* 9. *numer.* 10. *vers. amplius & 12.* primo donatio facta ab ipso impositore census est in pias causas, & sic intrant supra allegata in vers. idque magis, † & interpretatio capitur, vt assignatio in pias causas, vel dotis sit maioris quantitatis Card. Alban. *consil.* 39. Raudens. *var. cap.* 1. *num.* 3.

† Secundò donans semper dixit de toto introitu seu integris pensionibus domorum, quas proinde mādauit exigi, & exactas statim deponi in Monte Pio faciendo annuatim de eis exitu modo specificato pro medietate in vnum, pro alia in aliud opus pium, & illas integrè erogari, addita vltra repetitionem specificatione, & non ad altri vū, ergo noluit pro aliqua parte erogari in vsum solutionis census, à quo proinde debent domus ab hærede liberari, quia non possent aliàs integræ pensiones in opera expressa, & non in alium vsum erogari, vt hoc argumento † ex necessario antecedenti vtuntur in terminis quæstionis, Gutier. *consil.* 18. *n.* 80. Ceuall. *vbi supra n.* 42. Costa *d. consil.* 9. *n.* 1. *post med. vers. in super* 14. & 15.

Tertiò † donans adiecit onera ad quæ voluit donatarios teneri ibi, con l'infrascritte conditioni, & ibi *con l'infrascritti pesi*, igitur dum hoc onus census non expressit, dicendum est noluisse donatarios esse illo grauatos, vt in donatione arguunt Alex. *consil.* 12. *numer.* 6. *versicul.* 5. *libr.* 2. Ruin. *consil.* 41. *numer.* 9. *versic.* 3. *istud lib.* 2. *& in terminis quæstionis* Gratian. *d. ex aduerso cit. discept.* 611. *num.* 25. Menoch. *d. consil.* 997. *sub num.* 24. *vers.* 6. *& seq.* 42. *vers.* 5. 43. & 44. Costa *d. consil.* 9. *num.* 3. *& seq. & num.* 8. *vers.* 3. & in donatario † quem donator obligauit ad certa onera non teneri ad censum super re donata à donante impositum, Ciriac. *contr.* 39. *num.* 7. *vers. tum denique, &* 8. † cumque à dispositione implicationis integrarum pensionum in vsum expressum, & non in alium excipiatur solum pro quanto importat reparatio, & conseruatio domorum magis conformatur enixa voluntas donantis in hac totali applicatione integrarum pensionum vt in terminis similis donationis, Becc. *consil.* 176. *numer.* 9. & 10.

Quartò † fuit vlterius adiecta specialis prohibitio de nunquam vendendo, cedendo, aut quomodolibet alienando domos, vel earum aliquam partem, sed quod deberent semper, & in perpetuum stare pro effectu in donatione specificato ergo dicitur prohibita alienatio etiam pro extinctione census, vt ponderat Gutierr. *d. consil.* 18. *numer.* 79. Ceuall. *d. quæst.* 747. *numer.* 31. *vers. maximè, & 32.*

Ex quibus cessat responsio decisionis supponentis semper esse satisfactum voluntatis donatoris, si pensiones omnes quæ supersunt soluto censu erogentur in vsus pios specificatos, cum imò fuisse dispositum de integris sine deductione ex verbis exceptione, prohibitione implicandi in alios vsus & prohibitione cuiuslibet cessionis, vel alienationis etiam pro parte manifestè concludatur.

Quintò † donans per triennium post donationem dissidit censum, & dissidiam reproduxit, ergo declarauit redemptionem census ad se eiusque hæredes non ad donatarios spectare cum non minus facto † quam verbis declaretur voluntas, *l. Paulus ff. rem rat. hab.* Rot. *dec.* 59. *num.* 4. *& dec.* 700. *num.* 15. *part.* 2. rec. & etiam ex † actu nullo *l. fin. ff. de reb. eorum.* Rot. *in rec. decis.* 281. *num.* 7. 369. *n.* 2. *&* 722. *n.* 6. *part.* 1. *&* dec. 69. *n.* 2. *part.* 2. & † imperfecto, Abb. Rom. & Dec. *quos* Rot. *coram* Gregor. *decis.* 247. *n.* 9. Zanch *ad* §. *cum ita part.* 3. *num.* 54.

Ideò licet non fuerit sors restituta, sed census reductus, † cum reductio facta fuerit intra annum intra quem ex Bulla §. *cum verò* poterat dissidens cogi ad pretij restitutionem, sequitur ex allegatis semper firmum remanere actum dissidiæ reproductæ obligantem donatorem dissidentem ad restitutionem pretij, † & voluntariam reductionem postea factam non posse donatariis præiudicare *tot. tit. res int. al. act.*

Non † obstat quod teneri legatarium censum redimere tradant Florian. *in l. si pendentes* §. *si quid cloacarij n.* 12. *ff. de vsufr. faber. in* §. *sed, & si rem in primo instit. de legat.* Pract. Papien. *in form. lib. pro legat. vel sing. n.* 20. Madæus. *in rubr. ff. de pignor. num.* 3. Padili. *in l. prædia n.* 11. *C. de fideic.* Gutier. *consil.* 18. *n.* 77. Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 27. *n.* 8. Auendan. *de cens. b.* 99. *num.* 10. Quia isti loquuntur † in facto redditu, vel censu perpetuo rei intrinsecè inhærente, seu reseruatiuo qui perpetua seruitus dicitur, *vt Flor. Fab. Papien. & Molin.* & ita intelligendi sunt etiam alij, vt patet ex ratione qua mouentur, quod sit seruitus rei inhærens: Sed in censu pecuniario redimibili iuxta formam Bullæ secus est dicendum, quia propterea subit † vicem hypothecæ quam potest hæres tollere, vt benè inter hos census distinguunt relati supra versiculo *non obstat, & præcipuè* Felician. *cit. n.* 6. *vers. tum præterea, & vers. seq. & vltra eos bene declarat* Aret. *d.* §. *sed, & si rem n.* 1. *vers. & prædicta procedunt instit. de leg.* Quæ distinctio confirmatur quia in oneribus intrinsecis perpetuæ peremptionis puræ stipendij, tributi solarij, cloacarij aquæ ductus loquuntur *tex. exadu. cit. in l. hactenus (qui etiam loquitur in expresse relicto à legatario) & in l. si pendentes* §. *si quid ff. de vsufr. in l. Africanus* 40. *ff. de leg.* 1. *& in l. neque stipendium ff. de impen. in reb. dotal. In hypotheca verò tex. in d. l. si res obligata, & concordantes*, census autem redimibilis non est onus intrinsecum nec seruitus, sed potius quædam specialis hypotheca super fundo censito, & annua præstatio actione etiam, & principaliter personali debita vt plenè subito vicem solius hypotecæ † *firmat* Felician. *d. tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 1. *num.* 5. *vbi post* Milanens. *dec.* 6. *n.* 46. *dicit* non competere † pro tali censu confessoriam, *& num.* 6. de magis communi testatur præcipuè *vers. ad praxim verò, & cap.* 4. *n.* 1. *ad med. vers. præterea* vbi aliis congestis subdit iam pro certo constitui posse hanc esse magis cōmunem ideoque authores hoc firmantes cumulasse, vt dignosceretur quæ opinio esset in praxi amplectenda Roder. *d. lib.* 2. *quæst.* 9. *num.* 65. *vers. fin. verò quod autem, & prius num.* 6.

num.6. in fin. Ceuall. *d.q.747. n.25.* Cenc. *d. q.23. aliàs part.1.cap.2.quæst.3. art.1. à num.2. ad num.7.* Rot. *coram* Gregor. *decis. 195. numer.6.* Cúmque inuito censuario ad libitum impositoris actione personali obligati redimi possit intrat contra eius hæredem ratio *tex. in d. l. si res* vt bene explicant omnes pro hac opinione citati.

63 Facit etiam † optima distinctio *gl. in d. exaduerso cit. l. qui concubinã 29.§. qui hortos vers. præstatione ff. deleg.3.* vt hæres teneatur quãdo ptæstatio non debetur ex fru-
64 ctibus, sed propter fructus, † nam talis censuarius sicut habet ius realiter distinctum à re, Rot. *dec.328. n.9.*
65 *part.4. diu. & coram* Gregor. *dec.281. n.5.* † ita nullam habet partem super fructibus, nec illos consequitur, D. Cenc. *de censib. aliàs part.1. cap.1. q.1. art.3. n.2. & q.3. art.2. nunc q.7. n.3. & part.2. cap.1. art.2. n.8.* Felician, *d. tom.2. lib.1. cap.4. num.1.* latè firmans nullum vendi
66 ius † ex prædio, sed ius percipiendi pensionem pecuniariam.

Ex quibus, &c.

SVMMARIA.

1 *Possessores plures fundi censuati per partes diuisas, quod quilibet teneatur insolidum ad solutionem census, volunt aliqui.*
2 *Contrariam sententiam amplectitur Couar. Quam sequitur Auctor,* num.4.
3 *Hypotheca, quæ contrahitur in contractu census differt ab hypotheca, quæ contrahitur in aliis contractibus.*
5 *Specialia duo eodem tempore circa eandem rem non possunt concurrere.*
6 *Census constituens super pluribus fundis censetur constituisse non insolidum super quolibet, sed proportionabiliter.*
[*Possessor fundi censiti non potest actione personali in rem scripta conueniri, nisi pro rata correspondente fructibus fundi à se possessi.*]
7 *Possidens vnam ex pluribus rebus censuatis, non potest insolidum conueniri actione personali in rem scripta pro toto censu.*
8 *Possidens vnam ex plurib. rebus suppositis, potest insolidum conueniri pro toto censu actione hypothecaria, vel Salu. Interd.*
[*Census non imponitur super aliqua parte fundi, sed super toto fundo.*]
9 *Non vt soluat totum, sed vt auocetur possessio retinenda per creditorem, donec fuerit satisfactus.*
10 *Possessor, quilibet potest insolidum pro integro credito conueniri.*
11 *Creditori qui ab vno possessore non potest totum suum creditum consequi, potest contra alios possessores pro residuo agere.*
12 *Creditor eligens agere contra vnum, non præiudicat sibi quominus possit contra alios agere.*
[*Obligationis conditio non mutatur ex facto debitoris.*]
13 *Creditor, qui contra vnum sententiam reportauit non repellitur agens contra alios, si cum effectu non sit solutus.*
14 *Creditor comparens in iudicio discussionis, & petens se admitti, non præiudicat sibi quominus possit agere aduersus fideiussores, si in dicto iudicio sibi non satisfiat.*
[*Renunciare iuri suo nemo præsumitur nisi expressè id faciat.*]
15 *Creditor solutus à possessore, tenetur illi cedere actiones.*
16 *Sed tales quales, habet.*
17 *Etiam ad fauorem debitoris mat.*
18 *Etiam contra semetipsum cedentem.*
19 *Possessor soluens, si obtineat iurium cessionem, poterit ex dictis iuribus repetere ab aliis possessoribus quidquid soluit dempta parte, qua rei à se possessa proportionabiliter contigerit.*

Possidens partem fundi supposiri an conueniri possit in solidum ad integri census solutionem.

QVÆSTIO LXXX.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 3. art. 8.

NOn leuis est inter Scribentes altercatio An si annuus census fuerit impositus super pluribus certis, & limitatis prædiis, prout imponi posse demonstratum fuit *supra part.1. cap.3. q.3. artic.2.* & illa plura prædia deueniant ad manus plurium personarum, quilibet ex dictis possessoribus teneatur insolidum ad integrum censum persoluendum, an verò quilibet pro rata tangente prædium quod possidet, circa quam Doctores valdè inter se dissentiunt, vt dicit Boccac. *in suo tract. de censib. part.3. num.26.*

Nam † quod quilibet teneatur insolidum ad totum censum, voluit, Nauar. *in suo Comment. de vsur. n.114. q.17.* qui mouetur pluribus rationibus, per quas eandem sententiam videtur sequi Foller. *in sua pract. Censuali, in verbo huiusmodi, num.16. versic. quod* Rebdan. *in suo tract. de reb. eccles. non alien. in tit. de constit. ann. cens. n.69.* Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. part.2. disput.383. n.9.* Thom. Boninsign. *in suo tract. de censib. cap.9. num.4.* Honded. *cons.17. num.12. libr.2.* Leonard. Less. *in suo tract. de iustit. & iure, lib.2. c.22. dubit.12. num.89. vers. sed contrarium,* Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tomo 1. cap.141. num.3.* [*cum qua opinione transit etiam* Surd. *dec.32. num.7. &* Paul. Merend. *cons.63. n.9. part.2.*]

At † Couar. *var. resolut. lib.3. cap.7. n.8.* amplexus fuit hanc sententiam dumtaxat respectu eorum, qui possident aliquam rem generaliter obligatam in venditione census pro faciliori illius exactione; secus autem respectu eorum, qui possident aliquam partem ex rebus super quibus census ipse impositus, & constitutus fuit: nam eo casu voluit, quod quilibet possessor teneatur solùm proportione, & rata census proportionabili ratæ, & portioni prædij à se possessi, quasi hæc † hypotheca, quæ contrahitur super prædio, quod censui subiicitur differat ab hypotheca ordinaria, quæ solet apponi in genere erga alia bona constituentis redditum præter illa, super quibus speciatim fuerat constitutus: quem sequitur Ioan. Bapt. Lup. *ad leg. 2. C. de pact. int. impt. & vendit. comment.2.§.2. num.67. & seq. qui alios allegat eandem sequitur, & communem profitetur* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligation. Iustit. lib.10. quæst.6. num.2. & multorum auctoritate, confirmat* Ludouicus Velazquez de Auend. *in suo tract. de censib. Hispan. cap.23. num.10.* [Hanc eandem opinionem amplectitur, Io. Bapt. Mad. *in suo tract. quem inscripsit Censuum requisita, & Instrumenti forma circa 12. quæst. num.3.* pro qua considerat hanc rationem. Quia si creditor census posset insolidum conuenire quemlibet possessorem, resultasset vnum absurdum contra Bullam Pij V. videlicet, quod si periret, vel fieret infructifera pars alterius possessoris non conuenti, nihil sentiret creditor de damno, provt sentiret, si conuenisset singulos fundi possessores, conueniret enim etiam illum possidentem partem deperditam, vel infructiferam,

infructiferam, & sic pro ea rata damnum sentiret.]

Hæc eadem dubitatio, & difficultas exoriri potest quando census fuit impositus super vno tantum fundo, qui postea fuit inter plures diuisus, quorum quilibet tenet, & possidet certam illius portionem pro diuiso distinctam, & separatam ab aliis partibus, & portionibus, an scilicet, quilibet teneatur insolidum, an verò pro rata tangente partem à se possessam.

4 In hac controuersia, vt meam proferam sententiam. [Existimo, esse constituendos duos casus. Primus est quando quælibet pars fundi censuati per singulos possessa, vel alter ex pluribus fundis censui subiugatis penes aliquem existens, non reddit tot fructus, qui sufficiant ad solutionem integri census; Secundus casus est quando ex dicta parte fundi censuati, vel ex vno ex dictis pluribus fundis penes vnum existente percipiuntur, vel percipi possunt tot fructus, ex quibus extrahi possit solutio totius census. In primo casu,] mihi magis placet opinio Couar. *& sequacium*, vtpote quæ magis conueniat naturæ contractus censualis. Cùm etenim tempore constitutionis, & impositionis census siue constitutur super vno solo fundo, siue plutibus, certis tamen, & limitatis, vt dictum est, semper debuerit haberi ratio, & respectus, vt vel ille vnus fundus, vel illi plures simul iuncti essent capaces totius, & integri census imponendi, & constituendi, vt disponitur in constitutione Pij V. *super forma creandi censu, & nos latè declarauimus supra d. part. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. & q. 3. art. 2. nunc q. 35. &* 41. vtique diuiso illo fundo, vel translatis illis pluribus ad diuersas personas, satis est verisimile quod non quælibet pars illius vnici prædij, nec quodlibet prædium ex pluribus sit capax totius, & integræ annuæ responsionis super impositæ, & ideò si possessor partis prædij censuati vel vnius ex plutibus prædiis suppositis teneretur, & cogi posset ad soluendum integrum censum sequeretur quod posset conueniri vltra vires, & fructus prædij à se possessi, & sic cēsus solueretur quasi ex obligatione personali contracta per acquisitionē possessionis fundi obnoxij, quo casu duo singularia concurrerent, vnum quod quis teneretur personali actione absque
5 suo contractu, quod † est à iuris regulis alienum, *l. licet, §. ea obligatio, ff. de procur.* Cassan. *ad consuetud. Burgund.* Rubr. 11. *Des Censes, §. 6. in tex. contre l'assignal, n.* 1. Surd. *dec.* 32. *n.* 7. *in fine.* Alterum quod census deberetur ex personali obligatione, quod esse contra naturam & substantiam contractus censualis, & omni iure prohibitum demonstrauimus *supra part. 1. cap. 3. q. 1. art. 6.*

[Et huic resolutioni optimè congruit ratio, quam considerauit Madi. *d. num.* 3. & illa] quam in hoc articulo considerat Couar. *d. num. 7. vers. sed quia hypotheca*, videlicet, quod † constitutio census facta super
6 pluribus fundis non intelligatur facta insolidum super pluribus fundis non intelligatur facta insolidum super singulis fundis, sed pro parte cuilibet fundo, iuxta eius qualitatem, & quantitatem competenti, nam si secus diceremus, non esset verum dicere quod census sit impositus habita relatione ad fructus cuiuslibet fundi.

[Hoc tamen intelligendum esse censeo, vt procedat si sit agendum actione personali in rem scripta, quam concedi contra huiusmodi possessorem fundi suppositi, diximus in tract. paulò supra. † Talis enim possessor non poterit conueniri pro solutione integri census actione personali in rem scripta, sed tantum pro
7 rata, quæ ex fructibus dictæ rei possessæ solui commodè potest, pro vt in his terminis loquitur, Couar. *in d. vers.* sed quia hypotheca, in illis verbis. Vnde si hæc tria prædia ad tres eorum singulares possessores deuenerint, quilibet pro æ qua, & iusta parte annui reddi-
tus, cogendus esset eum soluere, & agnitionem, & cognitionem facere, non quidem insolidum.] Secus autem si talis possessor sit conueniendus actione merè hypothecaria, vel remedio, *Saluia. Interdict.* quæ reme- 8
dia dari contra huiusmodi possessores, dicemus, *infra hoc eod. cap. 2. quæst. 5. art. 9.*

[Nam census non imponitur super aliqua parte fundi, sed super toto fundo, vt bene considerat licet ad aliud propositum. Ludouic. Molin. *in suo tract. de contract. part. 2. disp.* 391. *sub num.* 3. *&* Rota *coram* Illustr. Cardinale Mellino, 30. *Octobris* 1602. *in illa Romana census, quæ est impressa post tract. dec. 1. num. 3. & nos dicemus infra in tract. part. 3. cap. 1. q. 1. art. 2. maximè n.* 6. vbi hoc confirmauimus. Et ita intelligendā esse existimo opinionem illorum, quos supra in tract. enumerauimus *hoc eodem artic. num.* 1. volentium; possessorem vnius rei, ex pluribus suppositis censui posse insolidum pro toto censu conueniri,] scilicet non † vt ipse 9
totum, & integrum sensum soluat, sed vt ab eo auocetur possessio fundi censuati retinenda per dominum census quousque de toto, & integro censu, & suo credito fuerit satisfactus. Nam regulare est, † vt quilibet 10
possessor ratione hypothecæ possit insolidum conueniri. Corn. *conf.* 135. *in fine, lib.* 1. Afflict. *ad constit. Regni lib. 1. c. 17. num.* 26. Negus. *in suo tract. de pignor. & hypoth. part. 8. membro 1. num.* 48. *& seqq.* Couar. *d. lib. 3. var. resolut. cap. 7. num.* 7. Redoan. *d. tit. de constit. ann. cens. num.* 30. *& seqq.* Peregr. *conf.* 104. *à num.* 13. *& infra lib. 3.* Io. Bapt. Lup. *d. comm. 2. §. 2. num.* 68. *& nos dicemus d. art. 9 seu quæst.* 81.

Quod † si ex portione ab vno possessa non possit 11
dominus census totum, & integrum suum creditum consequi, liberum illi est, vt etiam contra alios possessores agere valeat, vt residuum consequatur etiam quando agitur actione hypothecaria, vel *Salu. Interd.* nam † ob vnius debitoris, vel possessoris electio- 12
nem, non est creditori factum præiudicium quo ad alios, quin etiam contra illos possit de suis iuribus experiri, *l. reos, l. generaliter, §. itemque, C. de fideiuss. gloss.* & communiter Doctor. *in l. 2. & ibi latissimè* Ronchegal. *num.* 90. *& seqq. ff. de duobus reis*, & quo ad remedium Salu. Interd. Scapuc. *in suo tract. de Salu. Interd. lib. 2. quæst.* 15. *&* Staril. Pacific. *in simili tract. inspect. 3. cap. 2. num.* 538. *& seqq. secundum postremam impressionem.*

[In secundo verò casu veriorem esse existimo primam opinionem, videlicet quod quilibet possessor partis fundi, vel vnius ex pluribus fundis subiugatis possit insolidum pro integro censu conueniri. Cum enim, vt diximus census non sit impositus super qualibet parte fundi, sed super toto fundo tanquam super vno toto integrali, & non considerentur singulæ eius partes, sed per se distinctæ, & separatæ, vt late diximus *d. part. 3. cap. 1. q. 1. art. 2. seu q.* 100. *num.* 7. non est absurdum, quod is, qui possidet tantam partem fundi, quæ possit supportare onus integri census ad solutionem totius cogi possit quocumque iudicio conueniatur.

Nam non est rationabile, vt facto debitoris census diuidentis fundum censuatum, mutetur conditio obligationis, cuius vigore ipse ad totum censum tenebatur, vt benè considerat Paul. Merend. *d. conf. 63. num. 9. part. 2. & conferum tradita per* Affl. *dec. 153. n. 5.* Et per hanc rationem tollitur etiam fundamentum à Madi. vbi supra consideratum.]

Nec ex † eo reiiciendus, & repellendus esset à sua 13
petitione dominus census, quod pro toto suo credito contra vnum ex pluribus debitoribus etiam insolidum obligatis sententiam fauorabilem reportasset, sed opus est vt realiter, & cum effectu de toto suo credito integraliter sit satisfactus, & solutus, Bart. *in l. ex duobus, num.* 11. *&* 17. *& ibi* Ronchegal. *num. 2. 4. & 6. ff.*

de duob.reis, si creditores, vbi Alex. Iaf.Dec.Curt.iun.*& alij,C.de act.* Abb. *conſ.72. n.3. lib.2.* Alciat. *in l.2. §. ſi tamen hominem, n.9.ff.de verb. oblig.*

14 Quod † extendendũ eſt etiam ad eum caſum quando debitor nominat ſuos creditores in iudicio, petitque,& ſuis bonis illi ſatisfieri pro crediti proprietate, & potioritate, nam ſi vnus ex dictis creditoribus, qui alios quoque, puta fideiuſſores habent obligatos inſolidum comparuerit, & inſtrumẽtum ſui crediti in hoc iudicio diſcuſſionis, & graduationis præſentauerit, & per ſententiam aliquem inutilem locũ obtinuerit, poterit liberè aduerſus alios obligatos inſolidum quouſque ſibi integrè ſatisfiat, vt dicit Felician. de Solis, *in dd. ſuis Comment.de cenſib.tom.1. lib.3.cap.2. n.8.* ea ratione,quia nec petitio,nec ſententia aduerſus vnum ex pluribus inſolidum obligatis liberat alios, *d. l. generaliter, §.idemque, C.de fideiuſſ.* Doctor. *in d.l.2. ff. de duobus reis,quos refert* Felician.*d. cap.2.n.5.*

[Cum qua ſententia tranſiuit etiam Rota *in illa Romana Saluiani interdict. 11. Ianuar.1616. coram* R.P.D. Manzanedo, *qua eſt poſt tract. dec.32. n.12.* Ea ratione, quia nemo præſumitur renuntiare iuri ſuo, niſi id expreſsè faciat,ſequitur Guttierez,*pract. q.lib.1. cap.148. n.14.* alia etiam afferri poteſt ratio quam conſiderauit Rota *coram* b.m. Cardin. Cauallerio *in vna Romani de Luraghis 27. Ianu.1620. qua eſt poſt tract. deciſ.495. n.3.* nempe quia per ſententiam iſtam graduatoriam non ſecuta effectuali traditione non poteſt dici quod cenſus ſit extinctus vbi alias allegat deciſiones.]

15 Creditor † autem qui ab vno ex dictis poſſeſſoribus totum ſuum creditum conſequutus fuerit tenetur actiones illi cedere aduerſus alios; *l. fideiuſſoribus, l. cum is, qui ff. de fideiuſſ. l.2. C.eod. tit. l. fideiuſſor. ff. de*
16 *diſtract.pignor. l.in creditore,ff.de euict.* Scilicet, † tales quales habet. Bart. *in l. Modeſtinus, ſub num.10. ibi, & eſt ratio, ff. de ſolut.* Alber.*in d.l.2. num.2. C. de fideiuſſ.* Vinc.de Franch. *deciſ.427. num.1. & 2.* Felician. *in dd. ſuis Comment.d.lib.3. cap.2. num.17. verſ. in qua quæſtio-*
17 *ne.* Etiam † ad fauorem debitoriſmet,Bart.*in l.1.§.cum*
18 *prædium, num.5.& 6. ff. de pignor.& in l. Ariſto, num.3. ff. qua res pignori obligari poſſ.* Etiam † contra ſemetipſum, ſi poſſideat rem quæ fauore ſoluentis ſit obligata, Specul. *in tit.de renunc. & concluſ. num.22. verſ. ſed pone emi,* Dec.*conſ.104.* Vinc.de Franch. *d. dec.427. n.8.* Felician.*in dd. ſuis Comment.d.verſ.in qua quæſtione ad med.ibi denique id ipſum, & tom.2.eo. lib.3. & cap.3.*
19 *n.12. verſ.quo ad primum,& n.14.15.& 18.* Et is, † qui ſoluit ceſſis ſibi iuribus per creditorem, poterit recuperare, & repetere ab aliis poſſeſſoribus, id quod ſoluit excepta parte, quæ rei à ſe poſſeſſæ proportionabiliter contingeret. Bart. Ang. Imol. Caſtr. *& alij, in d.l. Modeſtinus, gloſſ.* & Doctor.*in l.1. C. de duobus reis,* Felician. *d. tom.1. lib.3. cap.2. n.16. tom.2. eod. lib.3. & cap.2. num.9.& 17.*

Adhibendo tamen quo ad ceſſionem diſtinctionem, quam poſuimus, *ſupra hac eod. quæſt. 3. artic. 2. num. 24. & ſeq.*

SVMMARIA.

1 *Cenſum ſoluere is cogi poteſt, qui in præteritum illum ſoluit.*

2 Declaratur 1. *hoc procedere, ſi is qui petit,probat impoſitionem cenſus per inſtrumentum, & quod ex ea cauſa fuerit facta ſolutio.*

Declar. 2. *etiam ſi non probet impoſitionem cenſus per inſtrumentum, ſed illam alleget, & probet ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa allegata,n.8.*

Quomodo probet, in præteritum fuiſſe ſibi ſolutum ex cauſa allegata, num.15.

Declar.3. *etiamſi nec cauſam alleget,ſed probet ſolutiones ſibi eſſe vniformiter factas per longiſſimum triginta,& plurium annorum tempus,* n.21.

Etiam quod non alleget cauſam ob quam fuerit ſolutum, num. 24. *licet aliqui contrarium teneant,* num.22.

Declar.4. *vt multo magis procedat, quando ſolutio fuit facta per tempus immemorabile,* num.26. & 29. *vbi de ratione.*

Quidquid aliqui dicant quibus reſpondetur, num.27. & ſeqq.

Limit. *ſi conſtet ſolum de ſolutione facta per decem vel plures annos, ſed non conſtat ex qua cauſa fuerit facta ſolutio;* num.16.

3 *Creditor habet intentionem fundatam ſuper inſtrumento ſui crediti.*

4 *Inſtrumentum publicum,manifeſtam, & probatam facit probationem.*

5 *Contra inſtrumentum poteſt opponi, quod non ſit publicum.*

6 *Titulus nullus ex eo, quod ſit contra ius, non poteſt ex ſubſequuti validari.*

7 *Titulus dicitur inualidus ex multis cauſis reſpectiuè.*

9 *Auctor non tenetur probare veritatem cauſæ ob quam petit reum cogi ad perſeuerandum in ſolutione.*

10 *Sed tantum ſolutiones fuiſſe factas ex cauſa, qua ſi eſſet vera,induceret neceſſitatem ſoluendi.*

11 *Enunciatio facta in obligatione, inducit præſumptionem veritatis cauſæ enunciatæ.*

12 *Enunciatio probat inter eos inter quos emanauit.*

13 *Enunciatio cauſæ facta in actu ſolutionis,facit præſumi dictam cauſam eſſe veram.*

14 *Cauſa ob quam ſit facta ſolutio probatur ex contrahentium confeſſione, & aliis modis,remiſſiuè.*

[*Quaſi poſſeſſio exigendi non acquiritur ex ſolutionibus factis ab eo, qui alieno nomine poſſidet.*

Præſtatio longis temporis non inducit obligationem præſtandi in futurum, niſi allegetur cauſa precedens.

Quaſi poſſeſſio exigendi ex certa cauſa acquiritur ex ſolutionibus factis vniformiter per decennium ex dicta cauſa.

Cenſus impoſitio probatur ex illius ſolutione decem annorum.

Soluens per decennium vniformiter in certam cauſam tenetur perſeuerare in ſolutione, niſi concludenter probet falſitatem cauſæ.

Etiamſi ſolutio fieret in piam cauſam ob meram liberalitatem ibid.

Neceſſitas ſoluendi in futurum præſtationem factam vniformiter ex certa cauſa per decennium non oritur ex præſcriptione,ſed ex præſumpta probatione cauſæ, & tituli allegati.

Præſcriptio non currit contra fiſcum per decennium ſed inſurgit præſumpta probatio cauſæ.

Idem in Eccleſia.

Lex generaliter loquens comprehendit etiam perſonas priuilegiatas ſi in dicto caſu non habeant priuilegium ſpeciale.

Teſtes recepti pro informatione, & extraiudicialiter probant ſine citatione partis,& ſine Iuramento.

Examen teſtium antiquiſſimum qui vult impugnare ob defectum citationis, & iuramenti, debet producere acta,& proceſſum.

Depoſitio teſtium mortuorum ſuſtinetur ex aquitate, etiam quod non fuerit citata pars.

Maximè,concurrentibus adminiculis.

Obſeruantia ſubſequuta facit præſtari fidem ſcripturis, & iuribus informibus.

Præſumptio oriens contra non exhibentem ex comertiurii eſt ſufficiens ad condemnandum.

Iura,& ſcripturæ informes probant in odium prohibentis illas extrahi.

Possessorium non oritur ex actibus facultatiuis, sine allegatione causæ, & probatione possessionis ex dicta causa.

Testes examinati in possessorio plenario probant in petitorio.

Sententia, quæ fuit diu obseruata non potest impugnari de nullitate contra reum.

Sententia à partibus acceptata non potest dici nulla.]

17 *Solutio nuda à causa tantum operatur, quantum de necessitate ex ea infertur, & non vltra.*

18 *Solutio facta simpliciter non probat de necessitate, quod sit facta ex causa census.*

19 *Soluens non potest repetere solutum tanquam in debitum, nisi concludenter indebitum fuisse probet.*

20 *Specialia plura non possunt concurrere eodem tempore in eodem subiecto.*

23 *Census ignorantiæ, videlicet cuius causa ignoratur, prohibetur tam humanis, quàm diuinis legibus.*

[*Census ignorantiæ soluti non debet.*

Quasi possessio manutenibilis in iis, in quibus ius resistit non acquiritur, nisi concurrat titulus, bona fides, & possessio saltem quadragenaria; Vel immemorabilis sine titulo.]

25 *Census ignorantiæ dici non potest, quando solutio fuit facta per annos triginta, & vltra.*

28 *Causa, & titulus soluendi inter se differunt, remissiuè.*

29 *Solutio immemorabilis habet vim tituli, & priuilegij.*

30 *Solutio immemorabilis releuat ab onere allegandi titulum, & causam ob quam fuit facta solutio.*

31 *Soluens, si alleget se soluisse per errorem, quod sit admittendus ad probandum errorem, indistinctè, voluit Felician.*

Contrarium indistinctè voluit Crau. & Bond. d. numer. 31.

Author distinguit, num. 32. & seqq.

32 *Soluens per minus spatium temporis, quam decem annorum, admittitur ad probandum errorem.*

Etiam, quod in ipso solutionis exprimeret se soluisse ex causa, quæ esset legitima, d. n. 32.

33 *Solutio facta per annos 10. 20. 30. & vltra, inducit probationem causæ soluendi, præsumptiuam tamen.*

34 *Soluens per annos 10. 20. 30. & vltra, admittitur ad probandum se soluisse per errorem.*

35 *Etiam per probationes præsumptiuas.*

36 *Soluens per annos 10. 20. 30. & vltra, præiudicat sibi quo ad solutiones factas, ne possit repetere solutum, non quod ad futuras, vt obligetur efficaciter ad soluendum.*

37 *Soluens per tempus immemorabile, non admittitur ad probandum, quod per errorem soluerit.*

38 Limit. *si error esset euidens, & titulus apparenter vitiosus.*

[*Bona fides præsumitur, stante maximè cursu longissimi temporis.*

Præscriptio etiam temporis immemorabilis non currit stante notoria mala fide.]

39 *Probatio erroris, vbi admittitur prodest in iudicio petitorio secus in possessorio.*

An is, qui aliquando soluit, cogi possit vt in futurum soluat.

QVÆSTIO LXXXI.

aliàs par. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 9.

1 ADmonuit † Aym. Crauet. *consil. 217. numer. 11. lib. 2.* quod is, qui retrò censum soluit, posslt cogi, vt in solutione perseueret, sequitur Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 76. n. 109.* Verum quoniam hoc dictum ita simpliciter acceptum, & intellectum aliquam posset facere difficultatem, ideò vt articulum resolutem habeamus aliquot esse considerandos casus existimaui.

Primus est † quando is, qui censum petit, puta à 2
Titio, & sub prætextu, quod in præteritum illum sibi soluerit probat, & causam solutionis, scilicet, impositionem census per instrumentum, & quod ex ea causa Titius sibi soluerit. In quo constituenda est conclusio affirmatiua, quod is, qui in præteritum soluit sit cogendus perseuerare in solutione, cùm † actor ex dicto 3
instrumento habeat non solum intentionem fundatam. Bald. *consil. 40. n. 8. lib. 2.* Bon. *d. tract. art. 33. n. 59. & diximus, sup. part. 1. cap. 4. nunc q. 43. n. 7. & seqq.* sed etiam † probationem probatam, & manifestam. Bal. 4
in l. Imperator, la secunda, ff. de statu. hom. & propterea cum in instrumento appareat de veritate causæ soluendi debet quo retro soluit cogi ad perseuerantiam in solutione, vt notant *Crau. & Bon.* supra citati.

Sed posset quæri † an is, qui vigore dicti instrumen- 5
ti retro soluit, si velit opponere contra illud quod non sit instrumentum publicum, & publica manu scriptum, vel censum non esse impositum iuxta formam Bullæ Pij V. *super censibus*, sit audiendus? & pars affirmatiua tenenda est ex. Ang. *in §. in his, n. 15. vers. in ead.* Gloss. Auth. *de instrum. cau. & fid.* cum enim dicta exceptio tendat ad detegendam nullitatem, & inualiditatem tituli ex quo petitur solutio, debet super ea cognosci, † cùm titulus nullus non possit ex præ- 6
stationibus & solutionibus in præteritum factis validari, vel confirmari, *l. si certis annis, C. d. pact.* Bart. *in l. cum, de rem vers. sub num. 1. vers. quandoque titulus præcedens, & ibi* Florian. *col. 3. ff. de vsur.* Iacob. Venen. *in suo tract. de ann. præstat. part. 2. quæst. 12.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 131. n. 21. & seqq. & non dissentit* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu cap. 3. n. 105. & seqq.*

Inualiditas † autem tituli potest ex multis causis 7
resultare, & maximè, vel fauore præstantis, & soluentis annuas responsiones, vel odio eius cui soluitur, vel auctoritate iuris publici, puta ob defectum solemnitatum, vel ob legis prohibitionem vel aliter, *vt apud* Menoch. *d. præsumpt. 131. n. 1. 3. 5. & seqq.* & Federic. Martin. *d. tract. c. 7. n. 58. cum multis seqq.*

Cæterum, an donec discutitur super validitate, vel inualiditate instrumenti, & impositionis census, & tituli ob quem fuit facta solutio debeat retardari solutio, videbimus, *infra hoc eod. cap. 2. q. 4. art. 1. nunc quæst. 82.*

Secundus casus principalis in hoc articulo est, 8
† quando is, qui agit ad censum non probat ex instrumento titulum, nec causam legitimam ob quam solutiones retro factæ fuerint, illam tamen allegat, & probat solutiones præteritas fuisse factas ex causa allegata. In quo est similiter constituenda conclusio affirmatiua, quod is, qui in præteritum soluit, cogi possit vt in solutione perseueret. Couar. *in regul. possessor. part. 2. §. 4. n. 2. de reg. iur. in 6.* Vasch. *Quæstion. Illustr. cap. 84. n. 1. qui testantur, de communi* Gasp. Roder. *in suo tract. de ann. redditib. lib. 1. q. 15. n. 5.* Feder. Martin. *d. cap. 3. num. 77. & seqq. & cap. 7. num 57.* qui multos allegant, & conclusionem comprobant, alios etiam adiungit, & hanc conclusionem receptissimam profitetur. Ludou. Velazq. de Auend. *post hæc scripta visus, in suo tract. de censib. Hispan. cap. 6. num. 2. & 3.* Quæ conclusio vltra per eos allegata confirmari posse videtur, Primò, † quia actor non tenetur probare ve- 9
ritatem causæ ob quam solutio sibi facta fuit, sed dumtaxat, † quod solutio fuit facta ex causa, quæ si 10
esset

esset vera, induceret necessitatem soluendi in futurum, *d.l. cum de in rem verso, ff. de vsufr.* Bald. *in c. si quis per triginta, num. 6. ibid. est, vbi non apparet causa, si de feud. fuer. controu. inter dom. & agnat. in vsib. feud.* Secundò,

11 † quia sicut enunciatio causæ factæ in promissione, & obligatione includit confessionem veritatis dictæ causæ enunciatæ. Rimin. sen. *in d.l. si certis annis, col. 4. C. de pact. post* Bald. *& Salic. in l. generaliter, C. de non numer. pecun.* & ista † enunciatio probat inter contra-

12 hentes, inter quos emanauit, *c. fi. ext. de succes. ab intest. l. 1. & ibi gloss. in verbo, omni in fin. C. de fid. instr. & iur. hast. fiscal. lib. 10.* Bart. *in Lex hac scriptura, n. 5. & 6. ff.*

13 *de donat.* eodem modo † enunciatio, & expressio causæ soluendi facta in actu solutionis, debet inducere confessionem veritatis causæ enunciatæ in præiudicium enunciantis, *arg. l. fin. C. ad leg.* Falcid. *& not. per* Bart. *in d.l. si certis annis, n. 12. C. de pact.* Iacob. Venent. *d. part. 2. quæst. 8.*

14 Verum si ex confessione soluentis non appareret, nec apparere posset, quod solutio facta esset ex causa census, quæ allegatur, posset id pluribus aliis modis iustificari, de quibus dicemus, *infr. hoc eod. cap. 2. q. seq. art. 6. seu q. 87. per tot.*

15 Hæc autem † conclusio in hoc secundo casu procedit dummodo is, qui ad perseuerantiam solutionum agit, probet in præteritum fuisse sibi solutum ex causa census allegata. Menoch. *d. præsumpt. 131. num. 73.* Mascard. *de probationib. vol. 1. conclus. 279. n. 18.* Feder. Martin. *d. c. 3. num. 102.* Roderic. *d. q. 15. num. 5.* Auend. *d. cap. 6. num. 6.*

[Neque tamen sufficeret probare solutiones fuisse factas per decennium vniformiter ex causa allegata census, sed opus esset etiam probare, quod is, qui soluit esset talis, qui posset constituere recipientem in quasi possessione exigendi, secus si solutiones factæ essent ab eo, qui non proprio, sed alieno nomine possideret, & solueret, quo casu non posset constituere recipientem in quasi possessione exigendi in præiudicium veri possessoris, vt fuit resolutum in Rota *coram* Reuerend. P. Dom. Merlino, *in vna Eanensi exemptionum 26. Ianuarij, 1622. post tract. decis. 433. num. 5.* vbi fuit resolutum, quod solutiones censuum factæ Episcopo per plures annos à Rectoribus cuiusdam Ecclesiæ, non potuerunt constituere Episcopum in quasi possessione exigendi dictum censum ab Abbate, & Canonicis titularibus dictæ Ecclesiæ, sed solum exercitium, cùm essent amouibiles ad nutum Abbatis, & Canonicorum, sed residebat penes Abbatem, & Canonicos, qui erant titulares dictæ Ecclesiæ. Et proinde solutiones factæ à Rectoribus possidentibus non sibi, sed Abbati, & Canonicis, non potuerunt constituere Episcopum in quasi possessione exigendi in præiudicium Abbatis, & Canonicorum, qui verè possidebant, mediante persona soluentis, si constet, solutiones fuisse factas vniformiter per annos decem ex allegata causa non poterit vitari solutio in futurum, nisi concludenter probetur contrarium. Cuius quidem conclusionis illa potest esse ratio, quia ex dicta decennali solutione vniformiter facta ex causa allegata insurgit præsumptio titulum, & causam allegatam præcessisse, vt ntultorum auctoritate egregiè more suo comprobat Excellentissimus I. C. Maceratensis D. Paulus Rannccius inter aduocatos Romanæ Curiæ nemini secundus dum de Anno 1624. in sacræ Rotæ Auditorio patrocinabatur coram R. P. D. Buratto in quadam causa Salernitana pro Monialib. S. Sophiæ contra Monasterium Callense cuius allegationes volui hic de verbo ad verbum inserere : tum quia hunc articulum egregiè discussit, & explicauit, tum vt ex illis quilibet possit de tanto viro illud facere iudicium, quod de Leone fieri solet ex eius vngue. dictarum autem allegationum tenor est, qui sequitur.

Cencius de Censibus.

R. P. videtur constare de bono iure, Monialium pro hac annua præstatione. Quod enim præstatio longi temporis non inducat obligationem præstandi in futurum, ex allegari solitis in Neapolitana grani, & ordei, 16. Decembris, 1622. coram R. P. D. meo Vbaldo *non applicatur casui nostro.*

Primò, quia procedit quando non allegatur titulus, vel causa præcedens, sed ex sola præstatione prætenditur esse inductam obligationem, & ita loquitur expressè *dicta decisio, & Doct. in ea allegati.* Sed quando allegatur causa, & præstatio decennalis vniformis ex illa causa allegata docetur facta, tunc præsumitur titulum, & causam allegatam præcessisse, & non potest vitiari solutio in futurum, nisi concludenter probetur contrarium. vt communiter tradunt Doctor. *in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. præsertim* Bart. *n. 14. vers. sed si non soluisset* Fulgos. *num. 9.* Salic. *n. 4. & 15.* Florian. *num. 11. & in l. si certis annis C. de pact. vbi* Bart. *n. 4. vers. quandoque actor* Bald. *n. 10.* Ang. *num. 11. vers. & hanc intellectu dicens communiter omnes tenere, & n. 12. vers. & cum legendo, dicens, quod in consulendo, & iudicando non recederet,* Castr. *n. 2.* Felician. *de censib. n. 2. c. 5. n. 24. vers. præterea animaduerto* Feder. Martin. *eod. tract. c. 3. n. 73. & c. 7. n. 57.* Cenc. *eod. tract. part. 2. cap. 2. q. 3. art. 9. à n. 8. ad 16. fol. 174. Et iidem* Doctor. *in d. decis. relati, nempe* Couar. *regula possessor part. 2. §. 4. n. 2.* Roderic. *de ann. redditib. lib. 1. q. 15. n. 5.* Menoch. *præsumpt. 131. num. 59. vers. nonus casus 73. & 74.* Vasq. *contr. Illustr. lib. 2. c. 83. n. 16. & prius n. 4. 6. & 11.*

Ideoque ex decennali præstatione ex causa census probari impositionem census præcessisse Rota sæpius firmauit, præsertim in Foroliuiensi census *coram* R. P. D. meo Buratto, *quæ est 521. n. 23. part. 1. recentior. in Bononiensi dotis de Manzoliis 6. Decembris, 1619. & 221. Martij, 1621. coram* R. P. D. Rembaldo, *vbi etiam absolutè firmatur conclusio* Bart. Fulgos. & Salic. *in d. l. cum de in rem verso.*

Secundò, quia quando præstatio diuturna fit in piam causam, etiam si ex mera liberalitate inducit obligationem Paul. de Eleaz. *in c. in litteris sub n. 24. vers. 2. casu de restitut. spoliat.* Felin. *in cap. ad Apostolicam n. 3. vers. prædictis de Simon. & in cap. veniens el. 1. n. 3. de testibus, & alij, cum quibus ita firmauit* Rot. *in hac causa 12. Februarij, 1602. coram* Cardinale Pamphilio, *& 22. Iunij 1615. coram* Reuerendissimo D. Seleucienſi, *qua dantur, & in Segobiensi Cantoria 11. Februarij, 1604. coram* Cardinali Lancellotto *in eis relata. Et tradunt etiam optimè* Cur. Iun. *in dict. h si certis annis, n. 28. C. de pact.* Ofasch. *decis. 99. n. 19. & 20. vbi refert, & sequitur* Bart. *in l. priuilegia n. 2. ad fin. & 3. C. de Sacros. Eccles.* firmantem per eum text. in præstatione certæ quantitatis frumenti quolibet anno religiosis, quòd debeat dari perpetuò *& num. 43. & 44.* Et hoc non tangit decisio *coram R. P. D. meo Vbaldo* tanquam aduersa tantum parte informante facta.

Nec facit priuilegium centenariæ præscriptionis à Religione prætensum *decisionibus coram* RR. PP. DD. Vbaldo, & Verospio *deductum.* Quia moniales non se defendunt præscriptione, sed probatione, tituli præsumpti, vt in simili respondet asserto priuilegio, Seraph. *dec. 1016. num. 13.* nam tempus cum diuina præstatione ex certa causa inducit non præscriptionem, sed probationem *d. l. cum de in rem verso, ff. de vsur. vbi* Salic. *n. 13.* Castr. *in d. l. si certis annis num. 4. vbi* Curt. Iun. *n. 12.* Alciat. *regul. 1. præsumpt. 32. n. 8.* Felician. *de censib. lib. 1. cap. 5. num. 24. vers. quocirca* Vasq. *d. lib. 2. c. 83. n. 32. vers. 2. quæ* Federic. Martin. *d. c. 3. num. 93. & cap. 7. num. 57.*

Quod confirmatur tum quia propterea intrat contra fiscum, qui per decennium soluit, contra quem tamen non præscribitur hoc tempore, Salic. *in d. l. cum de in rem verso q. 7. num. 12. ibique* Florian. *n. 5.* Ial. *in d. l. si*

*certis annis n.*14. Menoch. *de præsumpt.* 131. *n.*68. *&* 69. Federic. Martin. *de consib. c.*3. *n.*79. *&* 80.

Tum quia eadem ratione intrat contra Ecclesiam, contra quam nec præscribitur dicto tempore Salic. Florian. *&* Iason. *vers. extende in locis proxime relatis.* Menoch. *d. præsumpt.* 131. *à num.* 61. *ad n.*68. Federic. Martin. *d. cap.*2. *n.*83. *&* 84. Et facit ratio, quod lex generaliter loquens comprehendit personas etiam priuilegiatas, si in re de qua agitur non reperiantur habere speciale priuilegium *l. in fraudem §. fin. ff. de milit. testam.* Ripa *in l. nemo potest n.*52. *ff. de leg.*1. *ibique* Crot. *n.*18. Io. Hannib. *n.*369. Vasq. *d.c.*87. *n.*16. *vers. quæres.*

In proposito igitur causa præstationis, & diuturna præstatio ex dicta causa deducitur ex testibus receptis vsque de anno 1486. à Vicario Cauense pro informatione Cardinalis Commendatarij Monasterij Cauensis deponentibus has moniales antiquitus in territorio prædicto habitasse, & propter bella fuisse Salernum translatas, diuersáque Monialium bona stabilia in dicto territorio penes Abbatem Monasterij prædicti remansisse; eorúmque occasione abinde citra eosdem Abbates præstationem de qua agitur, Monialibus fecisse cuius examinis originale instrumentum cum fuisset ab hac parte productum, & absque eius facto, vel culpa deperditum Rota mandauit, stari transumpto mox producto.

Ad prætensam nullitatem ex defectu citationis fuit responsum, fuisse receptos ad informationem Cardinalis Commendatarij Monasterij Cauensis, sicque probare absque illius citatione, & iuramento, Dec. *in c. In nomine Domini n.* 32. *de testib.* Farinac. *alios congerens eod. tract. q.*72. *n.*62. *&* 135. Rot. *dec.*34. *n.*3. *in fin. part.*1. *recentior.*

Secundò, non probari defectum citationis, cùm non fuerit exibitus processus sed simplex scriptura depositionis in forma instrumenti, quæ propter antiquitatem temporis probat, ita vt pars volens impugnare, teneatur acta exhibere, vt plenè in puncto firmat Rota *coram* Greg. XV. *dec.*535 *an.*6. *ad n.*11.

Tertiò, sustineri examen ex æquitate, cùm sint mortui Mohed. *dec. vlt. n.*3. *&* 4. *de testib.* Rota *dec.*3. *vers. & est verum eod. tit. antiq.* Lamberteng. *de contract. glos.*11. *n.*20. *dicens in Senatu Mediolanens. iudicatum* Gonzal. *post glos.*9. *in annotat. contract. nullitat. n.*76.

Concurrentibus præsertim adminiculis tum ex partitis librorum monasterij descriptis in quinterno dicto anno 1486. coram Vicario Cauense exhibito, tum ex actibus coram Nuntio, tum ex obseruantia subsequuta quæ facit præstari fidem iuribus informibus Crauett. *cons.*101. *n.*4. Becc. *cons.*6. *n.*17. *& fuit sæpissimè decisum præsertim in Beneuentana domus* 28. *Iunij*, 1613. *coram* R.P.D. Pamphilio, *&* 18. *Aprilis*, 1617. *coram R.P.D. meo Ponente.*

Non obstat, quod non constet de libris Monasterij Cauensis relatis in dicto quinterno, quia cùm pars negauerit in partibus exibitionem licet nunquam antea negasset existentiam resultatem ex dicta antiquissima informatione Cardinalis Cómendatarij ex aliis testibus coram Nuntio pro hac parte examinatis, nec non ex aliis pro parte aduersa inductis deponentibus vidisse adnotatas præstationes in libris ex verisimilitudine, ex obseruantia, & firmata per tres decisiones coram Cardinale Pamphilio, *Reuerendissimo D. Seleucien.* & *Reuerendissimo D. Ponente*, quibus præterea conceditur compulsoria specialis, cui non fuit exaduerso contradictum, omnis viget præsumptio contra partem non exhibentem, ita vt succumbere debeat post alios. Menoch. *præsumpt.* 91. *lib.*2. Turret. *cons.*3. *n.*16. *Modern. de script. priuat. lib.*4. *fol.*222. *num.*23. *&* 24. Et in odium impedientis extractionem datur fides scripturis informibus. Rot. *dec.*160. *lib.*2. *part.*3. *diuers. & in aliis relatis dec.*348. *sub num.*3. *post 2. vol. cons.* Farinac. *& in Astoricens. Parochialis*, 1. *Iulij*, 1639. *coram* Dimeo Ponente.

Non obstat, quod testes dicantur coram Nuntio examinati absque citatione & in possessorio: tum quia vterque defectus cessat in facto, tum quia possessorium non competiisset ex actibus facultatiuis sine allegatione eiusdem causæ, de qua hodie agitur, & probatione solutionum ex dicta causa, Ripa *in c. cum Ecclesia n.*42. *de caus. possess.*

Vnde quia debuerunt plenariè super causa examinari, probant etiam in petitorio Rota *diuers. decis.*35. *num.* 4. *vers. vnde cùm probationes & n.* 5. *part.*1. *coram* Gregor. XV. *dec.*535. *n.*13. *&* 14. Tum quia sententia illorum vigore lata transiit in iudicatum, & fuit huc vsque obseruata, ideò non amplius dici de nullitate, contra hanc partem, quæ est rea, & possidet tam propter rem iudicatam, *Crescent. dec.*22. *de re iudic.* quam propter lapsum temporis, vt firmatur *in decis. coram* Reuerend. D. Seleuciensi, & propter acceptationem *l. ad solutionem C. de re iudic.* cum concord.

Considerandum denique est, nunquam antea fuisse negatum factum prestationis ab antiquissimo tempore huius annuæ præstationis, sed imo etiam positionibus exaduerso datis coram Nuntio præsuppositum solum allegando fuisse ex causa eleemosinæ, *hucusque D. Paulus Ranuccius.*]

Tertius est casus, † quando is, qui petit censum pro- 16
bat dumtaxat diuturnam solutionem decem, vel plurium annorum, sed, non constat ex qua causa fuerit facta solutio. Et in isto casu est facienda conclusio negatiua', non suffragari diuturnam solutionem. Alex. *consil.*113. *num.*1. *lib.*1. *& consil.*108. *num.*15. *lib.*2. Vasq. *d. c.* 84. *num.* 42. Menoch. *d. præsumpt.*131. *num.*54. *& clarius, num.*72. Iacob. Venent. *d. part.*2. *q.*10. *n.*6. *& seq.* Felician. de Solis, *in suis Comment. de Consib. com.*1. *lib.*2. *cap.*5. *num.*24. *vers. igitur constituto* Fedet. Martin. *d.c.*3. *num.*76. *& cap.*7. *num.*53. Roder. *d.q.*15. *num.*2. *& seqq. & numer.*35. hisce rationibus. Primò, † quia solutio 17
nuda à causa tantum operatur, quantum de necessitate ex ea infertur, & non vltra, *l.*1. *§. si quis hoc interdictoff. de itiner. actu. priuat.* Bart. *in d. l. cum de in rem vers. num.*9. *in fine*, vnde cùm simplex solutio non inferat de necessitate magis ad hanc, quam ad illam causam certam, & specificam, ex qua possit oriri obligatio in futurū, non † præsumi facit solutionem fuisse factam 18
ex causa census, *cap. pernenit, tex. de censibus* Bald. *in d. cap. si quis per triginta numer.* 6. *de feud. fuer. contr. int. domin. & agnat.* Salic. *in d. l. cum de in rem verso, q.*1. *num.*6. *in fine, & in d. l. si certis annis, quæst.*1. *num.*9. *& ibi* Aret. *col. pen.* Gasp. Roder. *d. q.*15. *num.*3. Et propterea licet is, † qui soluit non possit solutum tanquam 19
indebitum repetere nisi concludenter indebitum fuisse probet: Rota Genuens. *decis.*3. *num.* 2. non tamen probatur ex dicta solutione quod nata sit obligatio, & debitum pro tempore futuro, & pro futuris solutionibus, vt declarat Roderic. *d. q.*15. *num.*27. *&* 29. Secundò eadem conclusio confirmatur, † quia alias se- 20
quereretur quod concurrerent circa idem eodem tempore plura specialia, & plures præsumptiones, quod est absurdum, & contra regulas iuris, *l.*1. *Cod. de dot. promiss. cum vulg.* vna si quidem specialitas esset quod ex simplici solutione præsumeretur causa, altera, quod ex diuturna solutione induceretur probatio dictæ causæ, Alex. *d. consil.*113. *num.*1. *vers. item quia fictio, lib.*1. Rim. sen. *d. l. si certis annis, col. pen. & fi. & ibi* Curt. *n.*21. *C. de pact.*

Quartus casus est, † quando is qui petit, fundat se 21
in solutionibus factis per triginta, & plures annos, & hoc casu concludendum est affirmatiuè, quod is qui in præteritum per dictum longissimū tempus vniformiter soluit, cogi possit ad perseuerandum in solutione

Couar.

Couar. *d.* §.4. *n.*3. *vers.*1. Feder. Martin. *d.cap.*7. *n.*48. Menoch. *d.præsumpt.*131. *n.*51.

22 Dummodo † causam solutionum alleget Balb. *in suo tract. præs. in* 1. *part.*3. *par. princ. q.*10. *n.*2. & 10.

Nam si non appareret de certa causa solutionis di-
23 ceretur † census ignorantiæ, scilicet, cuius causa ignoratur, qui [Solui non debet *c. peruenit consib.* Specul. *in. de locat.* §. *nunc aliquot vers. sexagesimo tertio n.*80. Bart. *in l. si prius n.*14. *& seq. ff. de nou. oper. nunc. quos refert* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*22. *titul.*20. *n.*10. *quia.*] tam humanis, quàm diuinis legibus prohiberur, *d. cap. peruenit. de censib.* Roder. *d. q.*15. *num.*32. Ludou. Auendan. *in d. suo tractat. de censibus Hispan. cap.* 99. *num.* 6.

24 Sed quod immò † non sit necesse allegare causam, sed sufficiat probare solutiones fuisse vniformiter factas per spatium triginta, vel quadraginta annorum, volunt Couar. *d.*§.4. *num.*3. Cassan. *ad consuetud. Burgun. Rubr.*11. *Des censes*, §.1. *num.*9. Balb. *d. tract. par.*4. *q.*9. Menoch. *d. præsumpt.*131. *num.*5. Feder. Martin. *d. cap.*3. *n.*126. *& cap.*7. *n.*48. *& seqq.* Roder. *d. q.*15. *n.*7. Nicol. Intrigl. *super Bulla de censib. q.*90. *n.*1. *alios allegat.* Ludou. Auend. *d. c.*6. *num.*9.

[Verum enim vero si recipienti solutiones ius non assisteret, sed potius resisteret, eo casu præter præscriptionem saltem quadragenariam esset etiam necessarius titulus, aliàs non posset dici, illi esse acquisitam quasi possessionem exigendi manutenibilem. *gloss. in cap. peruenit, in verb. censu, & ibi* Abbas *n.*3. *de censib. & volunt* Rota *coram* R.P D. Remboldo *in Reatina census,* 27. *Nouembris* 1612. *post tract. dec.*415. *n.*2. *& coram* R. P.D. Metlino *in illa Eugubin. exemptionis* 26. *Ianuar.*1622. *quæ est ibidem dec.*433. *n.*6. *& facit dec.*97. *n.*3. *part.*1. *in recollect. per* Farinac.

25 Nec potest dici census ignorantiæ, † quia cursus tanti temporis indocit non solùm præsumptionem tituli, sed veram acquisitionem per præscriptionem, Couarr. *d.* §.4. *numer.*3. Mart. *d. numer.* 48. *& alij mox allegati.*

Quintus, & vltimus casus est quando actor fundat suam intentionem in solutionibus factis per tempus immemorabile, & de cuius initio non constat, nec causam, nec titulum allegat. Et quidquid dicat Vasq. *d. c.*84. *n.*42. quod non possit obtinere etiam si doceret sibi fuisse in præteritum solutum per mille annos, *quem sequitur* Ludou. Auend. *d. tract. cap.*5. *n.*9. Con-
26 trarium † tenent alij magis communiter, Menoch. *d. præsumpt.*131. *n.*46. Roderic. *d. q.*15. *n.*4. Feder. Martin. *dicto cap.*3. *numer.*129. *& d. cap.*7. *numer.*31. *qui multos allegant.*

Nec obstat auctoritas *Vasq.* quoniam illi respondet
27 Menoch. *d. præsumpt.*131. *n.*38. *ad fin.* † vel dictæ difficultates opiniones possunt conciliari, quod opinio *Menoch.* & communis procedat respectu tituli, quod non sit necessaria allegatio tituli, scilicet, quod census pro quo agitur fuerit acquisitus titulo emptionis, donationis, legati, vel alio; opinio autem *Vasq.* procedat respectu causæ, puta quod præstatio, ad quam agitur, petatur, & dicatur debita ex causa census, vel alterius annuæ responsionis, quia solum tempus quantumuis longissimum non tribuit causam, & titulum solutionis in præteritum factæ Balb. *d.q.*20. *n.*2. *&* 5. Auend. *d. c.*5. *n.*10. Nec est noua ista consideratio, & differen-
28 tia † inter titulum, & causam quoniam illa inter se differre considerant in puncto Roderic. *d. q.*15. *num.*31. *&* Auend. *d. c.*5. *num.*11. *& cap.*6. *num.*7. vel possimus simpliciter, & distincte transire cum opinione com-
29 muni, † quia talis immemorabilis solutio habet vim tituli, constituti, & priuilegij, *cap. super quibusdam,* §. *præterea de verb. signif.* Balb. *in d. q.*10. *numer.*22. *vers. hanc limitationem.* Feder. Martin. *d. c.*7. *n.*40. *&* 41. Ro-
30 deric. *d. q.*35. *n.*4. *&* 8. In † tantum vt releuet etiam ab onere allegandi titulum, nec admittat probationem in contrarium, vt paulò infra dicemus, *n.*37. Vetùm enimuerò posset dubitari, an si in iis casibus, in quibus is qui retro soluit cogi potest ad perseuerandum in solutione, alleget se, soluisse per errorem, credens se teneri ad soluendum cum re vera non teneretur, & velit probare se non teneri, sit admittendus ad faciendam huiusmodi probationem. † In qua difficul- 31
tate partem affirmatiuam tenuit simpliciter, & distincte Felician. de Solis, *d. tom.*1. *lib.*3. *c.*6. *num.*4. *vers. qui omnes* partem verò negatiuam pariter indistinctè amplexus fuit Crau. *cons.*217. *num.*11. *lib.*2. Bon. *d. tract. art.*76. *n.* 109. nam consuetudinem soluendi resultantem ex diuturna solutione esse loco causæ, dicit Bon. *art.*78. *num.*111.

Ego verò in hac difficultate, ita distinguendum esse arbitror. Aut † solutio fuit facta per minus temporis 32
spatium, quam decem annorum, & hoc casu verior sit opinio affirmatiua, etiam quod in ipso actu solutionis expressisset se soluere ex causa, quæ legitima esset, Bald. *in l. cum falsa, n.*6. *C. de iur. & fact. ignor. & ibi* Paul. de Castro, *n.*3. *in fine*, Ias. *in d.l. si certis annis, col. fin. num.*15. *C. de pact.* Felician. *d. n.*24. *vers. igitur constituta ibi: quo circa in proposito.* Balb. *d. q.*10. *n.*24. *vers. tertio noto. & numer. seq.* Aut verò solutio fuit facta per decennium, & vltra, & tunc est subdistinguendum, quia aut sumus in solutione facta per annos decem, viginti, triginta, & vltra, & † cum ex dicta solutione insurgat tantum præsumptiua probatio tituli, & causæ ex 33
qua dicitur facta solutio. Roderic. *d. quæst.*15. *num.*5. *& alij supra allegati*, vtique potest † alia probatione 34
tolli, & elidi, Roderic. *ibi num.*29. & propterea admittitur conuentus ad probandum errorem, Menoch. *d. præsumpt. num.*131. *num.*74. Balb. *d. quæst.* 10. *num.*22. *ad fin. vers. tertio not. limit.* Couar. *d.*§. *num.*2. *vers. secundo*, Vasch. *d. cap.* 84. *num.* 33. Roderic. *d. quæst.*15. *num.*6. *&* 7. Feder. Martin. *d. cap.*3. *n.*125. Etiam † per 35
probationes præsumptiuas. Roder. *d. quæst.*15. *num.*5. *in fine*, nam ita soluens præiudicat quidem sibi quo † ad 36
præteritas solutiones, vt non possit repetere solutum tanquam indebitum, sed non quo ad futuras, vt ex illis insurgat obligatio soluendi in futurum. Roderic. *d. q.*15. *num.*27. Ludou. Auend. *d. cap.*99. *num.*10. Aut sumus in solutione facta per tempus immemorabile, & tunc verior † est opinio negatiua, vt is qui tanto 37
tempore solui volens probare se per errorem soluisse non sit audiendus. Couar. *d.*§.4. *num.*4. Menoch. *consil.* 90. *num.*67. *lib.*1. *& d. præsumpt.*131. *num.*50. Roderic. *d. quæst.*15. *n.*4. *&* 8. Vasch. *d. cap.*84. *num.*14. Federic. Martin. *d. cap.*7. *num.*43. *& seqq.* Auend. *d. tract. cap.*5. *num.*9. *&* 10. *& d. cap.*99. *num.*7. vbi reddunt rationem quia lapsus tanti temporis cuius non extet memoria, habet vim tituli, & constituti, vt diximus *supra, n.*29. *& dicemus infra hoc* 2. *cap. quæst.*5. *art.*1. *num.*20. *nunc quæst.*90.

Quæ tamen conclusio limitanda est † nisi error sit 38
euidens, & euidenter appareret, quod causa, & titulus propter quem fuit facta solutio sit vitiosus Vasch. *d. ca.*84. *sub n.*12. *vers. facit*, Menoch. *d. præsumpt.*131. *n.*49. Roderic. *d. q.*15. *n.*8. *in fine*, Federic. Martin. *d. c.*7. *n.*45. *& seqq.*

Hæc autem † quæ dicta sunt de admittendo reum 39
conuentum ad probationem erroris procedunt, & intelligenda sunt respectu iudicij petitorij, secus autem respectu iudicij possessorij in quo huiusmodi exceptio erroris non admitteretur, vt probat Feder. Martin. *d. cap.*7. *n.*89. *cum dubb. seqq. & nos dicemus infra hoc* 2. *cap. q.*5. *art.*2. *num.*21. *cum seqq.*

[Quam tamen limitationem Balb. *de præscript. in* 2. *part.*3. *par. princ. q.*6. *n.*20. *in fin.* intelligit veram esse, si apertè constet de mala fide, aliàs in dubio præsumeretur bona fides ex cursu tanti temporis, etiam si

non allegaretur ſtante autem notoria mala fide, non procedit præſcriptio etiam temporis immemorabilis, vt dicit Balb. *d. num. 20. verſ.* & pro hac opinione per generalitatem *tex. in cap. fin. ibi vt nulla valeat abſque bona fide præſcriptio exir. de præſcript.*]

De cenſus ſolutione, & an ipſa retardetur oppoſita exceptione nullitatis contractus.

QVÆSTIO LXXXII.

aliàs par. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 1.

QVarta ſeſe nobis offert Quæſtio principalis, in qua promiſimus tractare de cenſus ſolutione, de qua licet aliqua reſpicientia rem quæ pro annuo cenſu, & annua reſponſione ſolui debet facta ſint *ſupra part. 1. cap. 1. q. 1. art. 3. nunc q. 3.* Quia tamen alia ſuperſunt ſcitu neceſſaria, quæ ad hanc particularem Quæſtionem pertinere viſa ſunt. Ideò vt promiſſa facilius expleam illam ad infraſcriptos ſeptem articulos reſtringendam eſſe exiſtimaui.

Primus eſt an pendente iudicio ſuper validitate cenſus, ſolutio fructuum illius poſſit euitari, vel differri.

Secundus, quo tempore fructus cenſus ſint ſoluendi.

Tertius, an pro pluribus annis futuris poſſit fieri vna ſolutio anticipata.

Quartus, ex qua pecunia cenſus ſit ſoluendus, ſi interim pecuniæ valor ſit mutatus.

Quintus, in quo loco fructus cenſus ſint ſoluendi.

Sextus, ſolutionem cenſus, quis, & quomodo probet, & ibi multa de intellectu, *l. quicumque, C. de apoch. public. lib. 10.*

Septimus, an facta ſolutione ex contractu cenſus nulliter celebrato, detur ſoluti repetitio.

SVMMARIA.

1 *Contractus cenſualis exequutio, quod pendente iudicio ſuper nullitate, vel iniuſtitia illius ſuſpendatur, voluit Felician.*
2 *Dummodo de nullitate, vel iniuſtitia incontinenti doceatur.*
3 *Executio dicti contractus, quod ſit ſimpliciter retardanda pendente iudicio ſuper illius nullitate videtur ſentiendum.*
4 *Exequutio contractus præfati, quod debeat retardari pendente iudicio ſuper nullitate inſtrumenti, ſecus ſi agatur de nullitate contractus videtur, dicendum.*
5 *Immo quod ſola exceptio nullitatis contractus retardet dictam exequutionem verius videtur.*
6 *Exceptio nullitatis cenſus propoſita principaliter per viam actionis retardat exequutionem contractus.*
Secus ſi per viam exceptionis, & incidenter, ibid.
7 *Etiam ſi excipieretur cenſum eſſe declaratum nullum per Iudicis ſententiam, à qua foret appellatum.*
8 *Dummodo nullitas ſit euidens, notaria, & manifeſta.*
9 *Et talis, quæ nulla oppoſitione velari, aut offuſcari poſſit.*

DVbitauimus *ſupra quæſt. precedent. art. 6. ſeu q. 77.* an pendente lite ſuper validitate, vel nullitate contractus cenſualis fructus cenſus ſolui debeant an verò ſolutio illorum retardari, & ſuſpendi debeat. & huius difficultatis reſolutionem in hunc locum reiecimus, vt igitur fidem, vt par eſt, impleamus, difficultatem propoſitam explicemus.

Circa quam videtur quod plures poſſint conſiderari, & in medium afferri opiniones ex variis Doctorum traditionibus elicitæ. Prima, † quod pendente dicto iudicio debitor cenſus non poſſit cogi ad illius ſolutionem, quam tenuit. Felician. de Solis, *in ſuis Commentar. de cenſib. tomo 1. lib. 2. cap. 1. num. 34. ſub verſ. non tamen præfati, in fine, ibi verum cum hac* vbi voluit retardandam eſſe exequutionem contractus cenſualis non ſolum ſi lis pendeat ſuper nullitate cenſus, ſed etiam ſi iudicium ſit ſuper iniuſtitia contractus, & ſic lis exerceatur ſuper reductione contractus, & cenſus. Dummodo † de oppoſita nullitate, vel iniquitate poſſit incontinenti doceri, ea motus ratione, quia tunc peritorium abſorbet poſſeſſorium *arg. cap. cum dilectus, ext. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* Oldr. *conſ. 294. in fine, faciunt dicta per* Ang. *in l. 1. §. ſi quis ita, n. 3. ff. de verbor. obligat.* 1 2

Secunda poteſt afferri opinio, quod † debitor cenſus teneatur, & cogi poſſit ad ſoluendum non obſtante pendentia litis ſuper nullitate contractus cenſualis, non habita aliqua ratione, an nullitas poſſit necne incontinenti iuſtificari ex Gloſ. *in cap. ſeruitium, 12. q. 2. quam amplexus fuit* Bened. Bon. *in ſuo tract. de cenſib. art. 65. n. 98.* vbi concludit eo caſu vtile eſſe facere ſolutionem cum proteſtatione, quod intelligatur facta ſine iurium ſuorum damno, allegans ad hoc Gloſ. *in cap. volumus, 16. q. 4. cap. à memoria, vt lite pendente, & alia iura, facit* Gloſ. *in cap. 1. verbo, deferre crucem, ext. vt lite pendente.* 3

Tertiam † poſſimus conſiderare opinionem eorum, qui diſtinguunt inter nullitatem inſtrumenti confecti ſuper venditione, & alienatione cenſus, & nullitatem ipſiuſmet contractus cenſualis, vt primo caſu exceptio nullitatis retardet exequutionem inſtrumenti, & petitam ſolutionem cenſus, ſecundo verò caſu minimè ex Corn. *conſ. 241. n. 8. lib. 2. poſt* Bart. *& alios allegat, & dicit communem,* Aſin. *in ſuo tract. de execut. inſtru. §. 2. cap. 21. num. 1.* 4

Sed quod † immo retardet ſolutionem, & ſuſpendat petitam exequutionem etiam exceptio nullitatis contractus cenſualis videtur pro quarta opinione ſentiendum ex Rim. ſen. *conſ. 29. n. 6. lib. 1.* qui licet loquatur pro ratione dubitãdi, attamen cùm poſtea non reſpondeat, videtur cum dicta ſententiarã ſtare, prout cum ea tranſit Soc. ſen. *conſ. 78. n. 4. verſ. reſpondeo, iunctis dictis per eum, infra n. 5. in princ. ibi iudicium nullitatis contractus, lib. 3.* Gramm. *conſ. ciuil. 95. num. 34. & ſeq.* Rom. *conſil. 42. num. 3.* Roderic. Suarez, *ad l. poſt rem iudicatam, ff. de re iudic. fol. mihi* 640. vbi reſpondet auctoritati Ang. *in d. §. ſi quis ita,* Carol. de Graſſ. *poſt multos quos allegat in ſuo tract. de except. in except. 20. numer. 6.* Aſin. *qui alios citat. d. cap. 21. num. 4.* Et non eſſe faciendam hanc diſtinctionem inter nullitatem contractus, & nullitatem inſtrumenti, quando nullitas appareret ex inſpectione inſtrumenti, & nihil eſſet probandum, dicit Galleſ. *ad form. cameral. obligat. part. 1. q. 3. artic. 3.* 5

Quamobrem † quintam conſiderare poſſumus opinionem diſtinguentem. An nullitas proponatur per viam actionis, puta agendo principaliter, & viâ ordinaria ad nullitatem, vel iniuſtitiam contractus, & petatur principaliter illum declarari nullum, ſeu reduci ad congruitatem, & iuſtitiam. An verò proponatur incidenter, & per viam exceptionis puta ſi dum agitur exequutiuè vigore inſtrumenti cenſus vallati cameralibus obligationibus, vel aliàs habetis à ſtatuto exequutionem paratam, obiiciatur per viam exceptionis nullitas. Vt primo caſu ſit ſuperſedendum in exequutione, & retardanda ſolutio cenſus; altero verò caſu non Innoc. *in cap. cum in iure, n. 2. ext. de offic. deleg.* Doctor. *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. vbi* Paul. de Caſtro, *num. 2. & 3. Idem in Auth. qua ſupplicatio, num. 3. verſ. ſed* 6

sed quæritur quid in causa nullitatis, C. de præcib. imper. offeren. Dec. *cons.* 103. *in princ.* Bonifac. de Vitalin. *in tract. de clausul. nil. nonar. nullit. pendent. in princip. fol. mihi* 66. Rebuff. *ad constitut. Galli. in tit. de rescis. contract. art. unico, glos. 5. num.* 7. Soc. sen. *d. consil.* 78. *n.* 4. *vers. secundo principaliter,* Lancellot. *in suo tract. de attentat. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 47. *& seq.* Id quod † respectu secundi casus procedit etiam si opponeretur, quod contractus sensus esset declaratus nullus, & reprobatus, si tamen dicta sententia foret per appellationem suspensa, vt in propriis terminis voluit Rota *sepius, & signanter in una Romana, seu Prænestina census,* 15. *Iulij,* 1599. *coram* bon. mem. Corduba, *quæ reperitur impressa, in calce tract. dec.* 209. *n.* 7. *&* 8. *in una Foroliuiensi census,* 3. *Iulij,* 1589. *coram* bon. mem. Orano, *quæ est ibid. dec.* 210. *n.* 9. *in una Beneuentana census,* 13. *Iunij* 1594. *coram* b. m. Corduba, *quæ ibidem est dec.* 211. *n.* 3. *in una Ianuensi censu,* 17. *Iunij,* 1605. *coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est ibidem dec.* 212. *n.* 5. *& in una Imolensi census,* 11. *May,* 1607. *coram* Illustr. Cardin. Ludouisio, *quæ ibidem est dec.* 213. *n.* 8. *& dicemus infra hoc eod. cap.* 2. *q.* 5. *art.* 6. *seu quæst.* 95.

7

Cùm † qua opinione Ego libenter pertranseo, cum ista tamen declaratione, quod nullitas etiam quando proponitur incidenter, & per viam exceptionis retardet executionem instrumenti, si sit euidens, manifesta, & notoria ex eodem instrumento vel possit incontinenti probari, *vt declarar.* Bened. Barz. *in suo tract. de Guarentig. part.* 3. *quæst.* 19. Ant. Canar. *in suo tract. de execut. instrum. q.* 11. *numer.* 21. *& seq.* Gallef. *ad form. Camer. al. obligat. d. q.* 3. *n.* 3. *& seq. vbi alios congerit, & in propriis terminis.* Foller. *in sua Pract. Cens. in verbo, quæ quidem executio, n.* 4. *& seqq. &* 8. *n.* 12. Graff. *de excep.* 20. *n.* 5. *& seqq.* Quod † tamen vltimum est intelligendum dummodo nullitas sit adeò euidens, & clara, vt nulla oppositione velari, aut offuscari queat, secus si super ea esset necessaria aliqualis disputatio, Ceph. *cons.* 201. *num.* 10. *lib.* 2. Burfat. *cons.* 73. *n.* 3. *lib.* 1. Graff. *de excep.* 20. *num.* 12.

8

Et hæc possunt valdè inseruire ad intellectum Statuti Perusini *de execut. instrum. rub.* 29. §. *& ab executione, lib.* 2. & aliorum statutorum prohibentium ne contra executionem publici instrumenti possit opponi exceptio nullitatis, nisi prouenientis, ex certis causis expressis, & specificatis.

SVMMARIA.

1 *Census fructuarius solui debet tempore recollectionis fructuum, qui debentur.*

[*Legatum fructuum debet solui tempore recollectionis.*

In legato fructuum inest ex natura rei tempus solutionis.]

2 *Tempus solutionis faciendæ census pecuniarij, non est in iure determinatum.*

3 *Census solui debet tempore inter partes conuento.*

4 *Conuentio de soluendo censu certo tempore, est valida.*

5 *Intellige de censu imposito super re, quæ dicitur dat fructus secus de imposito super prædio, quod non reddit fructus, nisi semel in anno, secundum Costam.*

6 *Sed quod ista conuentio sit indistinctè valida defenditur.*

7 *Solutio census in dubio faciendæ est eo tempore, quo consuetum in regione.*

8 *Consuetudo censetur inesse in quolibet actu.*

9 *Census, vbi circa illius solutionem nihil inter partes conuentum est, nec aliqua viget consuetudo debet solui in fine anni.*

10 *In contractibus seruatur id quod minus grauat debitorem.*

11 *Census, vt plurimum ex conuentione contrahentium solnitur de semestri in semestre in fine semestris.*

Quo tempore solutio census facienda sit.

QVÆSTIO LXXXIII.

aliàs part. 2. *cap.* 2. *quæst.* 4. *at.* 2.

VT veram, & distinctam propositæ difficultatis habeamus resolutionem existimo distinguendum inter sensum fructuarium, & pecuniarium, iuxta ea quæ diximus, *supra part.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 1. *art.* 3. Nam † fructuarius census soluendus est tempore recollectionis fructuum, qui debentur, vt dicit Boc-cacc. *in suo tract. de censib. part.* 3. *num.* 53. *& nos diximus d. art.* 3.

1

[Et bene facit, id quod Bart. *videtur sentire in l. qui hoc anno in fin. ff. de verb. obligat. de debito,* quod solui debet ex fructibus, dum allegat *tex. in l. firmio, §. pater ff. quand. dies legat. ced.* Sed iudicio meo voluit allegare gloss. in verbo non initio, quæ dicit, quod legatum soluendum ex fructibus prædij solui debet tempore recollectionis fructuum, quod gloss. dictum videtur fundari ea ratione, quam considerat Bald. *in l.* 1. *numer.* 5. *C. quand. dies leg. ced.* videlicet quia in dicto legato, seu debito inest tempus solutionis ex ipsius rei natura, quem repetiit Menoch. *in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 90. *numer.* 19. *vers. ratione rei legatæ.*]

Quo † verò ad censum pecuniarium respondet Nauar. *cons.* 18. *num.* 4. *tom.* 1. *lib.* 3. *in tit. de empt. & vend.* quod nullo iure antiquo, nec per *Extrau. Pij V. super censib.* præscribitur tempus, quo census solui debeat, & propterea ipse existimat circa hanc solutionem esse distinguendum, prout distinguitur in pensionibus, inter quæ esse symbolum, diximus, *supra hoc eod. cap.* 2. *q.* 2. *art.* 4. *nunc q.* 70. Ego autem tres esse considerandos casus censui.

2

Primus † est, quando tempore venditionis, & alienationis census fuit inter partes conuentum de certo tempore quo debeat illius solutio fieri, & eo tempore facienda est, Gloss. *in l. ade, Cod. locat.* contractus enim à conuentione legem accipiunt, *l.* 1. *§. si conuenerit, ff. depos.* Nam † talem conuentionem circa tempus faciendæ solutionis annui census non esse illicitam sensit, Nauar. *d. cons.* 18. *& dixit in suo Commentar. de vsur. num.* 134. *& sequitur* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Instit. lib.* 10. *q.* 1. *num.* 10. *&* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censib. cap.* 6. *numer.* 385. *& cap. vlt. num.* 156. quidquid † contrarium dicat, Intrigliol. *sup. Bul. de censibus, q.* 45. *n.* 10. *&* Ioan. Baptist. Costa *in suo tract. de ratione, & considerat ratæ, quæst.* 147. *num.* 7. distinguat inter censum impositum super re quapiam ex qua dietim, & horatim percipiuntur fructus, quem solui posse minutatim concedit tàm ex pacto, quam nulla præcedente conuentione, & censum impositum super prædio aliquo rustico, quod quibusdam tantum statis temporibus reddit fructus circa quem non posse iniri pactum, quod soluatur ante fructuum recollectionem affirmat, eo potissimum fundamento, quod cùm census soluatur ratione fructuum fundi supposi-ti non debet fieri solutio ante ipsorum fructuum recollectionem, maximè quia potest contingere, quod interim pendente fructuum recollectione fundus ipse pereat. Etenim † licet verùm sit, quod census constitui debeat super fundo fructifero, vt sæpius dictum est, non tamen in contractu censuali venduntur fructus fundi supposi-ti, nec ius percipiendi fructus ex illo

3

4

5

6

7

prædiò nascentes, sed dumtaxat ius percipiendi annuas responsiones ratione dictorum fructuum,& cum istæ annuæ responsiones sint fructus ciuiles,qui quotidie nascuntur, vt demonstratum fuit *supra hoc eod. c.2.q.2.art.4. nunc q.76. num.12.* nihil obstat quin fieri possit pactum de illis soluendis certo & determinato tempore. Dummodo tamen pacto non conueniatur, vt solutiones fiant anticipatæ ; quæ sunt omnino reprobatæ, vt dicunt *Addentes ad* Intrigliol. *d.q.45. in littera C,& nos dicemus art.seq.n.1.*

7 Secundus † casus est,quando tempore venditionis, & alienationis census nihil inter contrahentes expressè actum fuit quo tempore solutio census facienda esset,& tunc standum erit consuetudini regionis,Glos. *in dict.l.ede,in verbo,versata es,circa med. vers. sed quæro* 8 *quo tempore,l.licet,l.excepto, C. de locat.* per quæ † Iura Bald.*in l.diuortio in princ. col. penult.versicul. in* Glos. *in tres,ff.sol.matr.* dicebat quod in quolibet actu semper censetur inesse consuetudo.

9 Tertius † est casus quando inter contrahentes nihil expressè fuit firmatum circa tempus faciendæ solutionis annuæ responsionis censualis, nec de aliqua certa consuetudine apparet,& tunc solutio debet fieri in fine anni,quia ita de iure soluuntur pensiones. Glos. & Bart.*in d.l.ede, Cod.locat.* Gomez. *Variar. resolut. tomo 2.cap.3.de locat.& conduct.n.13.*etiam Ecclesiasticæ, Gigas, *in suo tract.de pension.q.93.* & vrgenti ratione firmat in propriis nostris terminis Federic. Martin. *in suo tract.de iure cens.cap.vlt.num.152.& seq.& amplectitur.*Martin.Bonacin.*de contract. disp.3.q.4. puncto vnico,* 10 *num.32.* Nam † in contractibus id semper seruare debemus quod minus grauat debitorem, & minus illi præiudicat, *l.semper in obscuris, l.semper in stipulationibus,& vbique Scribentes,ff.de reg.iur.*Quod etiam videtur peculiare in contractu census ex dispositione *Pij V. in sua constitutione,super censibus,*in quo reiiciuntur omnia pacta quæ debitori census possunt aliquod grauamen inferre.

11 Quam ob rem † vt expectantia compertum est,cum in actu venditionis seu alienationis census regulariter soleat inter contrahentes conueniri, quod illius fructus solui debeant de semestre in semestre in fine cuiuslibet semestris,talis conuentio seruanda est,*l.1.ff. de pact.c.1.ext.eod.titul.* cessante autem huiusmodi conuentione attendenda erit consuetudo regionis. Quæ si non appareat solutio erit facienda in fine anni,cum in contractu censuali constituatur,& vendatur census, & responsio soluenda ad rationem certæ summæ pro anno quolibet.

SVMMARIA.

1 *Conuentio de soluendo fructus census anticipatè, est illicita.*
2 *Debitor in diem potest ante tempus soluere.*
3 *Tempus in dubio censetur adiectum fauore debitoris.*
4 *Debitor potest renunciare dilationi sibi ad soluendum concessæ.*
5 *Limitatur si dilatio respiciat commodum creditoris vel vtriusque tàm creditoris,quàm debitoris.*
6 *Solutio facienda certo tempore sub pœna caducitatis,non potest fieri alio tempore inuito creditore.*
7 *Debitor non potest renunciare dilationi sibi ad soluendum concessæ,quando interest creditoris vt solutio fiat tempore conuento,& præfixo.*
8 *Debitor ex contractu census non potest anticipatè solnere inuito domino census.*
9 *Solutio si fiat singulis annis est vtilior domino census, quam si fiat vnica vice pro pluribus annis.*

Solutio census an fieri possit vna vice pro pluribus annis futuris.

QVÆSTIO LXXXIV.

aliàs par. 2. cap.2. qu.4. ar. 3.

IN hoc articulo duæ videntur esse necessariæ indagationes,vna an debitor census possit ex pacto obligari ad soluendum fructus census anticipatè pro pluribus annis futuris, circa † quam non est elaborandum,cum hanc pactionem,& conuentionem esse illicitam,& ex *Bulla* Pij V. *super censib.* expressè prohibitam,dicat Nauarr.*cons.18.num.4.in titul.de empt.& vendit.lib.3.& nos latè explicauimus supra hac pari,2.cap.1. q.3,art.2. nunc q.54.*

Secunda est indagatio. An dominus census possit inuitus cogi ad huiusmodi anticipatas solutiones recipiendum pro pluribus annis, etiam quod circa hoc nulla præcesserit conuentio.In qua videbatur affirmatiuè, ex infrascriptis sentiendum. Nam † regulare est quod is,qui est debitor in diem potest ante diei aduentum soluere, *l.quod in diem.ff.de solut.l.stipulatio iste,§. inter certum,ff.de verb.obligat.* tempus † enim in dubio censetur appositum & adiectum solutioni fauore debitoris,*l.cum tempus in fine,ff.de regul.iur.l.eum qui Kalendis in fine, ff.de verb. obligat.* cum aliis apud Neuiz. *cons.49.num.11.* Et ideò † videtur quod debitor annui census renunciando fauori suo, possit ante aduentum diei annuos census soluere,*argu.regul.l.in conscribendo, C. de pact.* Secus † tamen esset si tempus illud fuisset appositum fauore creditoris,vel fauore vtriusque tàm creditoris, quàm debitoris : quia tunc debitor non posset creditori præiudicare soluendo ante tempus solutioni præfixum. Neuiz. *d.cons.49.n.10.*Quod posset exemplis demonstrari,vel † quando solutio est facienda aliquo certo, & determinato tempore sub pœna caducitatis, seu alia, vt solet contingere in contractu emphyteutico, *leg.2. C. de iur. emphyt.c.potuit, extr.de locat.* Vel alio respectu interesset creditoris solutionem fieri tempore præfixo, & determinato : his enim casibus non posset debitor creditore inuito soluere ante tempus,nec pro pluribus annis Bal.*in l.plures apochis,in fine,C.de fide instrument.* Ias. *in dict. leg.1. quæst.22. num.66. & seqq. C.de iure emphyt.* Cassan. *ad consuet.*Burgund.*Rub.11. des census,§.2. num.30. & seq.* Prout † propter eandem rationem interesse creditoris non posset absque eius consensu fieri solutio nisi in tempore conuento, quando esset soluendum aliquid quod tempore posset deteriorari, vel eius pretium minui, vt considerat post alios Ias. *in d.l.2.d.quæstion.22.vers.motus vltra prædicta, & in l. Qui Romæ, in princ. num.3.& 4.ff.de verbor.obligat.* Cassan. *d.num.30. & seq.*

Cæterùm † licet in contractu censuali neutrum ex istis videatur quod possit considerari,cum solutio fructuum census non sit facienda aliquo certo & determinato tempore, nec sub pœna caducitatis, nec alia, immo ab hoc contractu tam pœna caducitatis, quàm quælibet alia contra morosum debitorem sit expressè prohibita à Pio V. *in d.sua Constitutione,in vers. Pacta continentia morosum,&c.& nos supra diximus hac part.2. cap.1. q.3. art.5. sen q.57.* Nec sit aliquid soluendum, quod tempore deteriorari possit,vel eius pretium minui, loquendo de censu pecuniario,cum pecuniæ vniformis soleat esse valor,& æstimatio, nec tempus solutionis faciendæ videatur appositum fauore creditoris immo potius fauore debitoris,vt præsumi regulariter supra proximè dictum fuit.

Nihilomi

9 Nihilominus non † esse in eo contractu permissas solutiones anticipatas pro pluribus annis inuito creditore sentiendum existimo, ea potissimum ratione, quia valdè videtur interesse domini, & creditoris census, vt huiusmodi censuales solutiones suo tempore, & non antea fiant, ex eo saltem, quia per solutiones, quæ fiunt singulis annis, vel singulis semestribus facilius probari potest quasi possessio exigendi annuos census, quam si fiat vna solutio anticipata pro pluribus annis, vt sentiebat Bene. Bon. *in suo tract. de censib. art. 7. n. 22.* Quod summopere posset domino census conducere ad obtinendum in iudiciis possessoriis, per ea quæ dicit Natta, *cons. 486. numer. 4. lib. 3. & nos dicemus infra hac eod. q. 4. art. 6. nunc quæst. 87. n. 5. & latius quæst. 5. art. 4. sen. 9. 93.*

Quæ conclusio satis videtur comprobari ex *Bulla præfata* Pij V. *in vers. solutiones, quas vulgò, &c.* vbi expressè, & indistincte prohibetur ne dictæ solutiones anticipatæ fiant, quod verificatur siue fiant consentiente domino census, siue eo contradicente, & inuito; merito eius dispositio in vtroque casu debet habere locum, cum lex generaliter loquens debeat generaliter intelligi, vulgata, *l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstand.*

SVMMARIA.

1 *Fructus æstimantur iuxta valorem monetæ, quæ currit tempore æstimationis faciendæ.*
2 *Monetæ valor attenditur iuxta tempus solutionis.*
3 *Contrarium volunt aliqui.*
4 *Definitiones controuersiarum, quæ oriuntur ob mutationem valoris monetæ pendent à forma obligationis.*
5 *Census solui debet de moneta conuenta, &* numero 8.
6 *Solutio fieri potest de moneta currenti tempore solutionis, quando fuit promissa solutio de moneta currenti.*
7 *Habito tamen respectu ad valorem monetæ currentem tempore factæ obligationis.*
8 *Solutio fieri debet in moneta conuenta, quatenus extet quando fuit promissum certum genus monetæ.*
9 *Ex generali tamen consuetudine potest solui tantundem de alia moneta, iuxta valorem monetæ conuentæ currentem temporis solutionis.*
10 Limitatur 1. *si tempore faciendæ solutionis non appareat de valore monetæ conuentæ, quia tunc est facienda solutio de moneta vsuali illius nominis.*
11 Limitatur 2. *nisi valor monetæ conuentæ sit alteratus respectu bonitatis intrinsecæ, quia debet attendi illius bonitas intrinseca de tempore obligationis.*
12 *Moneta conuenta quando non extat, aut reperitur cum magna difficultate, solutio debet fieri in alia moneta iuxta valorem conuentæ, qui est tempore solutionis.*
* *Limitatur, vt* num. 10. & 11.
13 *Solutio reposita in electione debitoris potest fieri ex quocunque genere monetarum æstimato iuxta valorem monetæ, quæ est in obligatione.*
14 *Facultas concessa debitori vt soluat de moneta quam elegerit, intelligitur de valore monetæ existentis in obligatione, qui erit tempore solutionis faciendæ.*
15 *Solutio potest fieri in qualibet moneta, quando in obligatione est moneta imaginaria, habita ratione ad valorem monetæ debitæ, qui currit tempore solutionis faciendæ.*
16 *Limitatur si dicta moneta sit alterata iuxta bonitatem intrinsecam, quia tunc attenditur valor dictæ monetæ, qui currebat tempore obligationis.*
17 *Solidorum mentio in obligatione librarum centum, toc solidorum pro libra non censetur facta, vt solidi sint in obligatione, sed ad demonstrandum de qua libra contrahentes intellexerunt.*
18 *Solutio quæ fieri debet respectu certi facti explicandi vigore legis, vel statuti, debet fieri iuxta valorem monetæ currentis tempore quo factum explicatur.*
19 *Causa determinat factum ex dicta causa.*
20 *Solutio pro extinctione debiti faciendi, de iure fieri debet de moneta existente tempore obligationis.*
* *Ex generali tamen consuetudine est in electione debitoris an soluat monetam quæ est in obligatione, an verò illius valorem iuxta tempus solutionis,* numero 22.
21 *Aliud pro alio inuito creditore solui non potest.*
* *Limita creditore consentiente,* n. 32.
23 *Obligatus soluere in scutis auri in auro boni, & iusti ponderis, non potest soluere in moneta alterius materiæ, sed sunt soluenda scuta aurea boni & iusti ponderis.*
Limitatur vt supra, num. 10. & 11.
24 *Moneta tunc dicitur mutata extrinsecus quando valor illius est alteratus ex vsu, seu opinione hominum, vel edicto Principis.*
25 *Solutio fieri debet iuxta valorem monetæ currentem tempore solutionis, quando moneta est alterata extrinsecè.*
26 *Moneta dicitur mutari intrinsecè, quando cuditur de materia viliori, vel pretiosiori respectu legæ.*
27 *Solutio, quando moneta est alterata intrinsecè, debet fieri de moneta antiqua, si extat, & creditoris interest.*
28 *Sin minus de moneta noua iuxta valorem antiquæ.*
29 Limitatur 1. *nisi tempore obligationis esset timor mutationis valoris monetæ.*
30 Limitatur 2. *dummodo probetur valor monetæ antiquæ.*
31 Limitatur 3. *Nisi creditor receperit solutionem in vna specie monetæ pro alia, absque contradictione.*
33 *Promissio, & obligatio talis præsumitur, qualis fuit facta solutio.*
34 *Consuetudo soluendi vnam speciem monetæ pro alia suffragatur etiam quod non sit præscripta, quidquid aliqui contrarium senserint.*
35 Limitatur 1. *respectu Ecclesiæ, nisi solutio talis sit facta per annos quadraginta continuos.*
36 *Declaratur, vt procedat dummodo talis solutio sit facta bona fide.*
37 *Et pro toto, & integro debito.*
38 *Declaratur aliis modis, remissiuè.*
39 *Valor monetæ debet æstimari iuxta illius cursum, qui est in loco celebrati contractus, non autem loci destinatæ solutionis.*
40 *Mensura debet fieri prout fit in loco factæ venditionis, non loci vbi sunt sita bona vendita.*
41 *Monetæ alteratio intrinseca, vel extrinseca videtur maximè attendenda in mutuo, & deposito.*
42 *Considerabilis est etiam in contractu censuali.*
43 *Cur. iun. in consil. 24. & Menoch. cons. 49. explicantur.*
44 *In iure de similibus ad similia proceditur in casibus expressè non determinatis.*

Fructus census ex qua moneta solui debeant.

QVÆSTIO LXXXV.

aliàs part. 2. cap. 2. qu. 4. art. 4.

PRoposítus articulus hunc habet scopum, vt in eo discutiatur, an solutio fructuum census sit facienda de moneta currente tempore impositionis, & venditionis illius, an verò de moneta, quæ est in vsu, & cursu tempore quo fieri debet solutio, & sic an augmentum, vel diminutio valoris monetæ spectet ad debitorem, vel ad creditorem. Quæ indagatio est necessaria non solùm propter difficultates quæ circa hoc exoriri possent occasione solutionis annui census, & annuæ responsionis censualis, verum etiam respectu redemptionis ipsius census, vt scilicet sciamus an in facienda illius redemptione sit soluendum, & restituendum pretium in moneta, quæ tempore Constitutionis, & venditionis in illius emptionem erogata fuit, & iuxta valorem dictæ monetæ quæ eo tempore currebat, an vero de moneta, quæ est in vsu tempore faciendæ redemptionis, & iuxta dicti temporis æstimationem, & valorem.

Deueniendo autem ad rem ipsam cum iste annuus redditus imponi non possit nisi super fundo de sui natura fructifero, vt sanciuit Pius V. *in sua Bulla, quam edidit super forma creandi census*, & nos explicauimus *supra part. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. nunc. q. 35.* & in isto censuali contractu vendatur ius percipiendi annuam responsionem censualem, ratione fructuum fundi suppositi, vt pluries dictum fuit, videtur sequi quod sicut fructus dicti prædij, & fundi subiugati singulis annis renascuntur, & eorum valor variatur; & alteratur, *l. pretia rerum ff. ad leg. Falc.* & æstimatio † fructuum fiat iuxta valorem monetæ, quæ eo tempore quo æstimari debent expenditur. Surd. *cons. 368. numer. 26. in fine. lib. 3.* eodem † modo quod census solui debeat de moneta vsuali, & currenti tempore faciendæ solutionis, & iuxta dicti temporis æstimationem, nulla habita consideratione, quod alius esset valor monetæ tempore quo census impositus, & venditus fuit, iuxta not. per Gem. *in cons. 137. num. 3. sequitur* Menoch. *cons. 49. numer. 23. lib. 1.* Surd. *cons. 335. numer. 17. lib. 3.* qui alios allegat, & confert communis theorica, de qua per Theil. *decis. 174. num. 7.* vbi ex sententia Pilei, *quæst. 35. incip. Quidam creditor, in fine*, quam ipse testatur esse communem, & receptissimam concludit. Quod in credito pro quo soluitur interesse debeat fieri solutio iuxta valorem monetæ currentem tempore solutionis, non autem tempore obligationis, & contractus.

Verum † quoniam contrarium defendit Natta. *cons. 664. per tot. lib. 4.* & articulus est valde controuersus, vt videre est apud Doctores de materia loquentes, & præsertim Gabr. *in tit. de solutione concl. 1. & 2.* Gigan. *de Tension. quæst. 98.* & alios. Idcirco Ego animaduertens, † quod definitiones controuersiarum, quæ oriuntur super solutionibus ob mutationem valoris monetarum plurimum pendent à forma obligationum, & conuentionum, vt post Bald. *cons. 213. in fine, lib. 5. &* Boër. *decis. 327. n. 10. vers. & ideo debet animaduertis* Menoch. *d. cons. 49. n. 10. & sentit* Curt. iun. *cons. 24. num. 2. lib. 1.* pro resolutione, huius articuli ponderando formam conuentionum, & pactorum, ac obligationis ipsius debitoris: ex iis, quæ latissimè, & cumulatissimè variis in locis congerunt Scribentes infrascriptas faciendas esse conclusiones, operæ pretium existimaui.

† Verum antequam ad propositi articuli resolutionem deueniamus, vnum est generaliter præmittendum, quod in toto statu Ecclesiastico circa census creatos, & venditos in prouincia Marchiæ in moneta eiusdem prouinciæ, vel extra eam in toto Statu Ecclesiastico in quarrenis post annum 1586. vsque ad annum 1600. (quo tempore de mand. Clem. VIII. fel. record. fuit facta extinctio quatrenorum veterum, & creatio, & cussio nouorum, de ordine eiusdem Pontificis emanauit decretum in Camera Apostolica, quo sancitum fuit, quod solutio similium censuum tàm quo ad fructus, quàm quoad extinctionem sortis debeat fieri ad rationem nouem Iuliorum argenteorum pro quolibet scuto, de quo decreto fit mentio in *decis. 648. numer. 7. part. 1. in recollect. per Farinac.* Et propterea circa census vt supra creatos, & venditos in statu Ecclesiastico cessat omnis difficultas, quæ versatur dumtaxat circa census venditos extra dictum statum, vel respectu censuum, qui aliter, quàm, vt supra dictum est, vbique creari, & venditi fuerunt, quam per infrascriptas conclusiones resoluendam esse, censui.

Prima sit conclusio quando † tempore venditionis census fuit inter contrahentes conuentum, & firmatum quod census solui debeat vel ex moneta currente tunc tempore impositionis, & venditionis, vel ex moneta currente tempore faciendæ solutionis, seruanda est partium conuentio, & prout conuentum fuit census soluendus est. Aretin. *cons. 112. ante numer. 1. vers. pro veritate* Calcan. *cons. 15. num. 48. vers. & eandem opinionem in fine, vers. refert, & sequitur* Crau. *cons. 836. num. 1. vers. sed etenim ius, lib. 6. qui præter istos alleg.* Brun. *in tract. de augm. monet.* & est ratio secundum *Calcan.* quoniam ex partium conuentione contractus legem recipiunt, *l. 1. §. si conuenit. ff. de pos. l. contractus, ff. de reg. iur.* & huic conuentioni standum esse post Cæph. *cons. 31. num. 5. lib. 1.* & alios dicit in propriis terminis Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. vnico, num. 28.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 5. num. 76.*

1

2

Secunda sit conclusio. Quod † quando tempore impositionis, & venditionis census non fuit expressè conuentum quod solutio fieri deberet de moneta tunc currente, vel de moneta currente tempore faciendæ solutionis, sed fuit simpliciter actum & conuentum inter contrahentes de solutione, vel dictum quòd solutio fieret de moneta currente non exprimendo ad quod tempus monetæ cursus sit referendus, & tunc debitor non potest cogi soluere monetam currentem tempore factæ obligationis, sed potest soluere de moneta currente tempore solutionis faciendæ. Oldr. *cons. 250. nn. 3. vers. sed secundum*, Abb. *in cap. 4. num. 14. ext. de iureiur. faciunt relat. per Mysinger. singul. Obseruat. centur. 4. num. 1. & in puncto Feder. Martin. d. cap. 5. num. 65. & cap. 8. num. 47.* † tamen respectu ad valorem monetæ currentem tempore factæ obligationis, vt scilicet si sit diminutus illius valor intrinsecè tanto plus de noua moneta currente tempore solutionis, detur quantum valeret illa, quæ currebat tempore promissionis, & factæ obligationis, vt declarat Brun. *d. tract. de augm. monet. par. 37. in 8. limit. in 4. quæst. in fine, vers. si autem dictum fuerit, quæ sequuta est* Rota *in vna Foroliuien. census, 12. Iunij, 1609 coram* bon. mem. Iusto, *quæ reperitur impressa post tract. decis. 214. num. 7.* quidquid contrarium sentiat Grat. *cons. 13. n. 40. lib. 1.* Hec autem secunda conclusio quo ad vltimum dictum declarari, & intelligi debet iuxta ea quæ dicentur paulò *infra hoc eod. art. in 8. & 9. conclus.*

3

4

5

6

7

Tertia sit conclusio. Quod † quando ex forma obligationis, & conuentionis debetur aliquod certum genus pecuniarum, & monetæ, puta ducati de Camera, scuta auri Solis, plastræ Florentinæ, &c. si tale genus

8

monetæ

monetæ extat tempore quo solutio facienda est, licet de iure debitor teneatur soluere monetam ipsam conuentam, Cæph. *d. cons. 31. numer. 12. lib. 1.* Surd. *cons. 242. num. 2. & seq. lib. 2. & latè defendit* Garz. Mastrill. *decis. Regni Sicil. 7. per tot. & signanter numer. 5. & seqq. & n. 9. part. 1. & voluit* Rota *Aprutina seu Montis alticensus, 4. Iunij, 1607. coram* Reuerendiss. P. D. Sacrato, *quæ est post tract. dec. 215. numer. 4. & in vna Romana pecuniaria, 23. Ianuary, 1589. coram* bon. mem. Penia, *quæ est ibidem dec. 216. num. 2. & ita intelligendum esse existimo resolutionem factam in eadem* Rota *coram* bon. mem. Cardinali Lancellotto, 20. *Iunij, 1597. in vna Romana aureorum octo Zeccarum, quæ est ibidem decis. 217. n. 1.* & in puncto in solutione fructuum census, quod sit facienda de moneta, de qua partes conuenerunt, soluit *eadem* Rota *in vna Forolivien. census, 8. Martij, 1602. coram* Reuerendiss. P. D. Sacrato, *quæ ibidem est dec. 218. per tot. & in alia Forolivien. census, 12. Iunij, 1609. coram* bon. mem. Iusto, *quæ est ibidem decis. 14. num. 2. & concludit Feder. Martin.* qui loquitur in redemptione census, *in d. suo tract. de iure cens. c. 8. num. 50.*

9 Ex generali † tamen consuetudine solui potest tantundem de alia moneta quod ascendat ad valorem monetæ conuentæ currentem tempore solutionis faciendæ. Cæph. *cons. 31. num. 5. & 11.* Soc. iun. *cons. 145. numer. 96. lib. 1.* Grat. *cons. 12. numer. 44. lib. 1. multos allegat.* Thesl. *d. decis. 174. num. 5.* Mastrill. *d. decis. 7. num. 1. & ita placuit* Rotæ *in dicta Aprutina seu Montis alti census coram* Reuerendiss. Sacrato, 4. *Iunij*, 1602. *quæ est post tract. decis. 215. num. 4. & in illa Forolivien. census, 8. Martij eiusdem anni coram eodem quæ ibidem est decis. 218. n. 1. & antea coram* Seraph. *dectis. 511. num. 1. & 2. part. 1. & in hanc sententiam iuit etiam* Feder. Mart. *in d. suo tract. c. 5. num. 66. cum multis seqq. & expressis num. 123.* Hoc autem quod dictum est, quod debitor ex generali consuetudine potest soluere æstimationem, & valorem monetæ promissæ, & conuentæ qui currit de tempore solutionis faciendæ, debet vno, & altero modo declarari.

10 Primò quidem † si tempore solutionis faciendæ non appareat de valore monetæ conuentæ: nam eo casu solutio esset facienda de moneta vsuali, & noua illius nomitis, quæ videtur loco antiquæ subrogata. Curt. iun. *d. cons. 24. n. 6. ad fin. post* Salic. *in l. quicunque num. 6. C. de seruifugit* Menoch. *d. cons. 49. num. 23. quos & alios refert, & sequitur* Surd. *d. cons. 335. numer. 15. lib. 3.*

11 Secundò debet declarari † nisi monetæ conuentæ & promissæ valor sit mutuatus, & alteratus respectu bonitatis intrinsecæ: tunc enim attendi debet bonitas intrinseca temporis obligationis, & promissionis, sed potest fieri solutio de moneta noua habito tamen respectu ad valorem intrinsecum antiquæ promissæ, qui currebat tempore factæ promissionis. Glos. *fin. in cap. olim. & in cap. cum Canonicis. extide censib. & declarauit* Rota *in illa Forolivien. census coram* bon. mem. Iusto, 12. *Iunij, 1609. quæ est post tract. decis. 214. num. 3.* [*& plenè comprobat in vna Bononien. de Paleottis coram* R. P. D. Manzanedo 1. *Iunij 1605. quæ est post tract. decis. 330. num. 7. & infra.*] ea ratione, quia alias debitor solueret minus quam receperit, vt considerat Socin. Sen. *d. cons. 145. num. 95. lib. 1.*

Quarta conclusio retentis terminis præcedentis

12 tertiæ conclusionis sit, quod † quando inter contrahentes fuit conuentum quod solutio fieret de aliquo certo genere pecuniarum, tempore solutionis dictum genus monetæ non reperitur, aut reperitur quidem, sed cum magna difficultate solutio fieri debet in alia moneta, iuxta tamen valorem antiquæ, & conuentæ, qui currit de tempore solutionis faciendæ, vt in primo casu quando genus monetæ promissæ non extat, auctoritate Bart. *& aliorum, in l. Paulus, ff. de solut.* dixit Rota *in illa Forolivien. census, 12. Iunij, 1609. coram* bon. mem. Iusto, *proximè citata, num. 2.* Federic. Mart. *in d. suo tract. cap. 5. num. 119. & cap. 8. num. 49. testatur de communi* Andr. Gail. *pract. observat. lib. 2. observ. 73. num. 6. & 7.* Mysing. *singul. observ. centur. 4. observ. 1. num. 3. & 4.* Affl. *latè in vsib. feud. in tit. quæ sint regalia, cap. in verbo, Monetæ, num. 10.* In secundo verò casu quando genus monetæ conuentæ difficulter reperitur post multos quos allegat, voluit Rota *in illa Romana aureorum octo Zeccarum 20. Iunij, 1597. coram* bon. mem. Cardinali Lancellotto, *quæ est impressa post tract. decis. 217. num. 1. & in vna Cremonen. pensionis, 15. Iunij, 1598. coram* bon. mem. Orano, *quæ est ibidem decis. 219. numer. 7. & coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato *in illa Aprutina, seu Montis alti census, 4. Iunij, 1602. quæ ibidem est decis. 215. n. 4. in illa Romana pecuniaria, 23. Ian. 1589. coram* bon. mem. Penia, *quæ ibidem est decis. 216. num. 2. & 6. & in illa Forolivien. census, 12. Iunij, 1609. coram* bon. mem. Iusto, *quæ ibidem est decis. 213. numer. 1.* [*& in vna Romana de Paleottis num. 2. & seq. sequitur* Feder. Mart. *d. c. 5. n. 119.* Affl. *latè d. num. 10. &* Mising. *d. observ. 1. num. 3. & 4.* [Et confirmatur ea ratione, quia dicta moneta non solum est in solutione, sed etiam in obligatione, vt post Bart. *in leg. si quis stipulatus decem in mille, numer. 3. vers. facit lex, quæ Romæ ff. de verb. obligat. &* Bald. *cons. 213. numer. 2. lib. 5. dicit* Rota *in illa Bononien. de Paleottis num. 1.*]

Quæ conclusio debet intelligi, & declarari iisdem duobus modis, quibus fuit declarata præcedens tertia conclusio, *num. 10. & 11.*

Quinta sit conclusio, quod † quando tempore con- 13
tractæ obligationis non fuit conuentum inter contrahentes de facienda solutione in aliquo certo monetarum genere, sed fuit data electio debitori, vt solueret vnum, vel alterum genus ad ipsiusmet arbitrium; Ista facultas eligendi operatur quidem vt debitor possit debitum soluere ex quocunque monetarum genere, quod sibi libuerit, illius tamen æstimatio fieri debet iuxta valorem monetæ, quæ in obligatione, non autem illius quam soluere elegit ipse debitor, *vt dixit* Rota *coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato, 8. *Martij, 1602 in illa Forolivien. census, quæ est impressa in calce tract. decis. 218. num. 5. allegans* Soc. iun. *cons. 44. numer. 5. versicu. secundo quantum, lib. 4. qui auctoritate* Bal. *hoc affirmat*, ea ratione, quia † ista facultas quæ datur de- 14
bitori, vt possit soluere in alia moneta, quam sit in obligatione, non facit quominus ipse debitor remaneat obligatus ad soluendum in eadem moneta, & ideò facultas illa debet intelligi de valore monetæ, existentis in obligatione qui erit de tempore faciendæ solutionis, *vt ibi dicit* Soc.

Sexta sit conclusio. Quod † quando in obligatione 15
adest aliqua moneta imaginaria, puta, Florenus, libra, vt similis, quæ non reperitur cussa sub tali nomine, solui potest quælibet moneta, quæ constituat florenum, libram, vel quamlibet aliam imaginariam monetam, quæ est in obligatione, habita ratione ad valorem monetæ debitæ, qui currit tempore solutionis faciendæ. Soc. sen. *cons. 6. num. 4. vers. ex quibus omnibus, lib. 1.* Menoch. *cons. 49. n. 14. vers. 2. lib. 1.* Surd. *dicons. 335. n. 7. vers. his, verò, & sub n. 8. vers. sed quo ad nos lib. 3. & tenuit* Rota *coram* Seraph. *decis. 84. num. 1. & decis. 964. num. 1. part. 1.*

Hæc † tamen conclusio declaranda est, vt procedat 16
si moneta quæ est in obligatione non sit alterata, iuxta bonitatem, & valorem intrinsecum quia eo casu debet attendi valor illius monetæ, qui currebat tempore obligationis, non autem qui currit tempore solutionis, alias cum moneta noua quæ constituat, puta libram, quæ est in obligatione non sit eiusdem æstimationis, quæ erat tempore contractæ obligationis, & per consequens libra, quæ currebat tempore con-

tractus

ctus sit effecta in sui intrinseca bonitate deterior, quam esset eo tempore, diceretur minus debito solui quod ferendum non esset. Licet enim libra non varietur in numero solidorum, quibus constituitur, sed semper valeat puta solidos viginti, variatur tamen respectu valoris solidorum, quibus libra æstimatur, atque ita in consequentiam subest mutatio in bonitate intrinseca, & per solutionem viginti solidorum nouorum non recipit functionem in suo genere, & ita sentiunt communiter scribentes. Soc. sen. *cons.* 398. *lib.* 2. qui testatur ita communiter tenere omnes Doctores tam Legistas, quàm Canonistas, & multos allegat: communem etiam profitetur. Menoch. *d. cons.* 49. *n.* 1. *num.* 32. *& infra*, licet ab ea discedat, cum hac etiam communi pertransiuit Purpur. *cons.* 522. *num.* 36. *vers. & propterea*, *lib.* 2. Cæph. *d. cons.* 31. *numer.* 12. *vers. nec est verum*, *lib.* 1. Surd. *cons.* 220 *numer.* 415. *& seq. lib.* 2. *post* Brun. *in tract. de Monet. part.* 6. *num.* 6. *Item* Surd. *cons.* 406. *n.* 10. *& seq. lib.* 3. *& in his terminis loquitur* Rota *in vna Cesenatensi pecuniaria coram* bon. mem. Penia, 14. *Martij*, 1597. *quæ est in calce tract. decis.* 220. *numer.* 3. *& coram* bon. mem. Iusto, 12. *Iunij*, 1609. *in illa Foroliuiensi*

17 *census*, *quæ est ibidem dec.* 214. *num.* 1. Nam mentio † solidorum censetur facta non vt solidi censeantur esse in obligatione, sed ad demonstrandum de qua libra contrahentes intellexerint Soc. sen. *d. consil.* 298. *in princ.* Grat. *cons.* 14. *num.* 13. *lib.* 1. Boët. *decis.* 327. *num.* 3. *& placuit* Rota *in d. Cesenatensi pecuniaria*, 14. *Martij*, 1597. *coram* bon. me. Penia, *n.* 2. *& in illa Cremonensi pensionis*, 15. *Iunij*, 1598. *coram* bon. mem. Orano, *quæ est post tract. dec.* 219. *n.* 5.

18 Septima sit conclusio. Quod † quando in obligatione est moneta non quidem imaginaria, sed nec etiam certa puta scutum aureum, testones, iulij, vel alia similis moneta, quæ reperit cussa sub certo & determinato nomine, sed sub diuersis signis, & imaginibus si solutio est facienda respectu alicuius certi facti non ex conuentione, sed vel ex statuto, vel ex consuetudine, & tunc quia nemo potest asserere obligationē esse natam antequam factum illud explicetur, debet attendi valor monetæ qui currit tempore, quo factum illud explicatur, vt post Specul. Anchar. Imol. Cur. sen. Geminian. Corn. Alber. Brun. *dicit* Gabr. *cons.* 164. *n.* 4.

19 *vers. ouato*, *& n.* 5. *lib.* 1. nam † quidquid sit ob aliquam causam debet secundum illam determinari, vt per hanc rationē eandem opinionem amplectitur, & confirmat, Surd. *d. cons.* 335. *n.* 17. *& alij relati à* Felician. de Solis, *in dd. suis comment. de censib. tom.* 2. *libr.* 4. *cap. vnico* 31. *sub vers. & licet in solutione.*

20 Si verò solutio † est facienda ad effectum extinguendi debitum licet de iure fieri debeat de moneta existente tempore factæ obligationis. Soc. iun. *d. cons.* 145. *num.* 94. *lib.* 1. Grat. *cons.* 12. *n.* 31. *lib.* 1. Ceph. *d. cons.* 31. *n.* 8. Surd. *cons.* 368. *n.* 7. *& seqq. lib.* 3. qui omnes testantur de communi, & eandem sententiam sequuntur alij relati à Thesauro, *d. dec.* 174. *n.* 1. Felician. *d. cap. vnico sub*

21 *n.* 28. Quia † aliud pro alio inuito creditore solui non potest, *l. a mutui. ff. si cert. pet.* Gigas, *de persón. q.* 98. *in fin.* Cagn. *in l. cum quidem*, *n.* 98. *ff. si cert. pet.*

22 Ex generali tamen † consuetudine seruatur, vt sit in electione debitoris, an soluat monetam, quæ est in obligatione, an verò illius valorem iuxta tempus solutionis prout sibi placuerit, Bart. *& alij in d. l. Paulus*, *ff. de solut.* Grat. *pro communi*, *d. cons.* 12. *n.* 56. Curt. iun. *d. cons.* 14. *num.* 1. *&* 2. Ceph. *d. cons.* 31. *numer.* 7. Menoch. *d. cons.* 49. *num.* 19.

23 Cæterum † si fit conuentum, vt solutio fiat in scutis auri in auro boni, & iusti, & ponderis, vt hæc verba aliquid operentur, quod auferant facultatem soluendi in moneta alterius materiæ quasi ad ipsam auream respexerint disponentes, voluit Boër. *d. dec.* 327. *numer.* 7. Bolognet. *cons.* 11. *num.* 5. *& seq.* Tessaur. *d. decis.* 174. *n* 6. *& sequuta fuit* Rot. *in illa Cremonensi pensionis*, 15. *Iunij*, 1598. *coram* bon. mem. Orano, *quæ est post tract. dec.* 219. *num.* 3. Nec eo casu poterunt solui omnia scuta aurea, sed erunt soluenda scuta aurea, quæ sint boni, & iusti ponderis, non quod obstet materia cum sit eadem, sed propter diuersitatem ponderis, Bar. *in d. l. Paulus*, *ff. de solut.* Couar. *de Numismat. cap.* 7. *§. vnico*, *vers.* 2. *& dixit* Rota *in illa Cremonensi pensionis proximè allegata num.* 3.

Hæc autem declaranda sunt secundum ea quæ dicta sunt supra in tertia conclusione, *n.* 10. *&* 11.

Octaua sit conclusio. Quod quando moneta, quæ vigebat tempore contractus, & initæ obligationis est alterata extrinsecus, puta † quia valor monetæ alterius 24
ex vsu seu opinione hominum, vel edicto Principis, *vt declarat.* Menoch. *post multos*, *quos allegat d. cons.* 49. *n.* 9. 25
Surd. *cons.* 335. *num.* 8. *ad fin. & n.* 9. non † attenditur valor monetæ currens tempore contractæ obligationis, sed currens tempore solutionis. Crau. *cons.* 836. *num.* 1. *vers. argumentis*, *lib.* 5. Andr. Gail. *pract. obseru.* 73. *num.* 9. Anton. Gabr. *qui multos congerit*, *& multipliciter declarat in tit. de solut. conclus.* 2. *per tot. quib. addi potest* Franc. Viu. *in sua Silua Commun. opin.* 514. Surd. *dicto cons.* 335. *n.* 8. *qui pariter attestans de communi multos alios allegat* Felician. de Solis, *de cap. vnico*, *n.* 36. *& seq. alios citat.* Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. c.* 5. *n.* 70. *vbi de communi testatur*, *& cap.* 8. *n.* 59. *licet ipse tam d. c.* 5. *n.* 66. *& seqq. quam in d. cap.* 8. *n.* 59. *vers. verum ego*, nitatur defendere quod solutio sit facienda secundum valorem quem habuit moneta tempore contractus & per consequens quod monetæ mutatio noceat, vel prosit creditori iuxta casuum contingentiam, & hanc opinionem amplexa fuit Rota *coram* bon. m. Orano, 15. *Iunij*, 1598. *in illa Cremonensi pensionis*, *quæ est impressa post tract. dec.* 219. *in vltimis verbis*, *& coram* b. m. Penia, 23. *Ianuarij*, 1589. *in illa Romana pecuniaria*, *quæ est ibidem dec.* 216. *n.* 3. *& in vna Romana præsentis census*, 11. *Decembris*, 1598. *coram* b. m. Orano, *quæ ibid. est dec.* 221. *num.* 5.

Nona conclusio sit, quod quando moneta quæ erat in vsu tempore contractæ obligationis fuit alterata in 26
bonitate intrinseca, puta † quia sit cussa de materia prætiosiori, vel minus pretiosa respectu ligæ, vt declarat Menoch. *d. cons.* 49. *n.* 9. *&* Surd. *d. cons.* 335. *num.* 8. *ad* 27
fin. & n. 9. *supra allegato*. Solutio † debet fieri de moneta antiqua si extat, & creditoris interfit sibi de ea solui *cap. cum Canonicis*, *ext. de censib.* Menoch. *d. cons.* 49. *n.* 25. *& seq.* Io. Bapt. *Asin. in suo tract. de execut. instrum. §.* 7. *c.* 128. *num.* 2.

Si verò † non extat, solui debet moneta noua æsti- 28
mata iuxta valorem antiquæ, & ita pro communi firmat Corn. *cons.* 181. *n.* 70. *lib.* 2. *& cons.* 109. *num.* 1. *lib.* 4. *plenè* Gabr. *d. tit. de solut. conclus.* 1. *num.* 1. Boër. *d. dec.* 327. *n.* 13. Viu. *in d. sua Silua*, *opin.* 513. Mysinger. *singul. obseruat. Centur.* 4. *obseruat.* 1. Federic. Martin. *d. cap.* 5. *num* 121. *& n.* 125. *& seqq. vbi respondet contrariis*, *& in d. c.* 8. *n.* 63. *& seqq.* Surd. *d. cons.* 368. *num.* 10. *& hanc opinionem probauit* Rota *in vna foroliuiensis census*, 11. *Februari*, 1602. *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, *quæ est impressa in fine tract. decis.* 222. *num.* 1. *& 6. & antea tacitè senserat coram* bon. mem. Orano, *in illa Romana præsentis census* 11. *Decembris*, 1598. *quæ est ibidem decis.* 321. *num.* 5.

Hæc autem nona conclusio debet tripliciter declarari, & quidem primò. Nisi † tempore obligationis, & 29
contractus esset timor mutationis monetæ, illiusque valoris, nam si talis timor vigebat solutio est facienda iuxta valorem, quē moneta habebat tempore solutionis faciendæ, vt post Butr. Abb. Couar. *& alios concludit* Feder. Martin. *d. cap.* 5. *n.* 75.

Secundò declaratur † dummodo probetur valor mo- 30
netæ antiquæ, Corn. *d. cons.* 181. *n.* 72. *ad fin.* Surd. *d. cons.*

335.n.34. nam si non constet de vero valore monetæ antiquæ, potest indistinctè solui moneta noua, & vsualis, vt bene deducit Surd. *cons.335.n.15.*

51 Tertiò declaratur, si creditor † recepit solutionem in vna specie monetæ pro alia absque contradictione, *cap. olim causam, & ibi glos. ext. de censib.* Grat. *d. cons.12.num.16. lib.2.* Surd. *d.cons.335.num.26.* Menoch. *d.cons.49.num.20.* Federic. Martin. *d.cap.5. num.111. &*

32 *113.* Non solum quia volente creditore vna species monetæ in locum alterius subrogatur Bart. *in leg. Pau-*

33 *lus ff. de solut.* Verùm etiam † quia talis præsumitur facta promissio, & obligatio, qualis ostenditur facta solutio, *leg. Iulianus, §. proinde ff. ad Macedon.* cum aliis relatis per Rotam *in illa Romana pretensi census, coram* bon. mem. Orano, 11. *Decembris* 1598. *quæ est*

34 *post tract. dec. 221. num. 2. & 3.* Qui † vsus, & obseruantia ita soluendi suffragatur etiam quod non fuerit legitimè præscripta Crau. *cons.202. numer.2. & cons.835. num.10. vers. neque dicant, lib.5. & voluit* Rot. *in d. Romana pretensi census, coram* bon. mem. Orano *proximè allegata, num.4.* Quidquid Misinger. *singular. observ. centur.3. observat.13. n.4.* Andr. Gail. *pract. observat. lib.2. observ.73. n.1.* contrarium senserint etiam si præcesserit præscriptio triginta annorum, contra quos tamen stant multi alij quos refert Bernard. Gren. *ad Gail. d. observ.73. considerat.2. num.2.*

35 Bene verum † est, quod si ageretur cum Ecclesia necesse esset, vt vna moneta pro alia esset soluta per spatium quadraginta annorum continuorum, alias non posset dici factam fuisse præiudicium Ecclesiæ, vt cogi possit recipere eam monetam, quæ fuit aliquando soluta loco monetæ quæ erat in obligatione, *vt declarauit* Rota *in illa Romana pecuniaria 23. Ianuarij, 1389. coram* bon. mem. Penia, *quæ est post tract. dec. 216. nu-*

36 *mer.4.* Ad hoc etiam † vt solutio facta à debitore de vna specie monetæ loco alterius creditori consentienti possit suffragari debitori soluenti, ne in posterum cogi possit ad soluendum nisi in illa specie in qua in præteritum soluit, necesse est quod solutio illa facta fuerit bona fide, vt declarat Fran. Ball. *in tract. de præscript. in 4. part.4. par. princ.q.7.n.4.* vbi multos allegat. & pro

37 † toto, & integro debito: nam si id quod fuit solutum; & respectiuè receptum, fuit solutum, & receptum ad bonum computum, talis solutio, & receptio nec debitori suffragatur, nec creditori præiudicat, plenè Surd. *cons.337. n.59. & seq. & in propriis terminis* Feder. Mart. *d.cap.5.n.107. & seqq.*

38 Declaratur † etiam hæc noua conclusio aliis modis, *vt per* Gabr. *in d.tit. de solut. concl.1. n.25. & seq.* ad quem erit in contingentia facti recurrendum.

39 Decima sit conclusio, Quod † monetæ valor debet æstimari iuxta illius cursum qui est in loco celebrati contractus, non autem loci vbi fuit distincta solutio arg. *l. Imperatores, in fine, ff. de contrab. empt. c.2. vbi glos.* Abb. *& alij ext. de* Maledic. Bald. *qui non militabat, §.1. ff. de hared. institut.* Glos. Bartol. Dec. *& alij, in l. semper in stipulationibus, & signanter* Cagnol. *num.5. qui testatur de communi, ff. de reg. iur.* Soc. Ien. *cons.147. sub num.6. vers. non obstat quod tertio loco lib.2.* Fabian. de Monte. *in suo tract. de empt. & vendit. quæst.4. num.14.* Io. de Sylu. *in suo tractat. de Benefic. part.3. quæst.11. numer.17. & per bonas rationes, voluit* Rota *coram* Seraphin. *decis. 944. num.2. part.1. & sensit in vna Rauennatensi census, 7. Maij, 1607. coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio, *quæ est impressa post tract. decis.223. n.1. vers. accedit quod in taxando.*

40 Prout † videmus in mensura, circa quam quando inter contrahentes non fuit expressum an attendi debeat mensura loci in quo facta est venditio, an verò ea quæ est in loco vbi sita sunt, & existunt bona vendita, firmant communiter Scribentes esse attendendam mensuram loci in quo fuit celebratus contractus. Bar. *& alij in d.l. semper in stipulationibus, vbi* Cagnol. *n.5. testatur de communi, ff. de reg. iur.* Affl. *dec.363. n.3. sequitur* Paris. *cons.64. n.71. lib.1. confirmat, & magis communem, dicit* Rol. à Valle, *cons.100. n.7. & seqq. & signanter n.14. lib.3. & comprobat cons.13. n.1. lib.4.*

Ex quibus conclusionibus, vt supra firmatis videtur commodè posse inferri ad decisionem propositi articuli, videlicet, ex qua moneta sint soluendi fructus census, & facienda sit illius redemptio. Licet enim aliqua ex iis, quæ dicta sunt non videantur quod possint adaptari ad materiam de qua agimus, & maximè ea, quæ respiciunt mutationem valoris monetæ intrinsecus, vel extrinsecus contingentem, cum ea distinctio non videatur esse facienda in contractibus censuariis, sed † duntaxat in his, in quibus pecunia 41
vel fuit depositata, vel mutuo data, cùm tunc maximè interest creditoris an vnum magis, quàm alterum pecuniarum genus recipiat prout considerauit, Menoch. *d.cons.49. num.22. lib.1. post* Curt. iun. *d.cons.24. num.6.*

Re tamen † diligentius, vt per considerata apparebit quod etiam in contractu censuali de quo agimus 42
in eo, quam in deposito, mutuo, & aliis contractibus numeretur aliqua species monetæ in constitutione, venditione annuæ responsionis, Immo vt quod magis in hoc contractu censuali quam in multis aliis fuerit necessaria hæc disceptatio, cum in eo vt plurimum constituatur, & vendatur ius recipiendi, & consequendi annuam responsionem in pecunia numerata habita ratione ad pecuniam quæ in emptionem dicti iuris fuit erogata, & per relationem ad monetam illam soluram pro pretio dicti iuris debet regulari qualitas, & species monetæ, quæ est in futurum soluenda, vel in census redemptionem, vel pro annua responsione, & in his terminis ipsimet, Curt. & Menoch. *in locis supra citatis* non diffitentur solutionem non esse simpliciter faciendam ex moneta currente tempore solutionis, & iuxta æstimationem dicti temporis. Et quatenus † 43
Curt. & Menoch. loquantur de contractu censuali sunt intelligendi de censu reseruatiuo, vt ipsemet clarè colligit, & explicat Purp. *d. cons.523. num. 37. vers.3. lib.2.* non autem de censu consignatiuo, de quo est nostra disceptatio, cui quidem si applicentur ea quæ supra circa solutionem monetæ, & mutationem valoris illius dicta sunt quàm facillimè elici poterit resolutio cuiusliber difficultatis, & controuersiæ, quæ circa solutionem annuæ responsionis censualis occasione mutationis, seu alterationis valoris monetæ contingere possunt, & non est nouum in iure, † quod in 44
decisionibus causarum vbi non reperitur quid certum, & determinatum procedatur de similibus ad similia, vulgata *l. non possunt, ff. de legib. & passim exclamant Scribentes.*

SVMMARIA.

1 *Census soluendus est in loco inter contrahentes conuento.*
2 *Creditor si tempore faciendæ solutionis non reperiatur in loco conuento, debitor non incidit in moram.*
3 *Creditor, vt faciat incidere debitorem in moram tenetur probare se fuisse in loco destinato solutionis.*
4 *Vel saltem ibi habuisse legitimum procuratorem.*
5 *Debitor non soluens in loco conuento potest vbilibet conueniri, dummodo sit honestus, & idoneus.*
6 *Debitor si non reperiat creditorem in loco destinatæ solutionis, quod debeat pecunias deponere Iudicis auctoritate, volunt aliqui ad euitandam pœnam.*
7 *Contrarium quod nec etiam sit necessaria oblatio voluit Rota, & alij.*

Est tamen vtilis,& num.seqq.

8 *Vtilis tamen est protestatio, & depositio, quando non fuit conuentum de pœna.*

9 *Debitor tenetur soluere in loco domicilij creditoris.*

10 *Intelligitur primò de domicilio tempore contractus.*

11 *Intelligitur secundò, vt debitor accedat propriis expensis.*

12 *Intelligitur tertiò si sint eiusdem fori.*

13 *Secus si sint diuersi fori.*

Declaratur hoc multipliciter,n.15.remissiuè.

14 *Quando creditor, & debitor sunt diuersi fori solutioni locus destinatus,censetur domicilium debitoris.*

16 *Debitor sciens quod creditor in loco domicilij ipsius debitoris habet legitimum procuratorem illi debet soluere nec expectare,vt veniat creditor.*

17 *Pactum quod debitor census deferat annuas responsiones ad domum creditoris est illicitum, licet in aliis contractus permittatur.*

18 *Debitor censsus ante interpellationem sibi factam in loco sui domicilij,non tenetur ad aliquas expensas.*

Post interpellationem ad expensas taxandas à Iudice, ibidem.

19 *Solutio debiti contracti ratione alicuius rei debet fieri in loco vbi res illa sita est.*

20 *Solutio censsus cum fiat occasione fructuum rei suppositæ, debet fieri in loco in quo res illa subiugata sita reperitur.*

Quo loco censsus solui debeat.

QVÆSTIO LXXXVI.

aliàs part.2. cap.2. qu.4. art.5.

QVintus sequitur Articulus in quo agendum est quonam loco censsus solutio facienda sit, circa quem aliquot sunt considerandi casus.

1 Primus † est quando inter contrahentes fuit conuentum de loco certo; vbi solutio censsus facienda sit, & tunc absque controuersia concludendum est fructus censsus esse soluendos in loco conuento,*l.1.& ibi* Scribentes,*ff.de eo quod certo loco,* Rota Genu. *dec.*161. *n.6. & in puncto non dissentit* Ferdinand.Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib.*10.*q.vlt.n.1.vers.2.& num.2.*

2 Verùm † si creditor censsus tempore faciendæ solutionis non sit repertus in loco in quo solutio erat facienda debitor liberatur à mora, Rol. *cons.*87.*n.*20. *lib.*1.Rot. Genu.*dec.*175. *num.*17. *& voluit* Rota *in vna Romana caducitatis,*20. *Maij,*1602. *coram* R.P.D. Ottembergio,*quæ est impressa post tract.dec.*224 *n.*1. Nam

3 † ad faciendum incidere debitorem in moram spectat ad debitorem onus probandi se tempore faciendæ solutionis fuisse in loco conuento, vt dicit Rol *in loco mox citato,ex* Bart.*in l.item illa verba, col.*3.*ff. de constit.*

4 *pecun.*Vel † saltem ibi habuisse legitimum procuratorem.Bar. *in d l.item illa n.*11.*& ibi* Fulg. *& alij,* Alex. *cons.*210.*n.*2.*lib.*6.Ruin.*cons.*151.*n.*3.*lib.*1.*& dixit* Rot. *in d.Romana caducitatis num.*2.

5 Si autem † debitor fuerit in mora soluendi in loco destinatæ solutionis, poterit conueniri vbilibet fuerit repertus,dummodo sit locus honestus,& idoneus, *leg. enim qui, & ibi* Bart. *ff. de iudic.* Rota Genu. *d. dec.*161. *n.*6. Sed quid si in casu quo solutio non fierét in loco conuento sit de consensu partium adiecta pœna conuentionalis, sufficiente ad euadendam, & effugiendá pœnam quod debitor accedat ad locum destinatæ solutionis, & non reperto & ibi creditore protestari se esse paratum ad soluendum, an necesse etiam erit vt pecunias debitas deponat Iudicis auctoritate? Et esse

† necessarium depositum, aliàs debitorem non cui- 6
tare pœnam, pluribus comprobat Rim. iun. *cons.* 171.*num.*45.*cum multis seqq.lib.*2. Cæterum † eo casu 7
non esse necessarium depositum, immo nec oblationem, neque protestationem resoluit Rota *in dicta caducitatis, num.*3.*ex* Alex. *cons.*92.*num.*11. *libr.*1. Ruin.*d. cons.*151.*num.*4. Afflict.*dec.*316. *num.*2. Mohed. *dec.*15. *num.*3.*de loca.*Mandos.*in prax.signat.gratiæ, vers. quero destinato, &c.*

Quando † autem ex partium consensu non est con- 8
uentum de pœna licet talis protestatio, & depositio non sit necessaria ad effugiendum incursum moræ, ad conseruationem sui iuris, est tamen valde vtilis, & ex consuetudine, & ad cautelam bonum est illam facere, Rim iun.*cons.*52.*num.*60.*lib.*1.*& d.cons.*171.*nu.*8.*& seqq. lib.*2.Corbol.*in suo tract.de iure emphyt.causa* 15.*ob non solutum Canon.lim.*15.*n.*3. ergo multò vtilius erit illam facere,quando fuit pœna promissa.

Secundus casus est. Quando † inter contrahentes 9
nihil actum fuit de loco vbi solutio fieri debeat & eo casu debitor soluere tenetur in loco domicilij ipsius creditoris Doctor. *in d. l.item illa verba, ff.de constit.pecun & in d.l.*1.*ff.de eo quod certo loco,* Bursat. *cons.*184. *n.*51.*& cons.*194.*n.*9.*libr.*2. Bauer.*in suo tract. de Mora n.*38.Rota Genu.*dec.*144.*n.*4.

Quod tamen intelligendum est Primum † de do- 10
micilio in quo creditor degebat tempore celebrati contractus, quia non debet deinceps esse in potestate creditoris mutare domicilium in præiudicium Io. de Imo. *in l.cum filiusfamilias,* §.1.*ff.de verb. obligat. notat.* Gaspar. Roderic.*in suo tract.de ann.redditibus lib.*2.*q.*6. *& num.*4.

Secundò † est intelligendum vt debitor debeat de- 11
ferre sumptibus,& periculo proprio,non autem creditoris,Bal.*in l.fin.C.de condit.inserta.*

Tertiò debet intelligi procedere si † debitor,& cre- 12
ditor sint eiusdem fori,id est,si ambo habitent in eadem ciuitate. Bart.*in d.l.item illa verba, n.*13. Ias.*in l.*2. *nu.*93.*C.de iure emphyteut.& in propriis terminis* Franc. Milanens.*dec.*6.*n* 26.*lib.*2.Brunor. *à Sole,in suis Quæst. legal.q.*5.*num.vlt. quos, & alios refert* Felician. à Solis *in suis Commentar.de censibus tom.*3.*lib.*2.*cap. vlt.num.*6. Secus autem † si sint diuersi fori,quia tunc debitor 13
non tenetur accedere ad domicilium creditoris, & si non accedat non incurrit in moram,Rol.*d.cons.*87.*numer.*14.*lib.*1.Rim.iun.*d.consil.*52.*num.*60. *& seqq. lib.*1. *multos allegat.* Surd. *in suo tract.de alienat,tit.*4.*q.*16*n.*2. Felician *d.num.*6.*vers.icul.præterea* Gasp. Roderic.*d.q.*6. *num.*2.

Et eo † casu ad faciendam solutionem censetur de- 14
stinatus locus domicilij debitoris vbi commodè conueniri potest,Bart.*d.num.*13.Corn.*consil.*70.*numer.*10. *lib.*2.Ias.*in l.quod si ephesi. numer.*2.*ff. de eo quod cer.*Io. Burs.*cons.*449.*n.*1.*lib.*4.*pro communi* Rot. Genu. *dec.*175. *num.*18.

Hoc autem † quod dictum est debitorem non te- 15
neri accedere ad domum creditoris, quando sunt diuersi fori multipliciter declarant Bart. *in d.l.item illa verba,n.* 13.Ias.*in d.l.*2.*n.*92.*& seqq.* Petr. Duan. *reg.*161. Surd.*d.q.*16.Corbul.*d.limit.*15.*num.*5. *&* 6. Vna autem est declaratio præcipua, quæ ad rem nostram facere visa est,quando † debitor scit quod creditor in loco 16
domicilij ipsiusmet debitoris habet procuratorem legitimum habentem sufficiens mandatum ad recipiendum solutiones,nam eo casu debet soluere dicto procuratori, nec expectare, vt creditor veniat, aliàs incidit in moram. Rimin.iun.*cons.*546.*numer.*6.*& multis seqq.lib.*5.

Sed hic non incongrua excitari potest dubitatio,an quando creditor, & debitor sunt diuersi fori possit inter eos licitè pacisci quod debitor censsus teneatur annuas responsiones aduenientibus temporibus maturandas

randas deferre ad domum creditoris, aliàs teneatur ad expensas, quas creditor faceret pro recipienda di-
17 cta solutione. Et † licet hoc pactum in aliis contractibus sit licitum, & validum, vt deducit Corbul. *d.limit. 15. n.6. & 7.* In hoc tamen contractu censuali esse illicitum, & iniustum, affirmat Feder. Mart. *in suo tract. de iure cens. c.6. n.388. & seq.* Gaspar. Rodet. *de ann. reddit. lib.2. q.6. per tot.* Felician. de Solis, *d.n.6. vers. præterea* ea ratione, quia per illud adiicitur debitori census onus, & grauamen pretio æstimabile, quod dicunt esse contra iustitiam, quia ex adiectione dicti grauaminis, efficitur vt census sit constitutus, & venditus minori iusto
18 pretio. Vnde † inferebat *Felician.* venditorem census non teneri ad aliquas expensas, & salaria, nisi postquam fuerit interpellatus in loco sui domicilij, ex Milanensi *d.dec.6.n.25.* post dictam autem interpellationem ad illa teneri, præficienda tamen, & moderanda Iudicis arbitrio, & ista conclusio videtur optimè comprobari ex *Bulla Pij V. super censib.* qua prohibetur ne aliquod grauamen contra debitorem census adiiciatur: quis enim neget quin ex hoc pacto subiiciat se debitor census oneri expensarum, quæ sunt necessariæ ad transportandas vel transmittendas annuas responsiones ad domicilium domini census; & licet aliqui quos refert Felician. *d.vers. præterea*, in contrariam iuerint sententiam eo sub prætextu, quod onus hoc veniat extrinsecus à contractu, & natura rei. Cum *Felician.* autem transeundum, censeo eo potissimum fundamento, quia *Pius V.* in dicta sua Constitutione non reprobat ea pacta dumtaxat, qui inducunt aliquid contra ius, & naturam contractus, sed etiam illa quæ non sunt secundum naturam dicti contractus, & sic Papa non considerat resistentiam iuris, & naturæ contractus, sed simplicem non assistentiam, & quod venditor census subiiciatur alicui oneri præter naturam dicti contractus censualis, sed certo est certius, quod circunscripto pacto, nec iure aliquo cauetur, nec est de natura contractus censualis, vt debitor census teneatur deferre annuas pensiones ad domicilium creditoris, meritò, &c.

Non inficior tamen quod rationes, quas considerat *Felician.* videntur esse extra terminos propositæ quæstionis: nos enim loquimur de iustitia pacti quod debitor census teneatur deferre ad domicilium domini census annuas pensiones; rationes autem illius, excepta auctoritate *Bullæ Pij V.* concludunt debitorem census non teneri ad aliquod interesse ratione retardatæ solutionis, etiam quod conuenerit cum domino census deferre annuas pensiones ad illius domicilium, alias teneatur ad expensas, & salaria, &c. de qua re nos alibi diximus, *sup. hac par. 2.c.1.q.3.art.5.nunc q.57.*

19 Tertius casus est, quando † esset soluendum aliquid pro re aliqua, & eo casu non habetur in consideratione An debitor, & creditor sint eiusdem, vel diuersi fori, sed debet fieri solutio in loco vbi sita est res pro qua solutio fieri debet, Bar. *in d.l.item illa verba, n.13. ff. de constit. pecun.* Ias. *cons.8.n.3. vers. quia quando debitor, lib.1.* Rolà Valle, *cons.87.n.14. lib.2.*

20 Et propterea † cùm census debetur ob impositionem, & constitutionem de eo factam super re existenti in tali loco, & occasione fructuum illius videtur non incongruè loquutus Boccac. *in suo tract. de censib. par.2. n.73.* dum multorum auctoritate affirmat solutionem census esse faciendam in loco vbi sita est res censui supposita: census enim in eo loco consistere, *diximus supra.*

SVMMARIA.

1 *Onus probandi solutionem census, pertinet ad debitorem.*
2 *Solutio est probanda ab eo, qui illam allegat.*
3 *Maximè quando solutio est facienda illi, qui habet ius in re.*
4 *Debitor census asserens se soluisse, tenetur probare.*
5 *Creditor negans sibi fuisse solutum, habet intentionem fundatam super sola negatione.*
6 *Limitatur si debitor prætendat se acquisiuisse libertatem aduersus obligationem vb non solutionem longissimi temporis.*
7 *Solutio census probatur per instrumentum refutationis.*
8 *Item ex libro rationum domini census.*
9 *Immò etiam ex libro, debitoris census cum administratoris.*
10 *Item probatur per confessionem creditoris census.*
11 *Confessio de recepto facta à creditore, superat omnes alias probationum species.*
12 *Confessio de recepto præiudicat non solum ipsi confitenti, sed etiam eius hæredibus.*
13 *Immo etiam habentibus causam ab eo ex titulo singulari, cum declaratione tamen de qua ibi.*
14 *Confessio de recepto prodest non solum debitori, sed etiam fideiussoribus, & aliis obligatis in consequentiam pro eo.*
15 *Limitatur si ipsam confessionem subsequatur promissio de soluendo.*
[*Confessio de recepto scripta manu tertij non præiudicat creditori.*
Confessio debiti scripta manu tertij non præiudicat debitori.]
16 *Solutio census probatur per testes, & infra.*
Dummodo deponant de solutione, & quod sit facta ex causa census, de quo est controuersia, n.18.
17 *Probatio quæ fit per testes est cæteris validior, & dignior.*
19 *Et duo testes sufficiunt, quidquid Salic. videatur requirere quinque, & Bal. cum eo.*
20 *Saluatur Salic. & Bal. vel quando solutio tendit ad resolutionem contractus, vel quando scriptura requiritur ex legis dispositione, aut partium conuentione, & num. seqq.*
21 *Emphyteuticus contractus requirit scripturam ex legis dispositione.*
22 *Census retentiuus, ex legis dispositione requirit scripturam.*
23 *Probatio vbi facienda est per scripturam, sufficit si fiat per quinque testes.*
24 *Solutio census probatur præsumptionibus.*
[*Solutio census probatur præsumptionibus iuris.*]
25 *Etiam ad fauorem domini census, vt manuteneatur in quasi possessione exigendi.*
[*L. quicunque C. de Apoc. publ. lib.10. procedit in quolibet debito.*
Etiam in solutione collectarum.
Præsumptio solutionis resultans, ex solutionibus præcedentibus prodest etiam in debito iurato.
Retardat executionem Cameralis obligationis.]
27 *Dummodo sint tres solutiones distinctæ, & separatæ, & de illis appareant tres apochæ.*
28 *Idem si appareant tres apochæ continentes singulas solutiones pro tribus annis, & sic pro nouem annis simul iunctæ.*
29 *Dummodo illæ solutiones sint pro tribus annis proximè præteritis, secus si pro tribus annis non immediatè præcedentibus.*
30 *Dummodo illæ solutiones sint pro tribus annis, nec sufficerent pro tribus semestribus.*
31 *Contrarium tamen volunt nonnulli.*

[*Solutio trium annorum requiritur etiam in personis Ecclesiasticis.*

Dummodo clarè appareat, quod dictæ solutiones sint factæ pro eodem debito, de quo est controversia.]

32 *Sed priorem defendit Auctor, &* num. seqq.

33 *L. quicumque, C. de apoch. public. lib.* 10. *Intellectus.*

34 *Census vendi solet ad rationem certæ responsionis pro anno quolibet.*

35 *Verba legis cui non conueniunt, nec eius dispositio aptari potest.*

36 *L. quicumque, C. de apoch. public. lib.* 10. *dispositio est exorbitans.*

37 *Exorbitantia intelliguntur vt iacent, nec recipiunt extensionem.*

38 *Etiam ex identitate rationis.*

39 *Hæc probatio admittit probationem in contrarium.*

40 *Non relevat quando creditor recipit solutiones cum protestatione.*

41 *Creditor recipiens simpliciter tres vltimas solutiones, censetur renunciasse præteritis credito.*

42 *Probatio resultans ex apochis nocet solum ei, qui apochas fecit, non alijs.*

Solutiones census, quibus modis probentur.

QVÆSTIO LXXXVII.

aliàs part. 2. cap. 2. qu. 4. art. 6.

1 QVod † onus probandi solutionem censuum pertineat ad ipsum debitorem, non videtur, quod possit aliquo probabili fundamento in dubium reuocari, hocenim voluit Imo *in cap. potuit, numer.* 15. *& ibi* Anch *ext. de locat.* Io. Igne. *in l. necessarios, §. non aliàs, nu.* 310. *ff. ad* Syllan. *gl. in l. C. de iure emphyteut. & ibi* Ias. *numer.* 132. *quos sequitur* Redoan. *in suo tract. de reb. eccles. non alienan. quæstio.* 20. *n.* 24. *& in propriis terminis* Mari. Anton. *variar. resolut. lib.* 2. *resolut.* 5. *nu.* 15. *&*

2 *seqq.* Regulare † enim est quod allegans solutionem teneatur illam probare, *l.* 1. *C. de probat.* Rol. *conf.* 87. *lib.* 1. Paris. *conf.* 90. *num.* 19. *lib.* 1. Prosp. Paseth. *conf.* 50. *nu.* 7. *cum alijs apud* Mascard. *in suo tract. de probat. part.* 3. *conclus.* 1319. *num.* 1. quod multò magis procedit,

3 quando † solutio est facienda illi, qui habet ius in re, vt dicit Bero. *conf.* 152. *numer.* 1. *lib.* 1. Vnde cum dominus census habeat ius in re vt diximus *supra part.* 1.

4 *cap.* 2. *qu.* 3. *art.* 1. concludendum est, quod debitor † census asserens se soluisse, teneatur hoc probare, vt dictum est, *& videtur voluisse* Rota *in vna Neapolitana census,* 1. *Iunij,* 1616. *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ est impressa post tract. decis.* 225. *num.* 2. vbi licet agatur de solutione census reseruatiui, idem tamen videtur concludendum in censu consignatiuo, de quo nos agimus, cum quo ad hoc non possit diuersitatis ratio assignari, & in vtroque casu militet eadem ratio, quod solutio sit quid facti, & in facto constat, & propterea sit probanda ab eo qui se in illa fundat. *l. quinquaginta, ff. de probat.* Natta *conf.* 169. *num.* 1. *& seq.* Surd. *decis.* 105. *num.* 9. in qua ratione est fundata resolutio illa Rotæ.

5 Hinc † dici solet quod creditor negans sibi esse solutum habet intentionem suum fundatam in simplici negatione, & debitor affirmans se in præteritum soluisse, tenetur id probare tanquam fundamentum suæ intentionis. Rol. *conf.* 13. *numer.* 65. *lib.* 3. Surd. *conf.* 82.

6 *n.* 18. *lib.* 1. Præterquam in casu in quo † debitor prærendet per non solutionem quadraginta annorum acquisiuisse sibi libertatem aduersus obligationem soluendi: eo, enim casu neganti se soluisse non incumbit onus, & necessitas probandi negatiuam, sed sufficit sola allegatio, & negatio cum cursu temporis necessarij ad inducendam præscriptionem à die natiuitatis actionis. Natta *conf.* 486. *num.* 3. *& seq. & conf.* 627. *n.* 3. *& seq.* Cranet. *conf.* 57. *n.* 9. *& conf.* 111. *num.* 11. *qui alios allegans, & cum hac sententia transiuit.* Marian. Anton. *de resol.* 5. *num.* 16.

Hæc autem probatio solutionis potest multis modis fieri, &

Primò, per † instrumentum refutationis, & quietationis habitæ à domino, & creditore census, *l. pecunias & ibi* Bal. *C. de solut.* Glos. *in l.* 2. *in verbo repellere, vers. respondeo emphyteuta, & ibi* Bar. *n.* 9. Bal. *n.* 18. Alber. *n.* 7. *& alij, communiter, C. de iure emphyteut.* Bero. *in cap. potuit. n.* 171. *ext. de locat.* Rota Genu. *decis.* 143. *n.* 3. Mascard. *in d. conclus.* 1319. *n.* 16. Rota *coram* Seraph. *decis.* 1339. *n.* 2. *par.* 2. & in propriis terminis probationis solutionis census voluit eadem Rot. *coram* bon. Orano 3. *Iuly,* 1589. *in illa Forolivien. census, quæ est post tract. dec.* 210. *n.* 2. Quam probationis speciem esse non solum concludentem, sed etiam necessariam, in terminis Bullæ Nicolai V. *demonstrat* Intrigliolus *super. Bulla de censib. q.* 5. *n.* 36. *cum multis seqq.* quam tamen necessitatem in terminis census constituti iuxta formam *Bullæ Pij V.* non esse admittendam censeo ex iis, quæ dicemus *infra part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 10. *nunc q.* 115. *n.* 10. *& seqq.* 7

Secundò, eadem solutio probari poterit ex † libro rationum non solum domini, & creditoris census in quo solutiones sibi factas descripsit, & annotauit, qui contra ipsum scribentem plenam fidem, & probationem facit, Rim. Sen. *conf.* 426. *num.* 20. *lib.* 3. Mascard. *d. tract. vol.* 2. *conclus.* 974. *per tot.* Verum † etiam ipsius 8 9 debitoris, vt animaduertit Rota *coram* bon. mem. Cardinali Pamphilio, 10. *Maij,* 1596. *in illa Romana census, quæ est post tract. decis.* 226. *n.* 2. maximè si sit adminiculatus, vt dicit *ibi Rota.*

Tertiò, solutio † præfata probatur per confessionem eiusdem creditoris, & domini census. Bart. *in l. Titia, n.* 7. *ff. de verbor. obligat.* Doctor. *in l. duobus* §. 1. *ff. de iureiur.* Hieron. Gabr. *conf.* 67. *num.* 4. *lib.* 1. *Mascard. d. conclus.* 1319. *n.* 22. *& in puncto* Felician. de Solis, *in suis commentar. de Censib. tom.* 2. *lib.* 3. *cap. vlt. numer.* 5. *vers. per confessionem.* 10

Nam † confessio creditoris de recepto omnes alias probationum species superat, vt latissimè deducit Mascard. *d. tract. volum.* 1. *quæst.* 7. & sicut † præiudicat 11 12 non solum ipsimet confitenti sed etiam illius hæredibus, ita vt non possint illum arguere de mandacio, *l. rem alienam, & ibi* Paul. de Castro, *num.* 4. *de pignor. action.* Corn. *conf.* 247. *numer.* 3. *lib.* 1. Ruin. *conf.* 53. *num.* 18. *lib.* 2. Cranet. *conf.* 125. *num.* 6. Immò † etiam successoribus 13 singularibus habentibus titulum ab eo, vt post Bald. *conf.* 258. *lib.* 4. *dicit* Crau. *d. num.* 6. *in fine,* Surd. *decis.* 72. *num.* 9. Dummodo ius illud habeant post confessionem, & non antea. *Idem* Surd. *decis.* 256. *num.* 8. Ita † 14 etiam suffragatur non solùm ipsi debitori, sed etiam fideiussoribus, & aliis obligatis in consequentiam pro ipso debitore, vt post multos dicit Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1. *glos.* 18. *n.* 83. *& seq.* Mascard. *vol. conclus.* 361. *num.* 9. Nisi † confessionem subsequatur promissio de 15 soluendo: tunc enim confessio de recepto videretur facta sub spe futuræ numerationis, vt dicit Bald. *in l. si absentis, num.* 9. *vers. & ex his, C. si cert. pet. per tex. quem dicit singularem, in l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum, ff. de minor.* De hac tamen specie probationis videantur, quæ dicuntur *infra hoc* 2. *c. quæst.* 5. *art.* 4. *num.* 9. *& seqq.*

[An autem confessio ista creditoris de recepto probetur ex priuata scriptura, & apocha conscripta manu tertiæ personæ ita vt præiudicet ipsi creditori, negatiuè concludèdum existimo, Crau. *de antiq. tempor.*

par.

*par.*1.§.*queritur n.*77.*&* 78.Hippolit. Marsil.*singul.*471. *n.*2.Stephan.Gratian.*decis.Marsh.*114. *num.*8. *qui alios allegat.*

Prout è conuerso confessio debitoris ad fauorem asserti creditoris non probatur ex priuata scriptura scripta manu tertiæ personæ. Io. de Imo. *cons.*91. *col.*1. Marsil.*de singul.*471.*n.*2. Bertazol. *consil. crimin.d.*295. *n.*10.*lib.benè confert.*Alex.*cons.*33.*n.*7. *vers.*nec etiam potest facere *lib.*6.*firmat.* Carp. *ad statut. Mediolan.tom.*1. *c.*96.*n.*10.Gratian.*discept.forens.tom.*5.*c.*948.*n.*15.*& seq.* Verùm quia hæc conclusio ita simpliciter,& indistincte intellecta posset pati difficultates,ideo pro clariori,& pleniori illius explicatione adeundus est Gen. *in suo tract.de scriptur.priuat.lib.*2.*c.*3.*de* Apoc.*manu tertij conscr.*vbi hunc articulum egregiè per casuum distinctiones pertractat.

16 Quartò, quod † solutio census possit probari per testes,non videtur quod in dubium debeat reuocari. Abb.*in cap.ext.de testib.*Felician. *in rubr.ext.de fide in-*
17 *strum. in princ.* Immo † hæc species probationis non solùm est iuridica,& concludens, sed cæteris validior, & dignior,vt deducere conatur. Mascard. *d. vol.*1. *q.*5. *n.*3.*& seqq.*& regulariter solutio testibus, & probatur Mascard.*d.conclus.*1319. *num.*16. *& in propriis terminis* Felician.de Solis *d.cap.vltim.num.*5.*vers.sed cum verius.*
18 Dummodo † deponant non solum de solutione, sed etiam quod solutio fuerit facta ex causa census, de quo est controuersia aliàs depositio tanquam incerta,& de necessitate non concludens non esset releuans vt post Doctor.*in l.testium,C.de testib.dicit* Mascard. *d. num.*16.

19 Et † licet Salic.*in l.*2.*num.*17.*vers.item quod C.de iure enphyt.* videatur sentire quod ad faciendam dictam probationem sint necessarij quinque testes, prout videtur etiam voluisse Bal. *cons.*220. *num.*1. *lib.*1. Verior tamen opinio est, quod duo sufficiant per regulam; *l.vbi numerus,ff.de testib.cap.licet, ext.eod.tit.* Bald. *in l. testium,num.*2.*C.eod.* Afflict.*dec.*131.*num.*26.Octau. Cacher.*dec.Pedem.*53.*num.*7.*&* 15.Ias.*in d.l.*2. *num.*134.*C. de iure emphyteu.* Bero.*cons.*151.*sub num.*3.*lib.*1. Corbol. *in suo tract. de iure emphytéu.causa* 15.*ob non solut. Canon. quæst.*4.*num.*6.Nec repugnat auctoritas *Salic.& Bal.*in
20 contrarium allegata. Quoniam † vel illi intelligendi sunt,vt loquantur in solutione, quæ tendit ad resolutionem contractus, non de ea quæ tendit ad confirmationem illius,vt contingit in solutione annui census,& ita respondit idem Bald.*cons.*415.*lib.*2. & sequitur Ofazch. *d.decis.*53. *num.*15.*vers. contrarium tamen.* Vel quod loquantur in contractibus in quibus requi-
21 ritur scriptura, vel ex legis dispositione,vt † est contractus emphyteuticus,Glos. *in c.*1. *ext.de censib.* Guid. Pap. *decis.*24. *ante num.*1. Et latè comprobat Surd.*decis.*331.*per tot. & signanter num.*10. *& seq.* vbi multos concordantes de communi, & magis communi testantes allegat,] de quo loquitur *Salic.* & similiter
22 contractus † census retentiui *l.census, ff. de probat.* per quem tex.Bald.*d. cons.*220. vel ex partium conuentione, quia partes non erant aliter contracturæ vt dicit Bald.*ibi num.*1. In quibus casibus probatio solutionis erit facienda aut per scripturam, aut per quinque testes, vt dicunt Salic. & Bald. *in locis supra relatis*, & Bero.*d.cons.*151.*num.*3. *vers. non obstat id quod dicebat*
23 Salic.*lib.*1. Vbi † enim probatio facienda est per scripturam, admittitur etiam probatio per testes dummodo sint ad minus quinque, Doctor. *in d.l.testium, Cod. de testib.* Nep.*de monte Alban.in suo tract.de testib. numer.*19. *&* 46.Feder.Schench. *in simili tract. num.*59. Nell. de S.Gemin. *in eod.suo tract. numer.*84. Campeg. *in simili tract. regula* 371. [Et hanc distinctionem in effectu sequitur, & confirmat Pyrr. Maur. *in suo tract. de solut. & oblation.& retention. cap.*4.*num.*5.*cum pluribus seqq.*] Sed quia census noster consignatiuus non requirit de necessitate scripturam, vt deductum fuit *supra part.*1.*cap.*4.*nunc q.* 112. *num.*15. solutio illius poterit probari per testes; & faciunt dicta per nos *infra part.*3.*c.*1.*q.*3.*art.*10.

Quintò, † solutio annui census probatur etiam 24
præsumptionibus, & coniecturis, prout regulariter ad probandam solutionem præsumptiones, & coniecturæ sufficiunt, Mascard. *d.conclus.*1319. *n.*16. *vol.*3. Bertaz.*cons.ciuil.*118.*lib.*1 [Et maximè si sint præsumptiones iuris Soc. sen. *cons.*27 *numer.*30. *lib.*4. Gallef. *ad form.Cameral.obligat.part.*1.*q.*3.*num.*4.*& par.*4.*q.*1. *numer.*5.*quos refert,& sequitur* Gratian.*discept.forens.tom.*4. *c.*716.*n.*15.*vers.cum solutio.*] Quod procedit non solùm contra ipsum dominum, & creditorem census agen- 25
tem, sed † etiam ad illius fauorem ad effectum vt manuteneatur in sua quasi possessione exigendi annuos census: nam ad probandas præteritas solutiones, & quasi possessionem exigendi sufficiunt leuiores probationes,vt post Menoch. *de retin.possess.remed. vlt. n.*39. *dixit in propriis terminis* Rota *coram* b. m. Corduba,25. *Iunij,*1599.*in illa Romana, seu Præneſtina census quæ est impressa in fine tract.dec.*209.*n.*2.

Vna † autem vrgentissima præsumptio,& coniectu- 26
ra solutionis census in præteritum factæ elicitur si probentur tres proximè præcedentes solutiones, *leg. quicunque,C.de* Apoch. *public. lib.*10. Bero. *d. cons.*152. *n.*3.*lib.*1.*& testans de communi in d.cap.ponit n.*169.*extra de locat.*licet neget hanc Theoricam probari ex iuribus communiter à Scribentibus allegari solitis; hoc idem dictum amplectitur Menoch. *in suo tract. Præsumpt.lib.*3.*Præsumpt.*139.*num.*1. Corbol.*d.tract. de iure emphyteut.causa* 15.*ob non solut.canon.q.*4.*n.*2.Thesaur. *dec.*114.*n.*4.*& in propriis terminis.* Felician.de Solis,*dd. suis Commentar.tom.*1.*lib.*3.*cap.vlt.n.*5. *vers.sed approbatis* Cassan.*ad consuetud.Burgund.Rubr.*11. Des Cenſes, §.15.*in tex.& de Censs,n.*1.Foller.*in sua Pract.censuali,in verbo, quæ quidem n.*73. *ad med. vers. quid enim si probo,* Intriglio.*d.q.*5.*n.*47.*& seqq.*[Machel.Patrocin.29. *n.*3. Ant.Gomez.*ad leges Tauri lib.*68.*n.*5. Gratian. *d.c.*716. *n.*12.*& seqq.*

Et licet dicta lege quicunque loquatur in tributo,vt consideratur *gloss.in l.*2.*in verbo repellere C.de iur.emphyteut.*habet tamen in locum in quolibet debito,vt dicit *Festas in tract.de testim.& collect.part.*3.*cap.*1.*sub q.*6.*n.*55. *& colligitur ex traditis per* Doctor.*quàm à me in tract.hic num.*26.*quam per Festa ibi n.*54.*allegatos,*qui indifferenter trahunt dispositionem dictæ legis ad probationem solutionis cuiuscumque debiti. Hinc dicebat Festas *d. num.*54.*&* 55. *post* Bald. *&* Ias. & alios, quos allegat; quod per præsumptionem huius legis probatur etiam solutio collectarum. Et Gratian. *d.cap.*716. *num.*16. *& sequen.* Ampliat, hanc præsumptionem admitti etiam ad probationem solutionis debiti iurati ex Gabr.*in tit. de præsumpt.conclus.*11.*num.*1. *& seq.post* Grat.*cons.*121. *col.*2.*lib.*2.

Ita vt per hanc præsumptionem retardetur etiam exequutio Cameralis obligationis, ad quod allegat Rot.*decis.*92.*num.*1.*&* 2.*par.*1.*diuers.*] Ad hoc autem vt ista præsumptiua probatio resultans ex præcedentibus solutionibus sit releuans, plura requiruntur, & quidem.

Primò, † quod præcesserint ad minus tres solutio- 27
nes,& de illis appareant tres apochæ, & quietationes separatæ, & distinctæ vnaqueque de per se, secus autem si sit vna tantum apocha, & quietantia continens vnicam solutionem pro tribus præteritis annis, Cassan. *d.*§.5.*in tex.& de Censs, numer.*1. Corbol. *d.q.*4. *num.*3.*cum aliis relatis à* Menoch. *d.Præsumpt.*139. *n.*4. Intriglio.*d.q.*5.*n.*50. [Anton. Gomez. *ad leg.* Taur.*d. l.*68.*num.*5. *in fin.*] *& colligitur ex cadentibus tex. in d.l. quicunque ibi apochas securitates*, &c. non enim est credendum Imperatorem perperam fuisse loquuturn

28 in numero plurali. Cæterùm † si ostenderentur tres apochæ, & securitates continentes solutionem pro nouem annis, scilicet quælibet continens solutionem pro tribus annis, vtique censeretur probata solutio pro toto tempore præteriti; etiam quod solutiones pro tribus annis præteritis proximè præcedentibus continerentur non in tribus apochis, & securitatibus distinctis, & separatis, sed dumtaxat in vna, & ita considerat Guil. de Bened. *in reper. cap.* Rainutius, *in verbo, si absque liberis, el secondo, in tract. de leg. & fideicomm. n.* 188. *extr. de testam. sequitur* Foller. *in d. sua Pract. censuali, in d. verbo, quæ quidem n.* 73. *ad finem.*

29 Secundò † requiritur, quod dictæ tres solutiones sint pro tribus annis proximè præteritis, & immediatè præcedentibus, secus si respiciant tres annos iam retro effluxos, & interpolatè decursos, plenè Crau. *cons.* 312. *per tot. lib.* 1. Vinc. de Franch. *dec.* 137. *per tot. par.* 1.

30 Tertiò, † quod contineant solutiones pro tribus annis, nec sufficeret quod continerent solutiones pro tribus semestribus Alex. *cons.* 105. *n.* 3. *lib.* 3. *quem sequutus fuit* Foller. *d. n.* 73. *ad fin.* licet † Menoch. *d. Præsumpt.* 139. *n.* 13. post alios qui allegat. [Et licet Hostien. *in sua summa in tit. de locat. vers.* 27. dicat, hoc requisitum non esse necessarium in personis Ecclesiasticis, ad quarum fauorem dicit præsumi fuisse in præteritum solutum si ostendantur dumtaxat solutiones præcedentes pro duobus annis; illius tamen opinio reprobatur *per* Io. Andr. *ad Specul. & per* Ias. *in l.* 2. *n.* 136. *C. de iur. emphyt. quos refert, & sequitur* Festas, *d. q.* 6. *n.* 57.] velit sufficere si contineant solutiones pro tribus semestribus. Quam dicit veriorem Gratian. *d. c.* 716. *n.* 12. *& 13.* multos allegans.

31 Quartò ad effectum, vt ista præsumptiua probatio suffragetur, debet esse clara, & euidenter apparere, quod fuerit facta pro eodem censu, de cuius fructibus est controuersia, quod si sit obscura, & solutiones, quæ in dictis tribus apochis continentur, sit possibile esse factas pro alio debito, vtique talis probatio non haberur pro releuanti, *vt dixit* Rota *in vna Romana prætensi canonis, seu census* 16. *May* 1607. *coram* R. P. D. Manzanedo, *post tract. dec.* 332. *n.* 10.]

32 Ego † tamen non existimo in proposito esse recedendum ab opinione *Alex.* & sequacium, quæ satis bene videtur comprobari, & confirmari ex *d. l. quicumque, C. de apoch. publ. lib.* 10. Illa † enim requirit taciturnitatem, & patientiam trium annorum, quæ non potest verificari in tribus semestribus, & eo libentius huic 34 opinioni adhæreo, quia † census vendi solet ad rationem certæ responsiouis soluendæ anno quolibet) licet pro maiori commoditate debitoris solutiones diuidantur, vt plurimum in semestria) & sic cum debitum sit annuale apochæ debent continere solutiones integras trium annorum, vt considerat. Alex. *d. n.* 3. Guil. de Bened. *loco citato, n.* 186. Maschad *d. suo tract. de Probat.* 35 *vol.* 3. *concluſ.* 1321. *n.* 23. Et apochis † pro tribus semestribus non conueniunt, nec aptari possunt verba *d. l. quicumque*, ergo neque etiam illius dispositio in illis locum habere potest, vulg. *l.* 4. §. *sotios, ff. de damno, infecto; cum simil.* Et hæc opinio confirmatur, quoniam † 36 dispositio *d. l. quicunque* est exorbitans à iure communi Crauet. *d. cons.* 313. *num.* 2. *in fine, vers. secundo, & num.* 4. *vers. sexto.* Vincent. de Franch. *d. decis.* 137. *numer.* 3. & 37 ideo † debet intelligi strictè, & in casu in quo loquitur, videlicet, in apochis, & securitatibus trium cohærentium annorum, & non extendi ad apochas, & secu- 38 ritates trium semestrium. Quia † in huiusmodi exorbitantibus non fit extensio. Glos. *in §. in verbo, curationem, in Auth. vt hi qui oblig. res min.* Crauet. *d. cons.* 313. *n.* 2. *vers. secundo*, etiam ex identitate, immo nec ex maioritate rationis. Doctor. *in Auth. quas actiones, C. de sacrosc. Eccles.* Crauet. *d. cons. n.* 4. *vers. sexto.* In casu autem proposito non solum non adest identitas, vel maioritas rationis in apochis continentibus solutiones pro tribus semestribus, quæ est in apochis continentibus solutiones pro tribus annis, immo disparitas, vt animaduertit, & deducit Foller. *d. n.* 73. *ad fin. merito & c.* [si autem ex pactum conuenerione census imponeretur non ad rationem responsionis annuæ, sed responsionis semestralis tunc posset procedere opinio Bald. *in d. l. quicunque n.* 6. *& aliorum, quos refert. præsumpt.* 139. *n.* 13. *quos ita intelligere videtur* Rota *coram* R. P. D. Pirouano *in vna Romana locationis* 5. *Iunij*, 1628. *quæ est decis.* 481. *num.* 2.]

Cùm autem hæc † probationum species sit præsumptiua, admittit probationem in contrarium: & propterea creditor census debet admitti ad probandam negatiuam non solutionis. Intrigliol. *d. q.* 5. *n.* 51. *& seqq.* [Festas *vbi supra d. q.* 6. *n.* 55. *in fin.*] 39

Ista autem † præsumptiua probatio non esset releuans, quando creditor recipiens tres vltimas solutiones, protestaretur expressè, se illas recipere absque præiudicio præteritorum terminorum, & quod vult sibi esse saluum ius quoad præteritum. Quia cum per talem protestationem excludatur consensus quo ad præteritum, non potest per receptionem trium solutionum resultare sufficiens probatio respectu præteritorum terminorum. Ita Luc. de Pen. *in d. l. quicunque col.* 2. Crauet. *cons.* 313. *sub n.* 5. *vers.* 8. *lib.* 2. Mascard. *de Probat. vol.* 3. *concluſ.* 1321. *n.* 13. Menoch. *de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 139. *n.* 30. [Dummodo protestatio ista sit expressa, & fiat in specie, nam generalis tanquam incerta, & obscura nihil releuaret *in l. tradendis ff. commun. prædior.* Corn. *consil.* 146. *ad fin. libr.* 4. *cum aliis allegatis per* Rotam *in d. Romana locationis coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est decis.* 481. *n.* 4.] 40

Sicut † è conuerso, si creditor recipiat simpliciter absque vlla protestatione circa præteritum debitum, tres vltimas solutiones, intelligitur præteritis terminis, quatenus soluti non essent, renunciare, quasi in præteritum sit integraliter solutus, & satisfactus. Bal. *in c. litteræ, n.* 7. *ext. de dilat.* Bart. Alex. *& alij plures in l. si certis annis C. de pactis.* 41

Hæc tamen probatio nocet illi dumtaxat, qui tales solutiones, recepit, & apochas fecit, non etiam alteri tertiæ personæ. Et propterea, si cessionarius qui recepit tres vltimas solutiones, tres aprochas distinctas, & separatas faciat, licet inde contra ipsum insurgat probatio, quod fuerit pro præterito solutus, & satisfactus; hæc tamen probatio non nocet cedenti, quin ipse ex propria persona possit petere id quod sibi debebatur ante factam cessionem pro præteritis terminis census. Catellian. Cotta, *in suis memorabilib. in verbo, solutio facta, refert* Menoch. *de præsumpt.* 139. *num.* 32. [*quos refert* Gratian. *d. c.* 716. *n.* 27. Contrarium tamen esset respectu debitoris, quoniam illi suffragarentur etiam solutiones factæ à tertio de quibus habenda esset ratio in numero trium solutionum continuarum in terminis *d. l. quicunque*, quia dispositio dictæ legis est fundata supra negligentia creditoris in exigendo vt colligitur ex eodemmet *text. de legis & dicit* Menoch. *d. præsumpt.* 139. *n.* 2. *& 3. quem sequitur* Rota *in d. Romana locationis quæ est dec.* 481. *n.* 3. Quæ ratio æquè militat siue solutiones fiant ab ipsomet principali debitore, siue fiant ab alio quopiam tertio pro eo, cum ob solutionem ab alio factam consequatur liberationem *l. soluendo ff. de neg. gest.* Et non est verisimile quod creditor dictas solutiones à tertio recepisset simpliciter, & absque protestatione, & reseruatione iurium consequendi solutiones pro tempore præterito, si reuera non fuisset satisfactus, & proinde in illis etiam debet habere locum eiusdem legis dispositio *l. illud ff. ad l. aquil.* Surd. *cons.* 301. *n.* 19. *lib.* 3.] 42

SVMMARIA.

1 *Fructus ex contractu census nullo, non debentur & infra.*
2 *Dominus census non amittit dominium pecuniarum, quas in emptionem census nulliter factam erogauit.*
3 *Immo potest illas quandocunque ad sui libitum repetere.*
4 *Dominus census si recipiat, vel exigat fructus census nulliter constituti, illos suos non facit.*
5 *Dominus census tenetur restituere fructus ex contractu census nullo perceptos, vel illos in sortem compensare.*
Immo talis compensatio sit ipso iure absque facto hominis, ibidem.
6 *Fructus census exacti ex contractu nullo, possunt à fisco vendicari.*
[*Fructus census indebitè percepti per errorem in modica summa, an statim extenuent sortem, an verò sint compensandi cum fructibus postea decursis.*
Solutio debiti per partes non admittitur, inuito creditore.
Compensatio est facta solutio.
Fictio non plus operatur, quam veritas.
Compensatio admittitur in iis casibus, in quibus admittitur solutio.
Compensatio ad effugiendum cursum usurarum admittitur ipso iure pro rata debiti statim, atque ad inuicem debetur.
Compensatio habet vim solutionis factæ, non faciendæ.
Compensatio fructuum census cum sorte non admittitur. Et ibi de ratione.
Compensatio requirit debitum, & creditum hinc inde.
Census vt extinguatur per compensationem veri crediti requiritur declaratio.
Census vt extinguatur per compensationem opus est, vt creditum æquiualeat sorti census, vel vt residuum offeratur, & consignetur cum effectu.
Procurator generalis ad exigendum non habet mandatum ad exigendum in debitum.
Ratificatio non inducitur ex actu, nisi per necesse ex eo inferatur.
Voluntas resultans ex facto non extenditur vltra limites facti.]
7 *Fructus ex censu nullo nec etiam à sponte soluente recipi possunt, & est prima ampliatio ad conclusionem.*
8 Ampliat. 2. *vt non possint recipi etiam ab eo, qui est solitus dare suas pecunias ad honestum lucrum.*
9 Amplia. 3. *vt nec etiam recepi possint sub prætextu alicuius consuetudinis.*
Amplia. 4. *vt nec excuset secus muliebris, nec bona fides*, num. 22.
Amplia. 5. *vt non suffragetur renunciatio pacti annullantis contractum*, num. 13.
10 *Consuetudo quantumuis iniusta, & irrationabilis excusat à pœna.*
11 *Limitatur in consuetudine permittente vsuras.*
14 *Debitor census tenetur ad interesse etiam ex contractu nullo, quando expresè ad illud se obligauit.*
15 *Item quando pretium census fuit verè, & cum effectu conuersum in illius vtilitatem.*
[*Interesse lucri cessantis regulariter non debetur, nisi solito negotiari.*
Negotiatio consideratur tantum respectu illius mercantiæ, quæ est exposita periculis, & laboribus.
Solito dare pecunias ad censum, quod non debeatur interesse, quia non potest dici solitus negotiari volunt aliqui.
Contrarium volunt alij hic relati.
Conciliat auctor distinguendo.
Census dicitur nullus ex defectu materiæ, quando imponitur super re subiecta restitutioni.
Interesse ex censu nullo ex defectu materiæ peti, & exigi potest.
Sine sit expresè promissum, siue non.
Census impositus super rebus Ecclesiæ, non adhibitis solemnitatibus necessariis, dicitur nullus ex defectu materiæ.
Interesse ex censu nulliter imposito super rebus Ecclesiæ facta declaratione nullitatis, debetur.
Census impositus, non seruata forma Bullæ Pij V. est nullus ex defectu formæ.
Interesse ex tali censu non debetur, ibid.
Interesse non debetur ex censu nullo vti imposito super fundo non libero, & non capace.
Et multo minus quando emptor sciebat, illum fundum non esse liberum, nec capacem.
Qui contra iura mercatur dicitur esse in mala fide.
Culpa propria nemini debet patrocinari.
Iudex non potest condemnare ad interesse non petitum.]
16 *Dominus census recipiens fructus ex censu, qui habet implicitum statum validitatis ante declarationem nullitatis, illos acquirit.*

Fructus ex contractu census nullo, an recipi possint.

QVÆSTIO LXXXVIII.

aliàs part. 2. cap. 2. quæst. 4. ar. 7.

IN hoc septimo, & vltimo articulo non minùs facilis quam breuis est responsio, & resolutio. Quod † enim data nullitate contractus censualis cessare debeant fructus illius eo fundamento, vel quia emens censum non seruata forma *Constitutionis* Pij V. *super censibus* (& sic nulliter vt ipsemet Papa ibi sanciuit *vers. contractúsque sub alia forma, &c.*) non † amittit dominium suarum pecuniarum in emptionem similis census erogatarum, vt post Sot. *de Iustit. & iure lib. 6. quæst. 4. in princ. fuit resolutum in* Rota *coram* bon. mem. Gypsio, 6. *Iunij* 1594. *in illa Vrbenetana census, quæ est impressa post tract. decis. 11. num. 3.* Immo † potest illas quandocunque repetere, vt dicemus *infra part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 3. nunc quæst. 105.* vel quia resoluto contractu censuali sors remanet penes venditorem, & debitorem illius tanquam purum, & merum mutuum, in quo non cadit perceptio fructuum vt dicebat Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, 20. *Maij*, 1602. *in illa Romana Societatis officij, quæ est ibidem decis. 227. num. 4. & coram* R. P. D. Pirouano, 17. *Februarij* 1612. *in illa Romana census, quæ ibidem est dec. 31. num. 6. & seq.* & † propterea si dominus & creditor fructus ex tali censu nullo exigat, & recipiat illos, suos non faciat, vt voluit Rota *coram* bon. mem. Gypsio, 13. *Februar.* 1595. *in illa Vrbenetana census, quæ est ibidem dec. 12. num. 1.* & de fructibus perceptis ex censu empto non præsenti pecunia (& propterea *ex Bulla Pij V.* nullo) non acquirendis, sed soluenti restituendis, *dixit* Rota *coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato, 11. *Decembris*, 1602. *in illa Romana census de Murinis, quæ est ibidem decis. 119. per tot.*

1
2
3
4

Quo † casu dominus census fructus præfatos indebitè, & illicitè perceptos tenetur restituere, vt dictum est, vel illos in sortem principalem imputare, & cum illa redemptione census proportionabiliter compensare: immo etiam ipso inuito talis compensatio fit ipso iure à lege absque aliquo facto hominis, [*l. si non sortem 26. in princip. & ibi* Doctor. *& signanter* Paul. de Castr. *num. 1.* Alex. *in princip. ff. de cond. indeb.*] *cap. 1. & 2. cap. conquestus, ext. de vsur.* Rota *in illa Vrbenetana*

5

census. 13. *Februarij* 1595. *coram* bon. mem. Gypso, *num.* 2.

6 Vnde † non sine ratione fuit per Pium V. *in d. sua Constitutione, vers. & ita illis propterea non obstantibus,* sancitum, quod fructus census contra formam dictæ suæ Bullæ impositi, & constituti si sint exacti, possint à fisco vendicari, *vt considerant* Boccac. *in suo tract. de censibus, part.* 2. *numer.* 139. *& part.* 3. *num.* 56. *&* Ludouic. Molina, *in suo tract. de contract. part.* 2. *disp.* 392. *num.* 1.

[Sed posset in dubium reuocari quid sentiendum quando isti fructus non sunt omni iure indebiti, puta quando census fuit constitutus ritè, & rectè ad rationem puta septem pro quolibet centenario, & anno, & fructus fuerunt per errorem recepti, & exacti ad rationem octo, an illa modica summa quæ excedit censum debitum, statim atque, recepta fuit ipso iure cesserit in diminutionem sortis pro rata, non verò sit compensanda cum fructibus postea decursis, vel decurrendis. Super quo articulo cum fuisset consultus. *Excellentissimus* I.C. Dom. Paulus Ranuccius *in Romana Curia Aduocatus eximius, ita respondebat in causa Macratensi inter* D. Ioan. Dominicum Viscardum, & Dominum Marinum Claudianum.

In proposita facti specie, in qua Procurator Antonij generalis ad exigendum exegit ab hæredibus Francisci impositoris census pro illius fructibus anno quolibet scutum vnum, & baioccos septuaginta quinque vltra summam verè debitam erronei existimando, quod secunda extinctio partis census facta fuisset ad rationem paulorum nouem pro scuto, prout facta fuit prima, cum tamen secunda fuisset ad rationem paulorum decem pro scuto. Et quæritur an dicta modica summa vltra verè pro fructibus debitam soluta statim ipso iure cesserit in diminutionem sortis pro rata, vel potius firmo remanente censu, adscribenda sit summa prædicta per plures annos vltra fructus soluta fructibus postea decursis, qui propterea ex conuentione inter Antonium post redditum à bello, & vnum ex hæredibus, vt supponitur oretenus facta per plures annos non fuerunt exacti.

Prima facie videtur dicendum illico ipso iure cessisse in diminutionem sortis per *l. si non sortem* 26. *in prin. ff. de cond. d.* vbi vsuras supra legitimum modum solutas sorti imputandas deciditur *& per l. indebitos* 18. *C. de vsur. à contrario censu.*

Nec obstare, quod tex. loquantur vbi vsuræ, & fructus sunt omni iure indebiti, prout declarant præ cæteris *in d. l. si non sortem in princ.* Castr. *num.* 1. *&* Alex. in initio subdens omni iure indebitas tunc dici quando contra prohibitionem, vel supra taxationem legis fuerunt promissæ.

Hic autem fructus fuisse debitos, & licet non in ea summa, quæ soluta fuit, tamen ex quo summa vltra debitam erat modica, sicuti non admittitur partialis solutio inuito creditore, *l. Tutor. §. Lucius ff. de vsur.* Ita nec compensatio minimæ summæ, quæ est ficta solutio *l. si peculium ff. de stat. homin.* ne plus operetur ficta, quam vera contra *tex. in l. filius ff. si cert. pet. vt in specie firmant Imol. in l.* 1. *n.* 9. *ad med. vers. & quod dixi de compensatione ff. de solut.* Laderch. *consil.* 164. *num.* 10. Gratian. *discept.* 515. *n.* 46. *&* 47. & confirmatur, quia compensatio tunc demum admittitur quando admittitur solutio Bellaper. *&* Bald. *n.* 12. *versiculo sed hic dubitatur in fin. in l. fin. C. de compens. quos allegat* Surd. *cons.* 246. *num. duodecimo.*

Nam fieri compensationem ipso iure etiam pro rata debiti ex eo tempore, quo inuicem debetur ad effugiendum cursum vsurarum sunt tex. clari *in l. si constat* 4. *C. de compens. vbi* Bart. *&* Salic. *in Summ. Ange. n.* 3. *& cæteri, & in l. eius* 7. *C. de solut. vbi præsertim* Salic. Roderic. *de ann. redditibus lib.* 2. *q.* 18. *num.* 12. *&* 13. *latè* Costa *de ration.* Rotæ *quæst.* 61. *n.* 1. licet plures exallegatis per eum nihil dicant. Et ratio cur admittatur particularis compensatio, licet non particularis solutio est, quia compensatio habet vim solutionis factæ, & ita procedunt supra allegata, non faciendæ Doctor. *in l. quidam existimauerunt ff. si cert. pet.* Roderic. *d. lib.* 2. *quæst.* 18. *num.* 10. Peregr. *consil.* 107. *num.* 5. *lib.* 2. Costa *d. quæst.* 61. *n.* 6. de quo quicquid sit absolutè loquendo, in terminis, in quibus agitur, de effugiendo cursu vsurarum hoc verius esse conuincunt iura proximè allegata.

Contrarium tamen existimo respondendum ex eo, quod in censu nulla subest obligatio sortis reddendæ, & redditio libera impositoris voluntate pendet iuxta Bullam Pij V. Ideóque non potest induci compensatio crediti impositoris cum sorte principali ipso iure, & sine voluntate, & declaratione ipsiusmet impositoris, qui semper dicere potest, Nolo compensare, quia nolo censum redimere, sed continuare, & propterea ante declarationem non potest induci compensatio, tum quia induceretur inæqualitas inter partes contraria compensationi, & resolutioni contractus: tum quia dum nulla est obligatio sortis, nulla potest applicari compensatio, requirens debitum, & creditum hinc inde, atque ita in puncto firmat. Nauar. *in comment. de vsur. n.* 125. *& plenè comprobans* Roder. *d. lib.* 2. *q.* 18. *ex n.* 9. *vsque ad num.* 16.

Tunc autem extinguitur census per viam compensationis quando illius debitor censuario denunciat velle se censum redimere compensando creditū quod cum eo habet cum pretio census, vt post Nauar. Boccac. Molin. Rebell. Auend. *&* Felician. *optimè de more tradit* Cencius *de Censibus part.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 6. *n.* 4. *& seq. & vltra eos* Roder. *de ann. redditibus lib.* 2. *q.* 18. *n.* 17. *&* 18. *& idem* Molin. *de iustit. & iur. tom.* 2. *de contract. disp.* 560. *n.* 3. *vers. obseruat verò.*

Intelligendo, quod creditum æquiualeat prætio census, aliàs si quid supplendum sit, fiat simul residui realis obligatio, & consignatio, *vt per* Roder. *d. n.* 18. *post med. vers. & hoc quando creditor.*

Cùm ergo cesset ista declaratio, cum ab vno ex hæredibus nunquam, ab alio verò contraria facta fuerit, vt supra, cessat prætensa sortis diminutio ex allegata.

Intrat etiam alia consideratio, quod nempe generalis procurator ad exigendum non dicebatur habere mandatam ad exigendum fructus indebitos *l. si procurator §. idem Labeo ff. rem rat. haber.* Dec. *consil.* 98. *sub num.* 1. Neque principalis approbauit exactionem vti ritè factam, sed voluit teneri ad restitutionem pecuniæ exactæ vltra suum creditum per dimissionem pro rata fructuum decurrendorum, adeo quod noluit censum extingui neque habere solutionem vltra debitum pro sibi facta vsque ab initio, sed quia dabatur conditio contra procuratorem, voluit illum à damno præseruare illíque restituere modo conuento; Ratificatio enim non inducitur ex actu, nisi per necesse ex eo inferatur, nec extenditur vltra limites facti, vt de primo post alios Crau. *consil.* 204. *num.* 14. Surd. *cons.* 164. *num.* 46. *& consil.* 183. *num.* 36. *& in Anconitana Sequestri* 16. *Decembris* 1596. *coram Cordubа,* & de secundo, quia voluntas ex facto collecta eatenus extenditur quatenus ex illo de necessitate infertur Bart. *& alij, quos allegat* Gabr. *consil.* 154. *num.* 37. *lib.* 1. Surd. *cons.* 164. *num.* 47. Becc. *consil.* 109. *num.* 46. *libr.* 1. *hucusque* D. Ranuccius.

Stat igitur firma conclusio, quod fructus census indebitè percepti non extenuant sortem dum census fuit in statu validitatis, sed duntaxat quando census ipse fuit ab initio nullus ipso iure.] Ampliatur autem hæc conclusio nonnullis modis, &

Primò, † vt fructus ex censu nullo, & contra 7 formam

formam Constitutionis Pij V. compositi & constituti sint adeò indebiti, vt nec etiam recipi licitè possint à sponte soluente, vt dicebat Rota *in vna Vrbeuetana census, 2. Maij 1596. coram* b. m. Gypsio, *quæ est post tract. dec. 228. num. 2.*

8 Ampliatur 2. † vt nec etiam possit fructus præfatos exigere, vel recipere is, qui est solitus suas pecunias dare ad honestum lucrum, *vt dicebat* Rota *in d. Vrbeuetana census, 2. Maij, 1595. num. 3.*

9 Ampliatur 3. vt † nec etiam sub prætextu alicuius consuetudinis, quæ in contrarium vigeret possint dicti
10 fructus licitè percipi: licet enim † consuetudo quantumuis iniusta, & irrationabilis excuset à pœna, Bart. *in l. 1. n. 11. ff. quod quisque iur. & alij relati ab* Honded. *cons. 88. num. 47. & cons. 92. num. 18. lib. 2.* Hoc tamen
11 fallit in casu proposito, † in quo tractatur de consuetudine permittente vsuras, quæ cùm sint de iure diuino, & naturali prohibitæ, talis consuetudo tanquam contrarius naturale, & diuinum, non excusat, vt deducit Bero. *cons. 167. per tot. & signanter num. 10. vers. non obst. ut consuetudo, lib. 1. & firmauit* Rota *coram* bon. mem. Gypsio, *6. Iunij, 1594. in illa Vrbeuetana census, quæ est post tract. dec. 11. num. 3. & coram eodem, in eadem causa, 2. Maij, 1595. vt ibid. decis. 228. num. 2. & aliàs dicebat eadem* Rota *coram* Illustriss. Cardinali Mellino, *29. Ianuarij, 1601. in illa Romana societatum, quæ est ibidem dec. 9. num. 23.* quod in materia vsuraria non suffragatur consuetudo.

12 Ampliatur 4. hæc eadem conclusio, vt † à restitutione fructuum ex contractu censuali nullo ob aliquod pactum contra substantiam illius, vel aliàs vsurarium, in eo appositum non excuset, nec sexus muliebris, nec bona fides cum eo casu fructus ipso iure extenuent sortem, vt diximus *sup. num. 5. & dixit* Rota *coram* Seraph. *decis. 1006. num. 7. & seqq. part. 2.* licet secus esse dicat vbi nulla labes vsuraria considerari potest.

13 Ampliatur 5. loco ex his, † quæ nota Felician. *in dd. suis Commentar. de censib. tomo 2. lib. 1. cap. 7. num. 4.* videlicet quod vbicunque contractus censualis est nullus, & reprobus propter appositionem alicuius pacti quod sit de se vsurarium, vel contra substantiam dicti contractus, & per consequens dominus, & creditor census non possit licitè ex eo fructus percipere, non suffragetur ei si tali pacto renunciet, nam non obstante dicta renunciatione non poterit licitè dictos fructus percipere, cùm post delictum consummatum huiusmodi renunciatio nullam illi possit afferre vtilitatem, nec excusationem, vti ibi latè comprobat *Felician.*

Limitari autem, debet supra firmata conclusio, vt
14 non procedat si † debitor census etiam in huiusmodi contractu nullo, & inualido obligauit se expressè ad damna, & interesse, quia eo casu ratione dictæ suæ obligationis teneretur ad solutionem dictorum fructuum, non quidem tanquam fructuum census, sed ratione damnorum, & interesse & eo nomine poterit dominus census illos licitè consequi, & percipere, vt dixit Rota *coram* bon. mem. Iusto, *26. Maij 1600. in illa Tudertina census, quæ est impressa post tract. dec. 139. n. 8. & coram eodem, 28. Iunij, 1602. in vna Romana census Sancti Celsi, quæ ibidem decis. 229. per tot.* Immò etiam quod in instrumento census non foret facta dicta
15 obligatio de soluendo damna, & interesse, si † tamen pretium census verè, & cum effectu foret conuersum in rem & vtilitatem venditoris, & debitoris census fructus ex dicto contractu nullo, & illicito posset dominus census licitè percipere, vt dixit *ibi* Rota *num. 1.* tanquam licitum interesse quod esset probatum, & liquidatum ex eodemmet instrumento venditionis census absque alia probatione, & liquidatione, vt supra dictum fuit *part. 1. cap. 2. quæstion. 1. articul. 6. nunc quæst. 19.* quod hic repetere superuacaneum esse existimaui.

[Sed posset non incongruè dubitari de conclusionis in hac limitatione firmatæ veritate: Nam cùm regulare sit, quod interesse lucri cessantis, non debeatur, nisi solito negotiari Ruin. *cons. 48. n. 3. lib. 5.* Rol. *cons. 35. n. 11. lib. 1.* Mantic. *dec. 83. n. 2.* Rota Genu. *dec. 37. n. 11. vers. respondetur, & dec. 50. n. 3. & decis. 86. n. 2.* Marta *decis. 105. num. 8.*

Negotiatio autem consideretur tumtaxat respectu alicuius mercantiæ, quæ, & periculis, & expensis, laboribusque sit exposita ad Conrad. *de contract. q. 30. in 4. conclus. paulo post princ. vers. octaua autem est, & in fine d. conclus.* Io. Lup. *ad cap. per vestras in 6. notab. §. 2. num. 2. vers. aduerte, & infra vers. subdit potius de donat. int. vir. & vxor. fol. 246. & alij, quos allegat* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 14.* quæ pericula expensæ, & labores cum omnino cessare videantur in emptionibus censuum, inde sequi videtur, quod solito dare pecunias ad census nullum debeat posse interesse ex huiusmodi contractu nullo, & inualido, vt auctoritate Alex. *in l. diuortio in princ. ff. sol. matr. dicit* Ruin. *dict. consil. 48. n. 3. libr. 5.* & in propriis terminis propter dictam rationem concludit Felician. *d. n. 14. quem sequitur* Iacob. Cancer. *variar. resolut. tom. 3. cap. 7. num. 31. & seq. & videtur voluisse* Rota *in illa Viterbiensi census, 2. Maij, 1595. coram* Gypsio, *quæ est post tract. decis. 228.*

Contrariam tamen sententiam quando is, qui est solitus dare pecunias ad census, probaret quod habuisset in prompru census idoneum in cuius emptionem fuisset requisitus implicare suas pecunias firmauit Castr. *d. l. diuortio in prin. & l. 3. ff. de eo, quod cert. loco, sequuntur multi, quos refert* Rol. *d. cons. 35. n. 13.* & Surd. *dec. 262. n. 1.* & in puncto emptoris census voluit Rota *in illa Senogalliensi prædij, 24 Nouemb. 1596. coram* Bubalo, *quæ est post tract. dec. 58. n. 6.*

Ego verò pro dissolutione huius difficultatis, & cóciliatione harum opinionum inter se diffidentium, existimo, esse recurrendum ad distinctionem, quam cósiderauit Rot. *corã* Seraph. *dec. 787. An nullitas census proueniat ex defectu materiæ, An verò proueniat ex defectu formæ. Ex defectu materiæ dicitur prouenire nullitas cẽsus, qua ndo fuit impositus super bonis fideicõmisso, & restitutioni subiectis de quo nos diximus supra part. 1 cap. 2. q. 1. art. 6. nunc q. 19.* & tunc deberi interesse lucri cessantis diximus *d. artic. 6. n. 44. & multis decisionibus* Rotæ *confirmauimus, & signanter d. dec. 787. coram Seraph.* Prout etiam census dicitur nullus ex defectu materiæ, quando fuit impositus super rebus Ecclesiæ absque solemnitatibus à iure requisitis, *de quo nos diximus d. cap. 2. quæst. 3. art. 2. & hoc eod. art. hic num. 16.* Et hoc quoque casu, declarata nullitate dicti census, deberi emptori census interesse lucri cessantis, declarauit, Rota *in illa Romana census S. Celsi coram* Iusto *28. Iunij, 1602. quæ est post tract. dec. 229* In cuius decisionis casu videtur potius esse interesse damni emergentis; & illius recompensatiuum; quam lucri cessantis. Sed quicquid sit tale interesse debetur non solum quando fuit expressè promissum, & stipulatum in euentum nullitatis census, *vt diximus hoc eod. artic. numer. 14. & seq.* vbi aliquot Rotæ decisiones fuerunt allegatæ, quibus addi potest decisio Seraph. *383. n. 6. & d. decis. 787. num. 1. & 10. & illa Senogalliensi prædij coram* Bubalo, *5. quæ est post tract. decis. 58. numer. quintos versicul. præterea, & in vna Romana census 19. Februarij, 1618. coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ est post tract. decis. 389. n. 12.* Sed etiam si non fuisset expressè promissum cùm illud debeatur ex legis dispositione, vt dictum fuit supra *d. cap. 2. q. 1. art. 6. n. 43. in fin. & bene declarat* Rot. *coram* Seraph. *d. dec. 787. & in d. Senogalliensi in 1. & 8.*

Et in his terminis existimo esse veriorem sententiam *Castr. & aliorum*, qui volunt emptori census deberi interesse lucri cessantis ob nullitatem census.

Secundò vero casu quando census est nullus ex defectu formæ, puta quia in illius impositione, & venditione non fuit seruata forma Bullæ Pij V. veriorem esse opinionem Alex. Ruin. Felician. & Cancer. *& in his terminis loquitur* Rot. *in illa Vrbenetana census supra allegata.*

Et propter eandem rationem hanc sententiam negatiuam recipiendam esse censeo in censu imposito super fundo non libero, & non capace census super. impositi cum talis impositio sit contra formam traditam in dicta Bulla Pij V. quam esse ad vnguem, & inuiolabiliter obseruandam diximus.

Et multò magis hanc sententiam amplectendam esse crediderim quando emptor census haberet scientiam, & notitiam, quod fundus, super quo census imponitur, non esset capax dicti census, vel non esset liber, vel ex alio capite impositio fieret contra formam dictæ bullæ. Nam cùm eo casu cognoscat se emere censum nulliter, dicitur esse in mala fide *l. quemadmodum C. de agricol. & censit. lib. 11. cap. qui contra iura de reg. iur. lib. 6.* Bart. *in l. sed si lege §. scire ff. de petit. hæredit.* Et proinde ex dicto contractu nullum potest consequi lucrum; nam ex propria culpa nemo debet lucrum, & commodum reportare, Crau. *cons. 100. n. 11. lib. 1.* Natt. *cons. 72. n. 18. lib. 1.* Magon. *decis. Lucens. 33. num. 43.*

In iis autem casibus, in quibus tale in interesse licitè peri, & exigi potest, quod Iudex non possit debitorem ad illud condemnare, nisi sit requisitus diximus in addition. ad *part. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. n. 15.*

16 Limit. secundò, in † censu qui aliquando fuit in statu validitatis; vt dicitur de censu impositio super bonis Ecclesiæ; qui ita demum est nullus, si Ecclesia volet, *vt diximus supra part. 1. c. 2. q. 3. artic 2. seu q. 24.* Nam dominus huiusmodi census recipiens fructus illius antequam dictum sit de eius nullitate, illos sibi acquirit, nec tenetur ad illorum restitutionem, vt diximus *dict. art. 2. in fine, & deducit* Stephan. Gratian. *Discept. Forens. tomo 3. cap. 559. num. 64.*

SVMMARIA.

1 *Dominus census non est propriè creditor, respectu sortis.*
2 *Venditor census non est propriè debitor, respectu sortis.*
3 *Census formalis, quis sit.*
Census materialis, quis sit.

Quibus actionibus, & remediis Census exigi valeat.

QVÆSTIO LXXXIX.

aliàs par. 2. cap. 2. quæst. 5.

QVinta, & vltima superest Quæstio in hac secunda parte principali, in qua tractandum est de remediis & actionibus, quæ domino, & creditori census occasione illius competunt. Non quidem ad repetendum pretium in emptionem census erogatum, 1 quam sortem principalem appellant quoniã † dominus census non potest propriè dici creditor ipsius sortis, sed fructuum tantum, vt animaduertit Doctor. Mart. *voto, 51. n. 6. & fuit dictum in* Rota *coram* Seraph. *dec. 890. n. 3. part. 1.* cum illa regulariter non possit ab inuito repeti, vt dicitur *d. n. 3. & sanciuit* Pius V. *in sua Bulla super censib. vers. pacta etiam contingentia, &c. & nos diximus supra, & dicemus latius infra part. 3. c. 1. q 3. art. 4. nunc quæst. 106.*

Prout † è controuerso is, qui census soluit non dicatur debitor sortis, sed annuæ responsionis, quæ soluitur singulis annis, vel singulis semestribus pro fructibus census, Hieron. Gabr. *cons. 141. n. 8. lib. 1.* Vinc. de Franc. *dec. 254. n. 9.* Surd. *dec. 104. num. 9.* [*& voluit* Rota *in Romana census coram* R. P. D. Merlino 13. *Maij*, 1630. *post tract. dec. 528. n. 6.*

Sed agendum est de actionibus competentibus tàm pro censu formali, qui † est illud ius ex quo nascuntur, & renouantur singulis annis fructus, qui soluuntur, quam pro materiali, ideſt, † pro illa annua, vel se- 4 mestrali responsione, & censu, qui loco fructuum soluitur iuxta distinctionem aliàs *supra factam hac ead. part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 2. num. 11.*

Hanc autem quintam Quæstionem in nouem Articulos diuidendam esse duxi, in quorum quatuor prioribus agetur de remediis, quæ competunt pro censu formali, in sequentibus quinque de remediis, & actionibus, quæ dantur pro exigendo censu materiali. Articuli autem sunt infrascripti, videlicet.

Primus: Pro censu formali datur iudicium petitorium, & quid in eo probandum sit.

Secundus. An pro eodem censu formali competant remedia possessoria, & quæ.

Tertius: Cui, & contra quem competant dicta remedia possessoria.

Quartus. Quid in his remediis possessoriis probandum sit.

Quintus. An dominus census propter moram debitoris in soluendo censum possit propria auctoritate capere fructus rei suppositæ, vel aliorum bonorum.

Sextus. An pro censu materiali competat via executiua, & contra quos.

Septimus. An pro annuis censibus agi possit actione personali, & contra quos.

Octauus. An pro annua responsione censuali agi possit actione in rem scripta contra possessores bonorum suppositorum, vel aliorum.

Nonus. An possessores bonorum suppositorum vel aliorum conueniri possint actione hypothecaria, vel remedio vtili Saluiani Interdicti pro solutione annui census, vbi constituitur regula affirmatiua cum nonnullis ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, vt in eo.

SVMMARIA.

1 *Iudicium aliud est petitorium, aliud possessorium.*
2 *Petitorium iudicium est, quando agitur de dominio, vel quasi.*
3 *Possessorium iudicium est; quando agitur de mera possessione vel quasi.*
4 *Pro censu formali competit iudicium petitorium, & infra.*
5 *Ex contractu censuali oritur obligatio, quæ parit actionem realem.*
6 *Ius quod oritur ex contractu census, est reale.*
7 *Iudicium petitorium pro censu formali intentatur, vel per actionem negatoriam negando aduersario nullum ius competere.*
8 *Vel per actionem confessoriam petendo declarari ad se ius competere.*
9 *Actor debet probare fundamentum suæ intentionis.*
10 *Negatoria agens nil tenetur probare, sed negatione est tutus.*
11 *Facta non præsumuntur, sed probari debent ab allegante.*

12 *Res qualibet præsumitur libera.*
13 *Confessoria agens debet probare. Primò ius illud sibi competere.*
14 *Secundò quod illius ius spectat ad se iure dominij, vel quasi, & num.21.*
Tertiò censum pro quo agit fuisse impositum, iuxta formam Bullæ Pij V. num.22.
15 *Solutionum annui census receptio non facit probationem legitimam, quod census ille spectet ad recipientem iure dominij, vel quasi.*
16 Limit.1. *nisi huiusmodi solutio fuerit facta uniformiter per decennium, ex causa dicti census.*
17 *Maximè si sint deperdita instrumenta censualia.*
18 *Admittit tamen probationem in contrarium, cùm sit probatio præsumptiua.*
19 Limitat.2. *si huiusmodi solutio esset facta per tempus immemorabile, etiam absque expressione alicuius causæ ob quam fieret.*
20 *Solutio immemorabilis habet vim causæ, & legitimi tituli.*
[*Pro censibus hereditariis competit petitio hereditatis sub.* num.22.

Petitorio iudicio pro Censu formali, an agi possit, & quid in eo sit probandum.

QVÆSTIO XC.

aliàs par.2. cap.2. qu.5. art.1.

INter alias iudiciorum diuisiones vna est quod aliud 1
sit † petitorium, aliud possessorium vt in *Rubr. & tot.tit.* & signanter *in l. ordinarij C. de rei vendic.* Glos. *in l. momentaneæ, C. qui legit. personâ stand. in ind. hab.* Canonistæ *communiter in Rubr. de causa possess. & propr. ext. in 6. & in Clem. & Legistæ in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. poss. & alibi passim.*

Petitorium † autem iudicium est quando agitur de 2
proprietate, & dominio, vel quasi alicuius rei, quæ in 3
iudicium deducitur. Possessorium † verò quando agitur de mera possessione vel quasi, vt docent Doctor. in locis allegatis, *plenè explicat* Robert. Maranta, *in suo Speculo aureo, part.4. dist.7. num.1. & 2.* Contard. *de moment. possess. quæst.13. per totum, & maximè num.7. & 8.* Videndum itaque est an pro censu formali de quo nunc agimus, competat tàm iudicium petitorium quàm possessorium, & prius agendum est de petitorio in isto, mox de possessorio in tribus sequentibus articulis.

Quod † autem pro censu isto intentari possit iudi- 4
cium petitorium videtur indubitabile: cùm enim ex 5
contractu † censuali oriatur obligatio quæ parit actionem realem, Crau. *cons.107. num.4.* Tiraq. *de retractu lignag. §.1. Glos.6. num.4. post quos* Rota *in vna Romana census de Caffarellis, 9. Decemb. 1587. coram* b.m. Gypsio, *quæ est impressa post tractat. dec.230. num.6. & 8.* Et ius 6
† quod ex contractu census oritur sit reale, Gabriel. *cons.141. num.1. & cons.148. num.1. & seqq. lib.2.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art.39. sub n.65.* nemo negauerit quin sicut pro aliis rebus, & iuribus realibus dantur actiones reales, & competit iudicium possessorium, pro hoc etiam iure censuali idem iudicium petitorium competere possit.

Dicitur autem intentatum iudicium petitorium pro hoc iure censuali si agatur de dominio vel quasi iuris exigendi fructus census, & annuas responsiones censuales. Quod potest duobus modis intentari, & pro- 7
poni. Vno † quidem si dominus census agendo petat per iudicem declarari ius illud ad se spectare iure dominij vel quasi, quo casu competit actio confessoria. Altero † modo si quis dubitans conueniri ab aliquo pro solutione census, vel etiam existens in quasi possessione soluendi annuas responsiones censuales adeat Iudicem petendo declarari per eum ius illud exigendi aduersario contra se non competere, & tunc datur actio negatoria vel quasi. *§. æquè, & ibi* Ang. Aret. *n.9. & 10.* Ias. *num.55. 56. & 61. & alij Institut. de action.* Bellam. *cons.21. n.8. ad fin.* Iacob. Venent. *in suo tract. de ann. præstat. part.2. q.2. & in puncto* Gabr. *d. cons.141. num.4. & 5. & d. cons.148. numer.3. & 4. lib.2.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap.9. num 84. & fuit resolutum in* Rota *coram* bon.mem. Orano, 24. *Octobris*, 1588. *in vna Romana census, quæ est impressa post tract. dec.231. n.6. in fine.*

Et licet quilibet † qui agendo in iudicium compa- 9
ret teneatur iustificare fundamentum suæ intentionis, *l. qui accusare, C. de eden. cum vulgar.* Is tamen qui agit 10
† actione negatoria nihil probare tenetur sed satis est tutus, negando aduersarij intentionem qui cum præsupponat annuum censum sibi deberi nititur non solum in facto, † quod non præsumitur, sed ab allegante probari debet, non autem à negante, *l. in bello, §. fuit, ff. de capt. & postlim. reuers.* plenè Franc. Herculan. *in suo tract. de proban. negat. n.54. & 55.* sed etiam in facto, quod habet præsumptionem iuris contra se, cùm † de iure quælibet res præsumatur libera, 12
vt not. in l. altius C. de servit. & aq. in l. circa, ff. de probat. Census autem impositio licet non sit vera seruitus, habet tamen quandam seruitutis speciem, *vt diximus supra part.1. cap.2. quæst.3. artic.1. nunc quæst.23.* ergo agenti negatoria nihil probandum est sed illi sat est negare intentionem aduersarij, Bellam. *d. cons.21. n.9.*

Vel quatenus velit in se suscipere onus aliquid probandi poterit obiicere aduersario censum de quo in iudicio agitur fuisse, & esse ab initio nullum ipso iure, iustificando simpliciter vel illum fuisse impositum contra formam *Constitutionis* Pij V. *de forma creand. cens.* non super re immobili, fructifera & certis finibus designata, vel in illius alienatione & venditione fuisse appositum aliquod ex iis pactis, quæ *supra hac eod. part.2. cap.1. q.3. per tot.* diximus reddere nullum, & fœneratitium contractum censualem: nam cùm ex simili censu nulli possint deberi fructus, & responsiones, vt diximus *in præcedenti q. art.7.* satis erit agenti negatoria actione ad victoriam.

Is autem † qui ad censum iustum formalem actione 13
confessoria agere volet, debet non solum allegare sibi competere iis consequendi annuas responsiones censuales ex contractu census deberi, Glossa *fin. in c. quærelam, ext. de elect.* sed etiam causam specificam claram, & concludentem, scilicet, contractum ex quo census debitus sit, puta ex contractu emptionis, donationis, legati, &c. *Cin. in l. si certis annis, num.12. C. de pact.* Guido Papa, *dec.468. in propriis terminis nostris,* Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. redditib. lib.1. quæst.15. n.32. & seqq.* aliàs census ille diceretur census ignorantiæ, cùm illius causa ignoretur, vt dixit *text. in cap. peruenit, & ibi* Butr. *n.4. ext. de censib.* quem nec humanis, nec diuinis legibus inueniri respondet ibi Papa, & refert Roder. *d.q.15. num.33.*

Debet † præterea probare ius illud ad se spectare 14
iure dominij, vel quasi, *cap. peruenit, ext. de censib.* cum regulariter in iudiciis realibus sit necessaria probatio dominij ex parte actoris, *§. omnium, & ibi* Glos. & Doctor. *Instit. de act.*

Nec esset † releuans probatio, quæ resultaret ex 15
receptione solutionum in præteritum factarum, quoniam ex iis non infertur de necessitate quod recipienti competat ius illud recipiendi iure dominij vel quasi, Bar. *in l. quidam in suo tract. num.4. ff. de condit. & Instit.* Corn. *cons.19. num.15. lib.2.* Bon. *de suo tract. de censib. art.38*

art.39. num.65. Roder. *de q.15. numer.2. & 3.* Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure censu. cap.7. n.53. & seqq.*

16 Nisi † talis solutio fuerit vniformiter facta per spatium decem annorum, & appareat fuisse factam ex causa dicti census: tunc enim ex talibus solutionibus resultaret legitima probatio dominij, vel quasi dicti iuris. Doctor. *communiter in l. cum de in rem verso, ff. de vsur.* Paris. *consil.45. n.28. lib.1. & cons.13.num.14. lib.4. & in propriis terminis* Roder. *d. quæst. 15. n.5.* Federic. Martin. *d. suo tract. de iure cens. cap.3. n.73. & seqq.* vbi hoc ampliat multipliciter *vsque ad num. 125. & cap.7. n.57. & seqq.* Mich. Salon. *qui testatur de communi, in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art.3. controuers.24. num.3. versic. quarta assertio, & voluit* Rot. *in vna Anconitana census, 25. Maij, 1598. coram* b.m. Corduba, *quæ est post tract. decis.111. num.6.*

17 maximè † si sint deperdita instrumenta censualia, vt
18 dicit Bon. *d.n.65. versic. deperditis etiam.* Quæ † tamen cùm sit probatio præsumpti tituli præcedentis proueniens ex præsumptione *d.l. cum de in rem verso*, vt animaduertit Martin. *d.n.57.* & alij, poterit per quamlibet legitimam probationem in contrarium factam subuerti, *vt dicit* Roder. *d.q.15. n.6.*

19 Posset etiam † suffragari probatio solutionum præcedentium etiam absque alicuius causæ expressione factarum si fuissent factæ per tempus immemorabile,
20 quia † immemorabilis illa, & continuata solutio censuum habet vim causæ, & tituli, vt post Couar. *in Regula possessor. part.2. §. 4. de reg. iur. lib.6. dicit.* Mich. Salon *d. controu.24. n.3. vers. tertia assertio*, Feder. Martin. *d. cap.3. n.129. & seq. & d. cap.7. n.40. & seq.* Gasp. Roder. *d.q.15. n.4. & nos diximus supra hoc 2.c. q.3. art.9. nunc q.81. num.29.*

21 Excepto † autem his casibus agens actione confessoria pro iure exigendi annuas responsiones censuales debebit probare censum cuius vigore recepit solutiones ad se spectare, & pertinere ex titulo habili ad trãsferendũ dominium, vel quasi, de quibus diximus *suprà hac 2. part. cap.1. q.1. art.1. & 2.* Quomodo autem fieri possit huiusmodi probatio, docuimus *suprà part.1. c.4. nunc quæst.43. per tot.*

22 Debet † etiam is, qui actione confessoria pro iure censuali agit, probare censum illum super quo lis agitur fuisse impositum, & constitutum iuxta formam dictæ *Constitutionis Pij V.* cùm aliter constitutus sit nullus, & illum pro fœneratitio habẽdum esse declarat *ibi*, Papa *in vers. contractúsque sub alia forma, &c.* & subiungat ex contractu aliter celebrato census annuos exigi non posse, & exactos fisco applicet, vt nos quoque diximus *supra quæst. præcedenti, art. vlt.*

[Et pro censibus hæreditariis competere etiam petitionem hæreditatis firmauit Rota *in vna Anconitana census 13. Februarij, 1623. coram* R. P. D. Buratto, *post tract. dec.420. num.7.*]

SVMMARIA.

1 *Possessorium iudicium dicitur summarium, & ideò in multis priuilegiatum.*
2 *A sententia lata in possessorio non datur appellatio saltem quo ad effectum suspensiuum.*
3 *Limitatur de iure Canonico, quo appellatur ad vtrumque effectum.*
4 *Sublimitatur in locis vbi seruari debent Constitutiones Ægidianæ, quibus prohibetur appellatio in possessoriis.*
5 *Constitutio Ægidiana reducit iudicium possessorium ad terminos iuris ciuilis.*
6 *Pro censu formali competunt remedia possessoria.*
7 *Ius exigendi censum est reale.*
8 *Remedia possessoria competunt pro iuribus incorporalibus.*
9 *Ius exigendi censum, dicitur possideri vel quasi.*
10 *Possessoria remedia competunt pro iuribus realibus, & pro præstationibus personalibus, quæ debentur ratione alicuius rei immobilis.*
[*Interdictum quorum bonorum est adipiscendæ possessionis, & datur pro iuribus incorporalibus.*
Datur pro iuribus censualibus.]
11 *Negans soluere censum vt acquirat libertatem non soluendi in futurum, dicitur spoliare dominum census ipse habeat se pro spoliato.*
12 *Spoliato iure exigendi censum datur vtile interdictum vnde vi, &* num.15.
13 *Conclusio sententiæ in dicto interdicto, qualis esse debeat.*
14 *Remedium spoliatiuum, an competat pro præstationibus merè personalibus dubitant Doctores.*
15 *Remedium spoliatum datur pro præstationibus realibus.*
[*In spolio intentato pro censibus fit condemnatio pro fructibus à die commissi spolij.*
Fructus quando in iudicio spolij veniunt principaliter, & non accessoriè fit condemnatio à die factæ subtractionis.
16 *Possessio vel quasi, solo animo retinetur.*
17 *Negans soluere censum ei, qui non habet se pro spoliato dicitur illum in sua possessione, vel quasi turbare.*
18 *Limitatur si simpliciter solutionem differat, non tamen neget se teneri ad soluendum.*
19 *Turbato in iure exigendi censum, datur interdictum vtile vti possidetis.*
20 *In hoc interdicto veniunt omnes fructus decursi, etiam ante petitam manutentionem.*
[*Manutentionis iudicium pro iure exigendi census cessat, extincto censu.*
Exceptio compensationis crediti illiquidi non impedit manutentionem.]
21 *Manutentio in iure exigendi census, non retardatur propter exceptionem nullitatis census.*
22 *Nec pendente iudicio super dicta census nullitate.*
23 *Nec pendente iudicio super appellatione à sententia qua census fuit nullus declaratus.*
24 *Nec pendente iudicio super nullitate dictæ sententiæ.*
25 *Nec pendente iudicio super appellatione à decreto de soluendis fructibus, quia possunt alio iudicio peti fructus postea decursi.*
26 *Nec pendente restitutione in integrum aduersus lapsum fatalium ad prosequendam appellationem.*
27 *Nec pendente iudicio super discussione bonorum debitoris census.*
28 *Nec per exceptionem simulationis contractus census.*
29 *Nec exceptione fideicommissi.*
30 *Nec per exceptionem extinctionis census.*
[*Exceptio extinctionis census non retardat manutentionem si extinctio sit turbida.*]
31 *Nec per aliquam exceptionem requirentem altiorem indaginem.*

Pro Censu formali an competant remedia possessoria, & quæ.

QVÆSTIO XCI.

aliàs part. 2. cap.2. quæst.5. ar.2.

VIdimus in præcedenti Articulo quomodo pro censu formali possit intentari iudicium petitorium, & quid in dicto iudicio sit probandum, sequitur declaremus, an pro eodem censu competant remedia possessoria. Quæ disceptatio non debet censeri

ſuperuacanea, & fruſtratoria, nam ex ea multiplex reſultare poteſt vtilitas, ſi enim concluſerimus pro cenſu formali concedi remedia poſſeſſoria, tale iudicium
1 poſſeſſorium † erit ſummarium, & ideo in multis priuilegiatum, *l. momentaneæ, vbi* Bart. *& alij, C. vnde vi,* Maranta, *de ordin. iudic. part.4. diſtinct. 9. per totum, & ſignanter num.43.*

2 Præterea † à ſententia lata in dicto iudicio non dabitur appellatio ſaltem quo ad effectum ſuſpenſiuum, *l.vnica, & ibi gloſ. & Scribentes, & latiſſimè* Contard. *C. ſi de moment. poſſ.* Felic. de Solis, *in ſuis Commentar. de cenſib.tom.1.lib.3. cap.1. n.11. vbi multos allegat:* quæ tamen concluſio licet inſpecto iure ciuili communiter
3 recipiatur, iure † tamen Pontificio etiam in cauſis poſſeſſoriis eſt licita appellatio quo ad vtrumque effectum tàm ſuſpenſiuũ, quàm deuolutiuum, vt per multa iura, & auctoritates, firmat Contard. *loco mox citato, limit.3, quem, & alios refert* Felic. *d.n.11. ad med.* exceptis
4 † tamen locis Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectis, ad quæ Paul. III. fuerunt extenſæ Conſtitutiones Ægidianæ, quæ *lib. 6. cap.2.* prohibent appellationem in cauſis poſſeſſoriis, Contard. *d. limit.3. n.18.* Caballin. *ad dictas conſtitut. d.cap.2. gloſ.2.* Veſtr. *in ſua Prax. Roman.* Cur. *lib.7. cap.3.n.5.* Ioan.Bapt.Marcheſan. *in ſuo tract.de Commiſſ. p.2. tit. de appell. cap.2. n.17. ſecundum*
5 *impreſſionem in 4. fol.* Ægidiana † enim Conſtitutio, quo ad hoc renouauit diſpoſitionem, *d. l. 1. C. ſi de mom.poſſeſſ. vt dicit* Contard. *ibi in* Gloſ. *in verbo Moment. q. 1. n.7.* & propterea vigore dictæ Conſtitutionis, in locis vbi ſeruanda eſt, erit prohibita appellatio in cauſis poſſeſſoriis.

Accedendo autem ad propoſitum articulum facio
6 concluſionem affirmatiuam. Quod † pro cenſu formali, & pro ipſo iure exigendi cenſum, & annuam reſponſionem cenſualem competunt remedia poſſeſſoria, quæ comprobantur auctoritate, & ratione, auctoritate quidem Feder. de Sen. *conſil.32. n.4.* Rom. *conſ.311. n.6. & ſeqq.* Oſaſch. *deciſ. Pedemon.99. n.49.* Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. Rubr.11. Des cenſes, §.2.n.27.* Pariſ. *conſ.12. n.12. lib.4.* Gabr. *conſ.141. num.7. & ſeqq. lib.2.* Surd. *dec.204. n.9.in fine,* Cæſar. Barz. *dec. Bononienſi 56. num.37.* Boccac. *in ſuo tract.de cenſib. part.2.n.92. quam fuit amplexa etiam* Rota *in vna Romana cenſus coram* b.m. Robuſterio, 8. *Februar.1577. quæ reperitur impreſſa poſt tract.dec.232. n.1. & 5.* Ratione autem Prima, quia
7 certi iuris eſt † quod ius iſtud exigendi annuos cenſus, & annuas reſponſiones cenſuales, eſt reale rei ſuppoſitæ inhærens. Gabr. *d. conſ.141. n.1. & conſil.148. n.1. & ſeqq. lib.2.* Bened. Bon. *in ſuo tract. de cenſib. art.39. ſub num.65.* quod licet ſit incorporale, quia nec videri, nec palpari poteſt, *l.1. §. quædam. ff. de rer. diuiſ.*
8 *Inſtitut. d. reb. corporal. & in corporal. in princ.* † quia, tamen pro aliis iuribus, & rebus incorporalibus competunt remedia poſſeſſoria, Tiraq. *de conſtitut. poſſeſſ. part.3. limit.1. numer.10. late* Ioan. Arz. *in tract. de nobilitat. Hiſpan. numer.1. & ſeq.* Abb. *in cap. quærelam, in 3. not. ext. de elect. in cap. cum olim, n.4. ext. de reſtit. ſpol.* Vinc.de Franch. *dec.90. n.4.* Auſtrer. *ad Cappell.Tholoſanam, deciſ.56. ſub n.1.* eadem ratione dicendum eſt competere pro iure iſto de quo agimus, cum † illud
9 poſſidere, vel quaſi dicant Ang. *in l.1. in fine, princ. ff. de acquir. hæred. in l. ſeruitute, l. vltima num.1. ff. de ſeruit.* Iacob. Venent. *de ann. præſtat. part.1. quæſt.12. in fine,* Secunda † ratione confirmatur eadem con-
10 cluſio, quia pro iuribus realibus, & pro præſtationibus perſonalibus, quæ ſoluuntur ratione alicuius rei immemorabilis vnanimi conſenſu omnium Scribentium poſſeſſoria remedia conceduntur, Ang. Aret. *Inſtitut. de interd. in princ. numer. 3.* Ripa, *in l. rem quæ nobis, num. 16. ff. de acquir. poſſeſſ.* Menoch. *in ſuo tract. de adipiſc. poſſ.remed.1.q.8.n.87* vnde cum ius iſtud ſit reale, nemo inficiari poteſt quin pro eo cõcedi debeant

remedia poſſeſſoria, quæ ſecundum caſuum cõtingentiam, vel erunt [adipiſcendæ poſſeſſionis quale eſt remedium, quorum bonorum, quod eſt adipiſcendæ poſſeſſionis, & dari pro iuribus incorporalibus volunt Rip. *in l.2. n.2. ff. quorum bonorum.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ.remed.1.q.21.n.83.* Peregr. *de fideicommiſſ. art.46. n.16.* & competere pro his iuribus cenſualibus dixit Rot. *coram* R. P. D. Buratto, *in vna Collenſi hæreditatis* 18. *Maij,* 1620. *poſt tract. dec.441. n.10.* quale etiam eſt immiſſio in poſſeſſionem *ex* Saluiano, *vel ex l. fin. C. de edict.diu. Adrian. toll.* quæ datur etiam pro cenſibus *vt reſoluit* Rota *in vna Romana domus, & bonorum,* & 18. *Maij* 1628. *coram* b.m. Buratto, *quæ eſt poſt tract. deciſ. 496. n.1. & per tot. & in vna Peruſina fideicommiſſi de Cenſiis quæ eſt mea propria coram* Reuerendiſſimo P. D. Virile, 9. *Iunij,* 1628. *quæ ibidem eſt deciſ.471. num.3.*]

Vel erunt retinendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, vt animaduertit Rota *in vna Romana cenſus coram* b.m. Robuſterio, 8. *Februarij,* 1577. *ſupra proximè allegata, num.5.*

Nam quando is, † qui cenſum ſoluere tenetur negat 11
illum ſoluere animo amplius in futurum non ſoluendi, quin potius vt ſe à dicto onere penitus, & omnino ſubtrahat, & liberet, ſi dominus cenſus habet ſe pro ſpoliato, dicitur illum ſpoliare. Innoc. *in cap. in quærelam, n.4. & ibi* Henric. Boicch. *in ver. primo, in fine, ext. de elect.* Capella Tholoſ. *& ibi* Auſer. *d.deciſ.59.* Dec. *conſ.136.n.1* Mohed. *deciſ.153.* Crau. *conſil.140. num.1. in fine, lib.1.* Bened. Bon. *in d. ſuo tract. de cenſib. art.38. num.64.* Iacob. Venent. *d. tract. de ann. præſtat. part.1.q.16. num.1.* & † taliter ſpoliato datur remedium ſpoliati- 12
um ex interdicto vtili vnde vi. Specul. *in tit. de reſtit. ſpol. §.2. num.2. verſ. ſed & ſi aliquis* Roffred. *in ſuo opere de libel. in tit. de interd. vnde vi, num.25. verſ. illud quæritur,* Menoch. *de recup. poſſeſſ. d.remed.1. num.81. & ſeqq.* Pontan. *in ſuo tract. de ſpol. lib.1. n.55. & ſeqq.* Andr. Gail. *obſeruat. Practic. lib.2. obſeruat.75. n.10. & ibi* Bernard. Greu. *in Coronid. num.1. qui alios allegat.* Bon. *d. tract. art.78. n.111.* Federic. Martin. *in ſuo tract. de iure cenſu cap.1. n.118. & cap.9. n.30. & placuit* Rotæ *in d. Romana Cenſus,* 8. *Februarij,* 1577. *coram* bo.me. Robuſterio, *mox allegata, n.5.* In quo iudicio † Iudex debet pro- 13
nunciare illum fuiſſe, & eſſe reſtituendum ad ſtatum ſolutionis cenſus, vt colligitur ex reſolutione facta per Rotam *coram* R. P. D. Marcomontio, *in vna Romana cenſus, 14. Nouembris,* 1608. *quæ eſt poſt tract. deciſ.133. in princ.*

A qua concluſione non debet nos retrahere illa Canoniſtarum, & Legiſtarum differentia in illo iuris articulo, an † pro annuis præſtationibus competant re- 14
media ſpoliatiua, de qua per Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.3.n.139. & ſeqq. & in locis ſuprà allegatis,* Ripa *in l.2.n.3. ff. quor. bonor.* Auſrer. *ad Capell.Toloſ. d. dec.59. n.1.* Pontan. de Spol. *lib.2. num.167.* Felician. de Solis, *in ſuis Commentar. de cenſibus dicto tomo 1. lib.3. cap.1. n.8.* Feder. Martin. *d. ſuo tract. de iure cenſu cap.9.n.40. & ſeqq. maximè num.48.* & alios paſſim, quoniam nos verſamur extra omnem difficultatem, cùm ius illud de quo agimus non ſit merè perſonale, nec ad præſtationes merè perſonales, de quibus dubitant Doctores, ſed ſit ius reale, vt dictum eſt, & ad præſtationes reales, & propter ea † pro illis dari hoc interdictum vti- 15
le vnde vi, licet ſit ſpoliatiuum defendit Menoch. *d. tract. de recup.poſſeſſ.remed.1. q.8. n.81. & ſeqq. & ſignanter n.87.* Pontan. *d.tract. lib.1. num.55.* Dec. *d. conſil.136. ſub num.1.* Mohed. *dict. deciſ.153.* Auſrer. *ſub d. num.1.* [Bero. *conſil.72. n.6. lib.3.* Et in hoc iudicio peti poſſunt non ſolum fructus à die motæ litis, ſed etiam decurſi, & non ſoluti ante motam litem, & condemnatio fieri debet ad omnes fructus decurſos, & ſubtractos à die commiſſi ſpolij, non autem damnatur ad

fructus decursos post motam litem, *vt clarè sensit* Rota *coram* b.m.Cardinale Platto, *in vna Mediolanensi fructuum 26. Maij, 1589. quæ est post tract. dec. 18. per tot. & signanter n. 4. & 5.* Ea ratione, quia isti fructus non veniunt accessoriè, sed petuntur principaliter Gyg. *in tract. de pension. q. 47. n. 8.* & propterea non potest dici facta plenaria restitutio, iuxta propositam actionem, nisi fructus omnes in præteritum subtracti soluantur *vt dixit ibi* Rota *auctoritate* Innoc. *in c. quærelam n. 3. vers. & nota extra de election.*]

Quando verò is, qui est in quasi possessione exigendi censum, & annuas responsiones censuales non habet se pro spoliato, sed negante eo, qui erat solitus sibi census annuos soluere adit Iudicem pro manutentio-
16 ne, & conseruatione suæ quasi possessionis, † vtique non potest dici quod amiserit suam quasi possessionem exigendi, quæ solo animo retinetur, *l. licet, C. de acquir.*
17 *possess.* nam ille qui † solitus erat censum soluere per denegationem solutionum non dicitur spoliare dominum census, sed potius illum turbare. Iacob. Venent. *in d. suo tract. de ann. præstat. part. 1. q. 2. n. 2. & q. 15. n. 5.* Bon. *in puncto, in d. suo tract. de censib. artic 78. sub n. 111.* Boccac. *in suo tract. de censib. part. 2. n. 92. & confirmatur ex iis, quæ tradit* Inn. *in cap. olim, el terzo, ext. de restit. spol.* Bal. *in l. 2. n. 44. vers. tertio quæritur, C. de seruit. & aq.* Ripa, *in cap. cum E clasia, n. 9. vers. 7. nota.*
18 *ext. de causa poss. & propr.* licet secus sit si debitor census non neget se teneri ad soluendum animo liberandi se in futurum à solutionis onere, sed potius ad differendum, & dicat creditori census, veni cras, veni post cras, quia eo casu non dicitur nec spoliare, nec turbare eum, qui est solitus censum percipere in sua quasi possessione exigendi, Venent. *d. q. 15. n. 1. & seq. post multos quos congerit, qui reprehendit* Bellam. *quod consil. 21. sub n. 6. versic. item rectè*, contrarium teneat, quem *Bellam.* ita etiam tenere sentit Feder. Mart. *d. tract. cap. vlt. n. 32. & seq.* & cum ipso quasi ita tenente pertransit, sed iudicio meo, *Bellam. ibi* transit cum priori opinione, cum qua Ego quoque libentius pertransseo ex iis, quæ congerit Menoch. *in tract. de retin. poss. remed.*
19 *interd. 3. n. 477. & seqq.* taliter † autem turbato per denegationem solutionum competit interdictum vtile vti possidetis Roffred. *in d. suo opere delibel. in rubr. de interd. vti possid.* Specul. *in tit. de causa possess. & propriet. n. 12. vers. cæterum, & n. 14 vers. si quæratur. facit* Menoch. *de remed. 3. n. 104. & 135.* Andr. Gail. *pract. observ. lib. 2. observat. 75. n. 1. & ibi* Bernard. Greu. *num. 1, & in propriis terminis* Bon. *d. art. 78. n. 111* Federic. Martin. *d. tract. de iure census, cap. 1. num. 119. & seqq. & cap. 9. numer. 27. & seqq.* Et hunc esse manutenendum in sua quasi possessione exigendi in qua reperiebatur tempore motæ litis, pluries resoluit Rota, *& signanter coram* b.m.Robusterio, *8. Februar. 1577. in illa Romana census, quæ est impressa post tract. dec. 232. n. 1. in vna Bononiensi census, 13. Decembris, 1593. coram* Reuerendissimo, P.D. Sacrato, *qua ibidem est dec. 234. num. 1. in vna Romana census, 26. Aprilis, 1596. coram* b.m.Cardin.Pamphilio, *quæ est ibid. decis. 235. n. 2. & rursus coram eod. in eadem causa, 10. Maij, eiusdem anni 1596. vt ibid. dec. 226. per tot. in vna Benauentana census coram* b.m.Corduba, *13. Iunij, 1594. quæ est ibid. decis. 211. n. 1. in vna Romana census, 22. Maij, 1606. coram* b.m. Penia, *quæ est ibidem decis. 236. num. 3. in vna Bononiensi census, 27. Iunij, 1606. qua ibidem est dec. 237. in princip. coram* R.P.D.Sacrato, *& coram* R.P.D.Manzanedo, *13. Iunij, 1608. in vna Romana census, quæ est ibidem dec. 238. in fine & coram* R. P.D.Marcellontio, *14. Nouembris, 1608. in illa Romana census, qua ibidem est dec. 233. in princ. & in vna Ciuitatis Castelli census, 12. Maij, 1617. coram* Reuerend. P.D.Verospio, *quæ est ibidem dec. 239. per totum & aliàs sæpè.*

20 In † quo quidem iudicio retinendæ veniunt omnes fructus decursi non solum à die motæ litis prout, regulariter veniunt, quando petitur manutentio alicuius rei fructiferæ [*Vt fuisse sapius in* Rota *resolutum testatur*, Seraph. *dec. 835. num. 2. & seq. & decis. 1168. n. 3. & resoluit coram* R.P.D.Buratto, *in vna Romana Palatij 17. Februarij, 1617. post tract. dec. 377. n. 1. & in illa Calagurritana de Antol. 4. Maij, 1611. coram* R.P.D.Sacrato, *quæ est post tract. decis. 240. n. 1.*] sed fructus omnes decursi etiam ante petitam manutentionem, vt fuit resolutum in Rota *in vna Calaguritana de Antol. 4. Maij, 1611. coram* Reuerendissimo P.D.Sacrato, *quæ est post tract. decis. 240. per tot. & voluit antea coram* b.m. Gypsio, *in vna Cæsaraugustana pensionis, 30. Ianuarij, 1589. quæ est ibidem dec. 241. in fine, & coram* Seraph. *dec. 1168. num. 3. viden.* [Gratian. *discept. Forens. tom. 2. c. 206. num. 18. & seqq.*

Cæterum, extincto censu, cessat remedium hoc manutentionis, vt fuit resolutum in Rota *coram* R.P.D. Manzanedo, *in illa Romana census, 6. Februar. 1615. quæ est post tract. dec. 182. & repetiit eadem* Rota *coram* R. P.D.meo Vbaldo *in Romana census, 19. Februarij 1618. post tract. dec. 389. n. 6.*

Manutentio autem ista † retardari non debet si ex- 21
cipiatur censum esse male, & non legitime constitutum, Steph. Gratian. *Disceptat. Forens. tom. 2. cap. 208. num. 14.*

Puta quod sit constitutus super re non libera, vel non capace, *vt fuit resolutum in* Rota *coram* b.m.Penia, *28. Iunij, 1610. in illa Romana census Caruaiali himis, quæ est impressa post tract. decis. 66. n. 2. & in eadem causa coram eodem, 24. Nouembris eiusdem anni, quæ est ibidem decis. 57. num. 3.*

Prout † nec etiam pendente iudicio super nullitate 22
dicti census, Bero. *consil. 119. n. 1. & seqq. lib. 3.* Bursat. *cons. 74. n. 25. lib. 1. quos, & alios in puncto, refert* Gasp. Roderic. *in d. suo tract. de ann. reditib. lib. 1. q. 16. num. 29. vers. sed si, in hypothesi.*

[Circa quem articulum licet parum mihi constans aliquibus visus sim vt per amicorum litteras fuit admonitus, & contrarium videar firmasse *supra hoc eod. cap. 2. q. 4. art. 1. per tot. & signanter n. 6. & seqq.* dum ibi firmauimus, quod exactio fructuum census retardari, & impediri debeat propter iudicium motum super nullitate dicti census, siue illa proponatur principaliter per modum actionis siue incidenter excipiendo; hic autem dicimus ob exceptionem nullitatis census non retardari exactionem census.

Attamen vtramque conclusionem in casu suo veram esse, & vnam alteri nullo modo contrariari vel aduersari existimo, considerando casuum diuersitatem.

Hic enim sumus in iudicio Summariissimo retinendæ possessionis, in quo ideo per exceptionem nullitatis census non retardatur manutentio in possessione quasi exigendi illius fructus, quoniam in dicto iudicio non admittuntur nec exceptiones requirentes altiorem indaginem: Rota *in collect. per* Farinac. *decis. 583. n. 2. decis. 366. n. 6. & decis. 614. in fin. part. 1. & in illa ciuitatis Castelli census, 27. Nouembris, 1612. coram* R.P.D.Verospio, *post tract. dec. 405. n. 4.* Nec exceptiones respicientes petitorium, Rota *in decis. 256. num. 1. & dec. 251. num. 5. & coram* Reuerend.D.Coccino Decano *dec. 99. num. 4. decis. 113. num. 8. dec. 353. in fin. & part. 1. diuers. decis. 80. sub numer. 1. & part. 2. decis. 17. num. 7. & in recollect. per* Farinac. *decis. 136. in fine, & dec. 685. num. 1. part. 1. & decis. 287. in fine, & decis. 501. sub num. 5. part. 2.* Nam in hoc iudicio sola possessio attenditur.

In dicto verò *artic. 1.* locuti sumus de iudicio exequutiuo moto vigore publici instrumenti habentis exequutionem paratam vel in vim obligationis Cameralis vel à statuto loci, vel aliter, & cùm fundamentum dicti Iudicij consistat in contractu & instrumento de-

super

super celebrato, immo pro obtinenda illius exequutione illud sit in primis, & antè omnia realiter producendum in publicam, & authenticam formam, nec sufficeret si ex post-facto produceretur vt diximus *in tract. infra hoc c.2. q.5. art.6. n.34.* nec verbalis productio releuaret, Socian. *consil.134. in princ. lib.2.* Crau. *de antiq.tempor.par.1.§.quæritur n.6.vers.aduerte.* Cartat. *dec. Genuens. 17. n.2.* nimirum si oppositæ exceptione nullitatis instrumenti, vel contractus debet illius exequutio,& consequenter exactio fructuum census impediri, & retardari, cum exceptio nullitatis instrumenti, & quod non sit instrumentum non prohibeatur opponi ad retardandam, & impediendam illius exequutionem, Bar. *in l. D. Traianus n.1. ff. de mil. test.* Afflict. *dec.21. n.14.* Asin. *de exequut. Instrum.§.2.cap.21. n.1.* Canar. *eod.tract. q.51.& seq.* Gallef. *de obligat. Camer.part.1.q.3. n.4.& ibi* Zacch. *n.2. alios refert* Sim. de Pret. *de interpret.vlt.volunt.lib.4. interpret.1.dubit.10. sub n.85. fol. mihi 416.* Sublata igitur validitate instrumenti, nulla ex eo oritur probatio, Iaf. *cons.170. col.7. circa med. vers. etsi diceretur lib.2.*

Qua sublata non potest dici constare de obligatione, vt dicit Gallef. *d.q.3.n.5.& ibi* Zacch. *n.9.* & Rota *post illum dec.36. num.3.* & proinde nil mirum si in hoc retardatur exactio fructuum census, opposita exceptione nullitatis illius.

Cæterùm sicut in *d. art.1. n.8. & 9. dictum fuit* ita demum exceptionem nullitatis impedire, & ratardare executionem Cameralis obligationis, & instrumenti habentis paratam exequutionem, si illa sit adeo clara, & euidens, vt nulla egeat probatione, & nulla oppositione velari, aut offuscari queat, vt multos allegans, firmat Gallef. *d.q.3. n.3. & seqq. & ibi* Zacch. *n.2.4.8. & seqq.&* Rota *apud ipsum dec.27.n.2.* Ita etiam in terminis huius casus quando petitur manutentio ad effectum continuandi exactionem fructuum census, si opponatur exceptio nullitatis illius, quæ sit adeo clara, & euidens, vt non egeat probatione, erit deneganda manutentio Rota *coram* Greg.XV. *decis. 425. num.3.& 4.*]

23 Vel † pendente iudicio super appellatione interposita à sententia per quam census ipse fuit declaratus nullus. vt fuit dictum in Rota *coram* R.P.D. Sacrato, 13. *Decembr.1591. in illa Bononiensi census, qua reperitur impressa post tract. dec.234. n.4.& 5. coram* b.m.Orano, 3. *Iulij*, 1589. *in illa Forolimiensi census, quæ est ibidem dec.210. n.8. coram* b.m.Corduba, 13. *Iunij*, 1594. *in illa Beneuentana census, quæ ibidem est decis.211. n.3.* coram eodem, 5. *Iulij*, 1599. *in illa Romana, seu Prænestina census, quæ ibidem est decis.209. n.6.& 7. & coram* R. P. D. Manzanedo, 17. *Iunij*, 1605. *in illa Ianuensi census, quæ est ibidem dec. 212. n.5. & in vna Aquilegiensi pensionis*, 21. *Martij*, 610. *coram* R.P.D.Manzanedo, *quæ est ibidem dec.242. n.11.& seqq.*[*& in d.Romana census coram* D.meo Vbaldo, *n.13.*]

24 Nec † etiam pendente iudicio super nullitate dictæ sententiæ, vt fuit resolutum in Rota *coram* b.m.Penia, 15. *Ianuarij*, 1607. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec. 55. num.4.*

25 Prout † donec pendet causa appellationis à relaxatione mandati pro fructibus decursis poterit dominus, & creditor census agere ad census interim decursos, & maturatos absque alio incursu attentatorum, sunt enim diuersi isti termini fructuũ ab iis, qui in alio indicio fuerãt deducti. Iaf. *cõs.9.n.4.& 5 lib.1.* Gab. *cons.47. n.18. lib.1.* quia tot sunt obligationes, & debita, quot sunt termini, *l. scire debemus, in princ. ff. de verb. oblig. cum aliis apud* Rotam *quæ hanc sententiam, firmauit coram* Illustr. Card. Ludouisio *in vna Bononiensi census, seu attentatorum, 10. Decembris, 1603. quæ est post tract. dec.243. num.2.*

26 Debebit † similiter is, qui est in quasi possessione exigendi annuas responsiones censuales in ea manuteneri pendente iudicio super petita restitutione in integrum aduersus lapsum fatalium ob non prosequutam appellationem interpositam à sententia declaratoria nullitatis contractus census vt voluit Rota *in vna Venetiarum census, 22. Martij*, 1596. *coram* b.m.Cardinal. Arigogno, *quæ est in calce tract. decis.244. n.3. & 4. cuius meminit eadem* Rota *coram* b. m. Cardinali Pamphilio, 26. *Aprilis eiusdem anni*, 1596. *in illa Romana census, quæ est ibidem dec.235. in fine, & coram* Reuerendiss. P.D.Sacrato, 27. *Iunij*, 1606. *in illa Bononiensi census, quæ ibidem est dec.237. in princ. & in vna Romana census, 6. Nouembris*, 1606. *coram* b.m.Penia, *quæ est ibidem decis.245. num.4. & coram eodem, 15. Ianuarij*, 1607. *in illa Romana census, quæ ibidem est decis.55. num.2.& 5. & coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio, 11. *Maij, eiusdem anni* 1607. *in illa Imolensi census, quæ est ibidem decis. 213. n.8. & coram* R.P.D. Verospio 4. *Decembris*, 1612. *in vna Papiensi bonorum, quæ ibidem est decis.246. num. 8.*

Sicut † etiam est concedenda manutentio donec pendet iudicium super discussione bonorum debitoris census, *vt censuit eadem* Rota *coram* b. m. Robusterio 8. *Februarij*, 1577. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.232. n.20. in vna Romana fructuum census*, 22. *Iunij*, 1609. *coram* R.P.D.Caualerio, *quæ est ibidem dec. 247. n.5. versic. addebant insuper.* 27

Idipsum † quod non impediatur manutentio, dicendum est etiam quod apponatur exceptio simulationis contractus censualis, tenuit Rota *in vna Ianuensi census*, 17. *Iunij*, 1605. *coram* R.P.D.Manzanedo, *quæ est post tract. dec.212. num.3.* 28

[Vel exceptio compensationis si creditum sit illiquidum, vt firmauit Rota *coram* b.m.Cardinali Sacrato *in vna Interamnensi census 24. Maij*, 1619. *quæ est post tract. dec.352. per tot.*]

Prout idem † dicendum est respectu exceptionis fideicommissi appositæ in iudicio retinendæ possessionis exigendi censum opposita ad impediendam manutentionem ex eadem Rota *coram* b.m.Penia, 22. *Maij*, 1606. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.236. num.4.* 29

Quod verificatur etiam respectu † exceptionis extinctionis census, propter quam non esse denegandam manutentionem, voluit Rota *coram* bon. m. Cardinali Pamphilio, 26. *Aprilis* 1596. *in illa Romana census, quæ est in calce operis dec.235. n.3. coram* R.P.D.Sacrato, 21. *Ianuarij* 1600. *in vna Bononensi census, quæ ibidem est dec.248. num.2. coram* R.P.D. Cauallerio, 22. *Iunij*, 1609. *in illa Romana fructuum census, quæ est ibidem dec. 247. n.6.& coram* R.P.D.Manzanedo, 24. *Iunij*, 1614. *in vna Romana census, quæ est ibidem dec.249. n.7.* [Et ad hunc effectum ne retardetur manutentio satis est, quod exceptio ista extinctionis census sit turbida, vt voluit Rota sæpius,& signanter *coram* R. P.D. meo Vbaldo, *in illa Romana census*, 19. *Februarij* 1617. *quæ est post tract.dec.389. n.11.*] prout in simili exceptio extinctionis pensionis non retardat manutentionem in quasi possessione illam exigendi, vt dicebant Cassad. *dec.10. n.7. &* Veral. *decis.321. part.1.* cuius dicti ea est ratio, quia huiusmodi exceptio extinctionis requirit altiorem indaginem, vt dixit *Rota* in proximè relatis decisionibus, per quam non esse retardandam manutentionem affirmat. 30

[Et in propriis terminis dicit, Ant. Monach. *decis. Lucens.20. n.3. & dixit* Rota *in d. Interamnensi census coram* Cardinali Sacrato *num.3.*]

SVMMARIA.

1 *Remedia possessoria pro censu formali dantur non solum*

solum eis, qui censum acquisiuerunt.

[*Heres non potest intentare remedium retinendæ ex propria persona ob turbationem illatam suo auctori prædefuncto.*

Possessio defuncti non transfertur in hæredem absque noua apprehensione.

Etiam quod sit suus hæres.

Neque etiam in singularem successorem.

Heres potest prosequi iudicium retinendæ motum à suo auctore prædefuncto.]

3 *Hæredi datur non solum remedium retinendæ sed etiam recuperandæ.*

4 *Dummodo defunctus viuens fuerit spoliatus.*

5 *Alias datur remedium adipiscendæ.*

8 *Possessio cedentis in iuribus incorporalibus, transit in cessionarium absque apprehensione.*

9 *Cessio in incorporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus contra Feder. Martin.* n. 10.

11 *Remedia possessoria competunt successori in dignitate, & officio.*

12 *Dignitas, & officium dicitur possidere.*

13 *Remedia possessoria competunt procuratori irrenocabili constituto in rem propriam.*

[*Remedia possessoria competunt administratori hereditatis in testamento constituto antequam illa sit adita.*

14 *Remedia possessoria competunt contra eum qui imposuit, & eius hæredes.*

15 *Hæres conueniri potest remediis possessoriis pro censu dummodo sciat suum Auctorem soluisse & soluisse ex causa dicti census.*

16 *Inuentarium liberat hæredem ab omni damnosa obligatione.*

17 *Heres cum inuentario negans soluere censum, quem suus Auctor soluere consueuerat, videtur negare ex iusta causa aris alieni, secundum Venent.*

18 *Contrarium Rota.*

[*Remedia possessoria dantur contra hæredem cum beneficio inuentarij quando ipsemet alias censum soluit.*

19 *Soluatur Venentius, quando dominus census habet se pro spoliato.*

20 *Vel quando adsunt creditores habentes meliora iura, & hæreditas non est soluendo.*

21 *Remedia possessoria non competunt, quando subest legitima causa negandi solutiones.*

22 *Dolus est necessarius in remediis spoliatiuis.*

23 *Remedia possessoria pro censu competunt contra fideiussores census etiam quod ipsi nunquam soluerint.*

24 *Remedia possessoria competunt contra successores in officio, & dignitate qui erat solitus soluere.*

25 *Remedia possessoria dantur contra quemlibet singularem Auctorem eius, qui erat solitus soluere.*

26 [*Remedium retinendæ est conceptum in rem.*

27 *Res possidetur cum sua causa, & onere.*

28 *Remedium possessorium retinendæ non datur contra hæredem non possidentem.*

29 *Tertius possessor tenetur ad fructus census dumtaxat donec possidet fundum censitum.*]

Remedia possessoria pro Censu formali, cui, & contra quos competant.

QVÆSTIO XCII.

alias part. 2. cap. 2. quæst. 5. ar. 3.

SEquitur vt videamus cui, & contra quos competant remedia possessoria pro censu formali, quod in hoc tertio Articulo explicandum est per duas Conclusiones.

Prima sit Conclusio, quod huiusmodi remedia possessoria † absque dubio dantur eis, qui censum ipsum emerunt, vel alio titulo illum acquisiuerunt. Rota *diuers. dec. 99. n. 1. & 2. part. 1.* [Et remedio retinendæ dixit Rota *in vna Interamnensi census, 24. Maij, 1619. coram* b. m. Cardinali Sacrato, *quæ est post tract. dec. 352. in princ.*

Sed dubitari posset an hoc remedium retinendæ detur etiam hæredibus emptoris census. In qua difficultate est distinguendum inter summariissimum possessorium, retinendæ, & possessorium recuperandæ. In possessorio quidem retinendæ si hæres velit ex propria persona agere vigore possessionis sui auctoris, faciendæ est conclusio negatiua, quod non possit iuuari in hoc iudicio ex possessione sui auctoris iam prædefuncti, *Vt dixit* Rota *in vna Mirandesi pensionis 7. Maij, 1612. coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano, *quæ est post tract. dec. 339. n. 2.* Ea ratione, quia possessio defuncti non transfertur ad hæredem sine noua apprehensione *l. cum hæredes, vbi* Doctor. *ff. de acquir. possess. late* Tiraq. *de mort. in præfat. in 3. declar. num. 2. & seq.* Etiam quod sit hæres suus Bal. *in l. fin. n. 2. C. de Diu. Hadr. tollen.* Tiraq. *d. 3. declarat. n. 6. & seqq. cum aliis allegatis in dicta Mirandesi pensionis n. 3.* Datur etiam remedium adipiscendæ possessionis, & proinde fideicommissario dandam esse immissionem etiam in censibus diximus suprà *in addition. ad hunc eundem artic. 3. n. 2. ex* Rota *coram* b. m. Buratto, & R. P. D. Virile *quibus addi potest decisio facta in causa Camerinensi fideicommissi 4. Decembris, 1606. coram* R. P. D. Pamphilio, *quæ est post tract. per totam.*

Si verò hæres non agat ex propria persona, sed velit prosequi iudicium super turbatione illata suo auctori post litem motam prædefuncto, & illi liceat illud iudicium prosequi, vt comprobat Menoch. *de retin. remed. 3. n. 62. & illius auctoritate hoc firmauit* Rota *in vna Beneuentana census 13. Iunij, 1594. coram* b. m. Corduba, *quæ est post tract. decis. 211. n. 1.* nam illa decisio debet intelligi iuxta terminos, in quibus loquitur Menoch. *quem allegat d. n. 62. arg. l. imperator ff. de in diem addict. & ibi not.* Bart. & *iuxta hanc sententiam resoluit* Rota *in illa Ariminensi coram* R. P. D. Merlino, 10. *Iunii, 1618. quæ est decis. 515. per tot.* vbi vltra limitationem quam nos hic adducimus quando hæres prosequitur iudicium iam cæptum à defuncto, quam ibi Rota pluribus confirmat decisionibus aliam affert *num. 7.* videlicet vbi vigore statuti possessio defuncti continuatur in hæredem tunc enim potest hæres etiam ex propria persona mouere iudicium manutentionis, vt possessione defuncti Gratian. *discept. for. cap. 613. num. 17. & seqq.*

Vel dicamus quod Rota *in illa Mirandesi pensionis coram* Reuerendiss. Decano loquatur de iudicio per hæredem in summariissimo retinendæ mouendo occasione turbationis illatæ suo auctori, quod hæredi denegat ob rationes, quas ibi allegat. In illa autem *Beneuentana coram Corduba* cum loquatur non de iudicio inchoando, sed de illo terminando mediante mandato de manutenendo, quod præsupponit iudicium, & litem iam cæptam, illud *Rota* dicit esse concedendum hæredi prout fuisset concedendum suo auctori, si viueret & sic intellectæ istæ decisiones sibi ad inuicem non aduersantur.

In remedio autem recuperandæ constituenda est conclusio affirmatiua, quam] probat tex. *in l. 1. §. interdictum hoc, ff. de vi, & vi arma.* Gl. & Doctor. *in cap. Significauerunt, ext. de test. ib.* Gabr. *conf. 179. in princ. lib. 1.* Neuiz. *conf. 78. num. 1.* Rol. *conf. 50. n. 4. lib. 2.* Tob. Non. *consil. 34. num. 21.* Franc. Bece. *consil. 75. num. 14. libr. 1.* Surd. *conf. 168. n. 14. & conf. 189. n. 13. lib. 2.* Benint. *dec. 12.*

num.

4 *num.*1. Crescent.*dec.*3. *de restit.spoliat.* scilicet, † quando defunctus viuens destitutus, & spoliatus, Benint. *d. decis.*12. *num.*3. Magon. *decis.Lucensi* 4. *n.*14. Secus
5 † autem si tempore suæ mortis possidebat, quia tunc datur remedium adipiscendæ, Benint. *d. n.*3. Magon. *d. dec. num.*15. Contard.*de moment.possess. limit.* 2. §.1. *num.*6. *&* 7.

Vtrumque autem remedium tàm retinendæ, quàm recuperandæ possessionis conceduntur cessionario do-
6 mini census non solùm † quando ipse est in quasi possessione exigendi censum,Menoch.*de retinen.possess. d. remed.*3. *num.*259. Rota *coram* bon.mem.Orano,24. *Octobris*, 1588. *in illa Romana census, quæ est impressa*
7 *post tract. dec.* 231. *num.*10. Sed etiam † ex sola possessione cedentis Bald. *in cap.licet causam, n.*34. *vers.item interdum, de probat. & placuit* Rotæ *coram* b.m.Penia, 2. *Iunij*, 1610. *in vna Romana census, quæ est post tract. decis.* 250. *num.* 1. [Et in eadem causa *coram eodem* 4. *Martij*, 1611. *quæ est post tract. decis.* 392. *num.*2. *& in Romana census coram* R. P. D. Buratto, 4. *Iulij*, 1618. *quæ ibid. est decis.*410. *num.*1. *& coram* Reuerend.P. D. Manzanedo, 24.*Iunij*,1614. *in illa Romana census, quæ ibidem est dec.* 239. *n.*1. *& seqq.* [*& in Ariminensi census*, 10.*Ianuar.*1628. *coram* R.P.D.Merlino, *quæ est post tract. dec.*515. *n.*9. Gratian. *discept. forens. tomo* 2. *c.*310. *num.*25. *&* 26.

Licet possessio rerum corporalium non transeat in cessionarium, Syluan.*cons.*55.*n.*8. Menoch. *de retinend. possess. remed.*3.*n.*267. *& seqq.*Rota *dec.*551.*n.*4. *part.*2. *in recollect. per* Farinac. *& in d. Romana census coram* R.P.D.Buratto *n.*1.

8 Attamen in † iuribus incorporalibus (quale est hoc exigendi annuas pensiones censuales) possessio cedentis transfertur in cessionarium absque alia apprehensione, Natta *cons.*298. *num.*38. *lib.*2. Menoch. *de retin.*
9 *poss. d. remed.* 3. *num.* 359. *& seq.* quia † in corporalibus tantum operatur cessio quantum traditio, Glos. *&* Doctor. *communiter in l.*1. *C. de act. & obligat. refert alios* Claud.Bertazol.*in suo tract. de clausul. instrument.*
10 *clausula* 27. *glo.*4. *num.*2. Vnde † malè videtur sensisse Federic.Martin. *in suo tract. de iure censu. cap.vlt. n.*78. dum negat successori dari huiusmodi remedium ex persona sui auctoris ex eo, quia ipse nunquam possedit. [ad hoc autem, vt cessionarius possit ex iure sibi cesso exigere fructus census post cessionem decursos, & petere se manuteneri in quasi possessione exigendi est necesse vt ibi cedatur ius reale ipsius census, *vt dixit* Rota *coram* R.P.D.Merlino, *in vna Romana census*, 15. *Nouembris*, 1627. *quæ est post tract. decis.*503. *num.*5.]

Competunt autem hæc remedia possessoria non so-
11 lùm singulari successori in ipso censu, sed etiam † ei qui successit alicui in aliqua dignitate, & officio cuius antecessori censuales responsiones solebant solui,licet enim successor iste nunquam fuerit in possessione, vel quasi exigendi, illi tamen competit remedium possessorium, vt dixit Feder.Martin.*d.cap.vlt.n.*79. ea ratione, quia tali successori datur interdictum, vnde vi, *vt bene deducit* Mascard. *in suo tract. de probat. vol.* 3. *con-*
12 *clus.*1324. *n.*20. *& seqq.* Cum ipsa † dignitas, & officium quod nunquam moritur, possidere dicatur. Inn. *in cap.cum super,ext.de causa poss.& propr.*Feder.Martin. *d. cap.vlt. num.*81.

13 Competunt † præterea procuratori irreuocabili in rem propriam constituto, si non alieno, sed proprio nomine agat,& possideat, vt dicit Rota *coram* bo.me. Orano, 14.*Octobris*,1588. *in illa Romana census, quæ est post tract.dec.*231. *n.*11. *auctoritate* Bal.*in d. l.*1. *n.*22. *C. de act. & obligat.*

[Competunt quoque administratori hæreditatis à testatore in suo testamento constituto, hæreditate adhuc non adita, *vt fuit resolutum in* Rota *coram* R.P.D. Cencius de Censibus.

Verospio *in vna ciuitatis Castelli census*, 27.*Nouembris*, 1612. *post tract. dec.*405. *n.*1.

Secunda sit conclusio. Remedia possessoria pro cen-
14 su formali competunt non † solùm contra eum qui censum imposuit, & fuit solitus illum soluere, etiam contra illius hæredes.Guido Papa,*sed per bonas rationes*, *d. dec.*629. Menoch.*de recuper. possess. d.remed.* 1.*quæst. num.*89. *confirmat* Iacob. Venent. *in d. suo tract. de annipræstat. part.*11. *q.*19. *n.*2.*&* 3. *& in puncto dixit* Bon. *in suo tract. de censib. art.*78. *n.*111. *in fine*, Bernard. Greu. *ad* Andr.Gail. *pract.observ. lib.*2. *conclus.*75. *n.*5. Feder. Martin.*d.cap.vlt.n.*72. [*& confirmat* Io.Petr. Fontanell. *de pact.nupt.part.*1. *clausul.*4. *gl.*18. *part.*4. *n.*12. *& seqq.*] *& voluit* Rota *coram* Illustriss.Cardinali Ludouisio,11. *Maij* 1607. *in illa Imolensi census, quæ reperitur impressa post tract. dec.*213. *num.*4.

Hoc autem quod diximus de hærede, est duobus
15 modis intelligendum,& quidem primò, † dummodo hæres sciat non solum fuisse à suo auctore factas solutiones in præteritum, sed etiam dictas solutiones fuisse factas ex causa dicti census cuius occasione conuenitur aliàs contra ipsum non posset agi aliquo remedio possessorio, *vt deduxit* Iacob. Venent. *d. part.*1. *q.*20. *in fine.*

Secundò † est declarandum, vt non procedat in
16 hærede cum beneficio legis, & inuentarij,nam ob tale beneficium cessat omnis damnosa obligatio hæredis, & non tenetur vltra vires hæreditarias, *l. fin.§. in computatione, & ibi* Bart. *num.* 7. *& alij communiter, C. de iure delib.*

Nam † si hæres cum beneficio inuentarij negat so-
17 lutionem census, quem illius auctor soluere solitus erat,videtur quod ex iusta causa id faciat, videlicet,ob æs alienum quo sit grauata hæreditas. Venent.*d.q.*20. *num.* 3.

Et licet † contra Venent. *teneat* Rota *coram* b. m.
18 Penia,15.*Ianuarij*,1607. *in illa Romana census,quæ est impressa in fi.tract.dec.*55.*n.*10.*& coram* bon.mem.Orano, 24. *Octobris*, 1588. *in alia Romana census, qua est ibid. dec.*231. *num.*5. *& seq.*

[Et maximè si ipsemet hæres cum inuentario aliàs censum soluisset, & sic dominum census constituisset in quasi possessione exigendi censum præfatum, nam non posset postea solutionem census euitare, nec retardare sub prætextu, quod in hæreditate non adsint bona, *vt fuit dictum coram* R. P. D. Verospio, 27. *Nouembris in illa ciuitatis Castelli census, quæ post tract. decis.*405. *num.*3.

Dicta † tamen per *Venent.* possent sustineri in duo-
19 bus casibus. Primò,scilicet, quando is,qui est in quasi possessione exigendi propter denegationem solutionis factam ab hærede, cum beneficio inuentarij haberet se pro spoliato, *vt clarè sensit eadem* Rota *coram* b. m. Robusterio, 8.*Februar.*1577. *in illa Romana census, quæ ibidem est decis.* 232. *n.*16. Secundò, quando † adsunt
20 alij creditores prætendentes meliora iura, & hæreditas non est soluendo, vt dixit Rota *coram* b.m.Orano, 12. *Februar.* 1588. *in vna Romana census, quæ est ibidem dec.*251. *n.*7. Vbicunque enim † subest legitima causa
21 negandi solutiones non competit, nec remedium retinendæ possessionis, vt non obscurè sensit Menoch. *de retin. possess.remed.*3. *num.* 479. nec remedium recuperandæ,quia cessat dolus † qui est, necessarius in re-
22 mediis spoliatiuis. Innoc. *in cap.querelam, num.*4. *vers. si autem, ext. de elect.* Rota *decis.*11. *quæ est,*3.*de restit. spol. in antiq.* Guido Pap. *consil.* 225. *n.* 2. *sentit* Bened. Bon. *in d.suo tract. de censib. art.*38. *n.*64. Venent. *in d. suo tract. part.*1. *q.*2. *n.*2. *q.*16.*n.*1.*q.*25. *num.*11. *& qu.*8. *numer.* 1.

Competunt †, præterea hæc remedia possessoria
23 contra eum, qui in contractu censuali tanquã fideiussor accessit, etiam quod ipse nunquam soluerit, dum-

modo soluerit principalis debitor, vt voluit Rota coram b.m.Corduba, 24. Nouembris, 1597. in illa Eugubina census, quæ est impressa in calce tract. dec. 145. n. 4. & coram b.m.Penia, 2. Iunij, 1610. in illa Romana census, quæ est ibidem dec. 250. n. 2.

24 Prout competunt † contra eos, qui successerunt in officio vel beneficio eius, qui erat solitus soluere istas annuas responsiones censuales, nam licet ipse nunquam soluerit, ex quo tamen habuit causam, & successit ei qui aliquando soluit, dantur contra eum huiusmodi iudicia possessoria. Guido Pap. d. dec. 619. Put. dec. 151. lib. 3. Menoch. de recup. possess. remed. 1. n. 89. Mascard. d. concl. 134. n. 21. ad fin. qui alios allegat, & declarauit Rota coram R.P.D. Manzanedo, 21. Martij, 1610. in illa Aquilegiensi pensionis, qui est post tractat. dec. 142. num. 4.

25 Immo † dari contra quemlibet successorem singularem eius, qui erat solitus soluere, eo quia huiusmodi quasi possessio passiuè transeat in singularem successorem, etiam quod ipse nunquam soluerit, fuit resolutum in Rota coram b.m.Orano, 24. Octobris, 1588. in illa Romana census, quæ est post tract. dec. 231. n. 3.

26 [Dum autem supra deductum fuit † remedium retinendæ possessionis dari etiam contra hæredes & alios: Intelligendum est dummodo isti possideant, cum remedium hoc sit conceptum in rem l. 1. in fin. ff. de interd. &

27 † dum possident dicuntur possidere cùm sua causa, & suo onere, cum quibus res transit ad quemlibet illius possessorem. Rom. consil. 73. n. 5. & seq. Dec.

28 cons. 284. n. 1. Et † propterea si non possideant, non poterit contra eos hoc interdictum intentari: vt resolut Rota in vna Romana census de Valentinis coram R. P.D. Ottembergo, 2. Maij, 1607. quæ est post tract. dec.

29 390. n. 2. & seq. quod comprobat ea ratione, † quia tertius, qui censum non imposuit, tenetur dumtaxat ad illius fructus dum fundum censitum possidet l. fi. §. fi. ff. de contr. empt. Couar. var. resolut. lib. 3. c. 7. vers. hinc etiam deducitur, de qua re nos diximus infra hac eod. q. art. 8. num. 4. & seqq.

SVMMARIA.

[Agens remedio recuperandæ debet probare spoliatum à reo commissum.
Agens remedio retinendæ debet probare turbationem.
Spoliatio probatur probando possessionem rei contenti iuniorem.
Possessio posterior præsumitur clandestina.
Debitor census negans soluere dicitur spoliare si litem sustinuit.
Turbatio fit, & probatur multis modis.
Turbat qui negat censum soluere.
Turbatio probatur per litis sustentationem.]

1 Fundamentum actoris in iudicio possessorio retinendæ, vel recuperandæ, consistit in probatione suæ possessionis.

2 Possessio præsumitur continuata, nisi probetur contrarium.

[Possessio non perditur ob negligentiam decem annorum, nisi alius ingrediatur possessionem vacuam.]

3 Possessio vel quasi exigendi probatur ex præcedentibus solutionibus.

4 Dummodo sint verè, & reales.

5 Et non per aliquam satisfactionis speciem.

6 Puta per compensationem.

7 Probationes in iudiciis possessoriis, sufficiunt leuiores.

[Quasi possessio exigendi censum in remedio recuperandæ debet plenè probari.]

8 Limitatur quando agitur de præiudicio tertij.

9 Solutio census ad fauorem debitoris, probatur per confessionem creditoris.

10 Confessio solutionis facta à creditore, non suffragatur illi ad effectum habendi manutentionem.

11 Quasi possessio exigendi pensionem, non probatur ex confessione creditoris ad effectum, vt manuteneri debeat.

12 Quasi possessio exigendi probata per confessionem debitoris, est manutenibilis.

13 Ampl. etiam, si sit probata per confessionem legitimi procuratoris ipsius debitoris.

14 Intellige de confessione iudiciali, secus de extra iudiciali.

15 Confessio procuratoris, & syndici nocet domino, si fiat in iudicio, secus si sit extraiudicialis.

16 Limit. nisi procurator soluat sciente debitore, vel de eius speciali mandato.

17 Solutio non potest fieri sine impensa.
Solutio præsumitur facta de mandato debitoris; ibidem.

18 Mandatum præsumitur ex coniecturis, & adminiculis.

19 Solutio facta cum protestatione, quod sit metu mandati, non probat quasi possessionem exigendi.

20 Quasi possessio exigendi quod non resultet ex vnica solutione, volum aliqui.
Intelligitur, vt num. 25.

21 Contrarium volunt alij, & Rota.

22 Quod verum credit Auctor quando apparet quod is, qui semel soluit animo soluendi in futurum.

23 Quasi possessio in incorporalibus, acquiritur per vnicum actum.

24 Dummodo actus ille non fiat iure familiaritatis.

26 Manutentio in iure exigendi, non requirit quia si possessionem titulatam.

[Dominus census ad effectum manutentionis in quasi possessione exigendi illius fructus non habet necesse probare titulum, dummodo illum alleget contra Boccac.
Agens remedio retinendæ non tenetur iustificare possessionem ex titulo.
Titulatus possessor est manutenendus.
Intellige quando non constat alium esse in antiquiori possessione.
Possessor antiquior debet manuteneri.
Etiam si alius doceat de antiquiori titulo.]

27 Quasi possessio, cui resistit ius commune qualis dicatur, remissiuè.

28 Quasi possessio cui resistit ius commune, non est restituibilis, nisi iustificetur titulus.

29 Titulus quasi possessionis, iustificatur per quales quales probationes, etiam præsumptiuas.

30 Titulus quasi possessionis, iustificatur potius ad colorandam bonam fidem, quam ad probationem tituli.

31 Agens remedio spoliatiuo si iustificet titulum, non dicitur cumulare petitorium cum possessorio.

32 Quasi possessio cui ius commune non resistit, probatur etiam absque allegatione tituli.

33 Rota contrarium sentiens, quomodo intelligenda.

34 Rota in hoc varianit.

35 Agens remedio spoliatiuo, si nitatur quasi possessione recenti, debet iustificare titulum, secus si sit antiquior vltra triennium.

36 Agens remedio spoliatiuo ad ius exigendi censum non debet iustificare titulum quo nititur.

Quasi possessi exigendi censum quomodo probetur.

QVÆSTIO XCIII.

aliàs par. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 4.

REmanet, vt differamus de probationibus faciendis in his possessoriis iudiciis, [In vtroque autem actor probare debet extrema necessaria , videlicet vnum ex parte rei conuenti, alterum ex parte suimet. Ex parte quidem rei in possessorio recuperandæ probanda est spoliatio *glos. in l. 1. §. si quis tamen in verb. possidebat ff. de vi , & vi arm. cap. consultationibus , & ibi* Decian. *in 2. notab. & alij communiter de offic. delegat.* In iudicio autem manutentionis probanda est turbatio, Menoch. *qui multos allegat de retin. possess. remed. 3. n. 550.*

Spoliatio autem probatur eo ipso, quod probatur, quod possessio rei conuenti est iunior , & posterior quam sit possessio actoris Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. num. 383.* Ceph. *cons. 301. num. 62. lib. 3.* Beniuend. *dec. 10.* Honded. *cons. 17. numer. 14. lib. 1. & cons. 13. num. 33. lib. 2.* Pontan. *de spol. libr. 2. nu. 8.* Possessio enim recentior, & posterior præsumitur clandestina, respectu antiquioris *l. fin.* Cod. *vnd. vi, cum aliis allegatis per* Alex. *cons. 6. n. 8. ad fin. lib. 3. cap. licet causam , & ibi* Doctor. *de probat. scribent. in l. si duo in princ. maximè* Bart. *sub num. 4. ff. vti possid. cum congestis à* Menoch. *de retin. possess. remed. 3. num. 725.* Et in terminis nostris spoliatio iuris exigendi annuos census probata dicetur si reus conuentus neget soluere censuales responsiones, & litem sustineat Soc. Iun. *cons. 18. numer. 17. lib. 2. in puncto* Cran. *cons. 140. n. 1. lib. 1.* Pontan. *d. tract. d. lib. 2. n. 185.* Verall. *dec. 369. n. 1. lib. 2. cuius auctoritate* Io. Petr. Fontan. *in tract. de pact. nuptial. tom. 1. clausula 4. gl. 18. par. 4. n. 10.* vbi refert se fuisse aliquando consolatum quendam aduocatum , qui timebat succumbere, ex quo aliter non probauerat spoliationem.

Turbatio autem licet multis modis fieri, & probari possit, *vt latè apud* Rebuff. *ad constitut. Regi. de mater. possessor. art. 1. glos. 2* Menoch. *de retin. possess. rem. 3. q. 62. à num. 467. vsque ad num. 106.* Boccacc. *de interd. vti possid. cap. 11. à num. 7. vsque ad n. 40. & alios plerosque.* In proposito autem nostro fieri dicitur quando prohibetur ne fiat census solutio, & debitor negat illum soluere ad Rebuff. *d. glos. 2. numer. 28.* Menoch. *de remed 3. n. 497. &* Boccac. *d. cap. 11. n. 33.* Et legitimè probata dicitur si reus conuentus neget soluere , & litem sustineat. Alex. *con. 73. n. 1 lib. 3.* Parisi. *cons. 54. n. 22. lib. 3.* Verall. *d. dec. 369. n. 2.*

1 Aliud extremum ex parte ipsiusmet actoris est antiquior eius possessio †quoniam fundamentum intentionis illius, qui remediis possessoriis vult experiri (petendo vel se manuteneri in sua quasi possessione exigendi annuas responsiones censuales in qua se turbari prætendit , vel ad illam se redintegrari qua se spoliatum fuisse contendit) consistit in probando, & iustificando suam quasi possessionem siue de tempore
2 litis motæ, siue de anteriori , quo casu † præsumeretur continuata , nisi contrarium probaretur , vt dixit Rota *coram* R.P.D. Manzanedo, 21. *Martij*, 1610. *in illa Aquilegiensi pensionis, quæ est impressa post tract. dec. 242. num. 6. & seqq.* [Quæ tamen probatio non resultaret ex ipsius negligentia decem, vel plurium annorum, nisi alius interim in exactione dicti census se intromisisset , vt in puncto resoluit Rota *in vna Mediolanensi fructuum* 30. *Maij*, 1588. *coram* b.m. Cardinale Platto, *post tract. decis. 344. num. 2. & in vna Romana census coram* R.P.D. Buratto, 4. *Iulij*, 1618. *quæ ibid. est decis. 410. num. 15. & seqq.* Nam in remediis possessoriis non sola decennalis negligentia excludit quem ab actione, nisi alius post negligentiam nactus sit possessionem vacuam, secus si illam ingrediatur plenam, vt benè declarat Rota *in d. Mediolanensi fructuum n. 2. & seq.*] Ideo videndum est breuiter , quibusnam modis huiusmodi probatio fieri possit.

In quo † iuris articulo communiter omnes videntur conuenire quod huiusmodi quasi possessio exigendi probetur iustificando , & probando præcedentes solutiones, cùm ex præcedentibus solutionibus resultare probationem legitimam in his iudiciis possessoriis dicat Foller. *in sua pract. census, in verbo huiusmodi, num. 101.* Mascard. *in suo tract. de probat. vol. 1. conclus. 279. num. 15. qui alios allegat, & firmauit* Rota *coram* Seraph. *decis. 1228. num. 1. part. 2. & coram* bon. mem. Cardin. Blanchetto, 13. *Maij*, 1596. *in illa Romana census quæ est impressa post tract. dec. 78. num. 1. & coram* R.P.D. Ortembergio, 24. *Nouembris*, 1606. *in illa Romana census, quæ est ibid. decis. 113. num. 2. & 4. & coram* Reuerendissimo, P.D. Sacrato, 10. *Iunij*, 1613. *in illa Romana census, quæ ibidem est decis. 68. num. 2. & coram* R.P.D. Buratto, 14. *eiusdem mensis Iunij dicti anni*, 1613. *in illa Foroliuiensi census , quæ est ibidem decis. 96. num. 22. & 26.* [*& in vna Anconitana pecuniaria 26. Februarij*, 1624. *coram* R.P.D. Pirouano, *quæ post tract. est decis. 483. n. 1.*] Dummodo † istæ solutiones præcedentes fuerint verè reales , & effectuales , non autem præsumptiuæ, Federici Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. 3. num. 98.* nec per
4 † aliam satisfactionis speciem, vt dixit Rota *coram* Reuerendiss. P.D. Sacrato, 18. *Nouembris*, 1603. *in vna Romana fructuum census, quæ est ibidem decis. 252. num. 4. &*
5 *& coram* bon. mem. Penia, 22. *Maij*, 1606. *in illa Romana census quæ ibidem est dec. 236. n. 4.* puta † per compen-
6 sationem, vt dixit Rota *coram* Seraph. *dec. 302. part. 1. quæ est dec. 389. par. 1. diuersorum.*

[Quarum autem probatio requiratur pro iustificatione præcedentium solutionum videtur adhibenda distinctio an simus in possessorio recuperandæ, vel retinendæ.

Nam in possessorio recuperandæ probatio debet esse plena, nec sufficit semiplena. Io. Petr. Fontanell. *d. par. 4. num. 4. & seq. vbi profitetur ita magis communiter Doctores tenere, & pro ea allegat.* Afflict. *decis. 304. numer. 5. & ibi* Vrsill. Andr. Gail. *obseruat. lib. 1. obseruat. 7. num. 2.* Mohed. 78. Caputaq. *dec. 15. lib. 1.* Ioseph. Ludouic. *decis.* Perus. *59. n. 2.* Steph. Gratian. *decis. March. 192.* Menoch. *de recuper. possess. remed. 15. n. 408. & 409.* Granat. 2. Thæorem. 22. *per tot.* Vinc. Carocc. *decis. 126.* Farinac. *in sua pract. crim. in tract. de testib. q. 63. cap. 1. num. 31. & 32.*

In possessorio autem retinendæ sufficiunt leuiores 7 probationes.] Curt. sen. *in l. admonendi , num. 323. vers. secundo modo ff. de ureitur.* Menoch. *de retin. poss. remed. vlt. num. 39. & fuit resolutum in* Rota *coram* bon. mem. Orano, 3. *Iulij*, 1589. *in illa Foroliuiensi census , quæ est post tract. decis. 210. n. 1. & repetitum* coram bon. mem. Corduba, 5. *Iulij*, 1599. *in illa Romana , seu Præneſtina census, quæ ibidem est dec. 209. n. 2. & coram.* R.P.D. Manzanedo, 21. *Martij*, 1610. *in illa Aquilegiensi pensionis, quæ est ibidem dec. 242. n. 2* Præterquam † quando age- 8 retur de præiudicio tertiæ personæ, quo casu [in hoc quoque iudicio retinendæ.] pleniores requirerentur probationes, vt benè colligitur ex dicta Seraph. *decis. 302. supra allegata* , Quibus autem mediis fieri possit huiusmodi probatio, fuit dictum *supra hoc eod. c. 2. q. 4. art. 6. nunc q. 87.* ad quem locum in contingentia facti, est recurrendum.

Vnum testem in proposito addendū esse existimaui, quod, licet † ad fauorem debitoris census probetur 9 solutio per confessionem creditoris vt diximus *d. art. 6.*

num.10.& seqq. non † tamen ex tali confessione resultat releuans probatio ad fauorem ipsiusmet creditoris ad effectum obtinendi manutentionem, vt † in simili de manutentione in quasi possessione exigendi pensiones, dixit Rota *in illa Cæsaraugustana pensionis*, 1589.10.*Ianuarij*, *coram* bon.mem.Gypsio, *quæ est impressa post tract.dec.241.num.1.*ne aperiatur via fraudibus,si quidem hoc pacto facere cuique liceret probare exactionem,& quasi possessionem,vt animaduertit Tiraq.*de retractu Lignag.*§.1.Glos.18.& refert ibi *Rota d.num.*1.

Probatur † tamen per confessionem ipsius debitoris,vt dixit Rota *coram* bon.mem.Corduba,15.*Iulij*, 1599.*in d.Romana seu Prænestina census quæ est post tract.decis.*109.*num.*3.[*& coram* bon. mem. Buratto *in illa Romana domus,& bonorum* 18.*Maij*,1618.*quæ est post decis.*496. *num.*4.]. Vel † sui legitimi procuratoris in Iudicio factam,vt voluit Rota *in illa Bononiensi census*, 13.*Decembris*,1591.*coram* Reuerendiss.P.D.Sacrato,*quæ est ibidem decis.*234.*num.*2.*& seq.& senserat antea coram* bon.mem Orano,13.*Iulij*, 1598.*in illa Foroliuiensi census*, *quæ ibidem est decis.*20. *num.*7. Si † autem ista confessio procuratoris, vel sindici emanasset non in iudicio,sed extraiudicialiter, puta in instrumento refutationis,constituenti non præiudicaret,nec ex ea diceretur legitimè probata quasi possessio exigendi ad fauorem domini census. Quia † licet confessio procuratoris,& sindici noceat in iudicialibus, attamen in extraiudicialibus domino non præiudicat, *vt post* Alex. *tradit* Dec. *cons.*211.*num.*2. *in fine*, *& cons.*297. *sub n.*6. *ad fin.* præsertim † si non probetur talem soluentem procuratorio nomine habuisse mandatum ad soluendum,vel soluisse de scientia debitoris. Veral. *decis*165. *lib.*3 constito autem quod solutio fuerit facta per procuratorem. Quia † illa fieri non potuit sine impensa, & non est verisimile quod soluens voluerit de mandato debitoris Purpur.*cons.*183.*num.*4.*lib.*1. Bero *cons.*43. *num.*56.*& 57.lib.*3.Cacheran.*cons.*1. *num.*62. & maximè si fuerit soluta non modica, sed notabilis summa, vt animaduertit Rota *coram* bon. mem. Penia *in illa Romana palatij campi Flore*,16.*Decembris*,1588. *quæ est impressa in calce tractat. decis.* 101. *num.*12. *& in puncto* coram eod.2. *Iunij*, 1610.*in illa Romana census*, quæ est impressa *ibidem decis.*250.*num.*6. Maximè concurrentibus adminiculis,& coniecturis,propter quas præsumi mandatum,volunt multi relati à Mascar.*in suo tract.de probat.vol.*2.*concluf.* 1006.*num.*52. Menoch. *in suo tract. de præsumpt.lib.*2.*præsumpt.*33.*num.*27.*versic.declaratur*, Gabr.*in tit.de procurat.concluf.*1.*num.*10.*vers.secus est*,*& placuit* Rota,*vt decis.*196. *sub num.*4.*vers.non obstat*,*par.* 1.*diuers.& ferè in puncto coram* R. P.D. Marcomontio, 14. *Nouembris*,1608. *in illa Romana census*, *quæ est post tract.decis.*233.*num.*2.*& 3.*Non † tamen resultaret releuans probatio ex solutione facta à debitore soluente cum protestatione quod soluit metu mandati executiui contra eum iam relaxati, quia ex tali solutione non acquiritur quasi possessio exigendi, vt dixit Rota *ibi*,*num.*1.

Cæterum circa hanc solutionum probationem de nonnullis videtur necessariò dubitandum, & primò quot solutiones requirantur ad effectum,vt dicta quasi possessio solutionum dici possit legitimè, & sufficienter probata, circa quam difficultatem Quod † non sufficiat vnica solutio,sed requirantur plures, voluerunt Scribentes *in cap.cùm Ecclesia Sutrina*, *ext. de cauf. possess.& proprietat. maximè* Abb.*num.*33. *ibi ad probandum*,Ripa, *num.*55. *& alij communiter idem* Ripa *in l.*2.*num.*5.*ff.quor.bonor.*Iacob.Veuent.*in suo tract.de ann. præstat.part.*1.*q.*6. *& in puncto* Felician.de Solis, *in suis Commentar.de censib.tom.*1.*lib.*3.*c.*1.*num.*9. Follet.*in sua pract.censuali in verbo*, *huiusmodi*,*num.*101.Mascard. *in d.suo tract.de probat.vol.*1. *concluf.*279. *num.*15. Federic. Mart.*in suo tract. de probat.vol.*1.*concluf.*269. *numer.*15. Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens.capit.*7. *numer.* 90. licèt non constituant quot solutiones requirantur, sed vnanimi consensu id reponant in iudicis arbitrio.

Multis autem † placuit quod vnica solutio sufficiat, & in propriis terminis Gaspar.Roderic. *in suo tract.de ann.reditib.lib.*1.*q.*15. *num.*20. *in fine*, & hanc sententiam Rota *pluries amplexa fuit*,*& maximè in d.decis.*196. *num.*2.*part.*1. *Diuers. & coram* bon. m. Cardinali Arigono,22.*Martij*,1596.*in illa Venetiarum census*, *quæ est in tract.decis.*244.*num.*1.*coram* bon.m. Cardinali Pamphilio,29.*Aprilis eiusdem anni*,1599.*in illa Romana census*,*quæ est ibidem decis.* 235. *num.*1. *& 2.coram* R. P. D. Manzanedo,17.*Iunij*,1605.*in illa Ianuensi census*,*quæ est ibidem dec.*212.*& rursus coram* bon.mem. Penia,6.*Nouembris*,1606.*in illa Rom.censu*,*quæ ibidem est dec.*245. *& coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 11. *Maij*, 1607.*in eâ Imolensi census*, *quæ est ibidem dec.*213. *n.*1. *Et coram* R.P.D.meo Vbaldo, *in vna Romana census* 9. *Februarij*,1618.*quæ est post tract.dec.*389.*num.*1.*& in alia Romana census coram* R.P.D.Buratto,4. *Iulij*,1618. *quæ ibidem est decis.*410 *n.*4.]

Cum † sententia tunc maximè transeundum existimarem si appareret quod is,qui vna vice soluit annuas responsiones censuales eo animo soluisset, vt quolibet anno in futurum solueret, *vt per tex.in l.*1. §. *quod autem*,*ff.de aqu.quotid.& æstiuis*,*& per tot.à* Bart.*d.cit* Paul. de Castro,*cons.*130.*n.*2.*lib.*2. ea ratione mouetur Rota in supra proximè relatis decisionibus, quia † in istis incorporalibus acquiritur quasi possessio per vnicum actum dumtaxat factum sciente, & patiente eo de cuius interesse agitur Ripa, *in d.cap.cum Ecclesia Sutrina*, *num.*52.*&* 64.Alex.*cons.*74.*num.*16.*lib.*4. Bald. *in consil.* 32.*num.*4.*lib.*1.*Romanus cons.*211.*num.*7. Corn. *cons.*47. *sub num.*4.*lib.*3. Balb.*in suo tract.de Præscript.in* 1.*par.*5. *part.princip.quæst.*8.*n.*2. Roderic.*d.quæst.*24. *q.*15.*n.*21. Quando † scilicet actus ille non fieret iure familiaritatis,vel esset dubium an fieret iure familiaritatis, an verò vigore obligationis, quia tunc vnicus actus non sufficeret,Ripa,*in d.cap.cùm Ecclesia*,*num.*51. *&* 56. *in l.fin.numer.*5.*ff.quor.bonor.*Ruin. *cons.*106. *numer.*9.*lib.*1. Cravet. *cons.* 124. *numer.* 7. *lib.* 1. In quibus † terminis loquuntur ij, qui plures actus ad probandum quasi possessionem in incorporalibus requirunt, & desiderant.

Secundò dubitari contingit circa hunc articulum, an sufficiat simpliciter allegare, & probare solutiones, an verò necesse sit deducere, & probare causam ob quam solutiones factæ fuerunt, vel sufficiat causam præfatam dumtaxat allegare absque eo quod probetur.

Circa quam difficultatem distinguendum est in primis,an agatur interdicto vtili vti possidetis pro manutentione possessionis,vel quasi,& † hoc casu. [Quicquid Boccac.*in d.tract.de interd.vti possid.cap.*18.*in q.de censibus numer.* 49. voluerit emptorem & creditorem census petentem se manuteneri in quasi possessione exigendi censum non debere auditi, nisi doceat de titulo saltem pro productione instrumenti censualis, ea ratione, quia censualis præstatio constitui non potest,nisi seruata forma data, & conscripta per Constitutiones Summorum Pontificum, & signanter Pij V. qua non seruata constitutio,& impositio census est illicita,& vsuraria, vt dictum est supra *in tract. part.*1. *c.*1.*q.*4.*art.*2.*num.q.*9.*n.*1.*& seqq.*& proinde cum agenti ad manutentionem præfatam obstet, & resistat ius commune, & faueat dumtaxat priuilegium Pontificiam,non videatur manutenendus nisi doceat de titulo suæ possessionis,vel quasi.

Contrariam tamen sententiam, quod ad effectum vt dominus,& creditor annui census manuteneatur in

quasi

quasi possessione illum exigendi, non sit necessaria probatio tituli, saltem per exibitionem instrumenti censualis, immo illum esse manutenendum etiam absque tituli probatione ob solam allegationem illius: defendit post multos quos allegat. Iacob. Cancer. *variar. resolut. part. 3. cap. 14. num. 48.* cum quo Ego quoque libentius pertranseo. Dum enim iste petit se manuteneri in quasi possessione exigendi censum sibi debitum vigore instrumenti censualis, eo ipso, quod probat suam quasi possessionem exigendi ex dicta causa, quam allegat, debet manuteneri per ea, quæ latè deduximus supra in tract. *hoc eod. cap. 2. q. 3. art. 9. seu q. 81. n. 8. & seqq.* Nam agens interdicto vti possidetis non tenetur iustificare possessionem suam ex titulo Menoch. *de retin. possess. d. remed. 3. n. 588.* Rota *coram* Mantica, *dec. 12. n. 3. & dec. 285. n. 7. & coram* Ludou. *dec. 275. n. 12. & in recollect. per* Farin. *dec. 35. n. 5. & decis. 81. n. 8. par. 2.*

Ad id, quod *Boccac.* dicit huic possessori obstare ius commune, & tantum assistere priuilegium Pontificium videtur quod possit responderi tales censuum constitutiones fuisse agnitas etiam de iure communi ante Pontificum constitutiones, *vt demonstratum fuit supra in tract. part. 1. q. 2.* vbi deductum fuit hunc contrahendi modum non originem, sed formam recepisse à Pontificū constitutionibus, quæ assistentia iuris communis videtur satis sufficere ad obtinendum in iudicio manutentionis, in quo sola exactio præcedens cum expressione tituli, & causæ, ob quam fit solutio, sufficit absque eo, quod dicta causa probetur vt mox dictum est. Nam ex dicta expressione, & enunciatione instrumenti censualis facta in actu solutionis resultat probatio veritatis illius, *vt diximus d. q. 3 art. 9. num. 13.* ex qua probatione resultat etiam alia probatio quod tale instrumentum sit verum, & ritè, & rectè confactum. *Vt sæpius dixit* Rota, *& signanter in decis. 76. n. 5. 113. n. 1. & 259. num. 1. post nostrum tracta.*

Non obstat, quod in hoc iudicio inter duos litigantes de possessione, ille sit manutenendus, qui titulum suæ possessionis iustificat. Menoc. *d. remed. 3. n. 733.* Rota *diuers. decis. 167. n. 7. part. 4.* Quoniam hoc procedit quando non constat vter eorum sit antiquior possessor, quo casu titulatus deberet præferri, & manuteneri. Menoch. *ibi n. 735. in fin.* Verall. *dec. 386. pa. 1. 2.* Rota *diuers. decis. 595. n. 2. part. 1. & coram* Ludouis. *decis. 412. n. 2. & ibi addent. n. 5.* Gratian. *discept. forens. tom. 2. cap. 40. n. 1. & 2.* Nam quando constat quis sit antiquior possessor, is debet manuteneri non obstante titulo iunioris possessoris Menoch. *d. remed. 3. n. 725.* Rota *in recollect. per* Farinac. *dec. 321. n. 2. par. 1.* Etiam quod possessor posterior probet de antiquiori titulo Menoch. *ibidem n. 727.* Addent. *ad Ludouis. dec. 313. n. 7.* qui alios allegant: etiam si antiquior possessor nullum habeat titulum, vt subdit *ibid.* Menoch. *n. 729.* In hoc igitur iudicio non est necessaria allegatio tituli,] siue simus in profanis, siue in beneficialibus resoluit Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, 21. *Martij*, 1610. *in illa Aquilegien. pensionis, quæ est post tract. dec. 242. num. 15. & 16.* An verò agatur interdicto vtili vnde vi pro recuperatione possessionis vel quasi, & tunc duo sunt considerandi casus.

27 Primus † est, quando possessioni cui innititur actor resistit ius commune, cuius exempla peti possunt ab Abb. *in cap. constitutis, n. 3. ext. de elect.* Bellam. *dec. 17. n. 1. & seqq. addent. ad decis. 2. de restit. spoliat. in antiq.* Afflict. *ad constit. Regni, lib. 1. rubr. 24. de violent. circa possess. c. 1. num. 34. & sequentibus* Pontan. *in suo tract. de spol. lib. 2. num. 161.*

28 Et hoc † casu actor tenetur non solum allegare sed etiam probare, & iustificare titulum suæ possessionis seu quasi. Abb. *d. n. 3.* Bellam. *d. dec. 17. n. 1. & seqq.* Addent. *in d. dec. 2. in vlt. addit.* Menoch. *in suo tract. de recup. possess. remed. 15. n. 458. cum multis seq. & alij plures congesti à* Contardo *de moment. possess. q. 15. n. 7.*

Ista † autem tituli iustificatio non est facienda per 29
plenas, & concludentes probationes, sed sufficit si quomodo titulus coloretur, & per quales quales etiam summarias, immo etiam præsumptiuas, & coniecturales probationes iustificetur Bellam. *dec. 50. in fine, & decis. 59.* Cassador. *dec. 8. num. 2. de restit. spoliat.* Benintend. *decis. Bononien. 23. n. 5. & 6.* Rota *diuers. dec. 190. par. 2.* Menoch. *d. remed. 15. n. 463.* vbi multos allegat *& de retin. possess. rem. 3. n. 334.* Ozasc. *dec. 110. num. 7.* Sit enim † 30
potius ad iustificandum bonam fidem actoris, quam ad probationem tituli, seu quasi possessionis, vt dicit Bellam. *d. decis. 17. in fine.* Et propterea † eo casu actor 31
non diceretur cumulasse petitorium cum possessorio, sed iustificasse suam quasi possessionem ex titulo. Contard. *vbi supra, limit. 2. §. 7. n. 11. & seqq.* & signanter *num. 14.* Iacob. Venent. *d. suo tract. de ann. præstat. par. 1. q. 24. n. 8. vers. nam hoc modo.* [Menoch, *d. remed. n. 335.*]

Secundus casus est quando possessio qua nititur actor conceditur etiam absque titulo iure non repugnante. In quo quod † actor non solum non teneatur 32
ad probandum titulum, immo quod non teneatur illum quidem allegare, volunt communiter Scribentes Abb. *in c. quærelam, in 3. not. extr. de elect.* Dec. *cons. 136. num. 1.* Afflict. *decis. 395. num. 3. in fine, & ibi* Vrsill. *in addit. num. 1.* Mascard. *in suo tract. de probat. vol. 3. conclus. 1324. n. 5. dicit communem* Bertazol. *cons. ciuil. 123. n. 28. lib. 1.* Bernard. Cornazan. *decis. Lucens. 115. n. 2. & voluit* Rota *apud* Mohed. *decis. 153.*

Nec † ab ista opinione nos debet retrahere auctori- 33
tas Rotæ *decis. 3. de restit. spoliat. in antiq.* vbi dicitur fuisse resolutum hoc quoque casu actorem teneri non solum ad allegandum, sed etiam ad probandum titulum suæ possessionis seu quasi. Quoniam † præter- 34
quam quod contra illam fuisse tentum in eadem Rota *coram* bon. mem. Oradino, *testatur* Contard. *d. limit. 1. §. 8. n. 49. & 50. vbi & in d. quæst. 15. n. 8. & seq. eandem sententiam communem contra d. decis. 3. de restit. spoliat. amplectitur, quam etiam placuisse* Rota *testatur* Mohed. *d. dec. 153.* possumus etiam respondere saluando illam, quod † habet locum, & procedat quando quasi posses- 35
sio actoris esset recens, id est (vt declarat multorum auctoritate Mascard. *d. conclus. 1324. n. 4.*) non triennalis, eo enim casu teneretur actor titulum suæ possessionis seu quasi iustificare, secus autem quando non esset recens, sed antiquior vltra triennium, & ita in specie *d. decis. 4. de restit. spoliat. intelligit, & declarat.* Gig. *in suo tract. de pension. q. 48. n. 5. & sequitur* Pont. *in tract. de spol. lib. 1. sub n. 85. & n. 161. col. fin.*

Redeundo autem ad propositum nostrum, & hæc quæ dicta sunt de iustificatione, & probatione tituli quasi possessionis applicando materiæ de qua nos agimus. Cùm † possessio seu quasi exigendi annuas 36
responsiones censuales non sit de iure prohibita, nec illi ius aliqua ratione resistat, sed contractus censualis sit licitus, & per Constitutiones Summorum Pontificum permissus, & approbatus, vt fuit latè demonstratum *supra part. 1. capite 1. quæstion. 4. art. 3. & 4. seu quæstion. 10. & 11.* sequitur quod agens ad restitutionem suæ quasi possessionis iuris exigendi censum, & annuam responsionem à qua absque culpa, & facto suo fuit deiectus, & illa priuatus non teneatur probare, nec iustificare titulum suæ possessionis vt *post* Bald. Angel. *& multos alios dicit in puncto* Contard. *d. q. 15. num. 7. & 8.*

Et hæc de remediis quæ pro censu formali concedun- tur dicta sufficiunt.

SVM

SVMMARIA.

1 *Dominus census quod possit propria auctoritate capere fructus fundi census suppositi, volunt aliqui.*
2 *Alij quod possit capere tantum naturales in horreo non reconditos.*
3 *Auctor tenet indistinctè quod nullos.*
Sed necessariam esse iudicis auctoritatem,n.8.
Si tamen de facto capiat tenetur illos restituere, non tamen amittit ius fisci,n.6.
Limitatur conclusio. 1. *si ex pacto id sibi sit concessum,*num.9.
Limitatur 2.*quando ad fauorem domini census fuit apposita clausula constituti*, num.13.
4 *Nemo potest sibi propria auctoritate ius dicere,sed Iudicem pro iustitia debet adire.*
5 *Creditor non potest propria auctoritate bona sui debitoris inuadere, etiam quod ex pacto id sibi liceret.*
7 *Fideicommissarius vniuersalis capiens ante aditam hæreditatem propria auctoritate possessionem bonorum fideicommisso subiectorum non incidit in pœnam,sed tenetur possessionem demittere.*
10 *Pactum manuum iniectionis validum est in iure.*
11 *Pactum hoc potest mandari exequutioni etiam contra tertium possessorem.*
12 *Pactum istud conceditur domino census,& illius fideiussoribus contra bona debitoris census.*
14 *Mandatum de associando non potest denegari habenti clausulam constituti in instrumento claro, & liquido.*
15 *Mandatum de associando conceditur absque partis citatione.*
16 *Etiam contra singularem possessorem.*
17 *Etiam contra minorem.*
18 *Etiam contra Ecclesiam.*
19 *Etiam sequuta morte constituentis, vel constituarij*
20 *Constitutum expirat morte constituentis.*
21 *Remanet tamen illius effectus,etiam respectu hæredum.*
22 *Constitutarius potest post mortem constituentis possessionem ab hæredib.constituentis recurrere.*
23 Limitatur *si constitutarius fuerit negligens postquam hæres constituentis accepit possessionem rei.*
24 *Constituti vis,& efficacia remanet post mortem Constitutarij, & transit ad illius hæredes.*
25 *Possessio regulariter ad hæredem,non transit.*
26 *Creditor habens instrumentum cum clausula constituti,cautius agit si petat mandatum de associando,quàm si petat se immitti in possessionem.*
[*Mandatum de associando ad possessionem fundi census pro satisfactione fructuum census non conceditur nisi quando tempore petitionis dominus census est creditor in aliqua summa pro fructibus decursis.*]
26 *Creditor censu potest obtinere præceptum contra colonum bonorum suppositorum, vt de fructibus illi respondeat.*
28 *Colonus citatus vt de fructibus respondeat domino census comparens cum nominatione auctoris, liberatur.*
29 *Nominatio auctoris non habet locum in interdictis, & actionibus personalibus.*
Secus in actionibus realibus, n.31.*& infra.*
Ac in actionibus personalibus in rem scriptis, numero 32.
30 *Interdicta possessoria sunt in rem scripta.*
33 *Nominatio auctoris fit vel ad effectum, vt nominatus assistat Iudicio,vel ad declinandum iudicium.*
34 *Nominatio auctoris facta ad declinandum liberat nominantem,& eximit ne teneatur esse in iudicio.*
35 *Nominatione auctoris facta ad declinandum iudicium, est renouanda petitio contra nominatum.*
[*Nominatione auctoris à reo facta iudicium quo ad ipsum dicitur finitum.*
Si tamen nominatus iudicium accipiat.
Ampliatur *tam in petitorio quam, in possessorio.*
Nominans auctorem si post nominationem compareat in iudicio,non tamen lis dicitur cum eo durare.
Iudex post nominationem auctoris, qui comparuit non potest condemnare nominantem,sed bene illum absoluere,ab obseruatione iudicij.
Libellus,& petitio porrecta contra reum,facta per ipsum nominatione auctoris, debet contra nominatum comparentem saltem repeti.]
36 *Nominatus in iudicio possessorio comparens non potest opponere exceptiones requirentes altiorem indaginem.*
37 *Nisi possint incontinenti probari.*
38 *Exceptio quando dicatur posse incontinenti probari,est repositum in Iudicis arbitrio.*

Dominus Census an ob negligentiam debitoris in soluendo possit propria auctoritate capere fructus rei suppositæ, vel aliorum bonorum pro solutione Census hypothecatorum.

QVÆSTIO XCIV.

aliàs par. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 5.

EXplicauimus in præcedentibus articulis remedia tàm petitoria, quàm possessoria,quæ conceduntur domino census formalis, sequitur vt congruo ordine agamus de Remediis, quibus dominus census potest annuam responsionem censualem exigere, & consequi,& sic de remediis,quæ pro censu materiali consequendo conceduntur. Et in primis videndum est, Circumscripto pacto,quod existente debitore census moroso in soluendo annuas præstationes censuales in tempore conuento,]an domino,& creditori census liceat fructus rei censui suppositæ, vel aliorum bonorum sibi pro solutione census hypothecatorum capere propria auctoritate pro satisfactione sui crediti censualis,si debitor census sit in mora soluendi.

[Nam huiusmodi pactum quatenus sonet in pœnam illicitum esse diximus supra in tractat. *hac 2.par. c.1.q.3.art.5.q.57.num.34.& seq.*licet secus sit si tendat ad expiditiorem,& faciliorem census exactionem; vt ibi dictum fuit] In qua † difficultate partem affirmatiuam simpliciter tenet Foller.*in sua Pract. Censuali,in verbo,tanquam, num.54.auctoritate* Bart.Cassan. *ad consuetud. Burgund.*asserentis hoc esse speciale in contractu census, sequitur Bened. Bon. *in suo tract.de censib. art.71.n.*104. qui tamen † hoc restringit ad fructus naturales tantum pendentes,vel secatos,iacentes tamen, & in horreo non reconditos,eadem opinio in puncto iuris placuit Federic. Mart.*in suo tract.de iure Censuali, cap.9.num.74.* 1 2

Quia † tamen nulla affertur specialitatis ratio,Ego libentius pertranseo cum contraria, & negatiua sententia,quam tenuit Boccac.*in suo tractatu de censib.par. 2.num.*129. qui mouetur ea ratione, quia † nemo potest sibi propria auctoritate ius dicere,sed iudicem pro iustitiæ complemento debet adire,*l.vnica, & ibi* Glos. *& Doct. C.ne quis in sua causa Iudic.* Quæ opinio videtur satis concludenter confirmari † ex regula, *l.sextus, ff.de eo quod met.caus.& l.pen.ff.ad leg.Iul.de vi priuat.*In quibus manifestè decidit non licere creditori priuata auctoritate, & temeritate, & sine vllo iustitiæ ministerio bona debitoris inuadere: Etiam quod ita ex pacto 3 4 5

pacto sibi cauisset tempore emptionis census: nam pactum istud reprobari in hoc contractu, dicit Intrigliolus *super Bulla de censib.q.45.n.13. & seqq.* intelligendo tamen, *vt infra sub num.9.*

6 Crederem tamen, † quod si iste dominus census de facto, & propria auctoritate fructus istos perciperet, licet non posset illos de iure retinere, sed eos restituere teneretur, non propterea incideret in pœnas, *l.meminerint, C.vnde vi, vt dicit* Bon. *d.art.71. num.104. & 105.* Quod comprobatur ex ijs, quæ dicuntur de

7 fideicommissario vniuersali, † qui si ante aditam hæreditatem capiat propria auctoritate possessionem bonorum fideicommisso subiectorum, tenetur ad restitutionem possessionis, licet non incidat in pœnam amissionis suorum iurium inflictam per *l.non dubium, C.de legat.* Dec. *in l.fin. num.48. C.de edicto diui* Adr. *tollen. & alij multi congesti ab* Achil. *Personal. in suo tract.de adipisc.possess.num.402.*

8 Dum autem † Boninsign. *in d.suo tract.de censib.art. 72. sub num.105. vers. & ideo bene est*, dat pro cautela domino census quod existente moroso census debitore in responsionis annuæ censualis solutione, non propria auctoritate fructus bonorum ipsius inuadat, sed adeundum Iudicem iure medio sibi consulat per tex. in *l.pen. in fin. C.de pignor.act.* & Boccac. *d.num.129.* simpliciter dicat esse adeundum Iudicem, & ideò dari Saluianum Interdictum, licet ab illis non discedam, dico tamen hoc casu iudiciariam auctoritatem esse necessariam non ad cautelam, & ad bene esse, sed ad restitutionem fructuum effugiendam, per iura supra allegata.

Hanc autem conclusionem in duobus casibus non

9 habere locum existimo, & quidem Primò, † quando inter emptorem, & venditorem census fuit initum & firmatum pactum, vt dominus census proprio suo iure absque aliqua iudicis auctoritate, decreto, & licentia, fructus fundi suppositi capere possit quatenus debitor census sit morosus in solutione, Federic. Martin. *d. tract. cap.6. num.367.* [& hanc sententiam fuit etiam amplexa Rota *in vna Romana census 5. Iulij 1617. coram* R.P.D. Merlino *post tract.dec.542. num.2.*] & probant *addentes ad* Intrigliol. *q.45. in littera D, vbi conciliando* Intrigliol. *qui contrarium dixerat ibi numero 13.* dicunt *Intrigliolum* esse intelligendum, quando pactum est generale, vt dominus census possit exigere illius fructus propria auctoritate à possessoribus fundi: & sic etiam quod debitor census in nulla existeret mora soluendi, *Federic.* autem *Martin.* quando debitor esset in mora soluendi, quod pactum non esset minus licitum, quam pactum manuum iniectionis, dicit Bon. *d. art.72. numer. 105. vbi ad fin. vers.* in quo tamen articulo, dicit pactum de quo agimus esse verè pactum manuum iniectionis, dum dicit quod dominus census potest ex defectu census non soluti capere fructus bonorum debitoris, nam capere fructus nil aliud esset dicit *ibi Bon.* quam in fructus manus

10 iniicere, quod pactum † manuum iniectionis esse de iure permissum, & valere volunt crebrius Doctor. *per tex. in d.l.pen. C.de pignor.action. & l.creditores, C.de pi-*

11 *gnor.* Immo † illud posse mandari exequutioni etiam contra tertium possessorem, dicit Felician. de Solis, *in suis Commentar.de censib.tomo 1.lib.1.cap.10. numer.3. vers.quocirca*, & videtur satis clarè sensisse Rota *coram* R.P.D. meo Vbaldo, 13. *Iunij*, 1611. *in illa Bononiensi bonorum de Zaualijs, quæ est impressa post tract. dec.149. numer.2. & 3. & fuit repetitum coram eodem die 4. Iulij*, 1612. *in eadem causa, quæ est ibidem dec. 150. num.1. & 2.*

12 vbi fuit resolutum † concedi domino census, necnon etiam fideiussori ad eius fauorem in contractu census præstito hanc manuum iniectionem ob solam clausulam præcarij: ergo multo magis erit concedenda vbi fuit ex pacto stipulata, [Dummodo hoc non fiat in pœnam non soluentis quod ex Constitutione Pij V. super censibus est reprobatum, sed ad hoc, vt expeditior, & facilior sit census exactio iuxta ea quæ (diximus *supra hac tad.part.2.cap.1. qua 3. art.5. nunc q.57. in 4. illatione, num.28. & seqq.*

Secundò non procedit supra firmata conclusio, † 13
quando in instrumento census fuit ad fauorem domini illius apposita clausula præcarij: eo enim casu licitum ei esse propria auctoritate fructus rei suppositæ capere, dixit Rota *in dicta causa Bononiensi bonorum de Zaualijs, 14. Iunij, 1611. & 4. Iulij, 1612. proximè allegatis, numer.1.* licet enim *ibi Rota* loquatur quando dicta clausula fuit apposita, & adiecta ad fauorem fideiussoris, idem tamen dicendum censeo quando fuit adiecta ad fauorem principalis emptoris, & domini census: nam quo ad istum effectum resultantem ex vi, & efficacia dictæ clausulæ, nulla concludens diuersitatis ratio reddi potest. Immò inter eos vigere paritatem rationis clarè sensit eadem Rota *in eadem causa 4. Iulij, 1614. supra allegata quæ est post tract. dec.150. num.1. & 2.* Regulare autem est, vt creditor ad cuius fauorem apponitur, & adiicitur clausula constituti, & præcarij, possit impetrata à Iudice familia quæ ipsum ingredientem possessionem associetur (quod † manda- 14
tum de associando dicitur & stante dicta clausula, & instrumento claro, & liquido, nulla ratione potest denegari. Afflict. *decis.326.* Menoch. *de adipisc. possess.rem. 5.num.150.*) [*& resolut* Rota *in d. Romana census 15. Iulij, 1627. post tract. dec.542. num.2.*] propria auctoritate à familia associatus ingredi possessionem bonorum sibi pro suo credito obligatorum, † nulla etiam 15
regulariter, præcedente possessoris dictorum bonorum citatione. Afflict. *d.decis.326.* Menoch. *d. numer. 150. vers. tertius casus*, Negus. *in suo tractat. de pignor. & hypoth. in 4.par.princip.numer.24.* Magon. *dicef. Lucensi 87. num.17.* Gallef. *ad form. cameral. obligat. in quæstion. post process. inciden. numer.41. ad fin.* Surd. *cons. 271. numer.45. lib.2.* Rimin. iun. *cons.192. numer.2. & seq. lib.5.* Soc. sen. *cons.82. num.8. lib.3.* Tiraq. *de constit. possess. par. 1. num.43.* Flamin. Cartar. *decis. Rotæ executiu.* Genuen. *dec.12. num.7.* Etiam † contra tertium possessorem, qui 16
ex singulari titulo fuit adeptus possessionem, Cartar. *d.dec.12. num.7.* Vrsill. ad Afflict. *d.dec. 326. n.4.* Gallef. *d.numer.41. ad fin.* Felician. de Solis *d. cap.10. numer.3. vers. quo circa.* Etiam † contra minorem Surd. *d. cons.* 17
271. num.25. lib.2. Immo † etiam contra Ecclesiam, 18
Tiraq. *d. numer.43.* vbi multos allegat. Etiam † quod interim mortuus sit, vel is qui pro alio se possidere 19
constituit, vel is pro quo alter constituit se possidere. Nam quoad constituentem † licet per eius mor- 20
tem constitutum expiret, & finiatur. Menoch. *in tractat. de recup. possess. remed.14. numer.64.* Tessaur. *dec.38. in fin.* Anch. Regiens. *q.23. num.4. lib.2.* Eius † tamen 21
virtus remanet etiam respectu hæredum illius; vt per *l. quæsitum, §. fin. ff. de præcar. dicit* Cravet. *cons.107. numer.2.* & ideo constitutarius non priuatur possessione quam vigore constituti acquisierat, *vt ad litteram respondit* Gozadin. *cons.42. num.16. & 18. referunt, & sequuntur* Tiraq. *d. part.2. Ampl.13. n.3. & seqq.* Menoch. *d. remed.14. num.67. qui alios allegat.* Vnde † per mor- 22
tem constituentis non expirare actionem competentem constitutario ex constituto quin possit recuperare possessionem ab hæredibus constituentis firmant Cravet. *dict. consil.107. numer.2.* Neuizan. *consil.82. numer.19.* Menoch. *dict. num.67.* Tessaur. *d. dec.38. numer.5.* Nisi † post mortem constituentis rei illa quam quis 23
pro alio se possidere constituit, fuerit ab eius hærede apprehensa, & post modum constitutarius neglexerit apprehendere possessionem naturalem, tunc enim amittit possessionem quam prius habebat, etiam quod per modicum tempus neglexerit, eo enim ipso quod constitutarius scit ab hærede constituentis fuisse occupatam

cupatam rem suo nomine ab alio possideri constitutam,& tacet, etiam per modicum tempus, amittit ciuilem possessionem quam habet, ex quo videtur suspicari se posse repelli, vt post Tiraq. *d. tract. part.3.limit.21. n.9. dixit* Rota *in una Romana domus,4. Decembris,1615. coram* R. P. D. meo Vbaldo, *qua est impressa post tract. dec.253. num.12.*

24 Quo verò † ad mortem Constitutarij quod eo mortuo remaneat vis, & efficacia constituti,& illius effectus, & eius morte non expiret, sed transeat ad ipsius hæredes comprobatur per tex. in *l.cum precarios, §.1.ff. de precar, & in aliis iuribus, & multorum auctoritate* Tiraq.*d.tractatu, de constit.possess.part.2.ampl.12.n.1. &* 4. vbi respondet obiectioni, quæ videtur non mediocriter vrgere, *ex* eo † quod communiter dicunt Scribentes quod regulariter possessio in hæredem non transit,*l.cum hæredes,in princ. ff.de acquir.poss.l.1.§.Scaeuola,ff.si quis test.lib.esse iussf.fuer.* cum aliis concordantibus collectis per ipsum Tiraq. *in tract.* le mort saisit le vif; *post princ.*

25

26 In impetranda † autem à Iudice familia quæ associetur creditorem ad possessionem, cauendum est, ne creditor petat à Iudice vt ipsum inducat, & immittat in possessionem, nec petat exequutionem instrumenti dicta clausula constituti, vel præcarij muniti, quia tunc recederet à via facti, & pro adipiscenda possessione opus esset iudiciali decreto formiter, & seruatis seruandis obtento, sed petat simpliciter familiam pro associatione, & obtineat mandatum simplex de associando, quo casu non dicitur recedere à via facti, vt admonet Tiraq. *d.tract.de constit.possess. part.1. num.30.* Neguſ.*d.tract.de pignor. part.4.n.25. & seq.* Gabr. *in tit. de act. concl.4. num.17.*

[Ad effectum autem, vt huiusmodi mandatum de associando concedatur, opus est, vt tempore, quo petitur, dominus census sit creditor in aliqua summa pro fructibus decursis, & non solutis, cum pro solutione decurrendorum dumtaxat hanc associationem non esse concedendam, clara sit resolutio Rota *coram* R.P. D.Burrato *in una Imolensi census,17. Maij,1621. quæ post tract. est decis.372.*]

27 Vbi autem † in instrumento censuali non esset data licentia domino census capiendi fructus rei suppositæ propria auctoritate, neque ad illius fauorē esset apposita clausula constituti, seu præcarij sed esset illi dumtaxat permissum, vt sibi liceat perpetuum annuum censum, & responsionem censualem exigere,& consequi ex fructibus, redditibus, & prouentibus bonorum subiugatorum,cum clausula,quod fructus, reddit⁹ & prouentus dictorum bonorum pro concurrente quantitate dicti census in specie sint, & esse intelligantur obligati, & hypothecati domino, & emptori census pro dicti census solutione,& satisfactione,constituendo præterea illum procuratorem irreuocabilem specialiter, & expressè ad exigendum à quibus necesse fuerit dictos fructus dictorum bonorum pro concurrenti quantitate dicti census,& de exactis fiendum, &c. Ego in contingentia facti pluries consului domino, & creditori census, vt impetraret à competenti Iudice præceptum aduersus colonum partiarium, vel alium possessorem dictorum bonorum censui suppositorum, vt sibi respondeat de parte dominicali dictorum fructuum eorundem bonorum pro concurrente quantitate sui census, & donec fuerit satisfactus de annis responsionibus ex dicto censu decursis, & non solutis, & in posterum aduenientibus temporibus decurrendis, nam probata identitate bonorum, & conuenti possessione,obtinui fauorabile decretum.

28 Cæterum † colonus, vel alius dictorum bonorum possessor citatus comparens dicat se non proprio, sed alieno nomine dicta bona possidere, & propterea nominet in auctorem dominum eorundem bonorum,liberabitur ab hoc iudicio: cùm enim ipse non conueniatur facto proprio: sed ratione prædij, quod colit, vel aliter alieno nomine possidet,non est illi deneganda huiusmodi auctoris nominatio, licet simus in iudiciis possessoriis. Etenim quamuis interdicta possessoria sint personalia,& † in actionibus personalibus non 29
habeat locum nominatio auctoris, *l. 2. C. vbi in rem act. c.quoniam frequenter, §.quod si super, ext. vt litè non contest.* Inducenda ista iura à contrario sensu, vt facit Marian.Soc.sen. *in d.§.quod si super, num.19.* Foller. *in addit. ad* Rober.Marant.*de ordin.Iudic. part.6. memb.6. n.7.* Quia † tamen sunt in rem scripta, *l.1.ff.de interd.* 30
Idem est de eis faciendum iudicium,quod fit de actionibus realibus, iux. not. *in cap.ex parte B, extr. de foro compet, & dicit* Abb. *in cap.quoniam frequenter,§. quod si super quem legit sub §.in aliis, n.52.* Marian Soc. *in d. §.quod si super, sub num.21. vers. dominus Antonius hic dicit.* Et propterea † sicut in actionibus realibus est 31
permissa, & de iure conceditur huiusmodi auctoris nominatio, *d.l.2. & d.§.quod si super, & vtrobique Doctor.* eodem † modo censeri debet permissa, & licita 32
in his interdictis possessoriis,vt concludit *Bart.*& magis communiter alij in *d.l.2.* & post longam discussionem Abb. *in d.§.in aliis, n.51. & seqq.* & Marian.Soc. *in d.§. quod si super, numer.16.* [Plat. *de in lit. iur. §.49. n.2.& alij quos refert vt* Magon. *dec. flor.150. sub n.30.*] Quod hac potissimum ratione confirmant, quia eadem ratio æquitatis, quæ suadet, vt liceat nominare auctorem in Iudiciis realibus tam respectu actoris quia non posset plenum effectum suæ intentionis consequi nisi nominetur in auctorem dominus bonorum de quorum possessione agitur, quia si contingat ferri sententiam contra colonum, & detentatorem dictorum bonorum non præiudicaret vero domino nec in proprietate, nec in possessione nisi fuisset requisitus, & citatus. Quam respectu coloni,& detentatoris conuenti, quia fortè non vult molestiam sustinere in defendendo in hoc iudicio rem alienam, vel saltem vult effugere periculum ne teneatur de dolo dominum non nominet: quam demum respectu ipsius nominati ne absens condemnetur, sed nominatus,& citatus habeat facultatem iura sua defendendi,vt bene considerant, & deducunt *Abb. & Soc.* in locis supra citatis, illa eadem æquitatis ratio militat in iudiciis possessoriis: ergo idem debet esse iudicium, & successiuè in illis etiam debet concedi auctoris nominatio,vt argumentatur Bart. *in d. l.2.num.11. & 13.* Abb. *&* Soc. *in locis allegatis*: facta autem hac nominatione auctoris per colonum, vel alium detentatorem bonorum censui subiugatorum non † ad effectum, vt dominus no- 33
minatus in iudicio moto assistat ad instruendum,& defendendum nominantē, prout fieri posse,docet Bartol. *in dict.leg.2.C.vbi in rem actio, num.13. & alij communiter*, & Soc.*in d.§.quod si super*, sed ad effectum declinandi iudicium, statim † ipse nominans liberatur, & 34
non tenetur amplius stare in iudicio,& litem motam defendere, & sustinere,Bart.*in d.l.2.num.19.* quem alij sequuntur: [Immo per solam nominationem Iudicium cum eo motum, & intentatum ipso iure dici extinctum, & finitum dixit: Soc. Iun. *consil.46. num.9. lib.2.ex mente* Angel.*in l.2. C.vbi in rem act. & ibi* Sal. *in 2. notab. 6.* Quod procedere non solum in iudicio petitorio, sed etiam in possessorio volunt multi relati à Magon.*d.dec.150. n.29.* Ita vt per vlteriores compatitiones post nominationem per nominantem factas non possit dici durare primum iudicium, & prima instantia cum eo cæpta quæ per nominationem,& nominati susceptionem finita dicitur Soc.Sen. *in cap.quoniam frequenter, §. quod si super num.126. vt lit.non contesta.* Soc.Iun. *consil.46. num.9. & consil.47. num.3. lib.1.*) quia nominans si in iudicio post nominationem compareat, non tamen dici potest lis cum eo durare, nam

potest

potest comparere vel vt defensor nominati. Soc. Iun. *d.cons.46.num.12.*vel ex abundanti cautela,vt obtineat declarationem , quod iudicium quoad ipsum per nominationem,ipso iure esse extinctum Specul. *de prim. decret.num.17.vers.*quid si nominans. Iudex enim non obstante nominatione, & comparitione nominati remanet Iudex in absoluendo nominantem ab obseruatione iudicij,non autem in condemnando,vt bene declarat Mascard. *decis.Florent.150.n.27.vers. nec per vlteriores n.28.*& eo casu si nominatus nihil probat debet
35 succumbere,& condemnari , *vt notat* Barnab. Cornazan.*decis.Lucens.61. per totam & signanter num.3.*]sed † contra nominatum erit renouanda petitio,& formandus nouus libellus,*l. neque impuberes,§.1.ff.de in ius voc.* Specul.*in tit.de prim.decret.§.restat.vers.*sed nunquid *nominatus.* Bart. *d.numer.19.* Socin.*d.§. quod si super , numer.31.& 42.*Maranta,*in d.suo tract.de ord.iudic.par.6. memb.6.num.1.& ibi* Foller.*num.9.* [Nat. *cons.324.n.1. lib.2.*Vrsill.ad Affli&. *decis.217.num.2.* Decian. *cons.52. num.3.lib.5.*

Vel saltem primus libellus,& prima petitio erit repetenda Dec.*cons.62.numer.3.refert* Magon.*d.decis.Flo-*
36 *rent.150. sub num.30.*] Ipse † autem dominus auctor nominatus comparens non poterit in hoc iudicio possessorio opponere exceptiones requirentes altiorem iudaginem.Bart.Castr.*& alij,in l.si de vi,ff.de iudic.cum alijs apud* Scapuccin. *in suo tract. de Salu. Interd. lib.2.*
37 *q.1.num.1.* Nisi † possent incontinenti probari, Glos.
38 & Doctor.*in d.l. si de vi.* Bart. *& alij in l.final. Cod.de edicto Diui Adr.toll.* Quando † autem dicantur posse incontinenti probari esse repositum in iudicis arbitrio dicunt post alios quos allegant Ceph.*cons.541.numer.12.lib.4.*Rimin.iun.*cons.404.n.43.lib.3.* Menoch. *de arbitr.iud.q.Casu 20.num.3.*Contard. *de moment.poss. limit.12. num.3.& seq.* Carol. de Grass. *in suo tract.de except.in 7. except.num.8.*Stasil. Pacif. *in suo tract.de Salu. Interd.in spect.2.cap.2.num.129.secundum nouam impressionem in fol...*

SVMMARIA.

1 *Instrumenta publica de iure communi non habent paratam exequutionem.*
2 *Fallit in multis casibus remissiuè,&*
3 *Maximè si ita disponunt statuta,vel Instrumenta sunt vallata camerali obligatione.*
4 *Instrumentum census vigore statuti , vel in vim cameralis obligationis potest habere paratam exequutionem.*
5 *Iuramentum habet paratam exequutionem.*
6 *Contrarium voluit Rota.*
7 *Via exequutiua pro censu competit non solùm ei , qui censum emit,verum etiam eius cessionario.*
8 *Dummodo doceat de cessione, & de existentia crediti.*
9 *Via exequutiua competit heredibus domini census.*
10 *Dummodò doceat se esse heredem.*
11 *Item ei pro quo procurator censum emit.*
12 *Via exequutiua datur etiam contra heredes venditoris census.*
13 *Dummodo ante exequutionem facti liqueat quod sint heredes.*
[*Sententia lata contra defunctum non potest exequi contra heredem non facta liquidatione , quod sit heres, etiam super eademmet re , super qua est facta condemnatio.*]
14 *Legitimatio personæ est necessaria in quolibet iudicio, etiam exequutiuo.*
15 *Alias processus est nullus , saltem si pars petat legitimationem, & n.36.*
16 *Non tamen contra heredes cum beneficio legis , & inuentarij.*
17 *Contrarium tamen,volunt aliqui.*
18 *Conciliantur opiniones.*
19 *Via exequutiua datur contra fideiussores præstitos in contractu census.*
20 *Item contra eorum heredes.*
Dummodo liqueat eos esse heredes , vt n.13.
21 *Via exequutiua non competit contra possessorem prædij oneri census suppositi.*
Nisi talis possessor citatus compareat , & suscipiat in se iudicium , num.23.
22 *Via exequutiua non datur contra non nominatum in instrumento.*
24 *Via exequutiua non competit quando instrumentum cuius vigore agitur fuit per sententiam vulneratum.*
25 *Siue sit vulneratum per primam,siue per aliam sententiam.*
[*Cameralis obligatio non vulneratur per sententiam latam in diuersa causa.*]
26 *Via exequutiua non competit quando instrumentum ex quo agitur,est conditionale.*
Nisi citato reo constet conditionem esse purificatam, ibid.
27 *Via exequutiua non competit ad repetendam sortem principalem,etiam in iis casibus in quibus de iure illa repeti potest.*
28 *Via exequutiua non conceditur , quando cœptum fuit agi via ordinaria.*
29 *Dummodo reus conuentus via ordinaria non fuerit contumax.*
30 *Actor intentando iudicium ordinarium sibi præiudicat in exequutiuo si non protestetur velle esse sibi salua viam exequutiuam.*
[*Actor potest redire ad viam exequutiuam quando in iudicio ordinario non est sibi plènè consultum.*
Actor , qui pro certis terminis annalibus decursis egit via ordinaria potest , dicto iudicio pendente pro aliis terminis postea decursis agere via exequutiua.]
31 *Via exequutiua non datur vigore instrumenti , de cuius nullitate fuit antea cœptum agi iudicio ordinario.*
[*Via exequutiua mota vigore instrumenti an retardetur per iudicium ordinarium motum super nullitate instrumenti.*
Via exequutiua mota vigore instrumenti censualis retardatur per exceptionem extinctionis census.
Maximè si dicta exceptio non requirat altiorem indaginem.]
32 *Via exequutiua intentata contra vnum coram vno Iudice , potest contra eundem vel alium coram eodem, vel alio Iudice intentari.*
33 *Nisi per primam viam exequutiuam fuisset creditori de toto suo credito integraliter satisfactum.*
34 *Agens via exequutiua debet producere apud acta instrumentum cuius exequutionem desiderat in publicam , & authenticam formam , nec sufficit productio prothocolli & imbreviaturæ Notarij.*
35 *Sententia lata super exequutione instrumenti , non mandatur exequutioni contra personam heredis debitoris,nisi facta excussione bonorum in confuso, quod non extent bona.*
37 *Sententia lata super exequutione instrumenti census, non suspenditur per appellationem.*
38 *Limitatur,si contineat liquidationem , vel complexionem negotij principalis.*
39 *Appellatio tamen omni casu denoluit.*
40 *Sententia lata super exequutione instrumenti, suspenditur propter exceptiones permissas contra cameralem obligationem.*
41 *Sententia lata super exequutione instrumenti census, nulla potest exceptione suspendi.*

42 *Maximè si tale instrumentum sit camerali obligatione munitum.*
43 *Et iuramento vallatum.*
44 *Vnde non retardatur exceptione simultationis census.*
45 *Nec per moratorias vel quinquennalem dilationem.*
46 *Nec per exceptionem cessionis bonorum.*
[*Exceptio cessionis bonorum quando statutum priuilegiat exequutionem non potest opponi ad illam retardandam.*
Secus quando priuilegiat instrumentum.
Etiam si debitor dictæ exceptioni expressè renunciasset.
Exceptio, quæ non impugnat, sed modificat exequutionem, est permissa etiamsi statutum reiciat omnes exceptiones.
Beneficio introducto miserationis causa renunciari non potest.]
47 *Condemnatus via exequutiua si iniustè coactus sit aliquid soluere id repetit.*

Via exequutiua an competat pro exactione annui census.

QVÆSTIO XCV.

aliàs part. 2. cap. 2. quæst. 5. ar. 6.

SExtus sequitur Articulus in quo differendum est, an pro annuo censu, & annua responsione censuali consequenda competat via exequutiua. Pro cuius resolutione præmittendum est breuiter, quod licet de
1 iure † communi publica instrumenta non habeant exequutionem paratam, secundum receptissimam Scribentium opinionem per text. *in l. minor viginti quinque annis per fideicommissum, ff. de minor.* Carol. de Grass *in suo tract. de Except. in Prælud. num.* 1. Felician. de Solis *in suis Commentar. de censibus, tom. 1. lib. 3. cap. 1.*
2 *num.* 3. hoc tamen fallit † in quibusdam casibus, quorum aliquot recenset Alex. *in l. fin. num. 3. & seq. C. de edicto Diui Adriani tollen. & in l. ait Prator*, §. 1. *num. 3. & seq. ff. de re indic. latè* Roder. Suarez *in l. post rem iudicatam, in notabilibus, & in declarat. l. Regni, ff. eod. tit.*
3 Inter alios autem ille est indubitabilis † quando hoc disponit statutum vel instrumentum est vallatum camerali obligatione, & propterea cum in plerisque ciuitatibus maximè Italiæ, per statuta disponatur quod instrumenta guarentigiata, vel (vt dicitur *in statuto ciuitatis meæ Perusinæ sub rub. 29. de execut. instrument. lib. 2.*) confessionata habeant paratam exequutionem, & instrumenta, quæ super contractibus censualibus conficiuntur vt plurimum, vel ex communi notariorum consuetudine, vel potius ex ipsorum contrahentium voluntate soleant camerali obligatione muniri, vt aliàs diximus, non inuitus trahor in eam sententiam † quod pro annui census exactione ex instru-
4 mentis super dicto contractu manu publici Notarij confectis, & celebratis competat via exequutiua, vt apud Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, tanquam, numer. 50. & seqq.* Felician. *d. cap. 1. num. 3.* Federic. Martin. *in suo tract. de iure Cens. cap. vltim. numer. 22.* & voluit Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 70. numer. 103.* Cæsar. Barz. *decis. Bonon. 56. num. 1.* Anton. Monachus, *decis. Lucens 11. num. 4.* & placuit Rotæ *coram* bon. mem. Orano, 8. *Aprilis*, 1598. *in illa Romana census de Prouanis, quæ est impressa post tract. decis. 21. numer. 2.*] *Et coram* R. P. D. Dunozetto *in vna Romana canonum* 25. *May* 1618. *quæ est post tract. decis. 456. numer. 4. & in eadem causa coram* R. P. D. Vbaldo 20. *Martij* 1623. *quæ ibid. est decis. 457. n. 1. & 2. &* coram R. D. Virile *in vna Macerat. census* 26. *Iunij*, 1628. *quæ est ibid. dec. 512. n. 1.*]

Et multò † magis hoc affirmarem si huiusmodi in- 5
strumenta essent iurisiurandi religione vallata, & confirmata: Iuramentum enim dat instrumentis paratam exequutionem. Seraphin. *in suo tract. de priuil. Juram. Priuil. 73. num. 2. & seqq.* Carol. de Grass. *in suo tract. de exception. in prafat. num. 57. & seq.* Cæsar. Barz. *decis. Bonon. 56. n. 26. & seq.* licet † quo ad iuramentum 6
contrarium dixerit Rota *in vna Bononiensi census coram* b. m. Penia, 24. *Aprilis*, 1600. *qua reperitur impressa in fine tract. dec. 254. n. 6.* affirmans ita fuisse in aliis causis resolutum.

[Amplia vt possit etiam executiuè agi ad fructus census cõtra eum qui in se illum accollauit, & se obligauit in forma camerę ad solutionem fructuum illius. Rota *in Vrbenetana census* 10. *Maij* 1628. *coram* R. P. D. Vbaldo *iuniore quæ est decis. 519. n. 1.* eam reddens rationem n. 4. quia accollans in se censum dicitur principalis debitor non fideiussor, *quod nos dixeramus hoc eod. cap. 2. q. 3. art. 1. nunc q. 73. num. 6.*

Amplia vlterius vt hoc procedat etiam quod census fuisset nulliter impositus, quia nihilominus remanet obligatus ad solutionem fructuum illius *vt voluit* Rota *in d. Vrbenetana num. 2.*

Quo tamen casu debitor census non teneretur soluere tanquam fructus census sed tanquam interesse, *ibi* Rota *n. 6. & nos diximus sup. part. 1. cap. 3. q. 2. art. 1. nunc quæst. 35. num....*

Maximè si promiserit soluere fructus dicti census etiam in casu inualiditatis. & nullitatis illius quo casu tenetur ad damna, & interesse ex quocunque capite census ille sit nullus vt sibi neget *ibi* Rota *n. 8. & nos comprobauimus supra hoc eod. c. 2. quæst. 4. art. 7. nunc q. 88. n. 14. vbi hoc declarauimus.*]

Hæc autem conclusio quod pro exactione annuæ responsionis censualis ex instrumentis censualibus competat via exequutiua, ampliatur pluribus modis, &

Primò, † vt illa competat non solum ei, qui cen- 7
sum emit, sed etiam illi qui alios quocunque modo nactus fuit dominium census, puta per cessionem sibi ab emptore, vel alio dicti census domino factam, Bal. *in l. ex legato, num. 14. in fine, C. de legat. & ibi in l. 1. sub n. 3. vers. vnde exceptio, C. quor. legat.* Paul. de Castro, *in l. postulante, num. 6. ff. ad Trebell.* Barz. *d. dec. 56. n. 38. vers. procedúmque* Cassan. *ad consuetud. Burgund. rubr. 11. Des censes*, §. 6. *num. 8. vers. sed an.* Gallens. *ad form. Camer. obligat. part. 2. q. 2. num. 1. & ad 3. part. de person. petent. exequut. num. 1.* Flamin. Cartar. *in decis. exequut. Rotæ Genuens. decis. 63. numer. 1. & seqq.* Io. Bapt. Asin. *in suo tract. de exequut. instr.* §. 1. *cap. 48. & propriis terminis.* Foller. *in d. verbo, tanquam, num. 26.* Bon. *in d. tract. de censib. art. 73. n. 106.* Nicol. Intrigl. *super Bul. de censibus, q. 12. per tot. & non obscurè sensit* Rota *in vna Romana census, 4. Decembr. 1595. coram* b. m. Cardinali Pamphilio, *quæ est in calce tract. dec. 255.* [*& in vna Reatina Iuris redimendi, 26. Maij, 1628. coram* R. P. D. Verospio, *quæ est post tract. dec. 490. num. 3.*] Dummodo doceat † se esse 8
cessionarium, & iustificet existentiam crediti. Asin. *d.* §. 1. *cap. 40.* Gallens. *d. q. 2. n. 1. & ibi* Siluestr. Zacchi. *n. 3. & multorum auctoritate dixit* Rota, *in d. Romana census, num. 5.*

Ampliatur 2. † vt eadem via exequutiua competat 9
etiam hæredibus illius, qui censum emit. Dec. *cons. 536. n. 2.* Boer. *dec 10. n. 4. & seq.* Asin. *d. §. 1. cap. 45. n. 2.* Gallens. *d. part. 2. q. 1. n. 1.* Dummodo † doceat se esse illius hæ- 10
redem. Alex. *consil. 115. in fine, libr. 7.* Boer. *decis. 10. num. 4.* Franc. Becc. *consil. 75. num. 6. lib. 1.* Cassan. *d. §. 6. num. 7. vers. dic. quidquid sit.* Asin. *d. §. 1. cap. 49. num. 3.* Foller. *d. verbo, tanquam, numer. 15. &* 18. Bon. *d. pract. art. 74. num. 107.* facta autem huiusmodi probatione, & iustificatione sententia lata ad fauorem creditoris defuncti poterit mandari exequutioni ad instantiam

tiam illius hæredis, vt voluit Rota *in vna Romana census*, 28. *Iunij*, 1599. *coram* b.m. Litta *quæ reperitur impressa post tract. decis.* 256. *num.* 2.

11 Ampliatur tertiò, vt detur † etiam ei pro quo quis procuratorio nomine censum acquisiuit etiam ante cessionem sibi factam, maximè si instrumentum sit iuratum, Bon. *d. suo tract. art.* 73. *num.* 106. *versic. sed an exequutio, & faciunt ea quæ diximus supra hoc cap.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *nunc q.* 67.

12 Ampliatur quartò, vt † eadem via exequutiua competat etiam contra hæredes eius, qui censum imposuit, & se obligauit ad illius solutionem, Petr. Pech. *in suo tract. de iure sistent. cap.* 4. *num.* 9. Gasp. Beat. *in tract. de inop. debitor. cap.* 6. *num.* 9. Dec. *cons.* 536. *n.* 2. Cassan. *d.* §. 6. *num.* 6. Asin. *d.* §. 1. *cap.* 45. *in puncto*, Foller. *in d. verbo, tanquam, n.* 18. Bon. *in d. tract. de censib. art.* 74. *num.* 107. Barz. *d. decis.* 56. *num.* 1.

13 Dummodo † ante exequutionem facti liqueat, & legitimè probetur quod sint hæredes debitoris Balb. *in l. diuersas, q.* 10. *num.* 14. *in fine, C. mand.* Soc. sen. *in tract. Regul. Regula* 135. Boër. *d. decis.* 10. *n.* 2. [Pluribus confirmat per plenum consilium Rol. à Vall. *cons.* 20. *& signanter numer.* 15. *lib.* 1. *vbi multos allegat, quibus addo* Corn. *cons.* 221. *sub num.* 2. *lib.* 4. *&* Foller. *in sua practic. Censual. in d. verbo, tanquam numer.* 14. Vbi id ampliat procedere etiam si exequutio esset facienda super ipsamet re, in qua fuit facta condemnatio, nam in quolibet casu sententia lata contra defunctum non potest mandari exequutioni contra eius hæredem non facta prius liquidatione, quod sit hæres, vt] *& nos diximus infra in proximo art.* Nam † in quolibet iudicio, quantumuis summariissimo, & exequutiuo, est necessaria legitimatio personarum Pariſ *cons.* 11. *n.* 2. *lib.* 2. Burs. *cons.* 129. *n.* 67. *& cons.* 225. *n.* 70. *lib.* 2. Vant. *de nullit. in tit. de nullit. ex defectu inhabil. num.* 2. Achil. *Person. de adipisc. possess. numer.* 65. *& seq.* Mascard. *de probat. vol.* 2. *conclus.* 972. Rimin. iun. *cons.* 494. *num.* 10. *lib.* 4. *& dixit* Rota *coram* b.m. Litta *in illa Romana census*, 5. *Iun.* 1600. *quæ est post tract. dec.* 257. *n.* 3, alias † processus est nullus saltem si pars petat huiusmodi legitimationem Tiber. Salu. *in sua pract. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 4. Rota *in recollectis per* Farinac. *decis.* 307. *num.* 7. *p.* 1.

16 Non † tamen daretur contra hæredes cum beneficio inuentarij secundum opinionem quam amplexus fuit Soc. sen. *cons.* 120. *num.* 18. *vers. sed quid plura, lib.* 1. Bero. *quæst.* 57. Machel. Patrocin. 35. *n.* 18. Asin. *d.* §. 1. *cap.* 46. Intrigliol. *d. tract. quæst.* 11. *num.* 6. *& seqq.* Maximè intra tempora conficiendi inuentarium, Boër. *dec.* 10. *n.* 3. Petr. Pech. *d. c.* 4. *n.* 9. *vers. prine.*

17 Contrariam vero † sententiam probauit Corn. *cons.* 31. *per tot.* & signanter *n.* 15. *lib.* 3. Phanucc. *in suo tract. de inuent. par.* 5. *n.* 129. *& seq.* Barz. *d. decis.* 56. *n.* 37. *in fin. & in propriis terminis fuit amplexa*, Rota *coram* bon. m. Robust. 8. *Febr.* 1577. *in illa Rom. census*, quæ est *in fine tract. decis.* 232. *num.* 16. & cum quo Ego quoque pertranseundum censeo, & secundum eam in cõtingentia facti pluries obtinui in causis non modici momenti,

18 non † quidem vt hæres cum inuentario capi possit personaliter, vt negabat Soc. sen. *num.* 18. Bero. *d. q.* 57. Asin. *d. c.* 46. Phanucc. *d. p.* 5. *n.* 429. Foller. *d. verbo tanquam, n.* 20. *& dixit* Rota *coram* b.m. Orano, 14. *Octobr.* 1588. *in illa Rom. census, quæ est ibidem dec.* 231. *n.* 6. Sed simpliciter pro validitate iudicij exequutiui, vt sententia exequutioni mandetur super bonis inuentariatis, & non distractis.

19 Ampliatur quintò, vt † eadem via exequutiua competat etiam contra eos, qui in contractu censuali se tanquam fideiussores obligauerunt ad fauorem emptoris, & domini census, Barz. *d. dec.* 56. *n.* 1. *& fuit dictum supra hoc eod. c.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *nunc q.* 74. tenetur enim ex propria obligatione, *vt diximus ibi, & dicemus infra artic. proximè seqq.*

Imo † competit etiam contra hæredes ipsorum fideiussorum, vt dicit Barz. *d. dec.* 56. *num.* 18. Dummodo liqueat eos esse hæredes, vt dictum fuit supra proximè, *num.* 13. 20

Limitatur autem supra firmata principalis conclusio nonnullis modis, & quidem primò, vt hæc † via 21
exequutiua ex contractu censuali non concedatur contra possessorem bonorum censui suppositorum, Alex. *cons.* 83. *numer.* 11. *lib.* 3. Decian. *cons.* 198. *numero* 5. *& in cap. super eo numer.* 5. *de offic. delegat.* Gallens. *de obligat.* Cameral. *parte* 2. *quæst.* 2. *num.* 3. *& in propriis terminis*, Felic. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censibus tomo* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *versic. quarto infero, & tomo* 2. *eodem lib.* 3. *& cap.* 4. *num.* 4. *vers. in* 6. Roderic. *de annuis reditibus libro* 2. *quæst.* 9. *num.* 53 [*Et voluit* Rota *in vna Romana vineæ* 10. *Martij*, 1623. *coram* R.P.D. Remboldo, *quæ est post tract. decis.* 434. *num.* 5. Etiam quod in constitutione, & venditione census esset appositum pactum auferens debitori census facultatem alienandi rem censui suppositam: licet enim hoc pactum appositum in venditionibus aliarum rerum operetur, vt instrumentum habens exequutionem paratam possit mandari exequutioni etiam contra tertium possessorem, vt post multos dicit Felician. *d. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *numer.* 3 appositum tamen in venditione census, tanquam appositum contra expressam prohibitionem Pij V. *in sua Bulla supra censib. vers. quemadmodum, &c.* nihil potest operari; *vt bene animaduertit* Felic. *d. n.* 3. *& voluit* Gaspar. Rodet. *d. q.* 9. *n.* 55. *cum multis seqq.*

Nec refert quod Foller. *d. sua Pract. censuali, in verbo, tanquam, num.* 12. 16. *&* 39. affirmet huiusmodi instrumenta censualia posse directo mandari exequutioni contra tertios possessores bonorum subingaurorum: quoniam vt aduertit Felician. *d. tomo* 1. *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 7. *in fine, & tom.* 2. *eod. lib.* 3. *& cap.* 4. *num.* 5. *vers. ex quo infertur Follerius* loquitur in terminis illius Pragmaticæ Nicol. V. quam commentatur, quæ hoc expressè permittit, secus tamen est in terminis communis, & extra casum dictæ Pragmaticæ, cum † instru- 22
menta etiam habentia exequutionem paratam non possint exequutioni demandari contra non nominatos in eis, vt deducit post multos Achil. *Personal. in suo tract. de adipis. possess. numer.* 408. *vers. neque ratione.* Asin. *in d. suo tract. de Execut. instrum.* §. 1. *cap.* 72. *num.* 1. *vbi multos congerunt, & sensit* Rot. *coram* b.m. Penia, 24. *Aprilis*, 1600. *in illa Bononiensi census, quæ est post tract. decis.* 154. *num.* 1.

Vel † opinio *Foller.* posset forte procedere si iste ter- 23
tius possessor citatus ad iudicium pro suo interesse comparuisset, & iudicium in se suscepisset, quo casu posse contra eum mandari exequutioni dictum instrumentum censuale dici posse ex Ruino, *cons.* 34. *in fine, lib.* 5. Dec. *cons.* 187. *n.* 2. Crauet. *cons.* 12. *n.* 8. *lib.* 1. Felician. *qui alios citat. d. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *num.* 6.

Limitatur secundò, vt † via executiua non habeat 24
locum ex instrumento census quando illud fuit per sententiam vulneratum: tunc enim non potest amplius eius vigore exequutiuè agi, *vt fuit decisum sæpius in* Rota, *& signanter decis.* 132. *num.* 1. *part.* 2. *diuersorum coram* Seraphino, *decis.* 674. *numer.* 2. *part.* 1. *& in multis aliis causis, & decisionibus, quæ apparent impressæ apud* Zacchi. *ad* Gallens. *de obligat. Camerali, qu.* 37. *num.* 17. Puta si per Iudicis sententiam fuerit declaratus nullus census pro quo agitur, vt dixit Rota *coram* b.m. Litta, 28. *Iunij* 1599. *in vna Romana census, quæ est impressa post tract. decis.* 256. *numer.* 1. siue † fuerit declaratus nullus 25
per primam sententiam, siue in gradu appellationis sententia lata super validitate census interpositæ per secundam sententiam, vt declarauit eadem Rota *coram eodem* 5. *Iunij*, 1600. *in eadem causa, quæ est ibidem dec.* 257. *num.* 1.

[Non tamen diceretur vulnerata cameralis obligatio per sententiam quando debitor conuentus ad solutionem census vigore instrumenti Camerali obligatione vallati reconueniret actorem, & in iudicio reconuentionis reportaret sententias contrase, quia cùm dictæ sententiæ sint latæ in diuersa causa, non vulnerauerunt obligationem clausulæ cameralis in alio instrumento appositæ nam ad dictum effectum opus est, vt sententiæ ferantur in eadem causa, vt declarauit Rota sæpius, & signanter coram R. D. Coccino Decano 21. *Iunij*, 1604. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.* 338. *num.* 2.]

Limitatur tertiò, vt pro fructibus census non possit
26 agi executiuè vigore instrumenti census si † illud sit conditionale, nam non debet concedi illius executio, nisi prius citato debitore constet conditionem extitisse. Bal. *in l. si quidem, num.* 2. *C. de exteript.* Alex. *cons.* 119. *n.* 2. *lib.* 1. Couar. *Var. resolut. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 2. Gallesi. *ad form. cameral. obligat. tit. de liquidat. num.* 11.

27 Limitatur quartò, vt † non competat ad repetendam sortem principalem, & pretium in emptionem census erogatum etiam in iis casibus, in quibus illius repetitio est de iure permissa, de quibus agemus *infra part.* 3. *cap.* 1. *q.* 3. *art.* 4. nam tunc agendum est, via ordinaria, vt animaduertit. Nauar. *in suo Commentar. de vsur. n.* 118. *quæst.* 27.

Quod tamen non procederet si venditor census tempore impositionis, & venditionis illius promitteret rem censui suppositam esse liberam sub obligatione cameræli, vel in instrumento habente executionem paratam nam si ipse sciebat rem illam non esse liberam, potest ab eo repeti pretium census etiam via executiua, vt fuit resolutum in Rota *coram* Seraph. *decis.* 321. *n.* 10. *quæ est inter decis. diuers. part.* 1. *decis.* 476. *n.* 9. *vers. ad sextum.*

28 Limitatur quintò, quando † cæptum fuit agi via ordinaria, nam non poterit postea ex eodem instrumento agi via executiua, quia per electionem viæ ordinariæ censetur renunciatum viæ executiuæ Rom. *cons.* 133. *col.* 2. *vers. ex quo enim*, Gramm. *cons. ciuil.* 95. *n.* 27. Garz. Mastrill. *dec. Regni Sicil.* 157. *n.* 1. *part.* 2. *qui alios allegat*, [multos alios congerit Mari Giurb. *decis. Regni Sicil.* 55. *num.* 18. *part.* 1. vbi hanc limitationem comprobat, & exornat,] Gallesi. *ad form. cameral. oblig. in* 3. *partic.* 2 *part. q.* 2. *& ibi* Zacchi. *quæst.* 11. *in* 2. *addit. n.* 9. *qui plures allegat; & restatur ita sæpius fuisse in* Rota *resolutum, & signanter coram* b.m. Litta, *in vna Romana pecuniaria*, 28. *Iunij*, 1593. *quæ est post tract. dec.* 260. *per tot.* & ita tenendum censeo quidquid aliter senserit Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censib. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 9.

Quod tamen sublimitandum existimo. Primò,
29 † nisi reus conuentus iudicio ordinario fuisset contumax, eo enim casu actor omisso iudicio ordinario posset redire ad viam executiuam, vt declarat, Gallesi. *d. q.* 2. *n.* 7. & refert alios *ibi* Zacchi. *d. q.* 11. *in* 2. *additione n.* 10. *asserens ita fuisse resolutum* Rota *coram* b.m. Penia, *in vna Romana palatij campi Floræ*, 16. *Decembr.* 1588. *quæ est impressa post tract. dec.* 101. *num.* 10.

30 Secundò sublimitatur, † vt non procedat quando actor adeundo Iudicem via ordinaria protestatus fuit, quod vult sibi esse saluam viam executiuam, vt declarat Menoch. *in suo tract. de adipiscend. possess. remed.* 6. *num.* 11.

[Tertiò sublimitatur quando creditori non esset plenè consultum per iudicium ordinarium, puta quia eo iudicio integrum suum creditum consequi non potuerit, nam eo casu non esse sibi præclusam viam executiuam dicit, Giurb. *d. dec.* 55. *n.* 12.

Quartò sublimitatur si agatur pro aliis terminis maturatis postquam fuit cæptum agi via ordinaria, nam ista dicuntur diuersa debita, & separatæ obligationes Rota *coram* Gregor. XV. *in illa Bononien si census seu attentatorum* 10. *Decembris* 1607. *quæ est post tract. decis.* 243. *n.* 2. *& dictum fuit supra in tract. hac ead. q.* 5. *art.* 2. *nunc q.* 91. *num.* 25.]

Limitatur sextò, vt † non competat via executiua 31
pro instrumento census, quando fuit præuentum in iudicio ordinario petendo declarari nullum censum præfatum, nam exequutio dicti instrumenti postmodum petita suspenditur donec fuerit cognitum, & terminatum iudicium motum super dicta nullitate. Paul. de Castr. *in authent. quæ supplicatio, n.* 3. *C. de precib. Imp. offeren.* Dec. *cons.* 103. *n.* 1. Carrar. *decis. Rota executiuæ Genu. decis.* 20. *per tot. faciunt tradita per* Intriglio. *d. tract. q.* 65. *per totum.*

[In qua limitatione licet Giurb. *dec. Regn. Sicil.* 100. *n.* 3. *& seqq.* distinguat an super nullitate agatur principaliter, an verò per viam exceptionis, & concludat, quòd primo casu non retardetur processus exequutiuus, secundo verò casu retardetur, dummodo ex narratis resultet præsumptio nullitatis.

Ego tamen existimo illum loqui in diuersis terminis, videlicet quando fuit præuentum in iudicio exequutiuo, quod non debeat suspendi per iudicium ordinarium super nullitate instrumenti, nos autem loquimur quando fuit præuentum in iudicio ordinario super nullitate, & proinde non videtur, quod possit applicari distinctio ipsius.

Limitatur septimò, si opponatur exceptio extinctionis, & redemptionis census, cùm enim huiusmodi redemptio resoluat contractum ipsum censualem vt dicemus infra *part.* 3. *cap.* 1. *quæst.* 3. *art.* 1. ista exceptio redemptionis debet admitti ad retardandam exequutionem dicti instrumenti censualis. Giurb. *d. dec. decis.* 55. *num.* 17. *&* 19. Maximè si dicta exceptio iustificetur ex eodem instrumento, vel altiorem non requirat indaginem.]

Declaratur similiter principalis conclusio. Quod † si 32
dominus, & creditor census egerit via exequutiua contra vnum ex pluribus insolidum obligatis ad solutionem annui census coram vno Iudice non impediatur quominus possit eundem vel alios correos coram eodem Iudice eadem via exequutiua, vel alio iudicio exequutiuo conuenire. Ias. *cons.* 9. *in* 2. *dubit. n.* 3. *& seqq. & cons.* 28. *n.* 7. *lib.* 1. sequitur Neuiz. *cons.* 4. *n.* 12. *in fin.* Gallez. *ad form. cameral. oblig. in* 3. *part.* 2. *part. q.* 2. *n.* 2. *& ibi* Zacchi. *q.* 11. *in* 1. *addit. plures allegat.* Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 2. *n.* 76. Felician. *dd. suis Comment. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 9. *ad finem, qui alios citat.*

Quod tamen † non procedit si per primum iudicium 33
motum via exequutiua, & vigore sententiæ in eo latæ esset ipsi actori, & domino census plenè & cum effectu consultum. Eo enim casu non posset dominus census alios correos debendi in iudicium trahere, Ang. *in l. qui restituere, sub n.* 5. *vers. in gloss. in fine ff. de rei vendic.* sequitur Ias. *d. cons.* 28. *sub num.* 3.

Declaratur secundò loco † eadem principalis con- 34
clusio vt volens agere via exequutiua teneatur in primis, & ante omnia producere instrumentum census nec sufficit si producatur post petitam exequutionem, Bal. *in l. plene, ff. quod fals. tut. auct.* Rom. *consil.* 300. *numer.* 2. *circa medium, vbi* Mandos. *in addit. in littera D. Luc. Petrus, in sua pract. iudicar. Capitol. for. libr.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. *facit* Gallesi. *d. tract. p.* 3. *q.* 2. *& fuit resolutum in* Rota *coram* b.m. Cardinal. Pamphilio, 4. *Decembris*, 1595. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.* 255. *n.* 2. Neque satis esset si producerentur protocollum, & simplex imbreuiatura Notarij, sed est omnino producendum instrumentum sumptum in publicam, & authenticam formam, *vt docet* Cassan. *ad Consuetud. Burgun. rubr.* 11. *des censes, §.* 6. *n.* 12. *in addit. &* Felician. *in dd. suis Comment. tom.* 2. *lib.* 3. *c.* 1. Nam non omnis scriptura confecta manu publici Notarij dici-

tur

tur publica,& authentica, sed ad effectum, vt instrumentum dici possit esse in publica,& authentica forma multa requiruntur,vt demonstrat Specul.*in tit. de instrum.edit.*§.2. Afflict. *ad Constitut.Regni,lib.*1.*Rubr.* 73.*sub n.*17.*cum multis seqq.* Crau. *cons.*216.*n.*2.*& seq. lib.*2.Rim.iun.*cons.*384.*n.*18.*& seq.lib.*4.Virgin.Boccac. *ad constit.March.gloss.*7.*n.*19.*& seqq.* Claud. Bertaz. *in tract.de clausis instrum.in prooem. n.*3. *cum multis seqq. & aly variis in locis.*

35 Lata † autem sententia in hoc iudicio executiuo non poterit mandari executioni contra personam hæredis debitoris condemnati, nisi facta excussione bonorum in confuso appareat,quod bona non extent, vt vult Glos.*in l.*3.§.*tutores,de susp.tutor. quam esse communiter, & magis communiter receptam testatur* Alex. *in l.à. Diuo Pio*,§. *in venditione n.*6. *ad finem, & num.*8.*ad finem,ff.de re iudic.*sequitur Foller.*in d.sua pract.censuali in verbo,tanquam num.*17.Et licet non desint qui contrariam sententiam amplectantur,ab hac tamen opinione communi periculosum esse in practica discedere,dixit Alex.*d.n.*8.*in fine*,quamuis Paul.de Castro, *in l.*4.§.*ait Prætor,n.*4.*in fine,ff.de re iud.* dicat hanc *Glossa* opinionem non seruari de consuetudine, sed relinqui electioni creditoris à quo velit incipere,vel à captura personæ,vel pignorum,prout reuera. Ego quoque ita practicari vidi,& obseruaui.

36 Declaratur tertiò, † vt agens via executiua teneatur saltem ad partis instantiam personamlegitimare: vt in puncto dicit Intrigliol. *d.tract.quæstion.*57.*num.*1. Nam in quolibet iudicio etiam executiuo facienda est legitimatio personarum, vt dictum est *supra n.*14. *& seqq.*

Hæc autem via executiua adeo est priuilegiata vt sententia vigore instrumenti census,& pro illius exe-
37 cutione lata † debeat omnino mandari exequutioni, nec possit illius executio retardari per appellationem,Foller.*in d.verbo,tanquam,n.*44.Bon.*in d.suo tract. de censib.art.*70.*n.*103.*& art.*79.*num.*112.Barz. *d.dec.*56. *num*4.

38 Quod † tamen non procederet si sententia præfata contineret,vel liquidationem, Gallesi.*d.tract.par.*3. *qu.de liquidat.num.*17.*cum seqq.* Soc. sen.*consil.*51. *n.*7. *lib.*1.Menoch.*de adipis.poss. remed.*3. *num.*192. Rota *diuers.decis.*100.*num.*2.*part.*1. vel complexionem negotij principalis, Bald. *cons.*141.*num.*7.*lib.*1. Rota *diuers. decis.*356.*d.par.*1. & vtrumque membrum in propriis terminis amplexa fuit Rota *coram* Illustr. Cardin.Ludouisio,16.*Decembris*,1605.*in illa Beneuentana census, quæ est impressa post tract.decis.*258.*n.*2.*&* 3. Et in quo-
39 cunque † casu appellatio operatur saltem effectum deuolutiuum,nam huiusmodi appellatio eriam in casu non permisso, deuoluit causam ad iudicem ad quem,vt facta exequutione, & parito iudicato, cognoscat super iustitia sententiæ Bonon. *d.art.*79.*n.*112. *facit* Afflict.*decis.*261.

40 Licet † autem in hoc iudicio executiuo aliquas opponere liceat exceptiones,vt latè demonstrat, Gallesi. *d.tract.per discurs.& dixit sæpius* Rota, *& signanter coram* b.m.Cardinali Lancelloto 3.*Decemb.*1599.*in vna Romana census,quæ est in fine tract.dec.*259.*num.*2.

Regulariter tamen, exceptis dictis certis, & speci-
41 ficatis exceptionibus,exequutio † instrumenti census nulla alia exceptione impediri, aut retardari potest, Cassan.*ad consuetud.Burgund.d.Rubr.*11. *des censes*,§.6. Foller. *in d. verbo, tanquam per discursum*, Bon.*d. suo tract.de censib. art.*74. *numer.*107. Barz. *d. decis.*56. *nu-*
42 *mer.*2.*&* 37.Maxime † si tale instrumentum sit vallatum camerali obligatione Bon.*d.tract.art.*73.*num.*103.
43 vel † inrisiurandi religione confirmatum, vt defendit Carol.de Grass.*in d.suo tract.de except.in* 32.*except. num.*1.*& seqq.licet, num.*8. *& seqq.* dicat de facto contrarium obseruari.

Hinc non † poterit retardari exceptione simulatio- 44
nis census, vt comprobat Intrigl.*d.tract.q.*46.*n.*14. *& seq.*vt resoluit Rota *in illa Rom.census coram* b.m. Cardinal.Lancellotto, *quam proximè citauimus, n.*3. *& coram* Illustriss.Cardin.Ludouisio,26.*Nouembris*, 1604. *in illa Rom.census, quæ est post tract. dec.*5. *n.*16. [*Et in vna Romana census* 3.*Aprilis*,1623.*coram* R.P.D.Nauarro,*quæ est post tract.dec.*436.*n.*7.*&* 8.]

Nec † per moratorias, vel quinquennales dilatio- 45
nes,Bon.*in d.suo tract.art.*75.*n.*108.Intrigl.*d.tract.q.*54. *num.*1.*& seq.*

Nec † per exceptionem cessionis bonorum. Fran- 46
cisc.Milanens.*dec.*7.*n.*2.*lib.*2.*refert*,Carol.de Grass.*d.suo tract.in* 17.*except.n.*6.Intrigl.2. *q.*54. *n.*6. [*alios allegat.* Giurb.*dec.Regn.Sicil.*44.*n.*10.*part.*1.

Cæterum licet conclusio firmata hic in tracta. numer.46.procedat in terminis,in quibus loquuntur Doctores in ea allegati, & ipsemet *Giurb. d.nu.*10,Videlicet iuxta terminos bullæ Nicol.V. super censibus quæ non priuilegiat ipsum instrumentum censuale, sed solam illius exequutionem. Attamen quando priuilegium nõ conceditur exequutioni sed ipsi instrumẽto, vel in vim cameralis obligationis,vel virtute guarentigiæ,vel *(iuxta terminos statuti Ciuitatis Perusiæ Patriæ meæ libro* 2.*Rubr.*29.*de exec.instr.)* vigore confessionis debiti,quam debitor facit coram Notario tanquam Iudice Cartulario. Istis enim casibus non esse veram conclusionem hic firmatam *d.num.*46. *dicendum est ex* Bart. *in l.si filius in vltimis verbis,ff.quod cum eo quem sequuntur,* Brun.*in tract.de cession.bonor.in* 12.*quæst. princ.* Ant. Canar.*in tract.de execut.instrum.q.*28. *n.*63. *ad fin. & ipsemet* Giurb.*d.dec.*44.*n* 9.*qui istos,& alios allegat.*

Ratio autem differentiæ inter istos casus est, quia quando priuilegiũ conceditur exequutioni,dicta exceptio impugnat de directo ipsum priuilegium cum tendat ad impediendam petitam exequutionem, vnde nimirum si debitor hoc casu repellitur & non auditur in sua exceptione, quod vult cedere bonis,& interim debeat supersederi in exequutione petita, & proinde si præueniẽdo petitionem exequutionis obtinuerit;parte non contradicente se admitti ad huiusmodi beneficium cessionis, vtiq; eo casu si opponatur ista exceptio cessionis bonorum,oppositio non tendit ad impediendum iudicium super executione,& illud retardandum, sed ad parandam sibi securitatem,ne amplius possis in persona molestari:*vt aliis relatis dicit.* Giurb.*d.num.*10. *& benè confert.* Capell.Tholos. *dec.*28.*in fin.*

At quando priuilegium est concessum instrumento,quia tunc dicta exceptio non opponitur contra instrumentum, sed contra exequutionem, nec tendit ad impugnandum instrumentum, sed dumtaxat ad limitandam, & modificandam exequutionem, non debet debitor repelli, sed in sua exceptione audiri, dicit Bart. *in d.leg,si filius*, & alij supra relati. Quando enim exceptio solum modificat exequutionem est admittenda etiam quando nulla exceptio opponi potest, Bart. *& aly in l.Nesennius.*§.*fin.ff. de re iudic.*Rol. *cons.*28.*num.*5.*& seqq. lib.*1. Marant. *de ordin. Iudic.part.*6.*memb.*6.*num.*18. Canar. *in d. tract. de execut.instrument. d. quæstion.*28.Boër.*decis.*53. *num.*3. Soc. Iun. *cons.*45. *numer.*15. *lib.*1.Benintent. *decis.*77. *in fin.* Bursat. *qui de communi cons.*305. *num.*7.*lib.*3. Menoch. *de Præsumpt.lib.*2.*præsumpt.*48.*numer.*31.Gallesi.*de obligat.cameral. part.*4.*quæst.*3. *num.*1.*& secundum ordinem* Zacch.*quæst.*19.Carol.de Grass.*de except.instrum.in* 23. *except.*Barz. *de guarentig.part.*2. *quæst.*16. Et ista conclusio recipienda est etiam quod debitor beneficio cessionis bonorum renunciasset,vt dicit Canar.*d.q.* 28. *n.*63.Quia hinc beneficio tanquam introducto miserationis gratia renunciari non potest, *vt dicit ibi* Canar.*& nos diximus supra in tract.part.*2.*cap.*14.3. *art.*5. *vel q.*57.*num.*46.]

47 Cæterùm † si quis conuentus via executiua cogatur iniustè pro alio censum soluere eidem succurritur per condictionem sine causa, potest enim quidquid soluit repetere. Bart. *in l. Iulianus verum debitorem, n.12. ff. de cond. indeb.* Bon. *d. art. 7. §. n.107. vers. his tamen.* Foller. *in d. verbo, tanquam, n.38.*

SVMMARIA.

1 *Actio personalis oritur ex contractu censuali contra venditores census.*
2 *Ampliatur vt detur etiam contra eorum hæredes.*
3 *Etiam si sint hæredes cum beneficio legis, & inuentarij.*
4 *Non tamen insolidum, sed pro portionibus hereditariis.*
5 *Dummodo prius liqueat illos esse hæredes.*
6 *Filiationis probatio non iustificat quem esse hæredem patris.*
7 *Filius ergo hæres, non procedit in eo conuento.*
8 *Fideiussor qui intercessit in contractu censuali, potest conueniri actione personali.*
9 *Maximè si se obligauit vt principalis, insolidum.*
10 *Impositor census potest conueniri actione personali, etiam postquam vendidit fundum censui suppositum.*
11 *Nisi tempore venditionis fundi notificauerit domino Census futuram venditionem.*
12 *Actione personali agi potest non solum pro responsionibus præteritis sed etiam pro futuris.*
13 *Credita annua possunt peti non solum pro tempore præterito, sed etiam pro tempore futuro.*
14 *Legata annua peti possunt tam pro tempore præterito, quam pro tempore futuro.*
15 *Præstationes annuæ quæ debentur ex contractu peti possunt tam pro tempore præterito, quam pro futuro.*
16 *Hæc omnia intelligas dummodo pro præterito aliquid debeatur.*
[*Sententia quomodo concipiatur quando debitor condemnandus est ad id quod in futurum debebit.*]
17 *Iudicium formari non potest super iure de futuro.*
18 *Limitatur quando debitum est purum, & aliquid debetur pro tempore præterito, nam in consequentia debiti puri in præteritum potest fieri petitio pro futuro.*
19 *Creditor interest potest petere suum creditum, etiam pro futuro tempore.*
20 *Sententia lata pro futuris præstationibus potest mandari executioni absque nouo libello, & nouo processu.*
21 *Implorato tamen Iudicis officio pro dicta sententia exequutione.*
22 *Actio personalis non conceditur contra possessorem fundi suppositi.*
Limitatur, quando in acquisitione dicti fundi expressè se obligauit ad solutionem annui census, n.28.
23 *Actio personalis oritur ex obligatione præexistenti.*
24 *Obligatio est mater actionis.*
25 *Actio personalis non potest separari à persona absque illius interitu.*
26 *Hæres iuris fictione censetur eadem persona cum defuncto, cuius est hæres.*
27 *Actio personalis non transit in singularem successorem.*
28 *Limitatur Nisi tempore acquisitionis census agatur, vt ipse censum soluat.*
29 *Non tamen sufficeret, vt in alienatione fundi censuati simpliciter asseueretur illum fundum esse oneri census obnoxium, ad effectum vt emptor illius personali actione teneretur.*
Licet aliqui contrarium sentiant.
30 *Debitor census, qui actione personali tenetur, potest etiam carcerari, non obstante quod offerat creditori census insolutum fundum censuatum.*

Actio personalis cui, & contra quos competat pro annua responsione censuali.

QVÆSTIO XCVI.

aliàs part. 2. cap. 2. quæst. 5. ar. 7.

QVod † ex contractu censuali oriatur actio personalis, quæ est stipulatu conceditur contra eum, qui censum constituit, & ad illius solutionem se obligauit quidquid contrarium firmare conetur. Ludouicus Velasquez. *de Auend. in suo tract. de censib. Hispan. cap. 59. n.7.* non videtur quod possit probabiliter in dubium reuocari, per tex. *in l. certi condictio, ff. si cert.* & in terminis volunt Crau. *cons. 342. n.10. lib. 3.* Gabr. *cons. 142. n.2. lib. 1.* Felic. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 1. num. 6. vers. nec dubitari potest,* Federic. Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. vlt. num. 13. & dixit* Rota *coram* b.m. Gipsio, 9. *Decemb.* 1587. *in illa Romana census de Castarellis, quæ reperitur impressa, in fine tract. dec. 230. n.7. & coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato, 14. *Ianuarij,* 1602. *in illa Romana census, quæ est ibidem dec. 90. num.* 8. 1

Nec obstant rationes ponderatæ ab *Auend. d. n.7.* & infra quoniam aduertendum est, quod ex contractu census duplex oritur actio: vna ex stipulatu respectu solutionis fructuum, & annuæ responsionis, & hæc est merè personalis, & sequitur ipsum venditorem census, & ab eius persona diuelli non potest, vt *infra* dicetur *hoc eod. art. num. 25.* Altera actio oritur ex ipso censu, quæ dicitur scripta in rem, & sequitur rem ipsam censuatam; vt dicemus in *seq. artic.* Et hanc actionum distinctionem in contractu census habeo ex Rota *coram* Cardin. Mantica. *decis. 7. sub num. 2. & alibi, vt dicemus d. artic. seq. num. 1.* Cum itaque *Auend.* negauit, ex censu oriri personalem actionem; aut respexit solum contractum ipsum censualem, qui non fundatur in obligatione personali, sed super ipso fundo qui subiicitur, vt latè fuit demonstratum *supra part. 1. cap. 3. question. 1. articul. 6. per totum, nunc quæst. 34.* Non autem respexit stipulationem, & promissionem de soluendo fructus census, aut certe male loquutus fuit.

Ampliatur primò, hæc conclusio, vt † personalis actio competat etiam contra hæredes eius, qui ad census solutionem se obligauit. Bartol. Cassan. *ad consuetud Burgund. Rubr. 11. des censes, §. 6. in tex. contre le principal, num. 5.* Felician. *d. tom. 2. lib. 3. c. vlt. n. 1. vers. sed ego, & nos diximus supra hoc eod. cap. 2. q. 3. art. 1. nunc quæst. 73.* 2

Etiam si sint hæredes † cum beneficio legis, & inuentarij, non tamen vt possint personaliter capi, & arrestari, sed vt soluant ex bonis inuentariatis, *vt diximus supra art. præcedenti, n.14. & seq.* 3

Non † tamen contra omnes hæredes insolidum, licet vnus solus ex eis possideat rem censui suppositam, sed tantum pro portionibus hæreditariis, prout regulariter hæredes tenentur, *l. pro hereditariis, C. de hered. act. & ita in puncto, dicit* Ioan. Guttierez, *Pract. Quæst. lib. 5. cap. 92. num. 12.* Ludou. Auend. *d. tract. cap. 95. num. 3.* Anton. Menoch. *decis. Florent. 33. n.1.* [*Et in puncto fuit resolutum in vna Romana census de Celsis 27. Nouembris,* 1609. *coram* Ludouis. *vt inter eius decis. impress. est decis.* 442. *in princ. & n.8. vbi* Beltramin. *in addition. affert concordantes.*] Præterquam in casu, de quo per Guttierez *d. loco n.14.* & quando conueniretur actione personali in rem scripta, tanquam possessor rei censuatæ, *vt dicemus infra art. seq. num. 3. in fine.* 4

Præter

Preterquam in caſu de quo ibi per eum, *numer.* 14.
5 Dummodo † tamen prius liqueat illos eſſe hæredes, Innoc. *in cap. quia G. ext. de indic. & ibi* Felin. *n.* 4. Dec. *num.* 23. *& ſeq.* Anton. de Canar. *in ſuo tract. de execut. inſtrument. n.* 66. *in 3. quæſt. & diximus in præcedenti art. num.* 12.

6 Nec ex probatione filiationis eſſet probatum filios eſſe hæredes, ſed neceſſe eſt probare immixtionem, Foller. *in ſua pract. cenſuali in verbo, tanquam, n.* 25. Nam
7 † quando filius conuenitur tanquam hæres patris Rol. *conſil.* 20. *num.* 20. *lib.* 1. *poſt* Alex. *& alios, poſt allegat.* Menoch. *in tractat. de præſumpt. libr.* 4. *præſumpt.* 99. *num.* 4. *&* 5.

8 Ampliatur ſecundò, vt † actione perſonali conueniantur etiam fideiuſſores, qui contractu cenſus acceſſerunt ad fauorem domini cenſus iſti enim tenentur ex propria obligatione, & ex proprio facto ratione ſuæ promiſſionis, Alex. *poſt gloſ. in l. tale pactum, n.* 9. *ff. ſol. matr. & diximus ſupra hoc* 2. *cap. quæſt.* 3. *artic.* 2. *nunc quæſt.* 74.

9 Maximè † ſi ſe obligauerint vti principales, & inſolidum, & ſic obligationem alterius propriam fecerunt. Natta, *conſ.* 461. *n.* 3. Franc. Becc. *conſ.* 45. *n.* 49. *lib.* 1. *& nos diximus ſupra d. art.* 2.

10 Ampliatur tertiò, vt † venditor cenſus poſſit conueniri actione perſonali etiam poſtquam vendidit fundum cenſui ſuppoſitum, Couar. *Var. reſol. tib.* 5. *c.* 7. *n.* 6. Felician. *in dd. ſuis Comment. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 8. *vt declarauit* Rota *coram* R. P. D. Sacrato, 14. *Ianuarij*, 1602. *in illa Romana cenſus, quæ eſt impreſſa poſt tract. deciſ.* 90. *n.* 9. *& ſeqq. & nos diximus ſupra hoc eod. cap.* 2. *q.* 3. *art.* 1. *n.* 15. quidquid contrarium defendat Auend. *d. tract. c.* 23. *num.* 14. *&* 15.

11 Niſi † quando rem illam cenſui ſuppoſitam vendidit, notificauerit domino, & creditori cenſus futuram dictæ rei venditionem, ſi credimus Nauar. *in ſuo Comment. de vſur. n.* 116. *q.* 21. quem ſequitur Boccac. *in ſuo tract. de cenſib. part.* 1. *n.* 23. *& part.* 2. *n.* 39. Ioan. Azor. *inſtit. Moral. part.* 3. *lib.* 10. *cap.* 11. *q.* 1. *verſ. poſtremo in ea.* ſibi enim debet imputare dominus cenſus, cum ipſe noluerit rem cenſitam emere, ſed potius conſenſerit in eius venditionem: vt poſt Azor. & Boccac. *dicit* Martin. Bonacin. *in ſuo tract. de contract. diſput.* 3. *q.* 4. *punct.* 6 *vnico, n.* 97. *in princ.*

12 Ampliatur quartò, vt † actione perſonali agi poſſit non ſolum pro fructibus cenſus decurſis, & non ſolutis, ſed etiam pro decurrendis in poſterum. *Gabr. conſ.* 47. *n.* 3. *lib.* 1. vt ſcilicet debitor cenſus condemnetur ad ſoluendum futuris temporibus, prout fructus cenſus mutabuntur. Andr. Gail. *pract. obſeruat. lib.* 2. *obſerv.* 74. *n.* 2. *& ſeq.* vbi inſtruit Aduocatos quomodo libellum debeant concipere, *& ibi*, Crau. *alios allegat* Gaſp. Roderic. *in ſuo tract. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 104. Federic. Martin. *in d. ſuo tract. de iure cenſ. cap. vlt. n.* 145. vbi cõtrariis reſpõdet [alios allegat Surd. *dec.* 15. *n.* 12.]

13 Regulare † enim eſt vt in debitis annuis poſſit creditor petere non ſolùm pro tempore præterito verum etiam pro tempore futuro. Alex. *in l. de pupillo, §. ſi in pluribus, n.* 4. *&* 6. *in fine, ff. de noui. oper. nunc* Ozaſch. *deciſ.* 130. *per tot.* Petr. à Petra, *in ſuo tract. de fideic. & prohib. alienat. quæſt.* 10. *n.* 22. *& ſeq. latè* Aſin. *in tract. de execut. inſtr. §.* 7. *cap.* 126. *n.* 16. *& ſeq.* Ioſeph. Ludou. *in ſuo tract. Commun. concluſ. in tit. de ſolu. concluſ.* 1. *quæ eſt omnium* 8. *verſic.* 9. *fallit* Anton. Gallec. *Variar. reſol.*
14 *tomo* 2. *cap.* 11. *n.* 47. *vbi pluribus id comprobat.* Et in † legatis annuis hoc idem dicit Mich. Craſſ. *in ſuo tractat. de ſucceſſion. §. legatum, q.* 44. *n.* 5. Sim. de Pret. *de interpr. vlt. volum. lib.* 5. *interpr.* 1. *dubitat.* 3. *num.* 95. *& ſeq. fol.*
15 531. Et in † annuis præſtationibus debitis ex contractu, Afflict. *ad conſtit. regni, lib.* 1. *Rubr.* 71. *in cap. auctoritatem, num.* 2. *verſ. datur etiam* Ozaſch. *d. deciſ.* 130. *n.* 9. Alex. *in d. §. ſi ex pluribus n.* 4. Craſſ. *d. q.* 44. *n.* 5. Aſin. *d. cap.* 126. *num.* 28. Surd. *dec.* 120. *num.* 13. *&* 15. vbi docet modum libellandi, *& deciſ.* 151. *num.* 12. vbi multos allegat. [Forma autem ſententiæ in hoc iudicio eſt, vt fiat condemnatio ad id, quod debebitur in futurum, vt adueniente tempore, fiat ſolutio, vt poſt multos quos allegat, *animaduertit* Franc. Viu. *deciſ.* 103. *num.* 4. *lib.* 3.]

Hæc tamen † omnia ſunt intelligenda, vt procedant 16
dummodo de præterito aliquid debearur cuius exactio peratur, & ſimul ſuper futuris, vt adueniente iuſto tempore ſoluatur, inſtetur, & in his terminis loquuntur Doctores ſupra allegati, & expreſsè declarare videtur Vtill. *ad Afflict. dec.* 279. *num.* 2. Ioſeph. Ludouic. *d. verſ. nono fallit, quos refert, & ſequitur* Bernard. Greu. *ad Gail. d. obſeruat.* 74. *n.* 4. [*Et in his terminis hanc opinionem confirmat* Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gloſ.* 18. *part.* 4. *num.* 18. *& ſeqq.* licet *numer.* 21. & infra teſtetur illam *non ſeruari in Senatu Cathalonie.*]

Licet † enim iudicium non poſſit fundari ſuper iu- 17
re de futuro, *l. non quemadmodũ, & ibi communiter Scribentes, ff. de iudic. l.* 1. *§. ſocius, ff. de vſur.* In hoc tamen caſu, quia † pro tempore præterito obligatio, & de- 18
bitum eſt purum, ratione adiuncti, & in conſequentiam præteriti debiti puri, poteſt fieri petitio, & condemnatio ſuper futuris, & valet, & tenet iudicium ſuper eis Gomez. *d. num.* 47. Surd. *d. dec.* 120. *n.* 14. *&* 15. & alij ſupra relati. Et maxima † in hoc verſatur 19
vtilitas creditoris ne teneatur quolibet anno litigare, & de iure ſuo docere, & probare. [*Vt bene animaduertit gloſ. magna in l.* 1. *C. de ſentent. quæ pro cert. quantit.*] ſed poſt lapſum cuiuſlibet, anni, vel cuiuſlibet ſemeſtris ſententia † mandabitur exequutioni abſque nouo 20
libello. Afflict. *in d. verſ. datur etiam* Gomez. *d. num.* 47. & abſque nouo proceſſu Craſſ. *d. q.* 44. *num.* 5. *ex* Gloſſ. *in l.* 1. *C. de fideicom.* & ibi communiter Scribentes implorato † tamen Iudicis officio pro exequutione di- 21
ctæ ſententiæ, vt per text. in *l. item veniunt, §. idem rectè ff. de petit. hared.* dicit Vtill. *ad* Afflict. *d. deciſ.* 279. *n.* 2. ſequitur Ioſeph. Ludouic. *d. verſ. 9. fallit.* [Et hanc vtilitatem ſummè commendat Fontanel. *d. part.* 4. *n.* 25. vbi tamen id nunquam fuiſſe practicatum in Senatu Cathaloniæ teſtatur.]

Limitatur autem ſupra firmata concluſio, vt † actio 22
perſonalis non competat contra tertium poſſeſſorem bonorum cenſui ſuppoſitorum, Crauet. *conſ.* 359. *n.* 9. *lib.* 3. Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. Rubr.* 11. *des cenſes, d. §.* 6. *in tex. contre l'aſſignal, n.* 1. Boccac. *in d. ſuo tract. de cenſib. part.* 2. *numer.* 1. *&* 2. Felician. *d. tomo* 2. *lib.* 3. *cap. vlt. num.* 2. Peregr. *conſ.* 97. *num.* 9. *& ſeq. lib.* 1. [Surd. *conſil.* 161. *numer.* 73. *lib.* 2.] Actio † enim perſonalis 23
oritur ex præexiſtenti obligatione, *l. licet, §. ea obligatio, ff. de procur. & hinc dicunt* Doctor. *in Rubr. Inſt. de obligat. maximè* Bellon. *n.* 5. *qui teſtatur de communi, & alibi paſſim.*

Quod † obligatio eſt mater actionis: ſemper enim 24
aduerſus eum datur qui aliquo obligationis vinculo eſt obſtrictus, & deuinctus, §. 1. *Inſt. de actio. &* Doctor. *ibi & alibi communiter.* Poſſeſſor autem bonorum cenſui ſuppoſitorum, ideo eſt obligatus, quia poſſidet rem cenſui obnoxiam, quæ ad eum tranſiuit cum illo onere. Neque dici poteſt quod ſit perſonaliter obligatus, cum ex proprio facto, & ex proprio contractu non teneatur: Neque in illum actio, & obligatio tranſire potuerit cum ea adhæreat oſſibus perſonæ obligatæ, nec † ab illa valeat diuelli, & ſeparari abſque ipſius 25
corruptione, & interitu, ſiue perſonam actoris ſpectemus, ſiue rei, quemadmodum nec anima poteſt ab humano corpore diſiungi abſque ipſius corporis interitu, vt dicit Gloſ. *in l. quid ergo, in fine, ff. de pecul.* & probat *tex. in l. actionum, ff. de act. & obligat. & hanc rationem probat* Felician. *d. cap. vlt. num.* 2.

Et licet actio ista personalis transeat contra hære-
26 dem, eo † quia Iuris fictione censetur eadem persona cum defuncto cuius extitit hæres, *l.fi.C.de hared.instit.*
27 *auth. de iureiur.à morient.præstit. in princ.* non † tamen transit contra singularem successorem, Ias. *in l.1. §. si hæres præcepto, n.2. ff. ad* Trebell. *& in l. inter diuinum, num.22. C. de sacros. Eccles.* Afflict. *dec.95. & ibi* Vrsill. *in addit. n.3. & seq.* Actio enim ista rem non sequitur, *l.fin. §.fi. & ibi* Bart. *ff.de cont. empt.* Guid.Pap. *dec.42. num.1.* Tiraq. *de retractu Lignag. §.8.* Glos. *1. numer.6. in fin.*

Vnde apparet non bene sensisse Alcibiad. Lucar. *Observat.pract.lib.1. Academ. 5. observat.1. n.13.* dum dixit censum personalem posse exigi à tertio possessore bonorum censuatorum etiam personali actione, cuius tamen dictum saluari posset in casu subsequentis sublimitationis, vel respectu actionis personalis in rem scriptæ, de qua dicemus *mox in seq.art.*

Sublimitatur igitur præcedens limitatio, & decla-
28 ratur, vt † non procedat in casu in quo quando res censui supposita transiuit ad hunc tertium possessorem fuit expressè actum, & conuentum vt ipse censum solueret, prout in puncto declarat Foller. *in d. suæ pract. censuali, in verbo, tanquam, n.29. &* 30. tunc enim teneretur ex propria obligatione, *& faciunt not. per* Afflict. *d.decis.95. num.6.* [*& bene facit decis.* Rotæ *in vna Romana canonum 25. Maij* 1618. *coram* R.P.D. Dunozetto *quæ est post tract. dec.456. n. 2.*] Et hanc opinionem simpliciter amplectuntur *addentes ad* Vinc. de Franchis, *dec.273.n.3.* Cuius tamen Vincentij, sententia videtur potius procedere ex quadam æquitate ad euitandum circuitum: quia negari non potest, vt ipse dicit, quin si sit condemnatus debitor, & sic impositor census, sententia possit exequi contra talem emptorem cum dicto pacto; & quod si actum esset actione hypothecaria per creditorem, nulla competeret defensio huic emptori; quàm de rigore: cum repugnet dispositio *l.2. C. de hared. vel act. vend.* in illis verbis, *Quamuis enim ea lege emerit, &c.*

29 An autem ad istum effectum sufficiat quod debitor census in venditione fundi censuati asserat illum esse oneratum dicto censu non bene inter se conuenerunt Scribentes. Magis † tamen communis opinio est, vt propter dictam assertionem, & enunciationem emptor fundi censuari non possit actione personali conueniri, Bon. *in d.suo tract. de censib. art.39. n.65. vers. ex quibus dubitari commodè potest,* & de magis communi testatur Felician. *in dd. suis Commentar. de censib. tomo 1. lib.3. cap.6. num.6. vers. sed* Guid.Papæ, *& tomo 2. eod.lib.3. & cap.vlt. n.3. vers. veram cum,* quidquid contrariam sententiam plurib⁹ conetur defendere. Surd. *decis.32. num.10. & seq.*

30 In omnibus † autem casibus in quibus pro annua responsione, & annuo censu datur actio personalis debitor census non poterit liberare suam personã, quin possit etiam carceri mancipari offerendo in solutum prædium censui suppositum, sed tenebitur præcisè ad solutionem in pecunia numerata, aliàs poterit carcerari vt relecta contraria sententia, defendit Felician. *d.tom.2. lib.1.cap.1 n.6. vers. tertio infero, &* Io.Bapt.Lup. *per ipsum allegat. ad l.2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comm.1. §.3. num.89.*

SVMMARIA.

1 *Ex contractu census oritur actio merè personalis ex stipulatu, & actio in rem scripta ex ipso censu.*
2 *Possessor fundi censui supposita potest conueniri actione personali in rem scripta, &* num.4.
Intellige pro censibus decursis post quam ipse cepit possidere, num.5.
3 *Actio personalis in rem scripta licet oriatur ex contractu, vel quasi, sequitur tamen quemlibet rei possessorem.*
[*Ex pacto quod pretium census in actu redemptionis debeat deponi ad effectum inuestiendi oritur actio personalis in rem scripta.*]
4 *Actio personalis in rem scripta datur contra singularem rei possessorem.*
Heres non tenetur nisi pro portione hereditaria.
Limit. *Si ratione possessionis rei censuatæ, vel partis illius conueniatur actione hypothecaria.*
Vel actione personali in rem scripta.]
6 *Possessor fundi censuati non potest se liberare ab onere soluendi censum, opponendo exceptionem excussionis.*
7 *Neque nominando auctorem.*
8 *Sed tantum dimittendo possessionem bonorum censui suppositorum.*
[*Possessor rei censitæ tenetur censum soluere dimittendo donec possidet.*]
9 *Possessor bonorum censitorum, si illa alienet, liberatur ab onere soluendi censum.*
10 *Libellus in actione personali in rem scripta contra possessorem fundi censui subiugati, quomodo concipi debeat.*
11 *Libellus in actione hypothecaria, quomodo concipiatur.*

Actio personalis in rem scripta datur contra possessorem rei censui suppositæ pro solutione census.

QVÆSTIO XCVII.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 5. art. 8.

QVoniam vt sæpius dictum fuit per impositionem census constituitur ius in re, quod rem ipsam quocumque vadat sequitur, hinc iure inferunt Scribentes, quod ex contractu censuali † duplex oritur 1
actio vna scilicet, ex stipulatu, quæ est merè personalis, de qua dictum fuit in proximo præcedenti articulo: altera verò ex ipso censu, quæ dicitur in rem scripta, vt dixit Rota *in vna Romana responsionis vineæ, 22. Iunij,* 1587. *coram* bon.mem.Cardinali Mantica, *qua reperitur impressa inter eius decis. 7. sub numer. 2. & coram* R.P.D.Sacrato, 14. *Ianuarij,* 1602. *in illa Romana census, quæ est ibidem dec. 90. num.8. & de qua intellexisse arbitror eandem* Rotam *coram* b.m.Gypsio, 9. *Decembr.*1597. *in illa Romana census de Cassarellis, quæ ibidem est decis.* 230. *dum ibi num.5. & seqq.* dicitur quod ex contractu censuali oritur obligatio, quæ actionem realem parit, videlicet, vt ipse existimo, personalem in rem scriptam, quæ potest eo respectu realis appellari, quia possessor bonorum censui subiugatorum, licet conueniri non possit actione merè personali vt in præcedenti articulo fuit formatum, potest † tamen conueniri 2
actione personali in rem scripta, vt dixit Rota *in illa Romana responsionis vineæ, proximè allegata, numer. 4.* [*Et in vna Romana census, 28. Iunij,* 1613. *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *post tract.decis.*408. *num. 2.*]

Sicut eadem actione conueniri potest quilibet rei possessor pro oneribus, quæ rem quam ipse possidet sequuntur, vt auctoritate Gabr. *consil.*141. *num.2.lib.2.* dixit Rota *in illa Romana census, 14. Ianuarij,* 1602. *coram* Reuerendiss.P.D.Sacrato *supra allegata, n.8.* Et de ista actione personali in rem scripta existimo intellexisse Ludou.Velasq. de Auend. *de censib. Hispan.cap.95. n.3. vers. quod non solum* dum dicit quod hæres debitoris census,

census, si possideat rem censuatam, potest conueniri insolidum actione personali pro censu, cum alioquin hæres non teneatur nisi pro portione hæreditaria, *l. pro hæreditariis, C. de hæred. vel act. vend. & diximus sup. in præced. art. num. 4.*

3 Actiones † autem personales in rem scriptæ illæ dicuntur, quæ licet personales sint, quia oriuntur ex contractu, vel quasi, *§. omnium Instit. de action.* sequuntur tamen quemlibet rei possessorem. Bar. *in l. si certius, §. si prius, ff. de aq. pluu. arcen.* Ripa, *in l. 1. §. si hæres accepto, num. 9. ff. ad Tiebell.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 8. Glos. 5. n. 8. qui multos allegat, & dixit* Rota *in illa Romana responsionis vineæ, supra allegata, n. 5. vers. multo minus.* [*Et in d. Romana census, n. 8. tract. n. 3.* vbi per dictam rationem fuit resolutum, quod si in contractu census in illius creatione, & venditione fuit appositum pactum, quod tempore redemptionis, & extinctionis illius pretium debeat deponi ad effectum inuestiendi, quod actio ad deponendam pro inuestimento orientis ex dicto contractu est personalis in rem scripta, & datur contra quemlibet, qui censum illum reuendere, & extinguere debet.

4 Qua ratione † possessorem bonorum censui supposito-rum posse conueniri pro solutione annuæ responsionis censualis, dicunt Guil. *de Benedict. in repet. cap.* Raynutius, *in verbo, & uxorem nomine Adelasiam, n. 446. ex. de restam.* Couar. *variar. resolut. lib. 3. c. 7. n. 6.* Foller. *in sua pract. censuali, in verbo huiusmodi, n. 96. & seq.* Crauet. *cons. 217. n. 4. vers. 1. lib. 2.*

[Etiam si possideatur ab vno tantum ex pluribus hæredibus impositoris census. Licet enim hæredes non teneantur nisi pro portionibus hæreditariis, & non quilibet insolidum *l. pro hæreditariis, C. de hæred. action.* & nos diximus supra in *tractat. artic. precedent. num. 4.*

Attamen si vnus possideat totam rem censuatam, vel illius partem, poterit ratione suæ possessionis conueniri insolidum, vel actione hypothecaria, iuxta ea, quæ diximus in tractat. infra *artic. seq. numer. 29. & ibi in additionibus n. 9. & seq.* vel actione personali in rem scripta, vt hic dicitur in tract. & vult Alex. Trentacinq. *variar. resolut. vol. 1. libr. 3. nunc q. 80. in tit. de censibus resol. 1. n. 17. ad fin. vers. sequuta est:* quam tamen conclusionem intelligendam, & declarandam esse existi-stimo, *secundum ea, quæ diximus supra hoc 2. c. q. 3. art. 8. in addition. num. 1.*

5 Cùm † autem possessor iste fundi censui supposi-ti ideo teneatur quia possidet rem censui subiugatam, vt dictum est sequitur quod actione prædicta personali in rem scripta possit conueniri dumtaxat pro fructi-bus in responsionibus censualibus decursis, & non so-lutis, postquam ipse nactus fuit possessionem dicto-rum bonorum, & pro decurrendis in futurum, secus autem pro decursis antequam ipse inciperet dicta bo-na possidere, vt bene deducit Gabr. *cons. 47. n. 14. & seq. lib. 1. & sequitur* Surd. *decis. 204. numer. 9. ad fin. & ita debet intelligi* Rota *in illa Romana responsionis vineæ supra sepius citata dum numer. 4. & infra* dicit actionem personalem in rem scriptam dari contra tertium pos-sessorem bonorum censui supposito-rum pro omnibus censibus decursis, & non solutis, scilicet, pro decursis, postquam ipse cœpit possidere dicta bona; non au-tem pro decursis antequam ipse possidere cæperit. Licet secus esset si non possideretur actione personali in rem scripta, sed actione hypothecaria, vel remed. Saluiani Interdicti, quo casu teneretur non solum ad fructus maturatos postquam ipse nactus fuit posses-sionem bonorum supposito-rum, vel pro solutione census aliter hypothecatorum, verum etiam pro so-lutione decursorum antequam ipse possessionem di-ctorum bonorum nanciscereturi: *vt dicemus infra art. seq. num. 28.*

A qua † obligatione soluendi non poterunt se libe- 6
rare possessores præfati bonorum censui suppositorum, nec opponendo exceptionem excussionis, *vt tradit* Couar. *Var. resolut. lib. 3. cap. 7. n. 3. & comprobat* Ludou. Auend. *d. tract. cap. 23. n. 15. & sequuta est* Rota *in illa Romana responsionis vineæ supra sepius citata d. vers. multo minus, in fine.*

Nec nominando auctorem, vt docet Gabr. *d. cons. 47.* 7
num. 7. & seq. lib. 1.

Sed dumtaxat † dimittendo domino, & creditori 8
census agenti possessionem dictorum bonorum sup-positorum, vt dicit Gabr. *d. cons. 47. n. 11. & 13.* & facit *tex. in l. & si forte, §. etiam, vers. Labeo, ff. si seruus vendi-cet. & in l. filiusfamilias, §. apud* Marcellum *ff. de leg. 1.* & vno verbo tangemus *infra art. seq. in 4. declarat. n. 81.* [Cùm teneantur dumtaxat censum soluere donec rem censitam possident, *vt dixit* Rota *in illa Romana census de Valentinis coram* R.P.D. Ottembergo, 7. *May*, 1607. *post tract. decis. 391. n. 4. Et nos diximus supra in tract. hac ead. q. 5. art. 3. in fin. nunc q. 92.*].

Et propterea † si talis possessor abdicet à se horum 9
bonorum possessionem, & bona ipsa alienet, liberatur ab onere soluendi censum, & illud ad nouum posses-sorem transit, vt post Paris. & Couar. probat Felician. *in dd. suis Commentar. tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 7.* Gasp. Roder. *in suo tract. de ann. reddit. lib. 2. q. 9. n. 56. quos sequitur* Ludou. de Auend. *d. tract. c. 99. num. 3.*

Vnde † contra tales possessores formandum esse li- 10
bellum, & petitionem, non simpliciter, & absolutè, vt soluant annuas responsiones censuales, sed alternatiuè, vt vel soluant, vel rem censui suppositam dimittant, docet Felican. *in suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 6. n. 2.* Cum † ita etiam concludi posse in actione 11
hypothecaria dicant *Doctores in §. item Seruiana, Instit. de action.* & signanter Ang. Aret. *n. 30. in fin.* Ias. *n. 127. & alij communiter.*

SVMMARIA.

1 *Actio hypothecaria, & Saluianum Interdictum in multis differunt.*
2 *Saluianum interdictum competit cuicunque competit actio hypothecaria, &* num. 9.
3 *Possessor rei censui suppositæ, potest conueniri actione hypothecaria.*
4 *Hypothecaria actio competit ratione hypothecæ.*
5 *Hypothecaria est actio realis.*
6 *Hypothecaria sequitur fundum obligatum.*
7 *Saluianum interdictum, quod non detur pro fructibus census sentiunt aliqui.*
8 *Sed quod competat verius est, &* num. 15.
10 *Saluianum interdictum competit cuicumque habenti bona sui debitoris obligata.*
11 *Saluianum competit contra quemcunque rei obligatæ possessorem, &* num. 14.
12 *Etiam quod tales possessores haberent eadem bona hypothecata, sed posterius.*
13 *Saluianum interdictum est actio personalis in rem scripta.*
15 *Saluianum interdictum competit contra possessorem bonorum censui suppositorum.*
16 *In Saluiano debet probari creditum agentis cum hypotheca, possessio impositionis de tempore impositionis, & possessio præsens rei conuenti.*
17 *Creditum domini census cum hypotheca, probatur ex instrumento impositionis, & venditionis census.*
[*Creditum cum hypotheca probatur ex instrumento impositionis census.*]
18 *Possessio venditoris census de tempore venditionis probatur ex instrumento venditionis fundi censuati cum clausula constituti.*

[*Possessio*

[*Possessio impositoris census probatur ex clausula constituti per ipsum apposita etiam in alio instrumento celebrato cum tertia persona.*

...impositoris census probatur ex ipso instrumento venditionis, maximè adiecta hypotheca bonorum pro manutentione libertatis fundi venditi.

...Probatur etiam ex cessione census facta à domino illius.

...Item ex locatione dicti fundi sequuta exactione pensionis.

...Vel concurrentibus aliis adminiculis.]

19 *Possessio rei conuenti in Saluiano probatur per sustentationem litis.*

[*Possessio probatur ex instrumento possessionis adeptæ. Dummodo possessio eo tempore esset vacua.*]

20 *Possessor rei censuatæ potest conueniri actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto recta via, nulla facta excussione principalis debitoris.*

21 *Hypotheca, quæ contrahitur in contractu censuali est cæteris firmior.*

22 *Saluianum interdictum datur etiam pro damnis, & interesse.*

[*Interesse, quod venit ex natura rei, debetur ob solam moram debitoris.*

Creditor recipiens ad interesse summam sibi debitam, & debito tempore non solutam, potest tale interesse consequi à debitore morosо.

Etiam si illam capiat ad interesse nulla facta interpellatione, vel protestatione ipsi debitori.

Interesse istud quomodo probetur.]

23 *Saluianum interdictum non datur vigore instrumenti in quo ad fauorem creditoris, adest clausula constituti.*

24 *Limitatur in creditore ex contractu census, cui datur remed. Salu. interd. non obstante clausula constituti.*

25 *Clausula constituti in contractu censuali est inepta, ac superflua.*

26 *Creditor annuus potest etiam ius de futuro in iudicium deducere, vt aduenientibus temporibus sibi soluatur.*

27 *Possessor bonorum censui suppositorum potest conueniri hypothecaria, vel Saluiano, tam pro censibus decursis, quam pro decurrendis.*

28 *Etiam pro maturatis antequam ipse nanciscretur possessionem dictorum bonorum.*

29 *Creditor census potest pro toto censu agere contra eum qui possidet vnam tantum ex pluribus rebus suppositis, vel partem vnius rei censuatæ, secundum aliquos.*

Contrarium volunt aliqui, n. 33.

30 *Hypothecaria datur contra possessorem vnius ex pluribus rebus hypothecatis pro toto credito, &* numer. 32.

31 *Etiam si possideatur ab vno ex pluribus heredibus debitoris.*

[*Creditor habet obligatas insolidum omnes res ad sui fauorem hypothecatas.*

Ius hypothecæ est indiuiduum, licet res ipsæ hypothecatæ sint diuiduæ.

Debiti parte soluta remanente pro residuo obligatæ insolidum omnes res debitoris ad sui fauorem hypothecatæ.]

34 *Creditor census potest agere vel hypothecaria, vel Saluiano interdicto pro fructibus census, etiam contra possessores aliorum bonorum debitoris.*

35 *Creditor habens generalem, & specialem hypothecam non potest vti generali, nisi excussa speciali.*

Limitatur si in instrumento adsit clausula quod specialis hypotheca non deroget generali, n. 38.

36 *L. quoties, C. de pignor. & eius regula multipliciter à Scribentibus exornatur, remissiuè.*

37 *Limitat. quoties, C. de pignor. Intellectus, &* numer. seqq.

39 *Creditor census non potest agere contra possessorem bonorum debitoris census sibi pro solutione hypothecatorum non excusso fundo census, quando alia bona sunt obligata sub conditione, si fructus fundi suppositi non sufficiant.*

[*In Saluiano non est necessaria excussio secundum Rotam, contra* n. 7.

Contrarium tenent magis communiter doctores & ipsa Rota alias.

Rota soluitur à contrarietate.

Excussio dicitur fieri si interpellatur possessor ad iudicanda bona debitoris & ipse nulla bona indicet.]

40 *Nec quando fundus suppositus fuit distractus instante creditore census, & emptor fundi promisit censum recognoscere.*

[*Fructus rei hypothecatæ pro censu, si non sunt à solo separati, sunt hypothecati domino census.*

Fructus præfati si sint separati à solo per tertium possessorem dictæ rei, nunquam fuerunt debitoris.

Fructus rei hypothecatæ pro censue tertio possessæ postquam sunt separati à solo non comprehenduntur in generali obligatione facta à debitore ad fauorem creditoris.

Debitor præsumitur voluisse obligare tantum res suas.]

41 *Creditor census habet electionem an agat hypothecaria seu Saluiano contra possessores bonorum, an actione personali contra debitorem census.*

Domino census competit Saluianum etiam post cessionem dicti census, si pro illius emptione se obliganit.

Propter periculum, quod subit promittendo de euictione.]

42 *Possidens bona censuata si habeat hypothecam anteriorem, non potest molestari à creditore census habente hypothecam posteriorem.*

43 *Etiam quod prioritas consistat nedum in hora, immo in puncto.*

44 *Prior respectu sortis, est etiam prior respectu fructuum census.*

45 *Creditor habens hypothecam respectu sortis, censetur habere etiam respectu fructuum census.*

[*Creditor anterior possidens conuentus Saluiano tenetur dimittere posteriori agenti possessionem pro eo, quod supereſt deducto suo credito anteriori.*

Cessio iurium non operatur contra tertium, nisi pro rata pecuniæ habitæ.

Retentio rei magni valoris datur pro modico credito donec illud offeratur, vel satisfiat.

Intellige 1. *In præiudicium debitoris, non aliorum.*

Intellige 2. *Quando res est de sui natura indiuidua.*

Intellige 3. *Quando res est frugifera.*

Dummodo consistat in vno tantum corpore, secus si in pluribus diuisibilibus æstimatis.

Creditor in Saluiano debet satisfieri ex fructibus.

Pecuniæ, & nomina debitorum nullum reddunt fructum.]

46 *Possessor rei censuatæ est tutus præscriptione decem, vel viginti annorum aduersus creditorem census agentem actione hypothecaria, vel remed. Saluiano Interd.*

47 *Siue habeat causam à tertio, siue ab ipso debitore census, vel eius hærede.*

48 *Præscriptio decem vel viginti annorum, quod incipiat à die quo possessor nactus fuit possessionem, volunt aliqui.*

49 *Alij quod à die qua cessatum fuit in solutione, & hanc Auctor amplectitur, & comprobat*, num. seq.

50 *Præscriptio non concurrit non valenti agere. Maximè si sit impedimentum iuris*, n. 56.

51 *Limitatur quando creditor potuit remouere impedimentum, & non remouit.*

52 *Solu-*

52 *Solutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.*
53 *Pignus liberatur solutione debiti principalis.*
54 *Creditor in diem non potest agere ante aduentum diei.*
55 *Creditor dici non potest, qui potest exceptione repelli.*
57 *Præscriptio non currit contra eum, qui legitima exceptione potest repelli.*
58 *Creditor census non habet actionem contra possessorem rei suppositæ, vel hypothecatæ, nisi postquam debitor census denegauit soluere, secundum Cassan.*
59 *Præscriptio est inuenta ad tollendas actiones formatas non formandas.*
60 *Creditor non tenetur protestari contra possidentem bona sibi hypothecata, quando est impeditus impedimento iuris.*
61 *Negligentia non potest opponi illi cui diligentia nihil potuisset proficere.*
62 *Creditor tenetur recipere suum creditum à quocunque sibi offeratur.*
[*Creditor sensus habens obligata bona imponeris cum clausula constituti exclusis ab hypothecaria, & Saluiano præscriptione decem annorum potest intra triginta annos bona prafata auocare à tertio possessore ex remed. l. fin. C. de acqu. possess.*
L. fin. C. de acquir. possess. non præscribitur minori tempore triginta annorum.
Creditor immissus ex Saluiano postquam est satisfactus de credito pro quo fuit immissus potest retinere illa bona pro alio credito.
Siue bona illa sint ei pro dicto credito hypothecata.
Etiam generaliter.
Siue non sint hypothecata.
Intellige hoc vltimum quando fuit actum actione personali.
Etiam quod creditum sit modicum, & bona retinenda sint magni valoris.
Dummodo bona illa sint indiuisibilia, & creditum sit satisfiendum ex fructibus illorum.
Præscriptionis materia non est de facili subuertenda.
Ius hypothecæ per præscriptionem decennalem vel tollitur.
Vel redditur inefficax.
Hypotheca semel extincta amplius non reuiuiscit.
Creditor, qui potest repelli præscriptione perinde est ac si nullum ius haberet.
Agens sine actione debet à Iudice repelli à limine iudicij etiam ex officio.
Tertius possessor, qui nulla obligatione tenetur erga creditorem non potest actione personali conueniri.
Retentio non datur vbi ius retinere volentis redditur turbidum ob exceptiones aduersarij.
Exceptio requirens altiorem indaginem impedit immissionem in Saluiano.
Non admittitur ad retardandam restitutionem possessionis quando creditor est satisfactus.]
63 *Creditor census non potest conuenire pro fructibus census, nisi eum qui de præsenti possidet bona hypothecata.*
64 *Creditor census negligens exigere à debitore illius non potest agere contra possessorem rei hypothecatæ.*
65 *Creditor census cui offeruntur fructus decursi, & assecuratur pro decurrendis, non potest agere contra possessorem bonorum censuatorum.*
[*Bona prohibita alienari alienationis vocabulo latissimè sumpto non veniunt in generali bonorum obligatione.*
Limita si debitor nulla alia bona habebat.
Intellige limit. Dummodo appareat, quod debitor bona illa voluerit obligare.
Saluianum non datur contra bona prohibita alienari alienationis vocabulo latissimè sumpto.]
66 *Creditor census volens agere contra possessorem bonorum hypothecatorum, debet ante omnia docere de impositione census.*
67 *Nisi possessor aliquando censum soluerit.*
Vel tempore acquisitionis fundi hypothecati susceperit in se onus soluendi censum, prafatum, numer. 76. *& 77.*
68 *Soluens alicui vti eius debitor sibi præiudicat, quo ad recipientem, &* num. 71.
69 *Secus quo ad tertios.*
70 *Nisi pro illo tertio aliquis recipiat, vel stipuletur.*
71 *Soluens alicui vti illius debitor præiudicat non solum sibimet.*
72 *Sed etiam suis heredibus, & successoribus quibuscunque.*
73 *Declaratur si dicta solutio fuit facta ex recta scientia, secus si per errorem.*
74 *Solutio debiti licet non tribuat titulum recipienti probat tamen debitum.*
75 *Contra tamen dictam probationem admittitur alia probatio.*
76 *Solutio facta ab vno non præiudicat iis, qui causam non habent à soluente.*
79 *Possessor rei hypothecatæ coactus à domino census aliquid soluere, repetit à suo auctore.*
80 *Creditor census agens contra possessorem rei hypothecatæ insolidum, tenetur illi actiones cedere.*
81 *Possessor prædij hypothecati, potest liberare se à iudicio contra ipsum intentato, dimittendo fundum.*
[*Possessor bonorum hypothecatorum ad aliud non tenetur nisi ad rei traditionem.*
Possessor conuentus hypothecaria qui bona meliorauit, bona illa retinere potest, oblato illorum valore, detractis melioramentis.
Etiam quod valor illorum non ascenderet ad integrum creditum actoris, ibid.
Valor rei spectatur iuxta tempus, quo euincitur non iuxta tempus quo fuit alienata.
Augmentum valoris rei alienatæ contingens absque facto possessoris cedit commodo creditoris euincentis.]
82 *Exceptio requirens altiorem indaginem, non admittitur in Saluiano.*
83 *Creditori census agenti Saluiano contra possidentem bona hypothecata, non potest opponi exceptio nullitatis census ad impediendam immissionem.*
[*Possessor conuentus Saluiano potest opponere quod fundus non erat imponentis census.*
Hypotheca contrahitur super fundo censito ad fauorem emptoris census.
Quæ est cæteris firmior, & posterior.
Res aliena non potest hypothecari.]
84 *Nec exceptio fideicommissi.*
[*Exceptio extinctionis census ad impediendum immissionem non admittitur in iudiciis possessoriis.*]
85 *Nisi dicta exceptiones incontinenti probarentur.*
86 *Tertius comparens in iudicio Saluiani pro suo interesse, impedit immissionem, si doceat de suo iure, saltem summariè.*
87 *A sententia lata in iudicio Saluiani ad fauorem creditoris census non datur appellatio.*
88 *Declaratur remissiuè.*
89 [*Creditor volens euincere bona à tertio possessore meliorata non auditur nisi refectis, & solutis melioramentis.*]

Actio hypothecaria, & Saluianum Interdictum, an, & quando competant pro annuis redditibus censualibus.

QVÆSTIO XCVIII.

aliàs par. 2. cap. 2. qu. 5. art. 9.

1 LIcet † actio hypothecaria, & Saluianum interdictum sint remedia distincta, & separata, & diuersam habeant naturam & maxime, quia licèt in vtroque remedio auocetur possessio. In Saluiano tamen de sola possessione contenditur, & est remedium merè possessorium, per hypothecariam verò possessio auocatur ratione iuris hypothecæ, & ideo iudicium, quod eius causa mouetur dicitur petitorium, & in aliis quoque differant, vt animaduertit Menoch. *in suo tract. de adipiscen. possess. remed. 3. q. 2. n. 11. & seq.* Statil. Pacif. *in suo tract. de Salu. interd. inspectio. 2. cap. 1. per tot.* Vnde videretur de dictis remediis separatim, & distinctè esse pertractandum. Quia tamen in vtroque agitur de possessione auocanda de qua re dicturi sumus, &

2 † cui competit actio hypothecaria competat etiam remedium Saluiani interdicti, Gabr. *consil. 46. num. 20. libr. 1.* Rota *diuers. decis. 44. numer. 4 part. 1.* Idcircò de vtroque remedio permixtim, & coniunctim in hoc nono Articulo agere constituì, adnotaturus tamen si quid in altero ex ipsis occurret speciali nota dignum.

3 Quod † pro fructibus census consequendis agi possit contra quemlibet rei suppositæ possessorem actione hypothecaria est fatendum, ex not. per Bald. *in auth. quas ruinas. n. 5. in fine, C. de sacrosan. eccles.* Alex. *consil. 79. n. 9. lib. 1. & in propriis terminis dicunt* Bened. Bon. *in suo tract. de cens. art. 75. n. 88.* Feder. Mart. *in suo tract. de iure cens. c. vlt. n. 104. & seqq.* Et nemo vnquam dubitauit, vt testatur Ludou. Auend. *de cens. Hispan. cap. 96. num. 7.*

4 Hæc enim † actio competit ratione hypothecæ, & obligationis realis, §. *Item Seruiana.* vbi communiter

5 Scribentes. *Instit. de act.* Vnde † est actio realis, *l. Pignoris. ff. de pignor. l. eos, C. eod. sit.* Neguſ. *in suo tract. de pignor. & hypothec. part. 5. membr. 2. n. 36.* Cæph. *cons. 197. n. 87. lib. 3.* Ozasch. *dec. Pedemont. 156. n. 1.* Et sequitur

6 † fundum quocunque vadat, *l. si creditor, §. fin. vbi* Bart. *sub n. 1. ff. de distr. pign.* Neguſ. *d. tract. part. 2. memb. 3. n. 72.* Osasch. *sub d. num. 1.*

An autem pro eisdem fructibus censualibus consequendis competat remedium vtilis Saluiani Interdicti videntur dubitare Doctores nostri. Et partem negati-

7 uam † amplectuntur multi relati à Foller. *in sua pract. censuali, in verbo tanquam, num. 34.* quod recensere supervacaneum esse sum arbitratus. Verior enim † est

8 pars affirmatiua, quam sequuti sunt idem Foller. *in d. sua pract. censuali, in verbo, huiusmodi, num. 97.* Gabr. *d. cons. 47. num. 6. & seq. libr. 1.* Boccac. *in suo tractat. de cens. b. part. 3. n. 51. & 56.* Scapuccin. *in suo tract. de Salu. Interd. lib. 1. q. 14. n. 3.* Pacif. *in d. simili suo tract. inspect. 3. c. 2. num. 210. & cap. 4. n. 600. & seqq. secundum posteriorem impressionem.* Federic. Martin. *d. cap. vlt. num. 60. & seqq. & colligitur ex pluribus* Rotæ *resolutionibus factis in pluribus causis, & signanter in vna Romana Saluian. interdict. 31. Maij, 1602. coram* bon. mem. Iusto, *quæ est impressa post tract. decis. 261. per tot. & coram* R. P. D. meo Vbaldo, *27. Iunij, 1602. in vna Romana reseissionis instrumenti, quæ est ibidem decis. 262. in princ.* [*Et in vna Romana Saluiani interdicti 15. Decembris, 1616. coram* R. P. D. Pamphilio, *quæ est post tract. decis. 353. n. 1. & in vna Romana Casalensi domus 18. Aprilis 1611. coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ ibid. est dec. 357. numer. 5. & seqq. & coram* R. P. D. Verospio, *in Romana domus, & Saluiani 11. Decembris, 1628. quæ est post tract. dec. 536. num. 5. & in vna Forolivien. Saluiani 14. Iunij, 1630. coram* R. P. D. Merlino, *quæ est ibidem dec. 544 per tot.*] & confirmatur non solum † quia hoc remedium Saluiani 9
Interdicti datur cuicunque, datur actio hypothecaria, vt dictum fuit paulò superius, & cuilibet † habenti 10
hypothecata bona sui debitoris ex quacumque causa. Bar. *in l. 1. numer. 2. ff. de precar. & Saluian. Interd.* Rol. *cons. 9. & cons. 14. num. 1. lib. 1.* Natta, *consil. 617. num. 9. lib. 3.* Contard. *de moment. possess. limit. 14. n. 11.* Franc. Becc. *cons. 89. n. 1. & 15. lib. 1.* Gerard. Mazzol. *cons. 107. num. 1. & n. 70.* Bursat. *consil. 32. num. 45. lib. 1.* Gabr. *d. cons. 47. n. 20 lib. 1.* Et contra † quemcunque tertium 11
possessorem. Neguſ. *d. tract. part. 2. membr. 4. num. 133.* Menoch. *de adipisc. possess. remed. 3. q. 7. n. 45.* vbi testatur de communi Surd. *cons. 51. num. 3. lib. 1.* de magis communi. Pacif. *d. tract. inspect. 3. cap. 1. n. 4. & seq. secundum eandem posteriorem impressionem.* Etiam † quod possessor haberet eadem bona hypothecata, sed hypotheca 12
posteriori, *l. fin. & ibi* Bart. *& alij, ff. de præcar. & Salu. Interd.* Ioseph. Ludou. *decis. Perus. 45. numer. 7. part. 1.* Sed etiam † quia hoc remedium vtilis Saluiani Inter- 13
dicti, ratione hypothecæ, quæ accedit personali obligationi, & illius assumit naturam est actio personalis in rem scripta. Menoch. *d. remed. 3. numer. 57.* Eugen. *cons. 65. num. 50.* Surd *dec. 174. n. 17. & auctoritate* Rotæ *dixit* Pacif. *d. tract. inspect. 3. cap. 1. n. 30. secundum eandem impressionem.* Et propterea † conceditur contra 14
quemlibet rei hypothecatæ possessorem, Bart. *& alij communiter in l. si tertius, §. si quis prius, ff. de aqua pluu. arcen. seu quæst. 23. & tenuit sapius* Rota *coram* Mohed. *decis. 40. coram* Seraph. *decis. 935. n. 3. part. 1. & fuit dictum in præcedenti articulo.* Vnde † cùm in contractu 15
censuali pro fructuum census solutione contrahatur hypotheca super re, quæ oneri census subiicitur, *vt supra dictum fuit, & signanter part. 1. cap. 2. q. 3. articulo primo*, dicendum est quod ratione dictæ hypothecæ agi possit remedio Saluiani Interdicti contra quemcunque rei suppositæ etiam singularissimum possessorem. [Quod tamen remedium non competit ad effectum vt fructus bonorum ex Saluiano possessorum deponantur pro extinctione sortis, cùm census sit de sui natura perpetuus, *vt dixit* Rota *in Imolensi Saluiani coram* Illustr. D. Coccino Decano, *2. Decembr. 1633. quæ est post tract. dec. 551. num. 1. & 2.*

Quæ conclusio complectenda est vt Saluianum competat non solum pro fructibus censualibus decursis, & maturatis sed etiam pro decurrendis, & in partem maturandis *vt non obscurè sensit* Rota *in vna Bononien. census coram* R. P. D. Durano, *17. Nouembris, 1626. post tract. dec. 509. num. 12.* cum hac tamen declaratione quod illa procedat ad fauorem principalis creditoris, & domini census secus autem ad fauorem fideiussoris si nihil eo tempore soluerit, etenim si nihil soluerit non potest intrare de suo credito sine quo Saluianum non datur, *vt dicit* Rota *ibid. num. 13. & mox subiicitur in tract. hoc eod. cur. n. 16. & seqq.*]

Et quoniam † in hoc remedio Saluiani debet proba- 16
ri creditum agentis cum hypotheca, possessio impositoris, & venditoris census de tempore impositionis, & possessio præsens rei conuenti. Rol. *consil. 14. n. 13. lib. 1.* Contard. *de moment. possess. limit. 14. n. 14.* Menoch. *d. remed. 3. q. 29. num. 160. & seq.* Sim. de Pret. *consil. 174. num. 6. lib. 1.* Pacif. *in d. suo tract. inspect. 1. cap. 5. num. 1. & cap. 6. iuxta eandem impressionem.* Creditum † cum 17
hypotheca in hoc casu concludenter iustificarum dicitur ex instrumento venditionis census, quod facere probationem probatam in proposito, dixit Pacific. *d.*

cap. 5.

cap. 5. n. 1. & cap. 6. iuxta eandem impressionem. Creditum † cum hypotheca in hoc casu concludenter iustificatum dicitur ex instrumento venditionis census, quod facere probationem probatam in proposito, dixit Pacif. *d. cap. 5. n. 4. vbi refert multas decisiones, quibus addi potest resolutio facta coram* Illustr. Cardinali Lancellotto, 10. *Iunij*, 1611. *in illa Bononiensi census, quæ est impressa post tract. dec. 95. n. 1.*

[Et ex instrumento impositionis census, vt dixit Rota *coram* R.P.D. meo Vbaldo, *in d. Casalensi domus d. die 18. Aprilis 1611. quæ est post tract. dec. 357. n. 5. & seqq. & coram* R.P.D. Manzanedo, *in una Romana Saluiani interdict. 26. Nouembr. 1605. quæ est ibid. 416. n. 6. & in una Romana pecuniaria coram* R. P. D. Pirouano, 20. *Iunij*, 1614. *quæ ibid. est decis. 378. 400. n. 2. & in una domus & Saluiani coram* R.P.D. Verospio, 11. *Decembr. 1628. quæ est post tract. dec. 538.*]

18 Ex † instrumento etiam venditionis fundi censuati resultare probationem primi extremi, videlicet, possessionis debitoris de tempore impositionis census.

[Resoluit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo *in illa Casalensi domus*, 13. *Ianu.* 1612. *quæ est post tract. dec. 358. n. 6.* maximè si sit vallatum clausula constituti, *vt*] *dicit* Pacific. *auctoritate* Rotæ *eod. c. 6. n. 19. secundum eandem impressionem*, [*Et* Rota *in illa Imolensi Saluiani*, 2. *Decembris*, 1633. *coram* Illustr. D. Coccino Decano, *quæ est dec. 551. vbi n. 6. & 7.* citans nos dicit hoc procedere de plano.] Scapuccin. *in d. suo tract. de Salu. Interd. lib. 1. q. 2. per tot. & signanter n. 3. & deducit* Rota *in illa Bononiensi census coram* Illustriss. Cardinali Lancellotto, *proximè citata, n. 2. & 3.* [adiecta maximè hypotheca, & obligatione omnium bonorum pro manutentione liberatis dicti fundi venditi, & pro euictione, & damnorum refectione, *vt dixit* Rota *in Romana Saluiani 20. Nouembr. 1630. coram* R.P.D. Merlino *quæ est post tract. dec. 532. num. 2.*

Ad quam probationem sufficere clausulam constituti appositam ab impositore census in aliquo alio instrumento etiam ad fauorem tertiæ personæ celebrato voluit Rota *in illa Romana pecuniaria 20. Iunij*, 1614. *coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est post tract. dec. 400. n. 3. vers.* de primo extremo, vbi fuit dictum contra impositorem census probari possessionem fundi censiti ex clausula constituti per eum apposita in instrumento recognitionis, & assignationis dotis factæ vxori super dicto fundo censito, *& facit resolutio* Rotæ *facta coram* R.P.D. Merlino, *in una Romana Saluiani 15. Aprilis 1622. quæ est ibid. decis. 403. n. 1.* vbi dicitur, quod possessio cuiusdam census probatur ex instrumento assignationis eiusdem census, in quo aderat clausula constituti, per quam translatum fuerat dominium, & possessio dicti census in constitutarium. Præterea probatur ex cessione census sibi ab illius domino facta, *vt per* Rotam *d. num. 2.*]

19 Possessio autem † rei conuenti ex sola litis sustentatione diceretur sufficiéter probata, Caputaq. *dec. 369. n. 1. part. 3.* Soc. iun. *consil. 18. num. 17. lib. 2.* Cæsar. de Grass. *dec. 4. de restitut. spoliator.* Crauet. *consil. 140. n. 1. lib. 1.* Pontan. *in suo tract. de spol. lib. 2. n. 185.* Scapuccin. *d. tract. lib. 3. quæst. 12. n. 5. & in puncto habuit pro indubitabili* Rota *coram* b.m. Iusto, 31. *Maij*, 1602. *in d. Romana Saluian. Interd. quæ est post tract. dec. 161. in vltimis verbis.* [*Et coram* R.P.D. Pirouano, *in illa Romana pecuniaria, quæ est post tract. decis. 77. n. 5. & coram* R.P. D. Merlino, *in illa Romana Saluian. quæ est ibid. dec. 80. num. 5.*] Quod absque dubio procederet si aliquod aliud concurreret adminiculum, Pacific. *d. cap. 6. num. 7. iuxta eandem impressionem* [*& bene* Rota *d. Saluiani dec. 532. num. 4. & dixit* Rota *coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano, *in una Romana Saluiani*, 15. *Nouembris*, 1624. *post tract. decis. 489. n. 2.* immo ex sola litis sustentatione absque adminiculis non probari hoc extremum, *voluit* Rota *in eadem causa, coram eodem 20. Iunij*, 1622. *dec. 486. num. 8. post tract.* Probatur etiam per instrumentum adeptæ possessionis *glos. in l. fin. in verb. public. C. de edict.* D. Adr. Tolle. *& ibi* Zuccard. *n. 433.* Soc. sen. *cons. 206. n. 5. lib. 2.* Roll. à Vall. *cons. 46. num. 18. lib. 2.* Rota *dec. 506. num. 1. part. 1. diuers. coram* Gregorio XV. *decis. 40. n. 1. & coram* R.P.D. Pirouano, *in illa Romana pecuniaria, quæ est post tract. decis. 400. num. 6.*

Si tamen tempore adeptionis possessionis illa erat vacans, & à nemine detinebatur declarauit Rota *sapius, & signanter in recollect. per* Farinac. *decis. 359. n. 1. decis. 660. num. 1. part. 1. & decis. 206. num. 8. & dec. 525. num. 1. part. 2.* possessio etiam debitoris tempore contracti debiti probatur ex instrumentis locationum non solum si probetur exactio pensionum, quem modum probandi possessionem, approbant scribentes Soc. sen. *cons. 205. num. 5. lib. 2.* Ruin. *cons. 47. num. 4. & cons. 118. num. 11. lib. 4. & alij communiter*, sed etiam si non probetur exactio pensionum, sed cum locatione concurrant aliqua adminicula, quem esse optimum modum probandi possessionem locatoris, *dixit in puncto* Rota *coram* R.P.D. Merlino, *in illa Romana Saluiani 20. Nouembris*, 1630. *quæ est post tractat. decis. 532 num. 3.*]

Hæc autem conclusio debet nonnullis modis ampliari, & aliquibus aliis limitari, & declarari.

Ampliatur autem primo loco † vt actio hypothecaria possit recta via intentari contra possessorem bonorum censui subiugatorum absque eo, quod excutiatur, is, qui censum imposuit, & vendidit, vel aliàs ad illius solutionē personali actione conueniatur. Couar. *var. resolut. lib. 3. cap. 7. n. 6.* Crauet. *cons. 217. n. 5. in fine, lib. 2.* Surd. *cons. 162. n. 11. & seq. lib. 2.* Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, tanquam, n. 12.* Io. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de act. int. empt. & vendit. Comment. 2. §.... n. 67.* Aluar. Valasch. *in suo tract. de iure emphyteut. q. 32. n. 14. vers. sed illud sequitur*; & in censu super re certa constituto, Feder. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. cap. vlt. n. 120.* Gasp. Roder. *de ann. reditib. lib. 2. q. 9. n. 51. vers. sed cum hypothecaria, & n. 52.* Boccac. *in d. suo tract. de cens. par. 1. n. 22. & 25. in fine, & p. 3. n. 25. in fine*, Cæsar. Barz. *dec. Bononiensi 109. n. 7. el secundo*, Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. part. 2. disp. 383. n. 8.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. tom. 1. cap. 145. num. 5.* Felician. de Solis, *in d. suis Commentar. de cens. tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 9. & tomo 2. eod. lib. 3. & cap. 4. num. 15. vers. in num. 9.* vbi multos allegat, & de communi testatur, licet ipse contrarium verius esse existimet. Quam [etiam contrariam opinionem amplectitur. Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. clausul. 4. glos. 18. part. 2. n. 61. & 62.* excepto vno casu, scilicet quando ageretur contra possessorem rei specialiter pro censu obligatæ cum clausula constituti, & aliis solitis, nam eo casu non esse necessariam excussionem affirmat, videlicet si agatur remedio, *l. fin. Cod. de acquir. possess.* secus si agatur actione hypothecaria, *ex* Thesaur. *decis. 55 num. 4.* 20

Cæterum quod immo quando agitur pro censu actione hypothecaria indistinctè, & nullo casu sit necessaria excussio volunt cōmuniter Doctores, & hanc sententiam] subtiliter confirmat. Auend. *d. cap. 96. n. 8. vers. tertiò, & nouiter & num. 9. & seqq.* vbi respondet rationibus, quibus Felician. *d. num. 15.* mouetur ad contrarium sentiendum. Mouentur tenentes communem ea ratione, quia † hypotheca, quæ inducitur ex census impositione est cæteris firmior, & efficacior, quod Felician. *d. num. 15. vers. quamobrem* omnino diffitetur, quod negat etiam M. Anton. Peregr. *consil. 97. num. 13. & seq.* & propterea ipse quoque à communi recessit. 21

Ampliatur secundò supra firmata conclusio princi-
22 palis, vt † remedium Saluiani Interdicti detur non solum pro fructibus census, sed etiam pro damnis, & interesse passis ex eo quod annuæ responsiones censuales non fuerint suo tempore solutæ, etiam quando in venditione census huiusmodi interesse, & damna non fuerint expressè promissa, veniunt enim ex natura rei propter moram debitoris etiam absque interpellatione, vt fuit resolutum in Rota *coram* Seraph. *decis.935. part.1.& demonstrat* Pacif. *d.tract. inspect.4.cap.1.n.101. iuxta d. posteriorem impressionem.*

[Quam ampliationem subampliandam esse existimo, vt hoc remedium detur domino, & creditori census non solùm pro interesse sibi debito ratione retardatæ solutionis censualium responsionum sibi debitarũ, vt dicitur in ampliatione quo casu interesse cum veniat ex natura ipsius rei debetur, ob solam moram debitoris. Anchar. *cons.*150. *n.*3. Seraph. *dec.*787. *n.*4. *& dec.*935. *n.*1. *& refert* Pacific. *de Salu. Interd. inspect.*4. *c.*1. *n.*101. *iuxta posteriorem impress. & non dissentit* Rota *coram* R.P.D. meo Vbaldo, *in illa Romana subhastationis, 2. Iunij*, 1614. *quæ est post* Zacch. *de societ. offic. dec.*60. *n.*8. Sed etiam pro interesse, quod pateretur ex eo, quod ob moram sibi à debitore census factam in soluendo terminos census decursos, recipiat ad societatem officij, vel ad aliud licitum, & permissum interesse summam pecuniarum sibi debitam, nam eo casu debitor census morosus tenetur non solum ad fructus principalis census, sed etiam ad solutionem fructuum, & interesse pecuniarum, quas creditor pro satisfactione dicti sui crediti ad societatem officij, vel aliter ad interesse accipit, vt admittit Rota *coram* Seraph. *d.decis.935. & in d.Romana subhastationis coram* R.P.D. meo Vbaldo, *d. num.* 3.

Et ad istud interesse tenetur debitor, etiam quod creditor non fecerit aliquam monitionem, interpellationem, vel protestationem, quia per lapsum temporis ad soluendum præfixi debitor constituitur in mora, vt considerauit Rota *coram* Mohed. *dec.*102. *quæ est* 1. *de vsur. & coram* Seraph. *d.dec.*935. *n.*1. *& comprobauit coram* Cardinale Lancellotto, *in illa Romana reuelationis idemnitatis 9. Iunij* 1604. *quæ est post tract. decis.*324. *& non obscurè repetiit coram* R.P.D. Vbaldo *in d. Romana subhastationis num.* 8.

Huius autem interesse cõcludentissima probatio haberetur ex ipsis instrumentis societatum officiorum, vt dixit Rota *coram* Seraph. *d.dec.*935. *n.*4. Vel ex litteris emanatis occasione cambiorum, sub quibus pecuniæ fuerunt receptæ, vt colligitur *ex decis.*52. *num.*4. *vers. immo cum part.*1. *in recollect. per* Farinac. *& facium ea quæ diximus in tract. part.*1. *cap.*2. *q.*1. *art.*6. *nunc q.*19. *n.*45. *& part.*2. *cap.*2. *q.*3. *art.*2. *seu q.*74. *num.*6.]

Ampliatur tertiò, vt remedium istud Saluiani concedatur non obstante quod impositor, & venditor census in illius constitutione, & venditione constituerit se tenere, & possidere nomine emptoris, & domini census rem censui suppositam donec de fructibus
23 census fuerit satisfactus. Licet enim vbi † ad fauorem creditoris adest constitutum non competat interdictum Saluianum vt per bonas rationes, firmat Franc. Becc. *cons.*89. *n.*15. *lib.*1. *sequitur* Eugen. *cons.*89. *n.*31. *lib.*3. Surd. *consil.* 191. *n.*11. *lib.*2. & licet contrarium firment Pacific. *d. tract. inspect.*3. *cap.*2. *n.*107. *& seqq. secundum eandem impressionem*, & Scapuccin. *in d. suo*
24 *tract. de Saluian. Interd. lib.*1. *q.*15. *per tot.* In † emptore tamen, & domino census contrarium seruatur, & me patrocinante fuit per Iudicis sententiam declaratum ea potissimum ratione, quia in contractu censuali in emptorem census nec dominium, nec possessio rei suppositæ transfertur, vt deductum fuit *supra part.*1. *cap.*1. *q.*1. *art.*1. *nunc q.*1. & ideo tale constitutum non potest operari translationem possessionis in emptorem census; quæ excluderet hoc remedium Saluiani, esset enim contra propriam naturam ipsius contractus censualis.

Ex quibus † apparere potest dictam clausulam 25
constituti esse ineptam in contractu census, vt videtur sentire Nauarr. *in suo Commentar. de vsur. numero* 132. *quem sequitur* Stephan. Gratian. *dec. March.*20. *num.* 8.

Ampliatur quartò, eadem principalis conclusio vt possessor fundi censui suppositi possit conueniri actione hypothecaria, seu Saluiano non solum pro fructibus census maturatis, & non solutis, sed etiam pro maturandis in futurum, vt scilicet aduenientibus temporibus soluat. Cùm regulare sit † quod pro annuis le- 26
gatis, pro annuis præstationibus pro annuo censu possit creditor ius suum de futuro in iudicium deducere non ad effectum exigendi, sed ad effectum, vt adueniente die sibi soluatur, vt latè deductum fuit supra *hac ead. quæst.*5. *nunc q.*96. *art.*7. *in* 4. *ampliat.* Et † quod 27
remedium vtilis Saluiani Interdicti possit intentari pro annuis censibus tàm præteritis, & non solutis, quàm futuris aduenientibus temporibus coniunctim, vt scilicet, adueniente die soluantur, videtur sentire Rota *diuers. dec.*444. *sub n.*3. *vers. quibus non obstantibus, part.*1. *& expressè dixit* Scapuccin. *d. suo tract. lib.*1. *q.*14. *n.*7. [*& hoc idem expressè voluit* Rota *coram* R. D. Coccino Decano, 30. *April.*1627. *in vna Romana Palatij dec.*487. *n.*7. *post tractat.* vbi multorum auctoritate hoc confirmat, & plures decis. refert, & licet quod imo respectu fructuum in posterum decurrendorum malè agatur, & sententia dans immissionem pro fructibus decurrendis, & possessio eius vigore capta sit nulla, *vt dixit* Rota *in vna Asculana bonorum* 27. *Martij*, 1628. *coram* R.P.D. Durano, *quæ est post tract. dec.*485. *n.*10 Illa tamen posset intelligi quando sententia condemnaret ad fructus decurrendos, & pro illis simpliciter possessio caperetur, secus autem quando petitio, & sententia quoad fructus futuros cantaret non simpliciter, sed vt soluantur aduenientibus temporibus, cum qua qualitate agi etiam posse ad fructus futuros *dictum fuit supra hac quæst.*5. *artic.*7. *num.* 11. *& seqq.* Verum enim verò si sententia cantaret simpliciter de fructibus maturatis, & in futurum maturandis absque illa adiectione, quod solui deberent aduenientibus temporibus, non tamen esset nulla, sed posset mandari executioni pro fructibus maturatis, cum inter illos, & postea maturandos nulla sit connexio; nam cùm fructus maturati sint certi, sententia, & possessio respectu illorum sustinetur, *vt dixit* Rota *in d. Asculana num.* 11. *auctoritate* Crot. *consil.*107. *num.*19. *lib.*1. *&* Rotæ *dec.*33. *num.*7. *& seqq. part.*2. *diuers. qui multos allegant.*

Vel possumus dicere quod *d.dec. Asculana* procedat quando fructus census in futurum decurrendi petuntur vti fructus, secus autè si petantur ratione interesse. Rota *dec.*444. *num.*3. *vers. quibus non obstantibus part.*1. *diuers.* vbi Rota loquitur in fortioribus terminis videlicet quando fideiussor non se obligauerat pro solutione fructuum census decurrendorum.

Cæterum hoc non videtur ita simpliciter admittendum, nam in casu *d. dec.*444. fideiussor se obligauerat pro euictione domus censuatæ, quæ cum prætenderetur euicta, & sic damnum, & interesse emptoris esset successiuum, nimirum si potuit fieri condemnatio etiam ad futuros fructus loco damnorum, & interesse quod erat certum, & liquidum, ex instrumento census, vt supra dictum.

Quo verò ad fructus maturatos agi potest] non
† solum pro fructibus maturatis à die per eum adeptæ 28
possessionis bonorum suppositorum, verum etiam pro maturatis, antequam ipse possessionem præfatam nanciscereturc, Gasp. Roderic. *qui multos allegat, in dicto*

suo

suo tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 9. n. 31. vers. sed cum hypotheca, iuxta tamen distinctionem, quam fecimus, *supra hoc eod. cap. 2. q. 3. art. 8. nunc q. 80. n. 7. & seqq.* [*& comprobat* Mastrill. *dec. Sicil. 171. per tot. & signanter num. 21. vers. attamen & infra.*]

29 Ampliatur quintò; vt † aduersus eum qui possidet, vel vnam tantum ex pluribus rebus censui suppositis, vel vnam tantum partem vnius rei subiugatæ possit agi actione hypothecaria, vel remedio vtilis Saluiani Interdicti pro fructibus totius, & integri census, Lud. Molina, *d. disput. 383. num. 9.* & præter alios sequitur Surd. *d. decis. 32. num. 7. & seqq. alij multi relati supra hoc 2. cap. q. 3. art. 3. n. 8. & maxime* Nauar. *in d. suo Commentar. de vsur. n. 114. in 17. qu.* Aluar. Valasch. *de iure emphyteut. quæst. 32. num. 15. alios allegat* Intrig. *sup. Bul. de censibus qu. 52. num. 7. & seqq. probat.* Auend. *d. tractat. cap. 94. n. 8.* & latius, *cap. 96. num. 14. per tot. vbi sub vers. considero etiam*, ibi, *Ex quibus hanc sententiam, profitetur hanc opinionem esse veriorem, & multos allegat* Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censibus, tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 17. vers. in num. 11. vbi hanc sententiam communissimam declarat* [*Etiam illam amplectitur* Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 18. part. 2. n. 5. 1. & infra, & in puncto* Bertrand. *con. 224. num. 2. vers. puto autem lib. 2.* Ioan. Bapt. Costa *de ration. Rotæ q. 72. n. 6. vbi multos allegat.* Paul. Merend. *consil. 63. num. 8.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. vol. 1. lib. 3. in tit. de censib. resolut. nunc vers. prima est quod creditor, & in propriis terminis fuit amplexa* Rota *in vna Romana census 5. Iulij, 1617. coram* R. P. D. Merlino, *quæ est post tract. decis. 542. num. 4. & 5.*] Et vltra alias
30 rationes ea videtur præcipua, quia ea † est natura hypothecæ, vt vna res ex pluribus hypothecatis possit pro toto credito auocari. Bart. *in l. Moschis, ff. de iure fisc. practica Papiens. in forma libell. responsion. ad action. hypothecar. num. 24.* Iason. *in §. item si quis in fraudem, num. 128. Instit. de action.* Neguſ. *in suo tract. de pignor. & hypoth. part. 8. membro 1. num. 48. vbi plura allegat, & n. 50. & in propriis terminis* Gasp. Roderic. *d. quæst. 9.*
31 *num. 61. paulò post princ.* Etiam † si possideatur à pluribus hæredibus impositoris, & debitoris census: Vt in propriis terminis dixit Gasp. Anton. Thesaur. *quæst. Forens. lib. 2. q. 85. num. 3.* vbi testatur de magis communi, & dicit secundum eam fuisse in Senatu Pedemontium iudicatum, *& nos diximus supra in addition. ad artic. præcedent. num. 2. & seqq.*] licet enim hæredes non insolidum, sed dumtaxat pro portionibus hæreditariis teneantur, *vt diximus supra hac eadem, quæst. 5. art. 7.* attamen ratione possessionis potest quilibet insolidum actione hypothecaria conueniri. *Roderic. d. num. 61.*

[Et potest esse ratio, quia quælibet res est insolidum obligata, & hypothecata ad fauorem creditoris *l. 1. & 2. C. si vnus ex pluribus hæredit. credit. & ius hypothecæ est indiuiduum, licet res hypothecatæ sint diuiduæ* Afflict. *dec. 213. sub n. 3.* Soc. sen. *consil. 175. n. 2. lib. 1. sequitur* Pedroch. *de resol. contract. n. 306.* Et proinde etiam parte debiti soluta remanent nihilominus pro residuo omnes res obligatæ, *l. quandiu, C. de distract. pign.* Surd. *dec. 44. num. 7.*]

32 Verum † quoniam Couar. *d. lib. 3. variar. resol. cap. 7. n. 7.* licet respectu simplicis, & ordinariæ hypothecæ affirmet, quod creditor possit quemlibet rei hypothecatæ possessorem insolidũ conuenire per *l. Moschis*, & hanc opinionem pluribus confirmet & magis com-
33 munem profiteatur, in hypotheca † tamen quæ in contractu census ad fauorem emptoris contrahitur contrariam sententiam tanquam veriorem amplectitur, & eandem opinionem sequitur Io. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 11. q. 3.* Feder. Mart. *d. suo tract. de iure cens. cap. vlt. n. 129. & seq. Cum quatranſit etiam* Martin. Bonacin. *de contract. disput. 3. q. 4. puncto vnico, n. 37. vers. tertio, & infra*, quando debitor census vendidit fundum censitum, irrequisito domino census: secus autem si venditio fuit facta illo admonito, & requisito, sed emere nolente.

Ideò pro resolutione huius contrarietatis recurrendum est ad ea, quæ diximus *supra hoc 2. cap. q. 3. art. 8. nunc q. 80. num. 3. & seqq.*

Ampliatur sextò, vt † pro solutione fructuum cen- 34
sus possit conueniri non solum possessor fundi censui suppositi, sed etiam possessor aliorum bonorum per impositorem, & venditorem census tempore illius impositionis, & venditionis, possessorum, & generaliter pro annuæ responsionis censualis solutione obligatorum, & hypothecatorum absque eo, quod fiat excussio prædij censui suppositi. Paris. *cons. 103. num. 3. lib. 3.* Gabr. *d. cons. 47. n. 9. lib. 1.* Surd. *dec. 44. n. 17. & seqq. & in puncto* Boccac. *in d. suo tract. de censib. part. 2. n. 173. in 2. fundamento, & part. 3. n. 68.* [*Et firmauit* Rota *coram* Seraph. *dec. 383. n. 9.* Quam tamen resolutionem non amplectitur Scapuccin. *de Salu. Interd. lib. 2. q. 20. n. 2. vers. Nec Rota.*]

Quæ ampliatio licet videatur de directo contraria- 35
ri dispositioni, *l. quotiès, C. de pignor.* qua cauetur quod creditor † habens generalem, & specialem hypothecam super bonis sui debitoris non potest vti generali, nisi prius excutiat specialem, & nisi prius constet rem sibi speciali hypotheca obligatam non sufficere ad sui crediti solutionem. Quam † regulam multi- 36
pliciter exornant, & declarant. Couar. *d. lib. 3. variar. resolut. cap. 18.* Ludouic. Molina, *in dict. suo tract. de iure primogen. lib. 4. cap. 7. num. 21. & seqq.* Ozasch. *decis. Pedem. 159. num. 1. & seq.* Ripa, *in l. priuilegia, num. 19. ff. de priuileg. credit.* [Surd. *decis. 44. num. 10. cum multis seqq.* Scapuccin. *d. lib. 2. de Salu. Interdict. quæst. 20. per tot.*] Et hanc materiam censualem extendit Ludouic. Auend. *d. cap. 94. num. 8. vers. quod adeo verum.* Non est tamen ab ampliatione recedendum. Quia † regu- 37
la, & dispositio, *d. l.* quoties habet locum dumtaxat respectu posterioris creditoris, qui potest sese opponere anteriori creditori, non autem respectu debitoris, vel possessoris bonorum hypothecatorum, vt declarant ibi communiter scribentes. Couar. *d. cap. 18. num. 2. versic. 5.* Molina, *d. cap. 7. num. 12.* Ozasch. *dict. decis. 159. num. 2. in fine*, Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censibus, tomo 1. lib. 3. cap. 4. numer. 13. vers. eius verò legis.* [Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. glos. 18. par. 2. n. 86. qui remittit ad* Molin. *de primogen. Hispan. lib. 4. c. 7. n. 21. & seqq. & ad* Surd. *d. dec. 44. per tot.*]

Maximè † si in instrumento census adsit ad fauo- 38
rem emptoris clausula quod specialis hypotheca generali non derogat, nec è contra. Vinc. de Franch. *dec. 5. n. 1.* Ozasch. *d. dec. 159. num. 7.* Felician. *d. cap. 4. in fine*, [Fontan. *d. part. 2. n. 86. ad fin. vbi præter* Vinc. de Franch. *d. dec. 5. adducit* Mysing. *pract. obseruat. lib. 6. obseru. 94. n. 8. sequitur* Surd. *d. dec. 44. num. 12. vers. nam hæc secunda* Scapucc. *d. q. 10. num. 5.*]

Ista tamen sexta ampliatio restringitur dupliciter † &

Primò, quando † in venditione census fundari su- 39
per certo, & limitato prædio obligantur, & hypothecantur pro solutione annuæ responsionis censualis alia quoque bona impositoris, & venditoris census non simpliciter, & absolutè, sed sub aliqua conditione, puta si ex fundo supposito non possint percipi tot fructus, qui sufficiant pro solutione dicti census venditi, nam antequam fiat discussio, an ex fundo censuato percipi potuerint fructus sufficientes pro solutione census non potest agi contra possessorem aliorum bonorum, cùm non oriatur aliqua obligatio, neque actio ad fructus bonorum generaliter hypothecatorum nisi purificata prius conditione, quod

fructus percipi non poſſint ex prædio cenſuato, & non facta prius diſcuſſione, & conſtito de inſufficientia redituum prædij cenſuati, *argum. decem, ff. de verbo. obligat. per quem rex. & alia iura ita in puncto reſoluit* Rota *in una Beneuentana Saluiani Interd. 1. Febr. 1616. coram* R.P.D. Buratto, *quæ eſt impreſſa in calce tract. dec. 263. poſt princ.* [In hoc iudicio Saluiani moto contra tertium poſſeſſorem bonorum pro ſolutione fructuum cenſus quod ſit neceſſaria diſcuſſio principalis debitoris cenſus, videtur ſentire Rota *in illa Foroliuienſi cenſus 14. Iunij, 1630. coram* R. P. D. Merlino, *qua eſt poſt tract. dec. 544. ſub num. 4. & infra.*

Contrarium tamen quod in Iudicio Saluiani non ſit neceſſaria huiuſmodi diſcuſſio tenent Doctores magis communiter Roll. à Vall. *conſ. 9. n. 18. & conſ. 14. n. 18. lib. 1.* Aym. Crau. *conſ. 201. n. 45.* Theſaur. *dec. 175. n. 4. qui de communi* Surd. *conſ. 4. n. 36. & conſ. 51. n. 3. lib. 1.* Pacific. de Saluian. *inſpect. 2. cap. 2. n. 40. ſecundum poſteriorem impreſſionem vbi teſtatur hanc eſſe veriorem.* Scapucc. *cod. tract. lib. 2. q. 19. vbi n. 2.* dixit ab hac ſententia in conſulendo; & iudicando non eſſe recendendum. *Et licet* Rota *dec. 34. n. 11. part. 2. diuerſ.* neutram partem firmauerit, ſæpius tamen in aliis cauſis negatiuam fuit amplexa, *vt in dec. 10. n. 5. & dec. 58. n. 2. poſt* Pacific. *vbi ſupra & coram* Seraph. *deciſ. 327. num. 1. & non diſſentit dec. 444. n. 7. part. 1. diuerſ.*

Neque contrarium firmauit *in d. Foroliuienſi Saluiani coram* R. P. D. Merlino *ſupra allegata.* Sed tantum per viam appoſitionis dixit non fuiſſe factam excuſſionem principalis debitoris cenſus, & quia dicta oppoſitio tollebatur ex facto, videlicet quia ſufficienter conſtabat, quod in hæreditate debitoris nulla extabant bona, & quod poſſeſſor interpellatus ad indicandum bona principalis debitoris ſi aderant, nulla indicauit ſatis conſtabat de diſcuſſione *auctoritate* Ang. Aret. *in §. item ſi quis in frandem n. 13. Inſtit. de act. &* Surd. *conſil. 39. n. 17. & 18. lib. 1.* Non habuit neceſſe ibi Rota firmare quod in Iudicio Saluini non eſt neceſſaria diſcuſſio, prout firmauit in aliis cauſis.]

Secundò reſtringitur dicta ſexta ampliatio, vt non
40. procedat † vbicunque fundus cenſui ſuppoſitus fuit diſtractus inſtante creditore cenſus, & emptor promiſit cenſum præfatum recognoſcere, & ſoluere, vt declarauit, Rota *coram* Seraph. *dec. 1333. n. 7. part. 2.*

[Sed circa hanc ſextam ampliationem alia poteſt ſuboriri difficultas, An ad fauorem domini cenſus ſint non ſolum hypothecata bona impoſitoris, ſed etiam illorum fructus, ita vt poſſit proſequi ius ſuum etiam per viam ſequeſtrationis, & captionis dictorum fructuum, in qua facultate reſolutiuè procedendo facio duas concluſiones.

Prima ſit concluſio reſpectu fructuum, qui nondum ſunt à ſolo ſeparati, quod ſicut ad fauorem domini cenſus ſunt obligata, & hypothecata bona debitoris exiſtentia penes tertium, eodem etiam modo cenſentur obligati, & hypothecati fructus pendentes ſuper illis bonis, cum pars eorundem bonorum dicantur, *l. Iulianus, §. ſi fructibus. ff. de act. empt. l. fructus pendentes, ff. de rei vendit. diximus ſupra in tract. hac part. 2. c. 2. q. 2. art. 4. nunc q. 70. num. 11.*

Nec obſtat, quod fructus futuri tunc demum veniant in obligatione ſiue tacita, ſiue expreſſa, ſi tempore obligationis erant nati, vel ſaltem ſati penes debitorem *gloſ. in l. potior. §. ſi de futura. ff. qui potior in pignor. habeant.* Neguſ. *de pignor. part. 2. memb. 3. n. 45. verſ. item dummodò.* Quoniam *Gloſ. & Neguſ.* loquuntur quando ſubſtantia obligationis eſt circa fructus ipſos pendentes, quos poſſe obligari dicit *I. C. in l. & quæ nondum ſunt, ff. de pignor.* & ideò nimirum ſi ad validitatem obligationis opus eſt vt fructus illi ſaltem eſſent ſati penes debitorem tempore contractæ obligationis, aliàs deficeret res ipſa, quæ in obligationem deducitur, ſecus eſt in caſu noſtro in quo principalis obligatio eſt bonorum, & fructus naſcituri, & pendentes non ſunt deducti in obligationem, ſed ſub obligatione bonorum, illi quoque comprehenduntur tanquam pars illorum.

Secunda ſit concluſio reſpectu fructuum, qui ſunt à terra, & ſolo ſeparati, & in horreo reconditi quia cum tunc verum ſit dicere illos fructus nunquam fuiſſe impoſitoris, & debitoris, cenſus qui bona obligauit, vt eſt tex. apertus *in l. 1. §. cum prædium in fin. ff. de pign. & ibi* Bart. *n. 6. &* Salicet. *in 2. quæſt. Idem* Salic. *in l. 3. C. in quib. cauſ. pign. tacit. contr.* Neguſ. *d. part. 2. memb. 2. n. 27. verſ. & ideo* eſt etiam verum dicere illos non fuiſſe comprehenſos in generali obligatione facta ad fauorem domini cenſus, & pro hac concluſione bene facit, *tex. in l. Paulus §. ſi mancipia in fin. ff. de pignor. dum ibi* I. C. decidit, quod licet in obligatione mancipiorum comprehendantur etiam illarum partus, attamen ſi apud alium Dominum pepererint non erunt obligata, quod nulla alia ratione accidit niſi, quia partus ille conſideratur tanquam ſeparatus ab ipſo mancipio, & extra dominium illius, qui mancipium obligauit, debitorem autem tantum res ſuas obligaſſe dicendum eſt, & ita in hac difficultate reperio diſtinxiſſe Ceph. *conſ. 131. n. 15. lib. 1. & Surd. dec. 97. per tot. & ſignanter num. 10. & ſeq.*

Ampliatur ſeptimò, principalis concluſio, vt domino, † & creditori cenſus detur electio, vt agat, vel actione perſonali contra eum, qui cenſum impoſuit, & vendidit, vel aliàs ad illius ſolutionem tenetur, vel contra poſſeſſorem bonorum hypothecatorum actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto Gabr. *d. conſil. 47. n. 13. in fine, lib. 1.* Ioan. Azor. *Inſtit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 11. q. 1. verſ. ſed quid dicendum* Bernard. Grcu. *ad* Andr. Gail. *practic. obſeruat. lib. 2. concluſ. 7. conſiderat. 1. num. 5. & facit tex. & ibi* Gloſ. *in verbo, integra, in l. ad. 41 verſus, C. de act. & obligat. & cum hac opinione tranſit etiam* Couar. *d. lib. 3. variar. reſolut. cap. 7. n. 6. verſ. hinc etiam,* cum præſuppoſito tamen, quod iſti annui reditus ſola perſonali actione plerúmque ſubſiſtant, quod repugnare naturæ huius contractus ſupra pluries dictum fuit.

[Ampliatur octauò principalis concluſio, vt Saluianum competat pro cenſu domino illius, etiam quod alteri cenſum præfatum ceſſerit, ſi in ceſſione pro eius euictione ſe obligauerit, *vt fuit in* Rot. *reſolutum in vna Viterbienſi cenſus, 29. Nouembris 1589. coram* Cardinale Platto, *vt apparet poſt tract. deciſ. 348. n. 1.* nam ratione periculi, quod ſubdit dominus cenſus promittendo de euictione agere poteſt. Ozaſch. *deciſ.* Pedem. 62. *num. 10.*]

Limitatur autem ſupra firmata concluſio principalis nonnullis modis, & quidem

Primò † vt non habeat locum quando is qui poſ- 42
ſidet bona hypotecata pro ſolutione annui cenſus eſſet munitus anteriori hypotheca pariter priuilegiata; nam eo caſu creditor cenſus agens poſſet repelli exceptione anterioris hypothecæ, vt dicit Garz. Maſtril. *deciſ. Regni Sicil. 37. n. 1.* Milanenſ. *deciſ. 1. n. 180. lib. 2.* Nam generale eſt, quod habens anteriorem hypothecam repellat habentem poſteriorem, *l. 1. C. ſi antiq. cred. pign. vend.* Afflict. *deciſ. 16. num. 2.* Neguſ. *de pignor. part. 5. memb. 2. num. 1. & 2. part. 1.* Etiam † quod anterioritas eſſet in hora, immo etiam in vno puncto. Tiraquell. *de iure primogenit. q. 2. num. 2.* Decian. *conſil. 29. num. 54. lib. 2.* Peregr. *in ſuo tract. de iure fiſci, lib. 3. tit. 6. num. 35.* Anterioritas † autem in propoſito conſidera- 44
tur non reſpectu fructuum, videlicet, cui debeantur antiquiores fructus, ſed reſpectu ſortis principalis, ſcilicet, cuius creditum fuerit priori, & anteriori tempore contractum, nam prior, & anterior creditor reſpectu ſortis, dicitur etiam anterior reſpectu fructuum cenſus, etiam illorum, qui cæperunt currere poſtquam

contracta

contracta fuit hypotheca ad fauorem secundi creditoris, *l. Lucius in fine, & ibi gloss.* Bart. *& alij, ff. qui potior in pignor. hab.* Neguſ. *in ſuo tract. de pign. in 2. memb. 5. par.* 45 *in 13. ampliat. n. 10, verſ. ſed quid ſi debitor.* Nam † creditor habens hypothecam ſuper bonis ſui debitoris cenſetur æquè illam habere pro vſuris, ac pro ſorte. Bart. *in l. ſi cum dotem, §. ſin autem, n. 7. ff. ſol. matr.* Et in propriis terminis contractus cenſualis ita concludit Felic. *in dd. ſuis Commentar. de cenſib. tom. 1. lib. 3. cap. 5. n. 18. verſ. 10. ampliatur, & amplectitur.* Ludou. Auend. *d. tract. cap. 111. num. 11.*

[Hæc tamen limitatio non procederet quando res poſſeſſa à creditore habente anteriorem hypothecam eſſet idonea, & ſufficiens pro ſolutione, & ſatisfactione non ſolum anterioris creditoris, ſed etiam poſterioris. Eo enim caſu poſſidens ex anteriori hypotheca non poſſet repellere poſteriorem agentem Saluiano pro ſuo credito poſteriore, ſed teneretur illi dimittere poſſeſſionem pro eo, quod ſupereſt deducto ſuo credito anteriori, vt fuit reſolutum *in* Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in vna Romana, ſeu Sabinenſi cenſus 20. Nouemb. 1624. poſt tract. dec. 451. in pluribus eius partibus vt ibi num. 2.* & per alia fundamenta, *& coram* D. Cardinal. Cauallerio, *in vna Romana ſeu Sabinenſi cenſus quæ eſt inter eius impreſſas deciſ. 652. numer. 4. & ſeq.*

Hanc tamen concluſionem debemus intelligere iuxta diſtinctionem Rot. *in vna Firmana Saluiani 24. Maij 1632. coram* R. P. D. Pirouano *quæ eſt poſt tract. dec. 559. num. 6. verſ. fuit etiam reſponſum, & infra, & in ead. cauſa coram eodem 24. Ianuarij 1633. quæ eſt ibidem deciſ. 560. circa princ.* vt procedat reſpectu eius, qui acquiſiuit poſſeſſionem titulo emptionis, & ſoluit creditori anteriori aliquam ſummam ex pretio rei emptæ, nam iſte eatenus poteſt poſſidere, & retinere, quatenus ad priorem creditorem ex pretio pecunia peruenit. Et multò minus ſi anterioritas huius poſſeſſoris procederet in ceſſione ſibi facta ab anteriori creditore nam ceſſio non operatur contra tertium, niſi pro rata pecuniæ habitæ, vt per eundem tex. in l. quia debitore, & dixit Rota *deciſ. 294. num. 14. part. 1. in recollect. per* Farinac. *quæ eſt eiuſdem* D. Vbaldi, *& repetiit in dicta Romana, ſeu Sabinenſi cenſus num. 16.* Et proinde iſte poſſeſſor conuentus non poſſet iuuari ex anteriori hypotheca ſui auctoris, niſi pro concurrenti quantitate crediti ceſſi.

Et quamuis pro modico credito licitum eſt retinere rem magni valoris donec ſibi ſatisfiat, vel ſibi offeratur creditum ex not. *in l. quandiu, C. de diſtract. pignor. l. creditoris ff. eo l. Moſchis, & ibi* Gloſſ. *in verb. poſſeſſorem ff. de iur. fiſc.* Mantic. *deciſ. 42. num. 3. verſ. præterea, & dec. 69. n. 3.* Hoc tamen debet multipliciter intelligi, & quidem.

Primò, vt procedat dumtaxat in præiudicium ipſius debitoris, cuius reſpectu pro paruo credito tota res manet affecta, & hypothecata ita vt poſſit per creditorem tota retineri ratione ſuæ hypothecæ quæ eſt indiuidua. Afflict. *deciſ. 213. n. 4. cum aliis allegatis in d. Romana, ſeu Sabinenſi cenſus n. 9. & 12.* quæ ita huic obiectioni reſpondit.

Secundò debet intelligi, vt procedat quando res quæ poſſidetur non eſt de ſui natura diuiſibilis, tunc enim quia non poſſet à poſſeſſore auocari pars illius, quia tota priuaretur, datur retentio totius licet illius valor excedat ipſius creditum, & ius: vt declarauit Rota *dec. 559. n. 5. part. 1. in recollect. per Farinac.* Secus eſt in eo, qui poſſidet vigore ſuæ hypothecæ, vt ſibi ſoluat ex fructibus rei quando res, quæ poſſidetur, eſt frugifera, maximè ſi poſſideretur vigore ſententiæ latæ in Saluiano cùm enim ex natura dicti interdicti creditor debeat ſatisfieri ex fructibus *l. 1. & 2. & fin. ff. de pign. act.* & quanto fructus ſunt vberiores, eo citius ſibi ſatisfiat: non debet cogi poſſeſſor ad relaxationem partis dictæ rei, niſi ſatisfacto prius de toto ſuo credito, vt dixit Rota *d. dec. 559. d. n. 5. & bene comprobat* Rota *in dictis deciſionib. in cauſa Fauentina Saluiani* ea potiſſimum ratione, quia hypotheca eſt indiuidua, & ne iſte poſſeſſor tardius ſatisfiat de ſuo credito. Et proinde quando petitur immiſſio ſuper pecuniis, vel nominibus debitorum quæ nullum reddunt fructum, omnis æquitas ſuadet, vt poſſidens ex anteriori hypotheca, retenta ſumma pro qua poſſidet, reſiduum dimittat, quia aliàs retineret ſine cauſa, vt ſubdit Rota *d. num. 5. verſic.* cæterum quando. Hoc autem, quod dictum eſt de re fructifera, quod poſſit tota retineri pro modico credito, videtur intelligendum procedere quando res illa conſiſteret in vno tantum corpore ſecus ſi conſiſteret in pluribus corporibus diuiſibilibus æſtimatis. Eo enim caſu non eſſe repellendum ſecundum creditorem habentem poſteriora iura: videtur ſenſiſſe Rota *in dict. deciſ. 559. dict. verſ. Cæterum quando, & in dicta Romana, ſeu Sabinenſi cenſus num. 18.*]

Secundò † limitatur, ſi poſſeſſor bonorum hypo- 46
thecatorum per decem, vel viginti annos titulo, & bona fide bona illa poſſiderit: eo enim caſu eſſet tutus exceptione præſcriptionis decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, *l. 1. & 2. C. ſi aduerſ. cred.* Roland. à Valle, *conſ. 19. n. 7. lib. 1. pro commun.* Pariſ. *conſ. 50. n. 3. lib. 1.* Foller. *in puncto, in d. ſua pract. cenſuali, in verbo, huiuſmodi, n. 108. & alij multi, quos refert,* Felic. de Solis, *in dd. ſuis Commentar. de cenſibus, tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 11. & tom. 2. eod. lib. 3. & cap. 4. n. 18.* [Et admittit Rota paſſim, & ſignanter in illa *Romana pecuniaria coram* R. P. D. Pirouano, *20. Iunij 1614 poſt tract. dec. 398. num. 12.*]

Siue † habuerit cauſam ab alio, quam à debitore, vel 47
eius hærede, ſiue cauſam habuerit ab ipſo debitore, vel hærede illius, vt exploſa contraria opinione firmat, Felic. *d. n. 18. verſ. ego tamen & comprobat* Sforz. Odd. *conſ. 82. n. 39. & ſeqq. lib. 1. &* Gaſp. Roderic. *in ſuo tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 9. num. 63.*

Quando autem incipiat currere iſta præſcriptio 48
plures fuerunt Scribentium opiniones. Vna † quod initium capiat à die quo poſſeſſor nactus fuit poſſeſſionem rei hypothecatæ, & cenſui ſuppoſitæ, quam amplexi ſunt multi, & ſignanter. Franc. Balb. *in ſuo tract. de præſcript. in 4. part. 4. princ. quæſt. 3. n. 6. & ſeqq. in 6. concluſ. & in 1. part. 6. par. princ. n. 25.* Neguſ. *in d. ſuo tract. de pignor. in 2. membr. 6. par. n. 3. & ſeq. & in 2. quæſt. & alij plures, cum quibus tranſit etiam* Felician. *d. tom. 1. lib. 3. cap. 4. n. 12. verſ. ſecunda,* ibi. *Quæ verior, & tom. 2. eodem lib. 3. cap. 4. n. 19.* [*Eandem ſententiam firmauit* Rota *coram* Illuſtr. D. Coccino Decano, *in illa Imolenſi Saluiani 2. Iulij, 1634. quæ poſt tract. eſt dec. 552. num. 1. & 2.*]

Secunda † fuit ſententia, quod huiuſmodi præſcri- 49
ptio incipiat currere dumtaxat ab eo die, quo principalis debitor ceſſauit in ſolutione Alex. *conſil. 58. n. 9. lib. 5.* Gaſp. Roderic. *d. quæſt. 9. num. 64. verſ. ſecundus, & hanc latiſſimè, & pleniſſimè confirmat* Caſſan. *ad conſuetud. Burgund. rubr. 11. Des cenſes, §. 2. n. 36. cum pluribus ſeqq.* & præſertim ea communi ratione, qua omnes, qui hanc ſecundam ſententiam amplectuntur mouentur, quod † non valenti agere non currit 50
præſcriptio, *l. 1. §. ſi quis autem, ff. de itin. actu. priuat. l. 1. C. de ann. except. per quam rationem, cum eadem opinione tranſiuit,* Statil. Pacif. *in ſuo tract. de Salu. Interd. inſpect. 2. cap. 2. num. 298. & ſeq. iuxta poſteriorem impreſſionem.* Scapuccin. *in ſuo ſimili tract. de Salu. Interd. lib. 2. q. 21. num. 9. & latiſſimè.* Gaſp. Roderic. *d. quæſt. 9. num. 65. vbi hanc opinionem confirmat, & reſpondet contrariis per plures columnas, & confirmat* Auend. *d. tract. cap. 105. num. 2. verſ. immo, quod magis, & infra. Nec ab ea diſſenſit*

Rota *coram* bon. mem. Corduba, 31. *Iulij*, 1596. *in illa Romana cenſus, quæ reperitur impreſſa, in fin. tract. deciſ.* 264. *num.* 1. *&* coram eodem *in eadem cauſa*, 21. *Ianuarij*, 1597. *quæ eſt ibidem deciſ.* 265. *num.* 1. *&* 5. [*& plenè coram* R. P. D. Merlino *in Romana Saluiani*, 20. *Nouembris*, 1630. *quæ ibidem eſt deciſ.* 532. *num.* 11. *cum plurib. ſeqq.*] quam Ego quoque per eandem rationem libentius amplector: non enim potuit dominus, & creditor cenſus contra poſſeſſorem rei cenſuatæ agere pro fructibus cenſus donec illos ſponte ſua ſoluit debitor ipſe cui ſolidiſſimo fundamento non videtur ſatisfactum ex limitatione; quam communiter afferunt ſcribentes ad illud commune dictum, quod non valenti agere non currit præſcriptio, videlicet, quod † non
51 procedat, quando creditor potuit remouere impedimentum, & non curauit remouere, *cap. ex tranſmiſſa, & ibi* Felyn. *de præſcript.* Decian. *conſ.* 18. *num.* 19. *lib.* 1. *quam* Felician. *d. num.* 12. *verſ. & probatur primum, & verſ. non etiam obſtat*; trahit ad reſolutionem præſentis articuli. Quoniam licet limitatio præfata vera ſit in ſe, non poteſt tamen aptari, caſui noſtro, in quo ſuponimus, quod debitor cenſus aduenientibus temporibus ſolutionum faciendarum ſponte ſoluerit annuas reſponſiones cenſuales, & propterea cum ſucceſſiuis
52 temporibus ſolutione eius quod debebatur † omnis fuerit ſublata obligatio. *Inſtit. quib. mod. tollit. oblig. in*
53 *princ.* & liberatus † fundus ipſe oneri cenſus obnoxius, *l. item liberatur, in princ. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoln.* Neguſ. *d. ſuo tractat. de pignor. part.* 6. *membr.* 2. *num.* 12. nullam habebat amplius actionem creditor, qua poſſet experiri contra tertium poſſidentem bona ſibi hypothecata; & ideo cùm non poſſet agere; non potuit contra eum currere præſcriptio; Nec illi agenti iure poteſt obiici, quod non remouerit impedimen-
54 tum, nam † ante aduentum diei faciendæ ſolutionis non poterat creditor aduerſus iſtum tertium poſſeſſorem agere, *argum. § plus autem Inſt. de action.* poſtquam autem venit dies ſolutionis faciendæ debitor met ſoluit, per cuius ſolutionem fuit ſublata omnis obligatio etiam reſpectu ipſius tertij poſſeſſoris, vt dictum eſt, & per conſequens, ſi vellet agere repelleretur ex-
55 ceptione ſolutionis, vnde † non poteſt dici amplius creditor, *l. creditores, & ibi* Rebuff. *col.* 4. *ff. de verbor.*
56 *ſignificat.* Et propterea cum non poſſit iure agere † dicitur impeditus impedimento iuris, vt per *d. l.* 1. *C. de annal. except. dicit* Rim. iun. *conſ.* 396. *num.* 43. *lib.* 4. & per conſequens contra ipſum non poteſt currere præſcriptio, Rimin. ſen. *conſ.* 389. *num.* 22. *lib.* 2. Rimin. iun. *conſ.* 314. *num.* 24. *& conſil.* 339. *numer.* 157. *lib.* 3. Vel ſi
57 † ageret repelleretur legitima exceptione, & pari ratione contra ipſum non currit præſcriptio, ſecundum, Felyn. *in cap. ex tranſmiſſa, col. pen. verſ. & nota, quod ſicut, n.* 15. *ext. de præſcript.* qui mouetur auctoritate Anch. *conſ.* 5. & hanc eandem reſponſionem in effectu ſenſit. Caſſan. *d.* §. 2. *num.* 37. *& ſeq. ſequitur* Foller. *in d. verbo, huiuſmodi, num.* 108. *quos referunt, & ſequuntur* Boccac. *in d. ſuo tract. de cenſib. part.* 2. *num.* 9. *&* Scapuccin. *d. quæſt.* 21. *num.* 9. *in* 2. *declarat. ad fin.* pro cuius confir-
* matione Caſſan. *loco mox citato*, latè conſiſtit per plures columnas, & addit aliam rationem, videlicet quod
58 † ad fauorem creditoris non eſt nata actio realis aduerſus hunc tertium poſſeſſorem niſi poſtquam debitor, vel eius hæres denegauit ſoluere, & per conſequens ante natiuitatem actionis non potuit agere, nec impedimentum tollere, & ideò nec præſcriptio po-
59 tuit contra eum inchoari, cum † præſcriptiones ſint adinuentæ ad tollendas actiones formatas, non autem actiones formandas. Corn. *in l. licet, col.* 2. *verſic. & hæc eſt ratio antiquiorum, C. de iure delib. refert.* Decian. *conſ.* 13. *num.* 51. *lib.* 2.

Nec obſtat, quod Foller. *d. num.* 108. *in fine*, dicit quod iſte creditor debuiſſet ſaltem proteſtari de iure ſuo contra dictum tertium poſſeſſorem, ne ſibi ex taciturnitate, & negligentia aliquod inferri poſſet præiudicium. Quoniam reſpondetur Primò, † quod impedito impedimento iuris non eſt neceſſaria proteſtatio, 60
vt dicit Rimin. iun. *d. conſil.* 339. *num.* 157. quia tunc ipſo iure non currit præſcriptio. Secundò reſpondetur ex mente Caſſan. *d.* §. 2. *n.* 40. Quod † non poteſt con- 61
tra hunc creditorem allegari, & opponi negligentia, cum ſibi diligentia nihil fuiſſet profutura, ex regula, *l. fin. verſic. ſed quid nocuit, ff. quis ordin. in bon. poſſeſſ. ſeru.*

Cùm † enim creditor teneretur accipere à quacun- 62
que perſona ſoluente nomine ſui debitoris, *l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, & ibi nor.* Iaſon. *ff. de pact.* nihil ſibi fuiſſet profutura proteſtatio; ideo non fuit neceſſaria, cum ſola iuris præſumptio ab onere proteſtandi ſubleuet, *vbi dictum fuit in* Rota *coram* R. P. D. Pirouano, 25. *Iunij*, 1610. *in illa Romana repetitionis indebiti, quæ eſt impreſſa in calce tract. deciſ.* 166. *n.* 7. vbi deciditur, quod carcerato non eſt neceſſaria proteſtatio, quod omnia gerat per metum, quia præſumptione, *l. qui carcerem, ff. de eo, quod met. cauſa, ſubleuatur*, [*opinionem autem* Balbi, Neguſ. *&* Felician. *relatam ſupra num.* 48. *ex profeſſo reprobat* Rota *coram* R. P. D. Merlino, *in illa Romana Saluiani, quæ eſt poſt tractat. dec.* 532. *n.* 14. *& ſeqq. & contra illam faciunt ea quæ nos diximus ſupra n.* 56. *& ſeqq.*

[Et poſt longam diſcuſſionem hanc ſecundam opinionem amplexus videtur, Io. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſul.* 4. *gl.* 18. *part.* 5. *n.* 51. & infra: vbi pleráſque ex rationibus & reſponſionibus à nobis ſupra in tract. relatis conſiderat.

Verum circa hanc ſecundam limitationem duplex adhuc videtur facienda indagatio. Prima An creditori cenſus, qui paſſus fuit bona ſibi pro ſolutione cenſus, obligata poſſideri à tertio bona fide, & cum titulo vltra decennium, poſſit ſuccurri alio remedio, quam actione hypothecaria, vel remedio Saluiani interdicti, ita vt poſſit conſequi dictos fructus etiam vltra decennium. Secunda, An dictus creditor cenſus, qui pro ſolutione fructuum illius habet hypothecata bona, quorum poſſeſſionem pro dictis fructibus decem annorum à tertio auocauit, poſſit poſſeſſionem illam retinere donec fuerit ſatisfactus de fructibus, qui ante illos decem annos erant decurſi, an potius illi obſtet exceptio præſcriptionis ad fauorem dicti tertij poſſeſſoris per lapſum decem, & plurium annorum cum titulo, & bona fide iam completæ.

Circa primam non videtur magna difficultas. Si enim ad fauorem domini, & creditoris cenſus in inſtrumento cenſuali adeſt clauſula conſtituti, vtique poterit, non obſtante lapſu decem, & plurium annorum agere etiam contra tertium poſſeſſorem dictorum bonorum conditione, *ex l. fin. C. de acquir. poſſeſſ. intra triginta annos.*

Beneficium enim dictæ *l. fin.* competit cuicunque habenti inſtrumentum crediti cum clauſula conſtituti, vt ibi ad litteram deciditur, & illi non præſcribitur minori ſpatio triginta annorum. Afflict. *deciſ.* 139. *n.* 5. Menoch. *de recup. poſſeſſ. remed.* 14. *n.* 68. *& ſeqq & in propriis noſtris terminis dixit* Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in vna Romana Saluiani interdicti* 22. *Iunij* 1616. *quæ eſt poſt tract. deciſ.* 303. *numer.* 11. *& repetit coram* R. P. D. Remboldo, *in alia Romana Saluiani* 29. *Ianuarij*, 1618. *quæ eſt poſt deciſ.* 398. *num.* 5. *&* 6. *& nos retulimus infra in tract. part.* 3. *cap.* 1. *q.* 8. *art.* 1. *ſub num.* 3. *nunc quæſt.* 117.

Circa ſecundam dubitationem maior verſatur difficultas: nam pro parte affirmatiua, quod creditori detur retentio, facit communis regula, quod miſſus in poſſeſſionem bonorum ex Saluiano poſtquam fuerit ſatisfactus de ſuo credito, pro quo fuit immiſſus, poteſt

eadem met

eademmet bona retinere pro alio suo credito Bart. *in l. soluti* §. *solutam in fin. ff. de pign.* Rota *coram* Greg. XV. *dec. 254. n. 2. & comprobat* Pacific. *de Salust. interd. inspect. 4. cap. 1. num. 221.* Siue bona illa sint sibi pro dicto suo credito hypothecata Bal. *in l. fin. sub num. 1. ff. de pignor.* Purpur. *cons. 61. num. 3. & cons. 38. n. 7.* Neguſ. *d. tractat. de pignor. part. 5. memb. 4. num. 2.* Franc. Viui. *dec. 317. n. 7. verſ. fallit primo,* Pacific. *dict. capi. n. 214. ſentit* Rota *diuerſ. dec. 115. n. 3. part. 4.* Etiam quod ſint tantum generaliter hypothecata. Ceph. *conſ. 572. n. 23. lib. 4. & conſ. 659. n. 29. lib. 5.* Crau. *conſ. 485. n. 3. lib. 3.* ſiue etiam illa non ſint hypothecata, vt poſt Burſat. *conſ. 73. n. 28. lib. 1. dicit* Surd. *dec. 46. n. 9. per tex. in l. ſi non ſortem,* §. *ſi cenſum ff. de cond. indeb. refert, & ſequitur* Beltramin. *in addit. ad dec.* Greg. XV. *dec. 254. n. 7. vbi teſtatur ita fuiſſe in* Rota *his reſolutum, & indicat cauſas, in quibus* Rota *ita ſenſit.*

Quod procedit etiam quod creditum hoc, pro cuius ſolutione retentio prætenditur, ſit modicum, & bona retinenda ſint magni valoris, *l. quandiu, & ibi not. C. de diſtract. pignor. l. creditoris ff. eo tit. l.* Moſchis *& ibi gloſ. in verb. poſſeſſorem ff. de iur. fiſc.* Rot. *in recollect. per* Farinac. *dec. 559. n. 5. part. 1.* Quæ hoc declarauit procedere dummodo res retinenda ſit indiuiſibilis, & creditori eſſet ſatisfaciendum ex fructibus dictæ rei, quod vltimum voluit etiam Bart. *in l. non alienam n. 12. ff. de pignor.* vt dictum eſt. Et cùm hæc omnia videantur verificari in creditore ex cauſa cenſus non ſolum pro decurſis per decem annos præcedentes petitionem immiſſionis, ſed etiam pro decurſis ante principium dictorum decem annorum per plures annos, non videtur dubitandum quin illi dari debeat retentio dictorum bonorum donec ex illorum fructibus ſit ſatisfactus etiam de terminis dicti cenſus pro tempore præterito ante illos decem annos.

Verùm enim verò hæc opinio in terminis præfatis dum agitur de retinenda poſſeſſione bonorum auocatorum à tertio poſſeſſore: mihi ſemper, viſa fuit admodum dura, & libenter tranſirem cum contraria negatiua opinione, tum quia ſequendo affirmatiuam ſubuerteretur tota materia præſcriptionis decennalis (*quæ contra remedium* Saluiani *eſt expreſsè à iure permiſſa in l. 1. & 2. cod. ſi aduerſ. credit. & hic diximus in tract. num. 46. & in addition. ſub n. 17.*) quod non eſt dicendum, vt in ſimili argumentatur *gl. in cap. 1. §. præterea in verb. præſcriptione de Capitul.* Corr. *in vſibus feud. quam communiter approbari teſtatur* Tiraquel. *de retract. conuen. §. 1. gl. 2. num. 2. & amplexa fuit* Rota *coram* Seraph. *deciſ. 1360. ſub n. 9. verſ. neque eſt veriſimile, & refert* Mareſcott. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 67. n. 53. verſic. mota principaliter.* Tum quia ius hypothecæ, quod dictus creditor habebat ſuper dictis bonis per decennalem præſcriptionem vel eſt extinctum, *vt ſentit* Bal. *in l. ſeruatus conſulto in 2. lect. ad fin. verſic. quod licet, ff. de offic. præſid. ſequitur* Ioan. Bapt. Bou. *de Statutar. Verb. præſcr. gloſ. 19. n. 259.* Et hypotheca ſemel extincta, & quæ ſemel ceſſauit amplius non reuiuiſcit *l. eius qui §. fin. ff. de iur. fiſc. gl. in l. ſi cum §. fin. ff. de furt.* Surd. *dec. 51. n. 5. & dec. 169. n. 4.* Vel ſaltem ſit reddita inefficax, vt dicit Imper. *in 7. lib. C. tit. 26. ſi aduerſ. credit. l. 1.* & ſic cùm creditor iſte poſſit repelli exceptione præſcriptionis, perinde eſt ac ſi nullum ius haberet Bart. *in l. fulcinius,* §. *cum hac n. 4. ff. ex quibus cauſ. maior* Rom. *conſ. 454. n. 9.* Surd. *d. dec. 46. n. 6.* & proinde tanquam agens ſine actione deberet à Iudice repelli à lumine iudicij ex officio etiam parte non opponente Rimin. Sen. *conſ. 577. n. 4. lib. 2.* Cæph. *conſ. 326. n. 42. lib. 3.* Magon. *dec. Lucenſ. 17. num. 18.*

Nec obſtat quod retentio concedatur etiam creditori nullam habenti hypothecam ſuper bonis retinendis, *vt dictum fuit ſupra num. 23.* Et propterea non ſit conſiderabilis præſcriptio introducta contra hypothecam, Quoniam tam *tex. in d. §. ſi centum,* quam Burſatt. Surd. & Rota *in d. n. 23.* allegati loquuntur quando fuit actum actione perſonali contra principalem debitorem, & contra ipſum fuit in dicta actione obtenta ſententia, & illius vigore capta poſſeſſio bonorum ſtabilium; vt declarat Rota *in vna Macceratenſi Saluiani Interdicti coram* R. P. D. Manzanedo, 12. *Maij,* 1608. *quæ eſt poſt* Zacch. *de obligat. Camer. al. dec. 130. n. 7.* Nos autem loquimur in immiſſione obtenta contra tertium poſſeſſorem, qui nulla obligatione tenebatur ad fauorem creditoris, cum inter eos nihil eſſet geſtum, §. 1. *& ibi* Doctor. *inſtit. de action.* Et ius hypothecæ erat iam extinctum, vel ſaltem redditum inefficax, vt dictum eſt: & proinde, debet illi denegari retentio. Et multò magis ſi iſta eius prætenſio redderetur turbida per exceptiones oppoſitas ab iſto tertio poſſeſſore, ſaltem præſcriptionis, *ad* Surd. *d. dec. 46. in fin.* Pacific. *d. cap. 1. n. 222.* Rota *coram* Gregor. XV. *dec. 254. n. 3. & ibi addent. n. 8. in recollect. per* Farinac. *deciſ. 679. n. 5. part. 1.* Et ad minus negari non poteſt, quin in iure ſit valde dubia, & proinde dicatur inquirere altiorem indaginem, vt poſt alios Pacific. *d. tract. inſpect. 2. n. 73.* & propterea debet reiici: cùm enim poſſeſſio fuerit auocata ex remedio Saluiani, ſicut in illo iudicio ad impediendam immiſſionem non admittebatur exceptio requirens altiorem indaginem, vt eſt apud omnes in confeſſo, & nos diximus hoc eodem *art. in tract. n. 82.* eodem modo non debet admitti ad reſtitutionem poſſeſſionis impediendam; *vt firmauit* Rota *coram* Greg. XV. *d. dec. 254. n. 4. & 5. & ſequitur* Pacific. *d. cap. 1. num. 225.*]

Limitatur tertio loco præcedens principalis concluſio. Vt † non omnes, ad quorum manus aliquando bona cenſui ſuppoſita, vel aliter ad fauorem creditoris hypothecata peruenerunt cõueniri poſſint actione hypothecaria, vel Saluiano interdicto, ſed dumtaxat is, qui de præſenti poſſidet, *l. 2. C. ſine cenſib. & reliq.* Couar. *d. l. 3. var. reſolut. cap. 7. num. 6. verſ. hinc etiam deducitur.* Bened. Bon. *in ſuo tract. de cenſib. art. 58. ſub n. 89. verſ. ſed quid ſi ſecundus poſſeſſor,* Felician. *d. tom. 1. lib. 3. cap. 6. num. 7.* 63

Limitatur quartò, vt † contra poſſeſſorem fundi cenſui ſuppoſiti non poſſit agi actione hypothecaria, vel Saluiano, quando dominus, & creditor cenſus poteſt argui de negligentia in exigendo annuos fructus cenſuales ab eo, qui ad illorum ſolutionem tenebatur. Foller. *in d. ſua Pract. cenſu in verbo, huiuſmodi, num. 97.* Gabr. *d. conſ. 47. num. 16. lib. 1.* Boccac. *in d. ſuo tract. de cenſib. par. 2. n. 87. in fine,* Surd. *deciſ. 32. num. 9.* Felician. *d. tom. 1. lib. 3. cap. 6. ſub n. 3. & tom. 2. d. lib. 3. cap. vlt. n. 2. ad fin. verſ. & ad id.* 64

Limitatur quintò, † ſi domino, & creditori cenſus volenti agere actione hypothecaria, vel Saluiano contra poſſeſſorem, ab eo offerantur non ſolum fructus decurſi, & non ſoluti, quo caſu dictus poſſeſſor liberaretur a moleſtiis, & vexationibus eidem per creditorem cenſus illatis, & inferri comminatis, *l. Paulus, in fine, ff. quib. mod. pign. vel hypot. ſolut.* Bon. *in d. ſuo tract. art. 61. n. 94. ad fin.* Rol. *conſ. 14. n. 9. & 10. lib. 1.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. remed. 3. n. 181.* Felician. *in dd. ſuis Commentar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 10.* Rota *Diuerſ. deciſ. 267. par. 1. & coram* b m. Orano, 16. *Febr.* 1598. *in vna Bononienſi prætenſi Salu. Interd. quæ poſt tract. eſt deciſ. 269. n. 1. & ſeq. & coram* Reuerendiſſ. P. D. Sacrato, 17. *Ianuarij,* 1612. *in illa Romana vineæ, & Saluiani Interdicti de Ruſchonibus, quæ eſt ibid. deciſ. 268. n. 10.* & alias ſæpè in aliis cauſis. Sed etiam eidem creditori cenſus promittatur, quod in futurum temporibus aduenientibus fier fructuum ſolutio, maxime ſi hæc promiſſio fiat cum præſtatione fideiuſſorum, vt non obſcurè voluit Rota *in dicta Bononienſi prætenſi Saluiani Interdicti, n. 3. & in eadem cauſa coram* Illuſtriſſ. Cardin. Lancellotto, 21. *Iunij,* 1599. *quæ ibid. eſt deciſ. 269. ſub num. 1.* Quod procedit 65

dit absque difficultate, si possessor ipse fuerit per iudicis sententiam condemnatus ad præstandum dictam fideiussionem in quibus terminis loquitur, Rota *ibi coram* Illustriss. Lanceliotto.

[Limitatur sextò si census fuerit impositus super fundo expresse alienari prohibito: ita vt alienationis prohibitio comprehendat quamcumq; alienationem alienationis vocabulo latissimè sumpto. Nam cùm eo casu censeatur etiam prohibita hypotheca *glos. in leg. vlt. Cod. de reb. alien. non alien.* Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 11. tit. 4. n. 17.* Pacif. *de Saluian. interd. inspect. 3. cap. 2. n. 34.* Rota *dec. 426. n. 9. par. 1. diuers. & coram* R.D. Coccino Decano *dec. 50. n. 4. Et in aliis causis, quas reperies impressas post tract. & signanter dec. 74. n. 1. 12. & seq. non dari Saluianum voluit* Rota *illa Romana Saluiani 10. Iunij, 1613. coram* R.P.D. Cauallerio, *quæ est post tract. dec. 346. n. 2.*

Quod tamen non procederet si debitor nulla alia bona haberet, quam ista modo prædicto alienari prohibita, nam ne obligatio remaneret frustratoria sub generali hypotheca, & obligatione illa quoque comprehensa censerentur ad Gerard. *singul. 35. Marsil. de fideiussor. q. 27. n. 194.* Rota *diuers. d. dec. 426. n. 9.* D. Coccino *d. dec. 50. n. 6.* Pacif. de Saluian. *d. c. 2. n. 49. adden. ad* Greg. XV. *dec. 256. num. 8.*

Dummodo constet de expressa illius voluntate quod illa quoque bona voluerit obligare, & hypothecare. Bero, *cons. 127. n. 12. & 21. lib. 1. sequitur* Rota *coram* Seraphino *dec. 1290. n. 8.*]

Superest modo, vt pro complemento huius quintæ questionis afferamus aliquas generales declarationes ad conclusionem supra in hoc nono articulo firmatam.

66 Declaratur itaque primo loco, † vt ad effectum quod contra possessorem bonorum censui suppositorum, vel alias ad fauorem domini census hypothecatorum agi possit actione hipothecaria, vel saluiano necesse sit, quod in primis, & ante omnia constet de impositione census. Crauet. *cons. 15. num. 2. lib. 1. & melius, cons. 339. n. 9. lib. 3.* Cassan. *d. rubr. 11. §. 6. in tex. comtre le tenementier, n. 13.*

67 Quando tamen † declaratio duobus modis restringitur, & limitatur, & quidem.

Primò, nisi possessor iste qui conuenitur aliquando
68 fructus dicti census soluerit. Ista † enim solutio sibi nocet respectu eius cui fuit facta solutio, & recogni-
69 tio debiti, non autem respectu † alterius tertiæ personæ. Iacob. de S. Georg. *in sua inuestitura feudali, in verbo, dictique vassalli, et secundo, num. 22.* Alciat. *consil. 15.*
70 *n. 3. in fine, lib. 3.* Nisi pro illo † tertio aliquis receperit, quia eo casu solutio præiudicat soluenti etiam respectu illius tertiæ personæ, vt declarat Iacob. de S. Georg. *d. n. 22.* Foller. *in d. verb. huiusmodi, n. 100.*

71 Soluens † autem, & recognoscens debitum censuale præiudicat non solum sibimet soluenti, *Guido* Papæ *dec. 272. n. 3. in fine, & cons. 147. n. 1.* Guil. de Benedict. *in repetit. cap.* Raynutius, *in verbo, & vxorem nomine Adelasiam, n. 444. & seq. ext. de testam.* Iacob. de S. Georg. *vbi supra, n. 21.* Rebuf. *ad constit.* Gal. *in tit. de constitut. redit. in fine, n. 8.* Foller. *in d. verbo, huiusmodi n. 100.* Bal. *in l. censualis, C. de donat.* Cassan. *d. rubr. 11. des censes, §. 3. in tex.* Cense sur Cense, *n. 5.* Rol. *cons. 2. n. 109. lib. 1.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 693. n. 35. & seqq.* Felic. de Solis *qui alios allegat in dd. suis Commentar. de censib. tomo 1. lib. 3. cap. vlt. n. 4. & tomo 2. eod. lib. 3. & cap. vlt. sub num. 2. vers.*
72 *postquam vero.* Sed † præiudicat etiam suis hæredibus, & successoribus, & omnibus ab eo titulum, & causam habentibus, Guil. de Benefic. *in d. verbo, & vxorem nomine* Adelasiam *n. 446. & seq.* Iacob. de S. Georg. *d. n. 21.* Foller. *d. n. 100. &* Felician. *in locis proximè allegatis.*

73 Quod † tamen procedit, si dicta solutio, & recognitio debiti censualis fuerit facta ex certa scientia, secus autem si fieret per errorem, & ignoranter, nam docto de errore, non inferret aliquod præiudicium, Iacob. de
74 S. Georg. *d. n. 21.* licet † enim solutio præfata non disponat, nec det titulum verum ei, qui solutiones recepit, vt volunt communiter scribentes variis in locis, attamen probationem quandam præsumptiuam debiti inducit. Paul. de Castr. *in l. publica, §. fin. n. 4. ff. depos.* Guido Pap. *d. decis. 272. n. 3.* Alc. *cons. 6. n. 12. lib. 6.* Aluar. Valasch. *de iure emphyt. q. 9. n. 18. in fi.* Et † ideo contra
75 dictam præsumptiuam probationem resultantem ex præcedentibus solutionibus admitteretur alia probatio in contrarium. Paul. de Cast. *d. n. 4.* Menoch. *cons. 1. n. 90. lib. 1. et cons. 395. n. 84. lib. 4.* Felician. *in dd. suis Commentar. tomo 1. lib. 3. cap. 6. num. 4.*

Ista tamen † solutio, & recognitio debiti facta à
76 possessore bonorum censui suppositorum, vel pro illius solutione hypothecatorũ nullum infert præiudicium iis, qui nec titulum, nec causam ab ipso soluente habuerunt, Bal. *in l. si functiones, & in l. censualis,* C. *de donat.* Alc. *d. cons. 15. n. 3. lib. 3.* Crauet. *in respons. pro gener. num. 427. ad fi. probat* Felic. *d. c. 6. n. 5.*

Restringitur secundo loco principaliter hæc prima declaratio, vt † non Procedat quando tempore ven-
77 ditionis prædij, quod fuerat censui suppositum, vel pro illius solutione hypothecatorum emptor illius susceptisset in se onus soluendi fructus census super d. fundo impositi, qui petuntur, tunc enim non esse necessariam aliam probationem impositionis census dicit Boccat. *in d. suo tract. de censib. part. 2. n. 88.* solam † au-
78 tem assertionem venditionis prædij censuati, quod sit obnoxium oneri soluendi dictum censum, non sufficere ad effectum nec sit necessaria probatio præfata. Guil. de Bened. *in d. verbo, & vxorem nomine* Adelasiam, *n. 444. dicit* Foller. *in d. verbo huiusmodi, n. 98. quos sequitur* Felician. *d. cap. 6. in 1. tomo, n. 6. ad finem in 2. vero tomo, num. 3. vers. verum cum.*

Declaratur secundo loco principaliter supra firmata principalis conclusio, quod † si possessor bonorum
79 censui suppositorum, vel alias pro census solutione hypothecatorum, conuentus à domino, & creditore census actione hypothecaria, vel Saluiano aliquod ei soluat id totum possit repetere à vero debitore census qui ad illius fructuum solutionem tenebatur, Paul. de Castr. *cons. 334. in 2. dub. lib. 1.* Aret. *cons. 105. n. 3.* Hyerony. Gabr. *d. cons. 47. n. 8. lib. 1.* [*& hunc locum nostri tractatus referens* Rota *coram* R.P.D. Merlino, *in illa Romana Saluiani post tract. dec. 532. num. 28.*]

Declar. 3. vt † creditor agens aduersus vnum ex plu-
80 ribus possessoribus rerum hypothecatarum pro annua responsione censuali, & eum ad solutionem illius in solidum faciendam actione hypothecaria compellens, teneatur ei actiones cedere, quibus, vel contra choæredes, vel contra alios possessores bonorum debitoris pro eodem censu hypothecatorum, agat vt deducta rata ipsum tangente reliquum repetat, qua cessione obtenta poterit possessor iste actionibus sibi cessis quemlibet choæredem, vel hypothecati prædij possessorem deducta rata sibi contingente in solidum conuenire, vt Post Milanens. *decis. Sicil. 1. num. 15. lib. 2. dicit* Gasp. Roder. *in d. suo tract. de ann. reditib. lib. 2. q. 9. n. 62. ad finem vers. aduerte tamen.*

Declar. quartò vt † possessor præfactus cõuentus hy-
81 pothecaria, vel Saluiano possit se à dicto iudicio eximere, & liberare dimittendo creditori census agenti fundum à se possessum, vel pro solutione annuæ responsionis censualis hypothecatorum, admonet. Roder. *d. q. 9. n. 68. ad med. vers. videtur tamen distinguendum* [Gaspar. Anton. Thesaur. *quæst. forens. lib. 1. c. 32. n. 20.* Nam contra istum tertium non habet locum nisi ista hipothecaria *vt dicit* Thesaur. (*licet nos supra in tract. hac ead. q. art. precedenti qui est* 8. deduxerimus dari etiam actionem in rem scriptam) per quas actiones ter-

tius

tius possessor ad aliud non teneretur nisi ad rei traditionem vt subiungit ibi Thesaur. *et nos diximus d.art.8. n.8.* & propterea dimittendo possessionem se eximit abonere soluendi censum, *vt firmat ibi* Thesaur. *& nos notauimus d.num.8.*

Verum enim verò si possessor iste rem illam meliorauit vtique post rem ipsam retinere, oblato tamen valore rei detractis melioramentis, quamuis talis valor non ascenderet ad integram summam debiti pro qua creditor agit, vt dicit, Io.Petr.Fontanell. *in suo tract.de pact.nuptial.tomo 1.clausul.4.glos.18.part.2.n.90.post* Soc. Sen. *cons.224.n.2.circa med lib.2.* Vinc.de Franch. *dec.38. num.2.addit.alios* Petr. Caball. *consil.Decis. ciuil. 14.numer.1.lib.1.* Magon. *dec.Florent.51.n.1.vbi multos congerit, & n.2.* Neg. *de pig.part.5.memb.4.n.31.*

Valor autem considerari debet secundum tempus præsens demptis melioramentis, non autem quanti res illa valebat tempore quoadiustum tertium possessorem peruenit, si enim ex beneficio temporis res illa sit aucta pretio, nullo interueniente facto possessoris hoc augmentum cedere in beneficium, & commodum creditoris volunt communiter scribentes. Negus. *d. memb. 4.n.21.* Couar. *variar. resolut.lib.1. cap.8.n.3.vers.ceterum* Magon. *d.decis.51. n.3.* Menoch. *de præsumpt.libr.3.præsumpt.32.n.8 in fine,* Vincent. de Franch. *d. decis.38.n.3. & seq.* Caball. *d.cons.14.n.6.& 7.*]

82 Declar.5. vt †creditori census agenti contra possessorem bonorum ad eius fauorem hypothecatorum remedio Saluiani interdicti non possit opponi exceptio requirens altiorem indaginem; quæ in remedio Saluiani non admittitur. Rip. *in rub.ff.de pig.9. n.19.* Menoch. *de adipisc. possess. remed.3.q.30.n.180.* Rot. *diuers. decis.34. n.23. part.2. cum aliis apud* Scapuccin. *in d. suo tract.de Salu. Interd.lib.2.q.1.& quæst.16.* Statil.Pacif. *in simili suo tract. inspect.2.cap.2.n.41.iuxta posteriorem impressionem.*] Rota *quæ hunc locum allegat, in illa Anconitana census 31. Octobris 1622.coram* Reu.P.D.Ambrosio *de Iuris* Rot.Prouinciæ March. *post tract. dec.499.n.15.*]

83 Et propter hanc † rationem reiiceretur exceptio nullitatis census, vt fuit resolutum in Rota *coram* b.m. Cardinali Blanchetto, 15. *Iunij*, 1598. *in illa Eugubina, seu Perusina census, quæ est impressa, post tract.decis.196. n.1.& coram* Illustr.Card. Lancellotto, 10. *Iunij*, 1611. *in illa Ronorien si census, qua ibidem est decis.95.n.5.& coram* R.P.D.Manzanedo 12. *Ian.*1607. *in illa Rauennatensi Saluiani Interdicti, qua ibid. est dec.142.per totam.*

[Potest tamen opponere exceptionem dominij, videlicet, quod fructus super quo impositus fuit census non erat imponentis, *vt dixit* Rota *in Rom.Saluiani,16. Aprilis* 1632. *coram* R.P.D.Merlino, *post tract.decis.541. n.8.* cuius dicti eam esse rationem existimo, quod licet per census impositionem super fundo censito contrahatur hypotheca, *vt dictum est supra part.1. cap.2. q.3. artic.1.nunc q.23. per tot.* quæ est cæteris firmior, & potentior, *vt diximus d.art.1.n.7 & par.2. cap.2.q.5. art.9. nunc q.98.n.21.* fundus tamen alienus licet vendi possit, non tamen possit obligari, & hypothecari, *l. si rem alienam ff. de pignor.act.& fuit dictum d.art.1.n.8.* & proinde, ex defectu hypothecæ cessare etiam debet Saluianum, & consequenter dicta exceptio respicit defectum vnius ex requisitis in Saluiano.]

Prout † ob eandem rationem exceptio fideicommissi non retardaret creditorem census agentem ad immissionem ex *remed.Salu. Interd.* vt voluit eadem Rota *coram* Seraph. *decis.1178.in si.& decisi.1276 part.2.& coram* b.m.Orano, 18. *Maij*, 1598. *in illa Romana Saluiani Interdicti, quæ est post.tract.decis.70.n.1.& in alia Romana Saluiani Interdicti*, 13. *Ianuarii*, 1603. *coram* b.m Lit. *ta, quæ est ibid.dec.53.per tot. & significanter, n.7.* & coram R.P.D.Sacrato 10. *Iunij*, 1613. *in illa Romana census, quæ ibidem est decis.68.num.9.& in una Romana legatorum de Columna*, 27. *Ianuarij*, 1614. coram eodem, *quæ est ibidem dec.69.n.11.& seqq.* Cum regulare sit, quod huiusmodi exceptio fideicommissi non admittatur in iudicio Saluiani, *vt bene deducit Scapuc. d. lib.2. q.9. n.2.& seq. vbi multas decisiones* Rotæ *allegat quibus addi potest alia decisio facta in causa Romana, Saluiani Interdicti*, 3. *Martij*, 1608. *coram* b.m.Penia, *quæ est post tract.Pacif. de Salu. Interd.decis.*107. secundum posteriorem impressionem. 84

[Ob quam etiam rationem Rota *in una Romana census 6. Iulij*, 1627. *coram* R.P.D.Merlino, *post tract.decis. 542.n.8.* dicebat in his iudiciis possessoriis non admitti exceptionem extinctionis census ad retardandam immissionem domino census pro consecutione fructuum illius.]

Quæ tamen † declaratio limitanda, & restringenda est, si huiusmodi exceptiones requirentes altiorem indaginem incontinenti probarentur, eo enim casu non essent reiiciendæ sub prætextu, quod requirant altiorem indaginem, vt dicit Scapuc. *d.lib.2.q.16.n.4.& 13. Pacif.d.cap.2.num.115.& 267.& alibi in d.posteriori impressione; & voluit* Rota *coram* Seraphino, *decis.757. n.1.part.1. videatur tamen pro horum dilucidiori declaratione, Decisio in d.Romana legatorum de Columna, quæ est post tract.dec.69.n.12.& seq.* 85

Bene verum est † quod si compareat tertius pro suo interesse, & instet retardari immissionem, erit audiendus, dummodo summaria, vel semiplenè doceat de iure suo Surd. *post alios, cons.*181. *n.22.quem, & alios allegat* Auend. *d.tract.cap.*109. *n.4.* 86

Declaratur sextò, vt † à sententia lata in causa census, quando actum fuit remed. Saluian. Interdicti non detur appellatio; vt post alios dicit Boccac. *in d.suo tract.de sensib.part.3.n.65.in fine, Felician.in dd. suis Commentar.tom.1.lib.2.c.2.num.11.* 87

Quod tamen † est intelligendum secundum ea quæ diximus, *supra hac ead.quæst.art.6.n.34. & seqq.* 88

[Declar. VIII. † vt agens Saluiano, vel hypothecaria contra possessorem bonorum pro census solutione obligatorum, & per possessorem meliorationum non possit auocare possessionem nisi prius refecerit, & soluerit meliorationa, vt post Bart, *& multos allegat, firmat* Nicol.Intrigliol, *super Bulla de censib. q.93. num.1.*] 89

Et per hæc ad laudem Dei Omni potentis, & eius Genitricis sit impositus finis huic Secundæ Parti principali.

LVDO

LVDOVICI CENCII
V. I. D.
IN TRACTATVM.
DE CENSIBVS.
PARS TERTIA.

VIDIMVS hûc vſque ortum, vitam, & progreſſum contractus cenſualis, ſequitur vt iuxta promiſſum ordinem de illius interitu, & reſolutione peragamus, quod in hac Tertia Parte principali nos eſſe explicaturos fuimus polliciti, quam in duo principalia capita eſſe diuidendam exiſtimauimus, vt in illorum primo agatur de modis, quibus cenſus extinguitur, & reſoluitur: In ſecundo de quibuſdam effectibus, qui poſt extinctionem & reſolutionem illius conſequuntur.

De interitu, & reſolutione Cenſus.

QVoniam interitus, & reſolutio cenſus per illius extinctionem cauſatur, vt dixit Rota *coram* Reuerend. P.D.Otrembergio,24. *Nouembris*,1606. *in illa Romana cenſus quæ eſt impreſſa, in fine Tract. deciſ.*113. *num.*9. cum illo extincto, fructus ex eo amplius deberi neqeant,*vt dixit eadem* Rota *coram* Reuer. P.D. Dunozet.*in vna Romana pecuniaria*,10. *Iunij*,1613.*quæ eſt ibidem dec.*270.*n.*4. [*& coram* R. P. D. Cauallerio *in vna Romana de Luraghis*,27.*Iun.*1620. *deciſ.*495. *n.*4. *poſt tract.*] ideò de cenſus extinctione eſt diſſerendum Et cum extinctio iſta ex pluribus cauſis contingere poſſit,quarum aliquas conſiderauerunt Summi Pontifices in ſuis Conſtitutionibus, quas in materia contractus cenſualis ediderunt, & maximè Pius V. *in ſua Bulla ſuper forma creandi cenſus*,aliquæ verò ab illis tactæ,& conſideratæ non fuerunt, de ſingulis eſt dicendum,ſed de illis prius,quæ ex Pontificiis Conſtitutionibus inſurgunt,& dimanant,mox de aliis.

Hoc autem primum Caput tot Quæſtionibus explicabitur, quot ſunt cauſæ propter quas interitus, & extinctio cenſus contingere poteſt, extinguitur autem.

Primò,ſi fundus cenſui ſuppoſitus pereat.

Secundò, ſi fundus ille reddatur infructuoſus.

Tertiò,ſi cenſus ipſe redimatur.

Quartò ſi ceſſet cauſa ob quam cenſus ipſe impoſitus,& conſtitutus fuerat.

Quintò,ſi fundus cenſualis tranſeat in dominium, & proprietatem domini cenſus.

Sextò,ſi per Iudicis ſententiam cenſus ſit pronunciatus,& declaratus nullus.

Septimò, ſi impoſitor, & venditor cenſus in re quam cenſui ſuppoſuit habet ius temporale, & illud finiatur.

Octauò,ſi is, qui ad cenſus ſolutionem tenetur ceſſet per lõgiſſimum tempus ab illius ſolutione,& ſit legitima præſcriptione acquirat ſibi libertatem ab onere illò ſoluendi cenſum.

Cenſus totus extinguitur peremptione totius fundi ſuppoſiti.

QVÆSTIO XCIX.

aliàs part. 3. *cap.*1. *quæſt.* 1. *ar.* 1.

HÆc Prima Quæſtio tres complectitur Articulos, quorum.

Primus eſt, quod cenſus extinguitur peremptione fundi ſubiugati.

Secundus quod perempta parte fundi ſuppoſiti extinguitur pars cenſus.

Tertius,quod perempto fundo cenſuato non caſu, ſed voluntate domini illius cenſus extinguitur.

SVMMARIA.

1 *Cenſum peremptione fundi ſuppoſiti non extingui, ſentiunt multi.*

2 *Contraria opinio ſimpliciter,& indiſtinctè amplectenda eſt,vti verior,& magis communis.*

3 *Periculum rei venditæ poſt perfectum contractum pertinet ad emptorem,abſque ſpe repetendi pretium ſolutum*, num.12.

4 *Emphiteuta liberatus ab onere ſoluendi canonem,ſi res emphyteutica penitus pereat.*

5 *Rei emphyteuticæ dominium directum remanet penes concedentem.*

6 *Damnum contingens in re emphyteutica pertinere debet ad dominum directum.*

7 *Cenſum*

7 *Censum extingui ob peremptionem fundi consuati fuit expresè dispositum per Bullam Pij V. super censibus.*

8 *Perire res dicitur, si vsus illius impediatur in perpetuum.*

9 *Census perit peremptο fundo subiugato, si peremptio sit perpetua.*

10 *Ampliatur vt hoc procedat tàm respectu obligationis restituendi sortem, quam soluendi fructus in futurum.*

Intellige, vt num. 13. *in fine.*

11 *Pretium in contractu emptionis, ita debet solui, vt venditori acquiratur perpetuò.*

13 *Venditor non tenetur de vitio superueniente in re vendita post perfectam venditionem.*

14 *Census extinguitur ob peremptionem fundi suppositi, etiam quod in eius impositione, & venditione de hoc nihil cautum fuerit.*

15 *Accidens non potest stare absque subiecto.*

16 *Pactum quod pereunte fundo supposito fructus census debeantur, est illicitum.*

[*Pactum, quod pereunte fundo, census censeatur impositus super aliis bonis, est vsurarium.*]

17 *Pactum quod peremptο fundo subiugato census censeatur impositus super aliis bonis imponentis, non est licitum.*

18 *Licitum quod non est per modum dispositionis, non est etiam licitum per modum conditionis.*

19 *Ob peremptionem fundi supposti pereunt etiam census impositi ante Bullam Pij V.*

20 *Nisi aliter sit conuentum inter partes ex sententia Ludouici Molinæ.*

21 *Sed hæc opinio Molinæ displicet Auctori.*

22 *Census fundatus super alio censu, perit peremptο fundo super quo creatus fuerat primus census.*

[*Census impositus super alio censu non debetur postquam est extinctus primus census.*]

23 *Census fundatus super persona, extinguitur per mortem talis personæ super qua fuit fundatus.*

24 *In censu vitalitio, peremptο fundo, non amittitur fors, secundum Sigismundum Scacciam.*

Contrarium probat Auctor, n. 26.

25 *Census vitalitius requirit pro forma substantiali fundum frugiferum.*

27 *Census vitalitius differt à contractu societatis officij.*

28 *Societas sine officio consistere non potest.*

CIrca resolutionem propositi Articuli plures videntur fuisse Scribentium opiniones. Nam Didac. Couar. *var. resolut. lib. 3. c. 7. n. 3. vers. quod item dicimus.* in ea fuit † sententia quod census non extinguatur ob peremptionem fundi, super quo census constitutus, & collocatus fuerat sentiens eo casu fructus dicti census deberi ex sola personali obligatione. Quod placuit etiam Felic. à Solis, *in suis commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. c. 8. n. 19. sub. vers. quartò, ibi contrariam verò, & tom. 2. eod. lib. 1. & cap. 8. n. 17. quibus in locis alios huius opinionis sectatores refert, à qua nec etiam discrepare videtur* Gaspar. Roderic. *in suo tractat. de ann. reditib. lib. 2. q. 9. n. 75. nec.* Leonard. Less. *in suo tract. de Iustit. & iure lib. 2. cap. 22. dubit. 11. n. 65. & seqq.* dum nititur defendere pactum quod census soluatur etiam quod fundus subiugatus pereat nō esse iniquum, cum qua opinione negante census extinctionem transeunt alij multi, quos recenset Mich. Salon. *in suo tract. de contractib. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3. controuers. 18. n. 1. vers. oppositum,* & omnes ij, qui census personales licitos esse, & iustos contendunt contra eam opinionem, quam pro verissima, & magis communi firmauimus *supra part. 1. cap. 3. q. 1. artic. 6.* Federic. autem Martin. *in suo tract. de iure censu. cap. 4. n. 47. & seqq.* post relatas tres Doctorum opiniones, & rationes, per consideratione casuum, *& cap. 8. n. 193. & 206.* per Constitutionem conclusionum, sequendo eam opinionem quod census constitui possit, vel super sola persona, vel super persona adiecta hypotheca bonorum aliquot seu omnium generaliter, vel super omnibus bonis generaliter, vel super bonis indefinitè, vel super vno, seu quibusdam prædiis in specie, seu indiuiduo concludit dari aliquot casus in quibus peremptis bonis super quibus generaliter vel indefinitè census collocatus fuit, vel constituta fuerat hypotheca pro securitate census adhuc maneat census ipse super sola personali obligatione, licet hoc neget in censu mere reali constituto super re certa, specifica, & indiuidua, in quo casu sequitur contrariam opinionem ad peremptionem fundi sequi ipsius census extinctionem.

Nos † tamen qui primo libro docuimus census nullo modo licitè creari, constituive posse super vniuersitate bonorum, vel simpliciter, & indefinite super bonis constituentis, nec super persona etiam cū hypotheca & obligatione bonorum, reiecta hac casuum diuersitate, & cōsideratione simpliciter, absolute, & indistinctè amplectimur eam opinionem quæ affirmat, quod census extinguatur vel in totum, vel pro parte, prout in totum, vel pro parte contingat perire fundum censui ipsi suppositum, & subiugatum, quam amplexus fuit Guil. Redoan. *in suis tract. de reb. Eccles. non alien. in tit. de constitut. ann. cens. n. 47.* Aurel. Corbol. *in suo tract. de iure emphyteut. causa 14. ob alienat. irrequis. dom. fact. ampl. 49. n. 11.* Aluar. Valasc. *in simili, in suo tract. de iure emphyteut. q. 32. n. 16.* Io. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pact. inter. empt. & venditor. commento 2. §. 2. n. 63.* Tho. Boninsign. *in suo trac. de censib. cap. 13. in princ.* Ludou. Lopez, *in tract. de contract. lib. 1. cap. 6. vers. sit igitur ad quæstionem,* vbi affirmat hoc procedere in vtroq; foro tàm contentioso, & exteriori, quàm conscientiæ, Gregor. de Valent. *Commentar. Theologicor. tom. 3. disput. 5. q. 22. de censib. puncto 2. vers. sexto sequitur,* Cæuall. *in suo Speculo commun. contra commun. quæst. 312. n. 5. & 5. latius q. 847. part. 3.* Io. Azor. Institut. *Moral. part. 3. lib. 10. cap. 5. vers. tertio quæritur,* qui hac potissimum ratione mouetur quod contractus censualis est species emptionis, & venditionis iuris percipiendi censum annum, & annuam responsionem in re certa constituti. At † contra natura emptionis, & venditionis est, vt rei emptę periculum, & damnum sustinere cogatur venditor post perfectum contractum, *l. id quod, in princ. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 1. C. eod. tit. §. cum autem Instit. de empt. & vend. & per hanc rationem in propriis terminis, dicit* Gasp. Roderic. *d. lib. 3. q. 7. n. 3.* ergo si res supposita pereat, perire quoque debet ipse census, isque perire debet ipsi emptori, ac proinde venditor nequit cogi ad solutionem census. Et hanc sententiam veriorem esse testatur, & latè confirmat reuendendo contrariis. Ludou. Velazq. de Auend. *de censib. Hispan. cap. 60. n. 5. cum multis seqq.* Sigismund. Scacc. *de Commerc. §. 1. q. 1. n. 176. & seqq.* post hæc scripta visi. Quæ quidem conclusio confirmatur. Quia sicut emphyteuta † perempta funditus re sibi in emphyteusim concessa, liberatur ab onere soluendi canonem, *l. 1. in fine, C. de iure emphyteut. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua, quæst. 134. n. 160.* Abb. *in cap. potuit, n. 16. vbi de commun. ext. de locat.* Ias. *post alios in l. 2. n. 13. C. de iure emphyteut.* Natta, *cons. 377. n. 1. Clar. in sua Pract. §. emphyteusis, q. 8. n. 8. vers. quæro etiam, & de veriori, & receptiori opinione testatur* Ludouic. Auend. *d. cap. 60. n. 6.* ea ratione, quia † is qui rem in emphyteusim concessit retinet pænes se illius directum dominium, proindè cùm res pereat domino, ad † eum pertinere debet damnum contingens in re, Bald. *in d. l. 1. num. 10. C. de iure emphyteut.* post *Petr. & Cin.* quos allegat, & sequuntur omnes supra citati; Ita etiam dicendum videtur in censu, quoniam licet non solùm possessio, sed etiam dominium rei censui suppositæ

remaneat

remaneat penes imponentem, vt diximus *supra par.1. cap.1.q.1.art.1.* & in emptorem, & dominum census non transeat nisi ius percipiendi, & consequendi dictum censum, & annuam responsionem, vt dictum fuit *supra d.art.1.& par.2. cap.2.q.1.artic.2.* Quia tamen illud est ius quoddam reale, vt fuit dictum sæpius, & maximè *d. part.1.c.2.q.3.art.1. nunc. q.45.* Ideò per peremptionem fundi censuati debet sequi extinctio, & interitus dicti oneris desuper impositi, & sic census desuper constituti, & collocati, cum accidens non possit consistere sine subiecto, *l.nec illum, §.absentis, & ibi* Angel. *ff.de petit. hared.* Confirmatur hæc eadem conclusio non † solùm 7
ex dispositione Pij V. *in sua Bulla super forma creandi census, in vers. postremo census omnes*, vbi hoc expressè disponitur, sed etiam ex *Constitutionib.* Martini V. & Calixti III. *registratis in cap.1.& de empt.& vendit. inter extranag. commun.* vbi id non obscurè Summi illi Pontifices senserunt. Ex quibus constat non benè sensisse Couar. *d.lib.3.variar.resolut. cap.7.num.5.* Garz. Mastrill. *dec. Regni Sicil. part.2.dec.141.n.24.* Surd. *in suo tract.de alim.tit.7.q.33.n.15.* & si qui alij sunt qui affirment hanc conclusionem procedere dumtaxat propter expressam Pij V. dispositionem *in d.sua Bulla*, & ante illius promulgationem contrariam sententiam fuisse vèriorem, nam rectè intuenti apparere potest etiam ante dictam Bullam eandem conclusionem fuisse firmatam ex dictis *Extrauagantibus* Martini V. & *Calixti III. vt diximus infra hoc eod.art.4. ampl.* [Rot. *coram* Cardin. Seraph. *dec.1418.num.12.in fin.*]

Peremptoitaque fundo census ipsum quoque censum extinguit tenendum est, non solum ex rationibus supra deductis, sed etiam quia alias census realis conuerteretur in personalem, quod esse omninò prohibitum fuit sæpius supra firmatum, & ita tarsocinatur Fernand. Rebell. *in suo tract. de obliga. Iustit. lib.10. q.6.num.17.* Quam conclusionem amplexa fuit sæpius Rota, & *signanter dec.757.n.2.par.1.diuers.* & *coram* Seraph. *dec.1418.n.4.part.secunda*, & *coram* Illustr. Cardin. Mellino, 30. *Octobris*, 1602. *in illa Romana census, quæ est impressa post tract. dec.1.n.1.* & *coram* R.P.D. Manzanedo, 10. *Maij*, 1606. *in illa Rauennatensi censuum, quæ est ibid. dec.88.n.4.* [*Et in vna Foroliensi census 25. February 1622. coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ post tract. est dec. 365.n.3. vbi hoc bene confirmat, & sequitur* Gasp. Anton. *Thesaur.q.Forens.lib.1.q.52.n.22. affirmans circa hoc nullam esse apud* Doctor. *difficultatem.*]

Perire † autem res dicitur in proposito non si vsus 8
illius impediatur vt iuris interpretatione terminus iste vsurpatur, *l.cõstante, §.si vxor, & ibi* Glos. *ff.sol.matr. l.cum vnus, §.fin.ff.de bon.auct.Iud.possid. l.3. §. Labeo, & l.qui vniuersas, §.item quod à maiori, ff.de acq.poss. cum seq. & alijs similibus.* Imol. *in cap.potuit, sub.n.42.ext.de locat.* Iaf. *in l.1.n.91.vers.3.illa res, & n.97.vers.non obstat vltimum, C.de iure emphyteut.* Natta, *cons.194.n.6.lib.1.* Andr. Gail. *in tract.de Pignorat.obseruat.9. n.1.in fine*, [*alios congerit* Mastrill. *dec.Sicil.299.num.116.lib.3.*]

Sed † si perpetuò res pereat, & taliter vt penitus & 9
omnino destruatur, & eradicetur, vt sæcuit Pius V. *in d. vers. Postremo census omnes*, quem locum ita intelligunt communiter Doctores, Ludou. Molina *in suo tract. de contract.par.2.disput.391.n.3.* Corbol. d. ampl.49. *n.11.* Bocacc. *in suo tract.de censib.par.3.num.25.*

Hæc autem conclusio vt supra confirmata est aliquot modis amplianda, & extendenda, & quidem.

Primò, quod † ad peremptionem fundi censuati ex- 10
tinguatur census non solum quò ad obligationem restituendi sortem principalem, & pretium erogatum in emptionem census, verum etiam quoad obligationem soluendi annuam responsionem censualem, vt probat *tex.in l.2.C. de alluuion. & palud.* & voluit Roderic. *d.q.7.sub n.4. & placuit* Rota *coram* R.P.D. Manzanedo, 10. *Maij*, 1606. *in illa Rauennatensi censuum, quæ est impressa in fine tract. dec.88.n.5.* & videtur optima ratione fundata; nam sicut in emptionibus, & venditionibus venditor tenetur ad rei venditæ traditionem emptor verò ad pretij solutionem, & † pretium ita de- 11
bet solui vt illius dominium non solum venditori acquiratur, *l.exemplo, in princ. & ibi* Glos. *in verbo, cogitur, ff.de act.empt.* sed perpetuò acquiratur, *l.fin.C. de legat.* Fabian. de Monte, *in suo tract.de empt. & vendit.q.5.numer.33. in 1.& 2.circonstantias* & † perfecta venditione 12
periculum rei venditæ spectat ad emptorem ita vt si pereat non venditori, sed emptori pereat, absque spe aliqua recuperandi pretium solutum, *§.cum autem Instit.de empt. & vendit. l.fin.C.de peric. & com. rei vend. l.si in emptione, §.si emptio, ff.de contr.empt.* Et quemadmodum venditor alicuius prædij tenetur de illius euictione, non † tamen tenetur de vitio superueniente post 13
venditionem perfectam, *l.cum in venditione, l. Lucius, in princ.ff.de euict.* eodem etiam modo concludendum est in censu vendito, quod scilicet, illius periculum debeat spectare ad emptorem non ad venditorem, ita vt si pereat res super qua census constitutus est, annua responsio censualis amplius non debeatur, nec pretium sit restituendum, sed remanere debeat apud venditorem, & cum hac sententia videtur transire Boccac. *d. par.3.n.15.* Rebell. *d.q.6. n.17.vers. accedit*, Ludou. Lopez, *in d.suo tract. de contract. cap.60. vers. ad primum in fine, & alij communiter*, quæ tamen ampliatio quoad onus restituendi sortem principalem restringenda est, vt non procedat si res supposita pereat culpa, & negligentia venditoris, census, vt animaduertit Gregor. de Valent. *d puncto 2.ver. hoc autem intelligi debet*, & faciunt, quæ diximus *supra par.1.c.3. q.2. art.3. in fine, & infra dicemus, hac ead.q.art.3.*

Ampliatur secundò, vt † procedat etiam quod in 14
constitutione, & venditione census non fuerit expressè cautum quod perempto fundo super quo census imponitur, & collocatur ipse quoque census debeat perire, & extingui, Ludou. Molina, *d.suo tract. de contract.disput.387.n.8. vers. hoc constat.* Federic. Martin. *d. cap.8.n.216. & seqq.*

Cùm enim per impositionem census constituatur ius in prædio quod supponitur, vt supra sæpius dictum fuit, illud cum prædio perit, & extinguitur ex ipsiusmet contractus natura, cùm † accidens non possit con- 15
sistere absque suo subiecto, *d.l.nec illum & l.absentis, & ibi* Angel. *ff.de petit. hared.* Surd. *cons.234. num.23. lib.2.*

Ampl. in tantum, & tertiò, vt nec etiam pacto fieri 16
possit † vt pereunte re super qua fuit census creatus, & constitutus annua responsio debeatur: nam data validitate huius pacti sequeretur quod census posset consistere super sola personali obligatione, vt considerat Couar. variar. *resolut. lib.3.c.7. n.5. vers. primum.* quod repugnare naturæ contractus censualis supra sæpius dictum fuit. Et quod huiusmodi pactum sit illicitum, & nullum, deducit Mich. Salon. *d. tit. de censib. art.3.controuers.13.vers. an autem possit*, quod in censu ad formam *Bullæ Pij V. impositio confirmant.* Gasp. Roderic. *in d.quæst.7.n.9.* & Felician. de Solis, *in dd.suis Commentar.tom.2.lib.1.cap.8.num.28.* Ludou. de Auend. *d.cap.60. n.11.* Licet secluſa, & circumscripta *d.Pij V.* Constitutione communem esse contrariam opinionem testentur *ibi Felician.* & *Roderic. n.10.* [Et simile pactum reddere contractum census vsurarium declarauit Rota *coram* Seraph. *d.decis.1418.n.1. & coram* Staril. *in vna Argentina census, referente* Sarnen. *decis.99.lib.1.* In quibus causis fuit resolutum quod est vsurarius census fundatus super fundo certo, & expressis finibus designato adiecto pacto quod si fundus pereat, census censeatur impositus super aliis bonis: de qua re nos diximus supra *in tract.part.1. cap.3.q.3.art.2.sen q.41.*]

Cui pacto † est valde similis alia pactio, & conuen- 17
tio videlicet, quod perempto fundo census censeatur

impositus

impositus super aliis bonis imponentis, de qua meminit Ioan. Bapt. Bocc. *de statut. Verb. præscript.* Glos. 10. *n.* 7. *& refert.* Franc. Viu. *decis.* 369. *n.* 25. *lib.* 2. & ex illa con-
18 tractum effici vsurarium dicunt, Ea enim, † quæ non possunt fieri per modum dispositionis, non possunt etiam fieri per modum conditionis, Bal. *in l. si quis sub conditione, & ibi* Paul. de Castro, *num.* 2. *ff. de condit. instit.* Et ideo cum talis impositio census super omnibus bonis imponentis dispositiuè facta sit omnino illicita, & repugnet Constitutioni Pij V. *vt diximus, supra par.* 1. *cap.* 3. *q.* 3. *art.* 1. ergo erit etiam illicita, si fiat per modum conditionis, si pereat fundus, qui subijcitur censui, & per hanc rationem fuisse hoc pactum habitum pro vsurario in Rota *in vna Argentina census apud* Gomez. *decis.* 92. *dicunt* Viu. & Bocacc. *vbi supra.*

19 Ampliatur quartò supra firmata conclusio, † vt habeat locum non solùm, quoad census creatos post dictam Constitutionem Pij V. sed etiam in iis qui fuerunt impositi ante illius promulgationem vt supra annuimus *num.* 7. *per text. in cap.* 1. *& 2. de empt. & vendit. inter extranag. commun. vt voluit* Surd. *cons.* 162. *num.* 17. *lib.* 2. *qui multos allegat* Boccacc. *in d. suo tract. de censib. par.* 2. *num.* 35. *& Comment. de censib par.* 2. *n.* 35. *& conferunt tradita per* Nauar. *in suo Comment. de vsur. num.* 77. *ad quem locum se remittit, in eod. tract. num.* 115. *q.* 29. *in fine, & cum hac sententia transiuit etiam* Molina, *dicta disput.* 391. *num.* 4.

20 Qui tamen † quo ad census creatos ante dictam Bullam Pij V. intelligit verum, si aliter inter ipsos contrahentes conuentum non fuerit, prout conueniri posse contendit, quod placuit etiam Feder. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. cap.* 6. *n.* 285. *cum multis seqq.* De
21 † quo tamen dicto Molinæ, & Martini, ego valde dubito, tum propter *d. cap.* 1. *& 2. de empt. & vendit. inter Extranag. commun.* tum etiam quia cum ante Bullam quoque *Pij V.* per impositionem census constituebetur ius reale super ipso fundo, qui censui supponebatur, *vt dd. cap.* 1. *& 2.* Non videtur quod ex pacto fieri possit, quod cessante subiecto possit remanere census ipse tanquam accidens fundo accedit cum hoc secundum naturam sit impossibile, vt supra dictum fuit, & faciunt ea quæ dicemus, *infra hoc eodem cap.* 1. *quæst.* 2. *num.* 5.

22 Ampliatur quintò, vt † ob peremptionem fundi super quo creatus est census, pereat non solùm census, qui super eo fundatus, & collocatus fuerat sed etiam alius census, qui fortè super dicto primo censu impositus, & constitutus fuit, vt deductum est *supra q.* 31. *aliàs part.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *art.* 3. *num.* 13.

[Nam extincto censu, super quo alius census fuit constitutus, dicitur perire fundus istius noui census, & proinde ob extinctionem prioris census debent cessare fructus census superimpositi, vt diximus supra *d. par.* 1. *cap.* 3. *q.* 1. *art.* 3. *in additione.*]

23 Ampliatur sextò, hæc eadem conclusio, vt † illi iidem qui censum super sola persona constituit, & imponi posse voluerunt, dixerint illum extingui, & perimi per mortem illius personæ super qua constitutus, & collocatus fuerat Ioan. Azor. *dd. Institut.* Moral. *par.* 3. *lib.* 10. *cap.* 5. *q.* 1. *vers.* 2. *oppones.* Feder. Mart. *in d. suo tract. de iure cens. cap.* 4. *num.* 13.

24 Limitat † istam conclusionem Sigism. Scacc. *d. q.* 1. 178. *vers. explica restringendo*, vt non habeat locum censu vitalitio, in quo, perempto fundo censito, putat emptorem non amittere sortem, sed etiam illi restituendam: sicut contingit in societate officij, in quasi officium vacet per mortem socij, vel alio modo, socius ponens pecuniam, illam non amittit, sed est ei restituenda. Vnde, sicut ille socius non subiacet duplici periculo, videlicet mortis eius, sub cuius vitæ periculo pecunias in societate posuit & vocationis officij; sed tantum mortis: ita videtur dicendum in censu vitalitio, quòd illius emptor vni tantum periculo se supponat, videlicet mortis propriæ, non etiam peremptionis fundi censuati.

Cæterum, † cùm iste quoque census requirat pro 25
forma substantiali, vt imponatur super fundo frugilero vt diximus *supra q.* 10. *aliàs part.* 1. *cap.* 1. *q.* 4. *art.* 3. *n.* 9. prout requirunt alij census, ita disponente Pio V. *in sua Bulla de censib. in vers. hac igitur nostra*, & nos diximus *d. par.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *per tot.* & cum in sensu vitalitio contrahatur emptio, & venditio, sicut in aliis censibus, omnes fine difficultate admittunt. Quemadmodum alij census acquisiti † titulo emptionis, ob peremptio- 26
nem fundi pereunt absque aliqua spe, quod emptor illorum possit pretium repetere, vt deductum est *supra hoc eod. art. num.* 10. *cum seqq.* Ita etiam dicendum est in censu vitalitio empto, vt periculum peremptionis pertineat ad emptorem.

Non obstat simile de societate officij: tum † quia 27
inter dictos contractus magna est discrepantia, vt considerauit, Rota *coram* Illustr. Card. Melino, *in illa Romana societatis, 29. Ianu. 1601. quæ est post tract. dec. 9. n.* 12. tum quia in societate officij non venditur nec officium, nec ius percipiendi fructus & emolumenta officij sed communicantur reditus & prouentus officij, vt dixit Rota *in d. dec. n.* 6. & in dicto contractu celebratur solus contractus societatis, vt subiungit, ibi Rota *num.* 8. Vnde quando cessat, & vacat Officium, nihil supereest quid possit inter dictos socios communicari: & sic cessat societas, † quæ sine officio, tanquã 28
eius subiecto consistere nequit vt dicit ibid. Rota. *numer.* 10. *&* 17. Et propterea, cum societas sit finita, socius ponens pecunias debet recuperare illas tanquam suum capitale: prout officialis vendendo officium vel aliter de eo disponendo, videtur quodammodo suum capitale recipere in censu autem vitalitio, cum celebretur contractus venditionis, si pereat prædium censitum, cessat ius percipiendi fructus ex illo quod fuit venditum. Ergo debet perire periculo emptoris census, per ea quæ diximus *supra hoc eodem artic. n.* 10. *& signanter num.* 12.

SVMMARIA.

1 *Perempta parte fundi censuati perit, & extinguitur proportionabiliter census superimpositus.*

2 *Iudicium idem sit de parte, quo ad partem, quod sit de toto, quo ad totum.*

[*Conductori si res locata in totum pereat, remittitur integra pensio.*
Si pereat pro parte remittitur proportionabiliter pro dicta parte.

3 *Pars fundi non peremptæ, si ferat tot fructus, qui sufficiant ad soluendum integrum censum census in nulla sui parte extinguitur.*

4 *Census constituitur super fundo simpliciter, non autem super aliqua parte illius.*

5 *Contrarium sentit Molina.*

6 *Sed reprehenditur ab Auctore.*

7 *Fundus census, quomodo in illius impositione, & constitutione consideretur.*

8 *Ius, quod contrahitur super re per impositionem census, est relatiuum ad fructus rei non terminatiuum ad illam.*

Perempta parte fundi suppositi, quomodo extinguatur pars census superimpositi.

QVÆSTIO C.

aliàs par. 3. cap. 1. qu. 1. art. 2.

FVit aliquando dubitatum, an sicut peremptototo fundo censui supposito totus census extinguitur, vt in præcedenti Articulo firmatum fuit, eodem etiam modo perempta dicti fundi parte debeat euanescere, & extingui pars census. Et cùm quæstio ista non esset per Martinum Quintum, & Calixtum Tertium, *in suis Constitutionibus registratis in cap. 1. & 3. de empt. & vend. inter extranag. commun.* definita, & terminata, illam 1 † pro parte affirmatiua expressè resoluit Pius V. *in sua Bulla promulgata super forma creandi census, in vers. postremo census omnes, &c.* Quem hac potissimum ratione motum esse existimo, quod idem † fieri debeat iudicium de parte quo ad partem, quod fit de toto, quo 2 ad totum *l. quæ de tota, & ibi not. ff. de rei vendic.* Tiraq. *de retract. Lignag. §. 1. gl. 7. num.* 40.

[Et potest comprobari exemplo conductoris, qui cum soluat pensionem in recompensationem fructuum, quos percipit ex re sibi locata sicut si res illa pereat in totum, remittitur ei integra pensio, quia in totum impeditur frui re conducta, *l. ex conducto, §. 1. vers. sed si ager. ff. locat.* Bal. *in l. licet n. 4. C. locat.* Bosi. *in sua pract. crimin. in titul. de remiss. merced. num.* 85. Ita si res pereat pro parte, & proinde non possit pro ea parte fructus ex illa percipere, debet ei pro dicta parte, & rata remitti pensio, cum locator non possit præstare patientiam quod conductor pro ea parte re conducta vtatur Bart. *in l. 1. n. 4. C. de iur. emphiteut. & in l. si merces, §. vis maior num. 6. ff. locat.* Aret. *consil. 55. n. 4.*] *& iuxta hanc conclusionem resolutum fuit in* Rota *coram* R.P.D. Mazanedo, 10. *May*, 1606. *in illa Rauennatensi census, quæ reperitur impressa, post tract. decis.* 88. *per totam.*

3 Quod † tamen ita accipiendum esse arbitror nisi pars fundi suppositi, quæ remanet non perempta tot ferat fructus, & reditus, qui sufficiant ad solutionem integri census, eo enim casu remanet viuus totus census, & debitor illius tenetur ad solutionem totius, & integræ responsionis censualis tàm inspecto iure communi, quam vigore, *d. Constitutionis* Pij V. *vt dixit* Feder. Martin. *in suo tract. de iure censu cap. 8. n. 224. & seqq. vbi comprobat, & respondet contrariis, &* Statil. Pacif. *in suo tract. de Salu. interd. inspect. 5. cap. 1. n. 147. secundum vltimam impressionem*, Mart. Medic. *dec. Senens. in* 18. *examinat. num. 5. vers. quæ omnia*] *& plenè deduxit.* Rota *coram* Illustr. Cardin. Mellino, 30. *Octobris*, 1602. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec. 1. per tot. vbi* 4 *n.* 3. concludentem reddit rationem, quia † scilicet, census constituitur simpliciter super ipsa re, & non super aliqua certa parte rei, & ideò donec supereſt tanta illius pars cuius fructus satis sint ad solutionem integri census non potest dici peremptares ipsa ad effectum, vt inde resultet, & sequatur extinctio census. [*& præfatam conclusionem ita declarat eadem* Rota *coram* R.P.D. Merlino, 5. *Iulij*, 542. *in vna Romana census ibid. dec. 2. num. 7.*

Ex qua ratione redditur valdè dubitabile, idque dicit [Couar. *variar. resolut. lib. 3. c. vers. sed quia hypotheca,*] *& sequitur* Fernand. Rebell. *in suo tract. de oblig. Iust. lib. 10. q. 6. n. 17.* scilicet, quod totius pensionis annuæ obligatio est in tota re, & partis in parte, & maior, minorve pars obligationis in maiori, minorive parte rei, vbi pro maiore, minorevè parte rei intelligit illam, quæ secundum cõmunem æstimationem maioris, minorisve æstimationis, & valoris extiterit. Hæc inquam consideratio, & animaduersio *Couar. & Rebellij*, non videtur recipienda, cùm census ipse, & annua pensio, quæ constituitur, & videri constituatur, & collocetur, super ipsa re tanquam super toto, & non super aliqua certa rei parte, vt fuit bene deductum in 3 *d. Romana census proximè allegata, n. 3.* Quod satis apte confirmari potest ex alia eiusdem *Rotæ* resolutione facta *coram* R.P.D. Sacrato, 14. *Ianuar. 1602. in illa Romana census, quæ est post tract. decis. 90. num. 6.* vbi fuit dictum, quod census impositus, & collocatus super duobus fundis, prout fundari posse, diximus *supra q. 41. aliàs part. 1. c. 3. q. 3. art. 2.* altero ex dictis prædiis pereunte totus census sustinetur super altero, si fundi restantis fructus possint esse sufficientes ad solutionem totius census.

Neque in isto Articulo curandum esse crediderim 5 de Ludou. Molina, *qui in suo tract. de contract. part. 2. disput. 391. num. 3. vers. posteriori verò*, videtur sentire, quod semper perempta parte fundi censuati debeat perire pars census proportionabilis nulla habita ratione, nec facta distinctione, an pars remanens ferat tot fructus, qui sufficiant pro solutione integri census, motus ratione primo quidem aspectu satis apparente, & probabili, videlicet quod census est ius in re, & tota res super qua census constituitur, & collocatur est obligata ad annuam responsionem censualem, & obligatio extensa est in tota re, ita vt tota sit in tota re, & pars in parte, vt sentire etiam videtur Rebell. *d. q. 6. n.* 17. Vnde infert *Molina* quod ad peremptionem partis rei suppositæ debeat de necessitate perire, & extingui ea pars obligationis, quæ super ea parte tanquam in suo subiecto erat collocata, & consequenter etiam pars census, quamuis pars rei, quæ remanet, reddat tot fructus qui satis esse possint ad solutionem integri census. Etenim † licet hæc ratio videatur satis colora- 6 ta, non tamen apud me talis est, quæ in *Molina, & Rebellij*, sententiam trahere potuerit; continet enim in se fallaciam, cùm falsum sit, quod illud ius reale, quod per impositionem census constituitur super fundo, qui censui supponitur non sit insolidum, & integraliter in qualibet parte fundi constitutũ. Quando † enim 7 census fundatur, & constituitur super aliquo prædio, illud consideratur tanquam vnum totum integrale, & non considerantur singulæ illius partes de per se distinctæ & separatæ, sed totus census imponitur super toto fundo tanquam super illo toto; non autem quælibet pars census imponitur super qualibet parte fundi, ita vt possit discerni quanta pars census sit super qualibet parte fundi collocata, vnde cessat argumentatio. *Molinæ, & Rebellij*, Præterea † ius istud reale, 8 quod constituitur super fundo censuato non debet considerari terminatiuè ad ipsum fundum, sed relatiuè ad fructus illius, ita scilicet, vt fundus remaneat obligatus ratione fructuum, videlicet vt annua censualis responsio soluatur ratione fructuum, qui ex illo fundo percipiuntur: vnde si pars fundi, quæ remanet ferat tot fructus, qui sufficiant pro integro censu annuo non est inconueniens, vt integra responsio soluatur, sin minus soluatur pro ea parte ad cuius solutionem fructus partis fundi remanentis, & non peremptæ sufficiunt. Quæ omnia videtur non obscurè sensisse Rota *coram* Illustriss. Cardinali Lancellotto, *in illa Romana census*, 30. *Octobris*, 1602. *quæ est in calce tract. decis. 1. n. 1. & per tot.* vt ex illius discursu potest quàm facillimè apparere.

SVMMARIA.

1 *Census, quod non extinguatur, si pereat fundus censitus culpa*

culpa, & facto domini illius, volunt aliqui.
2 *Contrarium volunt alij.*
3 *Exempla sicut digitus rem demonstrant.*
4 *Exempla subiiciunt rem tactui.*
5 *Exempla rei veritatem comprobant.*
6 *Census impositus super molendino apto ad macinandum frumentum, si eo diruto ex eius mola, & fistulis aliud construatur, solui non debet.*
Contrarium volunt Boccac. & malè, n. 8. *& seqq.*
7 *Ratio, vbi est eadem, ibi debet esse eadem iuris dispositio.*
9 *Molendinum ad molendum granum, quibus partibus constituatur, & integretur.*
10 *Totum integrale destruitur deficiente vna ex suis partibus integralibus.*
11 *Census extinguitur, si reddatur infructuosus illius fundus.*
12 *Mola ad molendum granum licet de se sit res mobilis donec tamen deseruit molendino, & est eius pars integralis, dicitur immobilis.*
[*Mobilia quæ cohærent immobilibus reputantur immobilia.*
13 *Ædificium constructum ex cæmentis ædificij diruti est diuersum, & separatum ab ædificio destructo, &* numer. 15.
14 *Nauis compacta ex tabulis alterius nauis penitus dissolutæ, est noua nauis ab antiqua penitus distincta.*
15 *Domus constructa ex cæmentis alterius domus omninò diruta, & destructa non est eadem domus, sed alia ab ea penitus separata.*
[*Molendinum constructum ex ruina, & cæmentis alterius, est nouum Molendinum.*
Actio semel extincta amplius non reuiuiscit.
Hypotheca, quæ semel est resoluta, amplius non reuiuiscit.
Census extinctus ex eo, quod perierit fundus non reuiuiscit etiam quod fundus illo redintegretur.]
16 *Ruin. conf. 94. num. 7. lib. 4. declaratur.*
17 *Hypotheca constituta super domo illa destructa, remanet super area.*
18 *Fundus census, si pereat culpa, & facto domini illius quomodo consulatur domino census.*
19 *Fundus census si pereat casu, census extinguitur.*
20 [*Peremptio vel infructuositas fundi censiti quod contigerit culpa venditionis census debet probari à domino illius.*
21 *Culpa non præsumitur.*
22 *Bonus quilibet præsumitur.*]

Fundus census, si pereat non casu, sed facto domini illius, an census extinguatur.

QVÆSTIO CI.

aliàs par. 3. cap. 1. quæst. 1. art. 3.

EXcitant dubitationem Scribentes, quæ venit in hoc tertio articulo dissoluenda, an si fundus censui obnoxius pereat non quidem casu fortuito, sed ex voluntate, & facto domini ipsius fundi, census pereat, & extinguatur. In quo Articulo cùm Doctores
1 non benè inter se conueniant, eum † partem negatiuam videatur tenere Gregor. de Valent. *Commentar. Theologicor. tomo 3. disput 5. quæst. 22. de censib. puncto 2.*
2 *versic. hoc autem intelligi debet.* Partem verò † affirmatiuam amplectatur Nauar. *in suo Comment. de vsur. numer. 118. quæst. 25. quem sequitur* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. 6. numer. 18.* & pleriq; ex iis quos mox referam pro negatiua opinione.

Multi autem pro resolutione propositi Articuli subiiciunt exemplum de molendino apto ad molendum frumentum super quo fuerit census impositus, & collocatus, an si dominus illius illud omnino, & funditus destruat ex eo fonte quod aqua quæ ad molendinum præfatum per canales & fistulas ad molendum ducebatur solitum cursum mutauerit, & alio fluere cæperit, & cum eadem mola aliud molendinum in alio suo solo ædificet, & per eosdem canales & fistulas ad illud nouum molendinum ducat, census super vetus, & destructo molendino impositum queatur soluere ex molendini nouiter constructi redditibus, fructibus, & emolumentis.

Et quoniam † exempla sicut digitus rem ostendunt, 3
§. 1. *Institut. de gradib. l. 1. ff. de præscr. verb.* & tactui quo-
dammodo † illam subiiciunt, Bald. *cons. 358. sub num. 4.*
lib. 1. Rim. iun. *Instit. de donat. in rubr. num. 256.* & exemplis † veritas comprobatur, Bar. *in l. nemo, C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic.* Ideò vt quid pro veritate in hoc Articulo statuendum sit, facilius cognoscamus super dicto exemplo de molendino destructo insistere constitui.

In qua difficultate Nauar. *d. num. 118. quæst. 25.* tenet 6
partem negatiuam ea potissimum ratione, Quia census fuit impositus super molendino antiquo, quod fuit destructum, & deuastatum; molendinum autem de nouo constructum. & ædificatum est aliud ab antiquo, vnde non potest dici quod sit suppositum, & obnoxium oneri solutionis census, & cum Nau. *transsu etiam* Thom. Boninsign. *in suo tract. de censib. cap. 13. numer. 3.* Ludouic. Molina *in suo tract. de contract. par. 2. disputat. 394. num. 3.* Ioan. Azor. *Instit. Moral. part. 3. lib. 10. cap. 16. 3 ers. breuiter*, Feder. Mart. *in suo tract. de iure cens. cap. 8. numer. 118. & seqq.* Statil. Pacific. *in suo tract. de Salu. Interd. inspec. 5. cap. vnico, n. 153. secundum vltimi impress.* Quibus addo Ludouic. de Auend. *de censib. Hisp. c. 60. num. 14. cum seqq.* vbi hanc conclusionem nonnullis similibus confirmat, & pro ea adducit tex. in *leg. si ita legatum 68. & in l. seruum filij, 46. §. si area, ff. de leg. 1.* *Et hanc eandem sententiam fuit amplexa*, Rota *coram* Seraph. *decis. 1417 numer. 4. par. 2.* quibus Ego libenter assentior. Nam cùm census accedat ipsi fundo, & illi hæreat tanquam accidens suo subiecto, sicut subiecto sublato accidens consistere non potest, ita nec census absq; suo fundo, vt diximus *supr. hac ead. q. 15. art. 1. n. 15.* & ideo non est facienda differentia, an fundus pereat facto & culpa domini illius, an verò facto ipso, & casu fortuito, cum vtroque casu census remaneat absque fundo, & accidens absque subiecto, & propterea cum † vtroque casu militet eadem ratio vt extingui debet census, debet etiam sequi idem effectus extinctionis, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* Surd. *cons. 131. num. 19. lib. 3.*

Neque † ab hac sententia potuit me retrahere au- 7
ctoritas Boccac. *in suo tract. de censib. par. 2. n. 42. & seq.* qui contrarium tenuit ea ratione, quod census fuerit impositus super molendino, & sit super domo, fistulis, & molâ quæ constituunt illud totum integrale, & cùm ex destructione domus, non destruatur mola, neque fistulæ, immo ex eisdem fistulis, & canalibus ducatur aqua ad domum de nouo constructam, & ædificatam, in qua cùm eadem mola ex parua loci mutatione fuit factum nouum molendinum in solo eiusdem domini qui propterea est dominus secundi molendini de nouo constructi, & ædificati, sicut erat dominus prioris antiqui deuastati, & ideo inquit *Boccac.* tenetur census impositum super antiquo molendino soluere ex fructibus, redditibus, & emolumentis huius noui, prout tenebatur soluere ex fructibus, & redditibus prioris destructi, [*prout defendit etiam* Ioan. Madis *in tract. quem inscripsit Censuum requisita, & instrum. form. circa 22. quæsitum n. 1. cum duob. seqq.*]

9 Nam his † non obstantibus cum sententia Nauar. & Sequacium [*quam amplectitur* Steph.Gratian. *disc. forens. tom.4. cap.654. n.6. vbi multos allegat.*] transeundum censeo, quæ confirmatur ex infra dicendis, & quidem Primò, quia census fuit constitutus super molendino, & sic super isto toto integrali quod conflatur non solum ex mola, fistulis & domo, vt dicebat Boccac. *in loco supra citato, n.43.* sed requiritur vlterius aqua profluens per fistulas, & canales ad molendum, cum sine ipsa ædificium ipsum sit inutile, & nullos reddere possit ex demolitione fructus, & emolumenta, vt ad
10 censum patet, quorum † vno deficiente non potest, esse néque dici molendinum, argum. *l.cum qui ædes, ff. de vsucap.* Vnde cùm in casu proposito defecerit cursus aquarum, & propterea à domino prioris molendini fuerit etiam destructa domus dicendum est desisse esse in rerum natura molendinum ob carentiam, & defectum partium integralium, & consequenter extinctum esse censum super eo impositum.

11 Præterea † certum est, quod si res super qua census constitutus fuit infructuosa reddatur ipse quoque census cessat, & desinit deberi, vt disposuit Pius V. *in sua Bulla super forma creandi census*, & nos dicemus in proxima seq. quæst. sed ob mutationem cursus aquarum mola, fistulæ, & canales per quos aqua ducebatur ad molendum, necnon etiam domus, & ædificium, quod pro molendino deseruiebant reddita sunt infructuosa; ergo debet etiam cessare obligatio soluendi censum desuper constitutum.

12 His addi potest, † quod licet mola donec molendino est applicata inter immobilia reputetur [quia mobilia quæ cohærent immobilibus reputantur immobilia Rim.iun. *cons.501. n.76. lib.5.* Claud. Bertaz. *de clausul. Instr. clausul. 19. glos.3. num.7.* Mart. *vot.82. n.4. vbi hoc exornat.*] si tamen à Molendino separetur est iudicanda tanquam res mobilis. Bald. *in cap. contingit, col. pen. vers. quæro nunquid mola, ext. de dolo, & contum.* Tiraq. *de retractu Lignag. §.1. glo.7. num.91.* vndè cùm in casu proposito præsupponatur molam fuisse separatam ab antiquo molendino, illa erit iudicandam tanquam res mobilis, super qua census consistere non poterat, vt dictum fuit *supra part.1. cap.5. quæst.1. art.6.* Nec refert quod eadem mola fuerit applicata nouo molendino, quoniam vt dicit Nauar. *loco supra allegato*, hoc est nouum, & aliud molendinum distinctum, & separatum ab eo, super quo census erat collocatus, & impositus: & cum vetus, & antiquum molendinum ita fuerit deuastatum, vt illius forma, &
13 substantia sit penitus mutata, licet † ex mola, & cæmentis illius fuerit factum, & constructum nouum molendinum, hoc tamen nouum non est illud idem,
14 sed alterum diuersum, vt dicitur de naui † compacta ex tabulis alterius nauis penitus dissolutæ, *leg. inter stipulantem, §. sacram vers. & nauis, ibi* Doctor. *ff. de*
15 *verb. obligat.* & de domo † constructa ex cæmentis habitis ex ruina alterius domus, quæ similiter non est eadem domus, sed alia ab illa ruinata, & diruta penitus distincta, & separata *d. §. sacram. l. quod tamen, §.1. quib. mod. vsufr. amitt.* & benè deducit Nauar. *d. numer.* 118. & cum hac conclusione in effectu transit etiam Mart. Bon. *de contract. disp.3. q.4. punct. vnico, n.18.*

[Et in molendino constructo ex ruina, & cæmentis alterius molendini quod non sit idem, sed nouum molendinum dixit Rota *coram* Seraph. *decis.1418. n.4.* Et facit vrgens ratio, quia actio semel extincta penitus amplius non reuiuiscit *l. Manius §. duob. ff. de leg.2. l. qui res, §. aream. ff. de solut. l. inter stipulantem, §. sacram. & ibi* Bar. *num.2. ff. de verb. obligat. cum aliis apud* Surd. *decis.113. num.4. & dec.266. num.5.* Prout nec hypotheca, quæ semel omnino cessauit, & euanuit, amplius non reuiuiscit, *l. cùm qui §. fin. ff. de iur. fisc. glos. in l. si cum §. fin. ff. de furt.* Surd. *decision.51. numer.5. & decision.*
163. *numer.4.* Vnde actio ex contractu censuali oriens, vt censualis hypotheca, quæ per rei censuatæ peremptionem est semel penitus extincta non potest amplius reuiuiscere, etiam si res illa redintegretur, *vt aliis similibus comprobat* Rota *in vna Rauenatensi censuum 24. Maij, 1621. coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis.349. n.8.*]

Nec obstat auctoritas † Ruin. *cons.94. num.7. lib.4.* 16
qua nititur *Boccac.* qui contrariam sententiam defendit, quoniam *Ruin.* loquitur non quando fit nouum molendinum ex mola, & aliis cæmentis antiqui diruti, & deuastati, sed quando antiquum molendinum augetur, & restauratur, quæ sunt inter se valdè diuersa, iuxta not. per Ias. *in l. ius ciuile, n.15. ff. de iust. & iure*, & clarius per Rip. *in l.1. sub n.4. ff. in quib. caus. pignor. vel hypot. contra, & ipsemet* Ruin. *ibi optimè animadvertit, & dicit* Io. Azor. *in d. verb. breuiter supra citato.*

Prout † non obstat regula *l. si fundus, §. si res, l. Paulus, & domus, ff. de pignor. l. domo, ff. de pignor. act.* in quibus habetur quòd destructa domo, quæ alicui erat hypothecata, adhuc ad fauorem creditoris remanet firma hypotheca super area in qua domus illa constructa erat: Quia ex hac regula non potest inferri quod in casu proposito census debeat solui saltem ratione areæ in qua fundatum erat molendinum, quod destructum fuit: quoniam licet hypotheca remaneat supra area domus dirutæ, hoc tamen non potest trahi ad casum nostrum, in quo census non potest consistere in re infructifera, & propterea cum area supra qua constructum erat ædificium sit propter ruinam reddita sterilis, & infructuosa, non potest eius ratione deberi annuus census. 17

Stat igitur prima conclusio, quod census extinguitur ob peremptionem fundi suppositi, siue illa sequatur casu fortuito, siue etiam facto, & voluntate domini ipsius fundi.

In hoc autem differt vnus casus ab altero, quia † 18
quando fundus perit voluntate, & facto domini illius, extinguitur quidem census, sed est consultum domino census, vel vt possit repetere pretium census, totumque interesse tàm lucri cessantis, quàm damni emergentis actione de dolo, seu alia, vel vt cogat dominum fundi vt alium censum constituat super alia re immobili, & frugifera, *vt tradit* Nauar. *d.q.25. ad fin.* sequitur Fernand. Rebell. *d.q.6. num.18. & Feder. Martin. d.cap.8. num.221. & seqq.* Quam sententiam fuit etiam amplexus Ludou. Auend. *d.cap.60. n.19.* Sigism. Scacc. *de Commerc. §.1. q.1. num.178.* [*Et cum hac opinione pertransiuit etiam* Gratian. *d.cap.654. num.1. vbi multos allegat, & illam multis similibus comprobat, & num.7. alios congerit.*] quando autem fundus perit † fortuitò, vel 19
saltem absque fraude, & dolo domini illius fundi, pura, persistendo in eodem exemplo, si dominus molendini illud destruat ex eo forte, quod propter mutationem cursus aquarum esset redditum penitus inutile, & infructuosum, vt considerat Boninsig. *d. tract. de censib. cap.13. n.4.* Cessat omnis obligatio ipsius debitoris census, & illa in totum extinguitur, vt diximus supra, *& proxima seq. quæstione dicemus*, [*& pro hac opin. alios congerit quos sequitur* Grat. *d.c.654. n.6.*

Si autem contingat dubitari. An fundus censitus 20
perierit, vel redditus fuerit infructuosus casu fortuito, an verò culpa debitoris census, *licet* Boccac. *in tract. de censib. part.2. num.41. in fin.* videatur sentire huius difficultatis resolutionem esse repositam in iudicis arbitrio. Verior tamen mihi videtur sententia Martij Medic. *in suis decisionib. senen. examinat.18. numer.15. & infra.* Quod emptor, & dominus census teneatur † probare quod talis peremptio, & infructuositas congerit culpa venditoris, & debitoris census nam venditor habet suam intentionem fundatam supra ipsa peremptione, vel infructuositate quæ ex Bulla Pij V.

super

super forma creandi census sufficit ad liberandum venditorem ab onere soluendi censum, nec in ea fit aliqua distinctio an fundus perierit, vel redditus infructuosus culpa venditoris, an verò casu fortuito. Et † in dubio culpa non præsumitur, *vt dicit ibi* Martius *n.*18. Immo † quilibet præsumitur bonus *l. meritò ff. pro soc.* quæ præsumptio transfert onus probandi contrarium in dominum census.

SVMMARIA.

1 *Census imponi debet super fundo fructifero.*
2 *Census extinguitur si fundus suppositus reddatur sterilis, & infructuosus.*
Ampliatur vt reddita infructuosa parte fundi suppositi pro ea rata extinguatur census, n.6.
Nisi pars fundi, quæ remanet frugifera reddat fructus sufficientes pro solutione totius census, n.8.
Declaratur ampliatio si fundus vel eius pars reddatur infructuosa perpetuo secus si pro aliquo tantum tempore num.9.
3 *Census impositio fit contemplatione fructuum rei quæ censui supponitur.*
4 *Debitum contractum contemplatione fructuum habet taciam conditionem, si fructus nascentur.*
5 *Pactum quod census soluatur etiam quod fundus suppositus reddatur infructuosus, non est licitum.*
[*Census ex eo, quod fundus efficiatur omnino infructuosus extinguitur tam quoad sortem, quàm quoad fructus decurrendos.*
Amplia vt d. fundo cursus effecto infructuoso non reuiuiscat census.]
7 *Æquiparatorum eadem est dispositio.*
10 *Census non extinguitur si fundus suppositus non ferat fructus per aliquod tempus, sed debet solui, ex fructibus aliorum bonorum.*
11 [*Pactum, quod impositor census teneatur manutenere fundum in bono statu, & coli facere non est illicitum.*]

Census extinguitur, si fundus censuatus efficiatur infructuosus.

QVÆSTIO CII.

aliàs part. 3. quæst. 2.

CVm pro iustitia, & validitate contractus censualis necessariò requiratur † vt res super qua imponi, & collocari debet sit de sui natura fructifera, idest, apta ad fructus ferendos, vt latè dictum fuit *supra q.*40. & 41. *aliàs part.*1. *cap.*3. *quæst.*2. *per tot.* sequitur, quod † si res illa supposita reddatur infructuosa, & sterilis, idest desinat de sui natura esse apta ad fructus ferendos, census etiam super ea impositus, & collocatus extinguatur, & resoluatur, vt expressè sanciuit. Pius V. *in sua Constitutione promulgata super forma creandi census in vers. postremo, &c.* vbi leguntur hæc formalia verba. *Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta volumus ad ratam perire, &c.* firmant omnes illi Doctores quos retulimus *in proximo art. precedent. quæst.* & per eos Surd. *cons.*162. *n.*17. *lib.*2. & Martin Bonacin. *in suo tract. de contract. disp.*2. *q.*4. *puncto vnico, num.*20. *vers. tertio non potest, & alij magis communiter* [*& habuit pro firmo* Rot. *in vna Rauennatensi censuum* 1. *Iulij*, 1630. *coram* R. P. D. Durano, *post tract. dec.*545. *num.*1. [& confirmatur, † quia certi iuris est quod impositio census fit contemplatione fructuum ex re supposita colligendorum, cùm inter alia substantialia in constitutione census requiratur quod fundus super quo constituendus, & collocandus est sit frugifer, ita disponente Pio V. *in d. sua Constitutione*, & nos supra diximus, & propterea cùm fundus censui suppositus post sequutam illius sterilitatem non sit amplius aptus ad fructus ferendos, *argum. l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet.* sequitur vt nec census exinde debeatur. Quia † vbi aliquid est in obligatione contemplatione fructuum subintelligitur tacita conditio si fructus nascantur, *l. interdum per tot. ff. de verb. obligat.* Paul. de Castro *in l. ex conducto, §. si vis tempestatis, col.*1. *ff. locat. facit idem* Castr. *in l. Imperator, num.*8 *ff. de* Trebell. *& pluribus confirmat* Sim. de Pret. *in suo tract. de interpr. vlt. voluntat. lib.*4. *interpr. vlt. dubit. vlt. solut.*3. *n.*13. *& seqq.*

Et licet † *Federic. Martin.* quo ad census creatos ante d. Bullam *Pij V.* & etiam quo ad census creatos post promulgationem eiusdem Bullæ in iis locis, in quibus illa vsu recepta non fuit *in suo tract. decens. cap.*5. *n.*285. *& seqq. & cap.*8. *numer.*236. dicat hanc conclusionem non procedere si contrahentium voluntate in constitutione, & venditione census adiiciatur pactum quod annua pensio censualis solui debeat etiam quod fundus censui suppositus efficiatur in totum vel pro parte infructuosus, & hoc aliquot fundamentis, licèt satis leuibus, nitatur comprobare *d. cap.*5. *numer.*287. *& seqq.* Quia tamen in omnibus præsupponit esse licitos census personales, quod nos esse omnino alienum à natura contractus, & à dispositione Summorum Pontificum diximus *supra sapius, & latè p.*1. *cap.*3. *quæst.*1. *artic.* 6. sequitur, quod hæc *Martin.* traditio nullo modo sit recipienda, quæ repelli etiam potest ex iis quæ diximus *supra hoc eod. capit.* 1. *quæst.*1. *articul.*1. & est transeundum cum conclusione supra firmata. Quæ ampliãda est, † vt procedat siue reddatur infructuosus totus fundus censuatus, siue dumtaxat aliqua illius pars, sicut enim quando totus fundus efficitur infructuosus, perit, & extinguitur totus census, ita etiam si reddatur infructuosa pars fundi pro ea rata census resolui debet, vt disposuit *Pius V.* loco supra relato vbi æquiparat hos casus, quod fundus pereat in totum, vel pro parte, & quod fundus reddatur sterilis, & infructuosus in totum, vel pro parte [*Vt consideranit* Rota *in illa Rauennatensi censuum coram* R. P. D. Manzanedo, 24. *Maij*, 1621. *quæ est post tract. dec.*349. *n.*3.] & propterea dispositio † facta in vno ex æquiparatis; deber etiam habere locum, & trahi ad alterum, iuxta ea quæ notant Scribentes, *in l.*1. *ff. de leg.*1. Dec. *in cap. translato, in* 1. *lectura, n.*7. *& seqq. ext. de constit.* Cagnol. *in l. præter bonorum, n.*4. *& seqq. ff. de regul. iur.* Et ideò sicut per peremptionem partis rei censuatæ proportionabiliter perit, & extinguitur ipse census, vt diximus *in q. præcedenti art.*2. eadem ratione si reddatur infructuosa, & sterilis pars fundi suppositi debet proportionabiliter intelligi extinctus, & resolutus ipse quoque census, quod expressè sensit Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, 10. *Maij*, 1606. *in illa Rauennatensi censuum, quæ est impressa in fine tract. dec.*88. *n.*1. *& 4.* [*Et d. dec. Rauennatensi censuum, quæ est* 349. *post tract. n.*2. *& in ead. causa coram eodem* 19. *Martij eiusdem anni* 1621. *quæ ibid. est dec.* 387. *per tot.*

Quæ conclusio est amplianda secundo modo, vt reddito penitus infructuoso fundo censito pereat census non solum quoad sortem, sed etiam quoad annuas responsiones in posterum decurrendas: vt dixit Rota *in illa Rauennatensi censuum coram* R. P. D. Manzanedo, 4. *Februarij* 1611. *quæ est post tract. dec.*386.

Nam & fundus ille censualis semel redditus pensus infructuosus rursus efficiatur fructuosus, non propterea census semel extinctus reuiuiscit, vt simlis simil-

bus confirmat Rota *in eadem causa coram eod. 24. Maij 1621. quæ ex ibid. dec. 349. n. 8. vbi n. 4.* reddit rationem quia si fundus, qui per inundationem aquarum, & siccitatem temporis reddatur fructifer, non est idem fundus, sed nouus fundus ex noua terra, mediatibus aquis ibi allata constitutus, & nulli censui obnoxius. Et propterea ibi Rota concludit censum iam extinctum non reuiuiscere latissimè iuribus, & rationibus id comprobans *& conferuntur tradita supra in tract. hoc eod. c. 1. q. 1. art. 3. n. 12. & seqq. & in addition.*]

8 Declarari † autem, & intelligi debet hæc ampliatio vt procedat, & sit vera, dummodo pars fundi quæ remanet frugifera non sit apta ad reddendum tot fructus qui sufficiant pro solutione totius, & integri census: si enim ea pars, quæ non est reddita sterilis, & infructuosa esset apta ad producendos fructus sufficientes pro toto, & integro censu, ex peremptione partis fundi censuati in nihilo census diminueretur, sed totus, & integer remaneret viuus, & efficax, & in suo robore, iuxta ea quæ dicta, & concluſa sunt *supra qu. præced. art. 2.*

9 Principalis etiam conclusio declarari debet † vt ita demum intelligatur extinctus, & resolutus census totus, vel pro parte ex eo, quod fundus censui suppositus totus vel pro parte sit redditus infructuosus, & sterilis, quando sterilitas, & infructuositas est talis, vt ex ea fundus ille sit effectus omninò non aptus ad fructus aliquos perpetuò ferendos, siue loquamur de extinctione totius census ex eo quod totus fundus sit redditus infructuosus, siue loquamur de extinctione partis census sub prætextu quod pars fundi sit effecta sterilis, secus autem si sterilitas non sit perpetua, & talis, quæ adimat omnem prorsus spem quod aliquo tẽpore possit aliquos fructus reddere, sed sit temporalis: ita vt per aliquot annos fundus ille, vel nullos, vel tàm exiguos fructus ferat qui non sufficiant pro solutione totius census: eo enim casu [Quicquid contrarium conetur affirmare Gaspar. Anton. Thesau. *q. Forens. lib. 1. c. 32. à n. 23. vsque ad n. 36.*] census non extingui dicendum est siue hoc contingat casu fortuito, siue culpa, & negligentia domini fundi suppositi, ex eo forte quod eum aptè, & diligenter coli non curauit vel aliter fuit in culpa, ne fundus ille solitus fructus ferret, nam cum

10 † vtroque casu res ipsa censuata remaneat de sui natura apta, vt aliquo tempore fructus ferat census non potest dici extinctus, [*Vt bene deducitur ex* Seraph. *dec. 1418. n. 10.*] sed solui debet ex fructibus aliorum bonorum, vt quando sterilitas prouenit ex facto debitoris census considerauit Surd. *d. consil. 162. n. 19. & seqq. & nos diximus supra part. 1. c. 3. q. 2. art. 3. n. 4. in fin.*] Vnde Rota *coram* Seraph. *d. dec. 1418. n. 10. & seq.* declarauit

11 † non posse dici improbatum per Bullam Pij V. pactum, quod fieret inter emptorem, & venditorem, census, quod impositor teneatur manutenere bona censuata in bono statu, & coli facere, cum principaliter tendat ad conseruationem rei, super qua est census impositus, quod esse conforme etiam dispositioni iuris communis dicit ibi Rota *n. 7. cum duobus seqq.*] Quando autem prouenit ex casu fortuito benè deducit Leonard. Less. *in suo tract. de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubit. 12. n. 88. vers. vbi notandum, est.* & Feder. Martin. *d. cap. 8. n. 231. & seqq. & n. 235. & latè explicauit* Rota *coram* R. P. D. Manzanedo, 2. *Maij* 1608. *in illa Ranenatensi censuum, quæ est post tract. dec. 89. per tot.* vbi agitur de fundo inundato ab aquis, & propterea reddito infructuoso an, & quando ob dictam inundationem census dicatur extinctus, & quales requirantur circa hoc probationes, & nos quoque diximus *dicto art. 3.* ad quem locum ne pigeat benevolum Lectorem in contingentia facti recurrere.

Census extinguitur redemptione, quomodo redimi dicatur, & quæ requirantur, ad effectum, vt census dicatur extinctus per redemptionem.

QVÆSTIO CIII.

aliàs par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 1.

HÆc tertia quæstio principalis quæ versatur circa redemptionem census latissima est, & satis implicita, & inuoluta.

Ego autem vt hanc materiam redemptionis censuum ea, qua fieri potest facilitate, & perspicuitate complectar, & explicem, quæstionem istam in decem articulos distribuendam operæ pretium esse duxi.

Primus est, quando census dicatur redimi, & quæ sint necessaria vt census extinguatur per redemptionem.

Secundus quis possit censum redimere.

Tertius. An quis possit pro alio censum redimere.

Quartus. Debitor census, an aliquo casu cogi possit ad censum redimendum.

Quintus. An dentur casus in quibus cesset cursus fructuum census, absque eo quod ille fuerit redemptus.

Sextus. An in redemptione census restitui possit pretium in alia specie, quam in pecunia numerata.

* Septimus. Censum quis reuendere quis teneatur, & ibi. An vltimus dominus census quando ille peruenit ad manus plurium dominorum.

An vnus ex pluribus emptoribus eiusdem census.

An maritus censum sibi à sua vxore in dotem datũ.

An is qui pro alio censum emit absque eius mãdato.

An vnus ex pluribus hæredibus domini census.

An proprietarius, vel vsufructuarius eiusdem census.

Octauus, Census an redimi possit per partes inuito illius domino.

Nonus, Dominus census quomodo sit interpellandus pro illius reuenditione siue sit maior, siue sit minor quatuordecim annis, & ibi.

Quid agendum si dominus census recuset censum reuendere.

Decimus, Redemptio census quomodo probetur, & ibi.

An in census redemptione sit de necessitate conficiendum publicum instrumentum manu publici Notarij.

SVMMARIA.

1 *Census ex parte emptoris debet esse perpetuus.*
2 *Census potest quandocumque redimi tam ab ipso imponente quam ab eius hæredibus.*
3 *Facultas redimendi, an amittatur lapsu triginta annorum dubitant Doctores.*
4 *Redimi dicitur census quando restituitur pretium domino census libere recipienti.*
5 *Redemptio non est noua empio, sed prioris resolutio.*
[*Redemptio rei venditæ cum pacto reducit contractum perinde ac si nunquam factus fuisset.*]
6 *Redimendi voluntas probatur aliter, quam per scripturam.*
7 *Redemptio census vt ex restitutione pecuniæ sequatur, opus est, vt solutio expressè fiat in causam sortis.*
8 *Solutio simpliciter facta cedit prius in extinctionem fructuum*

fructuum census, quam in extinctionem sortis.

9 *Fructus cum debentur, naturaliter, & ciuiliter solutum, simpliciter cedit in causam fructuum.*

10 *Puri, & purificati idem est Iudicium.*

11 *Solutio censetur facta pro debito puro.*

12 *Et quod habet exequutionem paratam.*

13 *Census non dicitur extinctus per redemptionem, nisi pretium realiter, & cum effectu restituatur.*

[*Census vt dicatur extinctus requiritur realis pretij restitutio, & actus retrosimilis.*

Promissio de retrouendendo non est retrouenditio.

Pretium in retrouenditione census debet ita fieri reuendentis, vt ab eo nulla ratione possit auocari.

Creditor si dum recipit pecunias à debitore promittat illas restituere creditoribus illius prioribus, & potioribus poterit in casu molestiæ redire ad primeua iura saltem ex æquitate.

Dominus census si vigore promissionis de restituendo prioribus, &c. pretium restituat, census non reuiuiscit, sed tantum repetit sortem, & exigit fructus decursos ante extinctionem.]

14 *Et census reuendatur necesse est, vt dicatur extinctus.*

15 *Contractus non resoluitur ex nuda contrahentium voluntate sed requiritur actus priori similis.*

[*Census emptus ex pretio alterius census, non subrogatur in locum illius, sed fit nouus census.*

16 *Census non extinguitur si quis illum in se accollet.*

17 *Census non extinguitur per illius venditionem, nisi fiat illius debitori, & non alteri personæ.*

Contractuum effectum magis, quam nomen spectare debemus.

Census an sit venditus, vel reuenditus, cognoscitur ex coniecturis, & seqq.

Non enim omnia nulla sunt qualitates.

Census redit liber ab omni onere ad redimentem.

Clausula cessit, *&c.* omnia iura, *&c.* nullo iure, *&c.* ponens, *&c. apposita in instrumento reuenditionis census demonstrant potius venditionem illius, quam reuenditionem.*

Limit. *si secundum mentem contrahentium possint importare extinctionem translatiuam pro conseruatione iurium anteriorum.*

Limit. 2. *si referantur ad eum qui tenetur censum extinguere.*]

18 *Disdicta census est de necessitate facienda ante illius redemptionem.*

19 *Pactum quod venditor census volens illum redimere teneatur denunciare per certum tempus antea, valet.*

20 *Redemptio census facta non precedente illius disdicta, non est legitima.*

21 *Disdicta census debet fieri personæ legitimæ, aliàs non impeditur cursus fructuum.*

22 *Disdicta census non potest fieri procuratori, nisi quando dominus haberi non potest.*

23 *Disdicta non potest fieri procuratori simpliciter constituto sed opus est vt habet facultatem vendidi.*

24 *Disdicta census debet fieri de mandato competentis Indicis, ideſt, de mandato Indicis, cuius iurisdictioni subest debitor census.*

25 *Disdicta faciendæ forma non fuit per Pium V. in sua Bulla de censibus præfixa.*

26 *Disdicta census an fieri debeat ex necessitate in terris non subiectis Ecclesiæ, ratione iurisdictionis temporalis.*

27 *In redemptione census nil debet solui vltra pretium receptum tempore venditionis.*

28 *Et pactum quod aliquid vltra soluatur, est illicitum.*

QVamuis vigore Bullæ *Pij V.* super forma creandi census constitutum fuerit, quod census de quo
1 agimus ex parte emptoris † debeat esse perpetuus, vt dictum fuit *supra part. 1. cap. 1. q. 1. art. 2. nunc quæst. 2.* Ita vt nec etiam per pactum fieri possit, emptori, & domino census liceat repetere pretium quod in emptionem census fuit erogatum, vt probauimus *supra q. 59. aliàs part. 2. cap. 1. q. 3. art. 7.* Attamen † ex parte 2
venditoris nedum ab ipsomet venditore, verum etiam ab illius hæredibus potest quandocumque redimi, vt dixit Rota *in vna Rom. census*, 10. *Decembr.* 1603. *coram* b.m. Litta. *quæ est impressa post tract. dec. 271. n. 2.* In tantum vt hæc redimendi facultas illud tolli, & auferri non possit nec per pactum expressum (quod tanquam contra substantiam contractus censualis redderet ipsum contractum nullum, vt deductum fuit *supra par. 2. cap. 1. q. 3 art. 7. nunc quæst. 59.*)

Nec per quemcunque temporis cursum, licet † enim 3
de iure communi non modica sit apud Scribentes controuersia, an huiusmodi facultas redimendi tollatur, & amittatur lapsu triginta vel quadraginta annorum, *vt animaduertit* Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 8. num. 97. cum multis seqq.* vbi quatuor refert Doctorum opiniones, negatiuam tamen sententiam nos sequi debemus propter expressam *Pij V.* dispositionem *in dict. sua Bulla in vers. Postremò census omnes*, in illis verbis [*Sed etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante etiam longissimi temporis, ac immemorabilis, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscumque verbis aut clausulis concepta sint,*] *& nos diximus supra d. q. 3 art. 8. seu quæst. 60.*

Redimi † autem tunc census dicitur cum per debi- 4
torem illius restituitur domino census liberè recipienti pretium, quod in illius emptionem, & acquisitionem fuerat erogatum, vt dicit Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tom. 2. lib. 4. cap. vnico, num. 12. vers. qualiter*, & absque tali pretij restitutione census extinctio non sequatur, vt declarauit Rota *in vna Romana Saluiani Interdicti*, 23. *Iunij*, 1600. *coram* b.m. Litta, *quæ reperitur impressa in fine tract. dec. 272. num. 3. & 4. coram* Reuerendissimo P.D. Sacrato, 27. *Ianuar.* 1603. *in illa Romana census, quæ ibidem est decis. 204. n. 3. & seq. & coram* Reuerendissimo P.D. Manzanedo, 6. *Februarij*, 1615. *in illa Romana census, quæ est ibidem decis. 182. num. 1.*

Cùm enim constat de voluntate, & consensu vtriusque partis, quod velint censum extinguere per restitutionem sortis census redimi dicitur [Rota *in vna Farfensi pecuniaria coram* R. P. D. Pamphilio, 25. *Maij*, 1618. *quæ est post tract. dec. 396. n. 1.*] nam ista redemptio † non est noua emptio, sed prioris resolutio. Bart. 5
in l. fin. §. fin. ff. de publican. Bon. *in suo tract. de censib. art. 81. n. 114.* Gasp. Rodetic. *in suo tract. de amm. redit. lib. 2. q. 18. n. 22.* Felician. *de censib. tom. 1. lib. 4. cap. 1. n. 11. vers. cum verò principalis* Rota *in vna Romana prælationis* 10. *Decemb.* 1618. *coram* R. P. D. Dunozetto, *quæ est dec. 369. num. 1. post tract.*

Et ista resolutio reducit contractum ad eum statum ac si retro factus non fuisset, vt sexcentorum auctoritate comprobat Mari. Giurb. *decis. Regn. Sicil. 24. num. 11. part. 1.*]

Etiam † quod de tali consensu constet alteri quam 6
per scripturam, vt benè colligitur ex resolutione facta in Rotâ *coram* b.m. Litta, 2. *Aprilis*, 1604. *in illa Romana census, quæ est in fine tract. dec. 273. n. 1.*

Dummodo † tamen pecuniæ in extinctionem cen- 7
sus solutæ efficiantur domini census irreuocabiliter; secus autem, si ipse aliquo casu cogeretur illas restituere vt declarauit, Rota *coram* R. P. D. Pirouano, *in vna Romana pecuniaria*, 20. *Iunij*, 1614. *quæ est in recollectis per* Farinac. *decis. 634. numer. 8. part. 1. & referunt dicta per nos infra hac eod. q. 3 art. 9. seu quæst. 113. n. 11. in fine*, & appareat pecunias fuisse solutas in causam sortis principalis domino liberè recipienti, vt dicit

8 Felician *d.verſ. qualiter*. Nam † ſi ſit facta ſimpliciter, cẽſeri factam potius ad computum fructuum excurſorum, quam pro ſorte principali dicendum eſt, tum quia tales fructus non debentur, accẽſſoriè, ſeu officio Iudicis, ſed principaliter, & iure actionis, *l.in iis, §. principaliter ff.de ſolut. l.1. & ibi* Glo. & Doctor. *C.eod.tit. & in puncto ſenſit* Rota *coram* b.m. Litta, 23. *Iun.* 1600. *in illa Romana Saluiani interdicti, quæ eſt poſt tract. dec.* 282. 9 *n.*8. tum † quia dicti fructus non debentur duntaxat naturaliter, ſed etiam ciuiliter cum debeantur ex contractu, & propterea ſolutum ſimpliciter imputatur in cauſam fructuum non ſortis, *l.in his, §. Imperator & ibi* Bart. & Caſtr. *ff.de ſolut. quos, & alios refert.* Peregr. *conſ.* 99. *n.*15 *lib.*1. tum demum, quia tempore factæ ſolutionis debitum fructuum erat purum, vel ſaltem purificatum (quorum † idem eſt Iudicium Iaſ. *in l. quoties in diem, col.*3. *ff.de verb.oblig.* Surd. *conſ.*73. *n.*4. *lib.*1.) cum deberentur vigore inſtrumenti camerali obligatione vallati, vel alias habentis executionem paratam à ſtatuto, vt diximus *ſupra par.*2. *cap.*2. *quæſt.*5. *artic.*6. Sors autem repeti non poterat, vt paulò ſuperius dictum 10 fuit, vnde † ſolutio debet præſumi facta pro debito 11 quod erat purum, Pariſ. *conſ.*122. *num.*8. *lib.*4. Laderch. 12 Imol. *conſil.*162. *n.*2. *verſicul. tertio, lib.*1. & quod † habebat executionem paratam Barbat. *conſ.*37. *num.*7. *lib.*1. Pariſ. *d.conſ.*122. *n.*12. Grat. *conſ.*54. *n.*61. *& ſeqq. lib.*1. Laderch. *d. n.*2. *verſ.*2. ex quibus exiſtimo ſolutionem ſimpliciter factam intelligendi factam in cauſam fructuum, & non in cauſam ſortis, quidquid contrarium conetur defendere Felician. *d.cap.vnico, n.*32. qui licet multas pro hac ſua opinione efferat rationes, omnes tamen tolli, & ſubuerti videntur hac vnica conſideratione, quod debitum ſortis non ſit neque purum, neque exigibile, vt dictum fuit.

13 Ad effectum † autem vt cenſus dicatur extinctus per redemptionem, neceſſaria eſt effectualis, & realis reſtitutio pretij, vt dixit Rota *coram* Veral. *deciſ.*103. *part.*1. *& coram* Reuerendiſſimo P.D. Sacrato, 20. *Ianuar.* 1603. *in illa Romana cenſus, quæ eſt poſt tract. deciſ.*204. *num.*4.

[Nam ſicut in acquiſitione cenſus titulo emptionis fuit neceſſaria pretij numeratio, vt dictum fuit *ſupra in tract. part.*2. *cap.*1. *q.*1. *artic.*6. *&* 7. *nunc. q.*48. 49. Ita pro extinctione, & reſolutione illius eſt neceſſaria dicti pretij reſtitutio realiter, & cum effectu, & dictum eſt hic *in tract. hoc n.*13. *& deducit* Mari Muta *deciſ.* Reg. *Sicil.*98. *num.*24.

An autem pretium ſit reſtituendum in pecunia numerata, vel potius ſatisfiat reſtitutione illius in qualibet alia ſpecie æſtimata dicitur infra ſuo loco *in tract. hac. q.*111. *art.*6. Iſta autem pretij reſtitutio debet non ſolũ fieri realiter, & cum effectu, & mediante actu retroſimili, licet de hoc vltimo nullam mentionem faciat ibi *Muta*, ita vt non ſufficiat intimatio, nec promiſſio de retrouendendo, cùm illa non ſit retrouenditio, *vt dicebat* Rota *in vna Tiburtina cenſus* 13. *Iun.* 1614. *coram* R.P.D. Mazanedo, *quæ eſt poſt tract. deciſ.* 362. *num.*3. *&* 4.

Sed requiritur etiam, vt pretium ita recipiatur, vt fiat accipientis taliter quod ab eo auocari non poſſit. Vnde ſi reuenditor cenſus recipiendo illius pretium promittat pretium, quod recipit, reſtituere prioribus, & potioribus creditoribus redimentis, & poſtea moleſtetur ab illius creditorib. anterioribus poterit agere primæua actione, ſaltem vtili ex æquitate, vt voluit Rota *in vna Romana cenſus ſeu drogheriè* 14. *Decembris* 1620. *coram* R.P.D. Dunozetto, *quæ eſt ibid. deciſ.*384. *num.*3.

Hoc tamen caſu cenſus non reuiuiſceret, ſed dumtaxat concederetur reuenditori repetitio ſortis ſolutæ, & exactio fructuum ante dictam reuenditionem decurſorum, *vt dicit ibi* Rota *num.*4.]

Necnon † cenſus ipſius reuenditio, vt fuit reſolutum in eadem Rota *in vna Romana cenſus apothecarum,* 14 28. *Iunij*, 1574. *coram* b.m. Cardinali Lancellotto, *quæ eſt ibidem deciſ.*274. *n.*2. *& coram bo.me. Penia*, 31. *Maij*, 1596. *in illa Romana cenſus de Comitibus, quæ ibidem eſt deciſ.*114 *in fine, &* coram eodem, 12. *Nouembris*, 1592. *in illa Romana Saluiani Interdicti, quæ eſt ibidem deciſ.* 77. *n.*1. *& coram* R.P.D. Caualerio, 22. *Iunij*, 1609. *in illa Romana fructuum cenſus quæ ibidem eſt deciſ.*247 *n.*4. & coram Illuſtriſſimo Cardinali Ludouiſio, 20. *Februarij*, 1604. *in illa Bononienſi cenſus, quæ eſt ibidem deciſ*61. *n.*1. & in aliis cauſis ſæpius. [Et quod cenſus non extinguatur niſi per actum retroſimilem dixit Rota *in Romana cenſus* 18. *Ianuarij.* 1628. *coram* Reuer. D. Coccino Decano, *quæ eſt deciſ.*518. *n.*1. & comprobatur viua ratione] Quoniam ad † diſſoluendum contractum non 15 ſufficit nuda voluntas, nec ſolus, & ſimplex conſenſus contrahentium, ſed requiritur actus priori ſimilis, Glo. *in l.ab emptione, & ibi* Bart. *& alij communiter, C. de pact. l.*1. *vbi* Bal. & Salic. *Cod quando lic.ad emption. diſced.* Octau. Oſaſch. *deciſ. Pedem.*25. *n.*5. Surd. *conſ.*52. *n.*54. *lib.*1. *& conſ.*179. *n.*28. *lib.*2. *& dixit* Rota *coram* b. m. Penia, 12. *Nouembr.*1592. *in illa Romana Saluiani Interd. quæ eſt in fine tract. deciſ.*77. *n.*1. *& coram* Seraph. *deciſ.*890. *n.*1. *part.*1. & aliàs ſæpius. [Et licet Rota *coram* R. P. D. Ghiſlerio *in vna Romana cenſus* 7. *Maij* 1629. *quæ eſt deciſ.*530. *n.*2. dixerit non fieri extinctionem per actum retroſimilem niſi concurrat pecuniarum ſolutio: hoc tamen non eſt ita ſimpliciter, & literaliter intelligendum vt ad extinctionem, cenſus per actum retroſimilem ſit neceſſaria vera, & realis numerario pecuniarum, ſed quod bene ſit neceſſaria pecuniarũ, ideſt pretij reſtitutio, *vt diximus ſupra hoc eod. art. num..... & ſeqq.* Hæc autem reſtitutio poteſt fieri non ſolum in pecunia numerata ſed etiam in qualibet ſpecie æſtimata *l.pretij, & ibi* Glo. *C.de reſcin. vend. & latè dicitur infra hac ead. quæſt.*3. *artic.*5. *ſen q.*108. *n.*1. *& ſeqq. vbi n.*4. *& infra* fuit deductum, cenſum extingui etiam per compenſationem debiti puri, & liquidi, quo caſu extinctionem fieri per actum retroſimilem, dixit Rota *in cauſa Præneſtina cenſus.*4. *Martij* 1630. *coram* Reuerendiſſimo Dom. Coccino Decano, *quæ eſt deciſ.* 516. *num.*3. compenſatio enim habet vim ſolutionis in pecunia numerata Bartol. *in l. diuortio §. ob donationes n.*2. *verſ. quis enim ff.ſol. matr. & nos diximus d.art.*6. *n.....*

Reſtituto autem pretio, & facta retrouenditione cenſus adeo remanet extinctus, & reſolutus, vt ſi ex dicto pretio ematur alius cenſus, iſte nonus cenſus non dicatur ſubrogatus in locum cenſus extincti, & reſoluti, ſed dicatur, & ſit nouus cenſus ab illo diſtinctus, & ſeparatus, vt reſoluit Rota *coram* R.P.D. meo Vbaldo *in vna S. Seuerini dotis* 17. *Mart.*1621. *quæ eſt poſt tract. dec.*422. *num.*3. *& ſeqq.*]

Et propterea † non diceretur extinctus cenſus ex eo 16 quod aliquis ſumpſiſſet in ſe onus illum extinguendi, quia per dictam accollationem nec cenſus dicitur extinctus, nec debitor illius liberatus, vt poſt Dec. *conſ.*107. *d.xii* Rota *coram* R.P.D. Mazanedo, 13. *Iunij*, 1608. *in illa Romana cenſus, quæ eſt in calce tract. deciſ.* 238. *num.*1. *verſ. quibus non obſtat, & num.*2.

[Et *in vna Ariminenſi fideicommiſſi* 20. *Iunij* 1622. *coram* R.P.D. Buratto, *quæ poſt tract. eſt dec.*450. *n.*8. *verſ. nec ex eo,*] & dicemus *infra hac eadem quæſt.* 3. *artic.*3. *num.* 8.

Neque ſola † venditio cenſus operatur illius extinctionem, [*Vt dixit* Rota *in vna Saluiani interdicti*, 25. 17 *Maij*, 1618. *coram* R. P. D. Remboldo *quæ eſt ibidem dec.*366. *num.*3.] ſed opus eſt vt illa fiat animo, & intentione illum extinguendi, & ad fauorem debitoris cenſus, & non alterius perſonæ: ſi enim cenſus vendatur alicui ementi pro ſe, & non animo extinguendi illum ſed ſibi cenſum ipſum acquirendi, cenſus non

diceretur

diceretur extinctus, sed potius cessus, & de vna persona ad alium translatus, vt dixit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, 26. *Nouembris*, 1612. *in vna Romana rescissionis instrumenti, quæ est impressa post tract. dec. 275. num. 6. & fuit dedùctum supra q. 57. aliàs part. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 5.*

[Etiam quod contrahentes vsi fuerint non verbo venditionis, sed retrouenditionis, quoniam effectum magis, quam nomen contractus spectare debemus. Surd. *post multos, quos allegat cons. 450. n. 34. lib. 3.*

Mentem autem, & intentionem contrahentium, quod fuerit vendédi, non autem retrouendendi, & extinguendi censum ex coniecturis, & præsumptionibus colligi posse, aliàs in contingentia facti dicebam in casu in quo licet dominus census vsus fuisset verbo retuendendi (quia tamen constituit, se censum illum possidere pro emptore, & pro illius euictione promisit) dicebam contrahentes habuisse in animo celebrare contractum venditionis, non autem retrouenditionis, & extinctionis census. Nam si census fuisset extinctus nec per constituentem, nec per constitutarium potuisset possideri, cum non entium nullæ sint partes, nec qualitates, *leg. eius, qui in prouincia ff. si cert. pet. cum vulg.* & census resoluto, frustratoria fuisset promissio euictionis. Census enim rediisset ad imponentem liber à quocumque onere quod super eo emptor illius imposuisset, *iuxt. not. per* Bart. *in l. diem num. 2. per illum tex. ff. de acqu. pluu. arcen.* Fab. de Mont. *de emption. & vendit. in 4. q. 7. q. princ. n. 7. quartò quæro* Tiraquell. *de retract. conuent. §. 3. gloss. 1. n. 10.* & in hanc sententiam in illo casu eò libentius iui, quia non præcesserat dissdicta eiusdem census quam esse necessariam sanciuit Pius V. *in sua Bulla super form. creand. cens. vers. cum vero traditione, & nos diximus in tract. hoc eod. art. n. 18. & cad. q. 3. art. 9. num. 1. & seqq.*

Et ad demonstrandum quod contrahentes non habuerunt animum reuendendi, sed vendendi, censum aliàs Rota *coram* R. P. D. Dunozetto *in vna Romana census 23. Iun. 1614. quæ est post tract. dec. 359. n. 2.* considerabat, quod contractus non erat conceptus per verba importantia retrouenditionem, sed simplicem venditionem; quia dictum fuerat cesserunt, &c. omnia iura, &c. nullo iure, &c. ponentes, &c.

Cæterum si verba ista possint secundum mentem contrahentium recipere censum, vt potius sonent in extinctionem translatiuam pro conseruatione iurium anteriorum iste census erit capiendus licet repugnet propriæ verborum significationi, vt resoluit Rota *in vna Saluiani Interdicti, 27. Maij, 1619. coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est post tract. decis. 368. num. 2. vers. nam cùm possint, & infra.* Quando autem non ita facilè elici potest ex verbis instrumenti qualis fuerit mens, & intentio contrahentium: sed casus est dubius, an verba sint dirigenda ad venditionem, an verò ad extinctionem, eo casu si verba referantur ad eum, qui tenetur censum redimere, & extinguere, & importabunt extinctionem, & redemptionem, non autem venditionem, vt dicebat Rota *in vna Romana pralationis 1618. coram* R. P. D. Dunozetto, *quæ est post tract. decis. 369. num. 2.*]

18 Verùm † enimuero antequam ad istam census redemptionem perueniatur eadem Piana Constitutione sancitum reperitur, vt debitor census volens illum redimere teneatur domino census denunciare futuram redemptionem, & censum ipsum dissdicere ad effectum, vt dominus census possit interim statuere, & deliberare de reinuestiendis suis pecuniis, vt dixit Rota *coram* Seraph. *decis. 1413. n. 2. part. 2.* & senserat antea *coram* bon. mem. Aldobrandino postea Clemente VIII. *in illa Romana pretensi census, 15. Iunij, 1582. quæ est post tract. dec. 276. in princ.* Propter quam rationem Feder. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap. 6. num. 382.* dicebat valere † pactum quo conuenit quod debitor cen- 19
sus volens illum redimere bimestre, trimestre, aut semestre ante emptori, & domino census suam voluntatem aperire, redemptionem quæ denunciare debeat, quia huiusmodi pactum nullum venditoris onus continet, & prodest emptori, vt suæ indemnitati tempestiuè prouidere possit, & destinare pecuniam suam negotiationi, aut emptioni alterius census: cuius opinio, cùm non repugnet à Piana Constitutione satis æqua, & ideò amplectenda visa est.

Quæ † quidem dissdicta, & denunciatio futuræ re- 20
demptionis census est adeò necessaria, vt ea prætermissa non sequatur legitima census redemptio, immo census semper remaneat viuus, & in suo robore, vt fuit resolutum in Rota *coram* b. m. Iusto, *16. Februarij, 1604. in vna Anconitana bonorum, seu censuum*, quæ reperitur impressa *post tract. dec. 277. n. 1. & 3.* cum qua resolutione transiuit eadem Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in eadem causa primum die 24. Maij, 1613. vt ibidem dec. 84. num. 8.* deindè *die 27. Nouembris eiusdem anni, vt ibidem dec. 278. in princ.* Licet enim Rota *d. die 27. Nouembris coram D. Vbaldo*, quoad negotium principale, quod in dicta dispositione discutiebatur recesserit à decisione facta in eadem causa *coram* b. m. Iusto, *d. die 16. Februar.* in hoc tamen articulo, quod redemptionem census debeat præcedere dissdicta per duos menses quod Rota dixerat *coram* b. m. Iusto, firmauit etiam *coram* D. Vbaldo, *& rursus coram* R. P. D. Dunozet. *25. Nouembris 1613. in vna Iannensi census, quæ in fine tract. est dec. 173. num. 4.*

[Cæterùm cùm necessitas ista denunciandi futuram census redemptionem sit inducta fauore domini census, vt possit prouidere de nouo Inuestimento pecuniarum, *vt diximus supra n. 18. & firmauit* Rota *coram* R. P. D. Merlino, *in Esina Saluiani 10. Nouembris, 1634. quæ est post tract. dec. 558. n. 11.* cum quilibet possit fauori suo renunciare, *l. si quis in conscribendo C. de pact.* vtique poterit dominus, & creditor census dictam necessitatem remittere vt in puncto voluit ibi Rota *n. 12.* & proinde dicta necessitas dissdicendi census restringitur ad casus in quibus dominus census nolit illius pretium sponte recipere, si enim sponte recipiat non præcedente dissdicta cum dicta pretij restitutio sit actus similis constitutioni census, census ipse remanet extinctus per actum retrosimilem *vt subdit* Rota *ibi numer. 13. & 14.*

Verùm enim verò si dominus census nolit non præcedente dissdicta pretium census sponte recipere, dissdicta præfata non esset necessaria vbi census extingueretur de partium consensu; *vt non obscurè voluit* Rota *in firmana census, 10. Maij, 1621. coram* b. m. Buratto, *quæ est decis. 523. n. 2. & in vna Prænestina census coram* D. Decano, *num. 4.*

Dissdicta autem † præfata vt suffragetur, debet fieri 21
personæ legitimæ, aliàs non impeditur cursus annui redditus censualis nec ipso iure, nec ope exceptionis, vt dicit Gasp. Roder. *in d. suo tract. de ann. redit. lib. 2. quæst. 15. num. 49.*

Et † propterea cùm ea sit quædam protestatio ani- 22
mi declaratoria, non potest fieri procuratori nisi in subsidium quando dominus census haberi, & reperiri non potest, *l. aut qui aliter, §. & si fortè, ff. quod vi, aut clam*, Alex. *in l. non solum, §. morte, n. 37. vers. Item addes & ibi* Ias. *num. 33. vers. ibi enim, ff. de noui oper. nunc. & voluit* Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *27. Nouembris 1613. in illa Anconitana censuum, quæ est post tract. dec. 278. num. 14.*

Quatenus † autem essemus in casu in quo dissdicta, 23
& denunciatio præfata fieri posset procuratori, si fieret procuratori simpliciter constituto ad lites, & non habenti facultatem vendédi non esset relenans, vt declarauit eadem Rota *in illa Anconitana censuum, 24. Maij*

Maij, 1613. *coram* R.P.D. meo Vbaldo, *quæ post tract. est dec.*84. *n.*5. *&* 6. *& non obscurè sensit coram* R. P. D. Dunozetto, *in illa Ianuensi census*, 25. *Decemb.*1613. *quæ ibid. est dec.*173. *n.*1. *& seqq.*

24 Debet † etiam disdicta non fieri ex abrupto, & ex propria venditoris census voluntate, sed ex Iudicis competentis decreto, & mandato. Competens autem Iudex in proposito erit Iudex fori ipsius debitoris census, non autem creditoris, *vt dicemus infra hac eadem quæst.*3. *art.*9. *num.*6.

25 Cæterùm † circa modum faciendi dictam disdictam nulla fuit per Pium 5. *in d. sua Constitutione præfixa, & determinata forma*: sed fuit vsu comprobatum vt reluans sit disdicta in qua talia exprimuntur, vt ex illius appareat debitorem census velle illum redimere, vt pura si citetur dominus census ad recipiendum pretium illius, & sortem, dicunt, principalem cum fructibus illius, illiusque decursis, & non solutis, & ad faciendam retronenditionem census in forma, & in contumaciam non recipientis fiat depositum ex Iudicis decreto, vt declarauit Rota *coram* Seraph. *dec.*1413. *part.*2. *& in illa Romana præcensi census*, 15. *Iunij*, 1582. *coram* Clemente VIII. *quæ est post tract. dec.*276. *num.*1. *& 2. & in illa Anconitana censuum coram* b.m. Iusto, 16. *Februarij*, 1604. *vt ibidem dec.*277. *num.*9.

Fieri autem debet eo modo, & forma prout nos dicemus infra latè, *hac eadem q.*3. *art.*9.

26 Sed circa † disdictam potest non incongruè dubitari, An ex quo illa fit ex præcepto, Pij V. *in dict. sua Bulla*, debeat fieri non solum in terris subiectis Ecclesiæ ratione temporalis iurisdictionis, sed etiam in aliis locis. Pro cuius dubitationis resolutione remitto ad dicta per me, *supra part.*1. *cap.*2. *q.*1. *art.*3. *nunc q.*65. *num.*5.

27 In redemptione † autem census facienda nil vltra pretium ipsum receptum tempore venditionis illius, reddi aut solui debet, vt pluribus firmat. Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, nihil vltra, num.*1. Nauar. *in suo Commentar. de vsur. n.*114. *q.*38. *sequitur* Boccac. *in suo tract. de censib. part.*2. *n.*57. *& dixit* Rota *coram* b.m. Iusto, 30. *Octobr.*1602. *in illa Romana annua responsionis*

28 *quæ est in fine tract. dec.*151. *in finalibus verbis*. In † tantùm vt nec per pactum fieri possit, vt aliquid vltra sortem restituatur, vt dicunt Foller. & Boccac. *in locis proximè allegatis, & nos diximus supra part.*2. *cap.*1. *q.*5. *art.*7. *seu q.*59.

SVMMARIA.

1 *Census redimere potest quilibet, qui soluendo extinguere potest debitum.*
2 *Item illius hæres.*
3 *Tam suus quam extraneus.*
Immo etiam hæres hæredis ibidem.
4 *Hæres hæredis dicitur hæres primi defuncti.*
5 *In hæredem transeunt omnia iura competentia defuncto tam activè quam passivè.*
6 *Tutor potest censum impositum super bonis infantis redimere absque aliqua iuris solemnitate.*
7 *Census redimere potest is, ad quem transiuit fundus onere census grauatus.*
[*Fideiussor in contractu census potest illam redimere.*]
8 *Vnus ex pluribus hæredibus debitoris censu non potest cogere dominum census, vt sibi reuendat partem census sibi iure hæreditario tangentem.*
9 *Vnus ex pluribus hæredibus debitoris census potest totum censum redimere.*
10 *Census totum, si redimat vnus ex pluribus hæredibus debitoris census, reliqui coheredes illi remanent obligati, vel ad restitutionem partis pretij.*
11 *Vel ad solutionem annui census proportionabiliter.* ibidem.
12 *Dominus census cogi non potest ab vno ex pluribus hæredibus debitoris census, vt sibi reuendat suam partem census.*
13 *Actio personalis est diuidua inter plures coheredes.*
14 *Actio hypothecaria datur insolidum contra quemlibet ex hæredibus possidentem bona obligata.*
15 *Hæres vnus volens redimere partem census sibi tangentem, debet requirere coheredes, vt eorum partes redimant.*
Immo potest compellere illos ad redimendum.
16 [*Recognoscens bonam fidem venditoris census potest cogere illius emptorem ad sibi illum redimendum, quando recognitio est facta in eodem Instrumento.*]

Censum redimere quis possit.

QVÆSTIO CIV.

*alias part.*3. *cap.*1. *qu.*3. *art.*2.

CIrca hunc secundum articulum facio conclusionem, quod † census redimere possit quilibet, qui soluendo potest debitum extinguere: vt pro regula dicit Ludou. Velasq. de Auend. *in suo tract. de censibus Hispan. cap.* 106. *art.... n.*1. *vbi post multos quos allegat. n.*1. infert, quod poterit census redimere non solum ipsemet qui illum imposuit, & vendidit, vel alteri concessit, sed etiam † ipsius hæres, etiam quod in in- 2
strumento venditionis census nulla sit de hærede facta mentio. Foller. *in sua pract. censuali in verbo, instrumentum gratia, n.*26. *& seqq.* Boccac. *in suo tract. de censib. part.*3. *num.*103. Et † non solum hæres suus, sed etiam 3
hæres extraneus. Foller. *ibid. n.*32. Immo etiam hæres hæredis. Foller. *d. loco, num.*31. Nam † hæres hæredis, 4
prioris defuncti hæres reputatur, & dicitur, *l. hæredis appellatio, l. sciendum, ff. de verbor. significat.* cum aliis apud. Tiraq. *in tract. le mort saisit le vif, par.*2. *declar.*5. *n.*12. *& seqq.* In hæredem autem † transeunt omnia 5
iura, quæ penes defunctum erant tàm activè, quam passiuè, *l. ex contractibus, ff. de actio. & obligat. Instit. de perpet. & temp. act. in princ.* Quod videtur extendendum ad casum in quo debitor census est in pupillari ætate constitutus: potest enim † mediante persona 6
sui tutoris redimere censum absque aliqua iuris solemnitate, cum agat rem vtilem pro suo pupillo, liberando illum, & eius bona ab onere dicti census nam, vt dictum fuit *sup. art. præced. num.*5. redemptio census non est alienatio, sed resolutio præcedentis alienationis, quæ per census creationem, & venditionem fuerat quodammodo contracta; *vt post* Roderic. *de annuitib. lib.*2. *q.*15. *n.*80. *&* 81. *dicit* Auend. *d. cap.*106. *n.*2. Cuius opinionem licet Ego verissimam esse putem, pro ea tamen allegari non potest *Roderic.* qui loquitur de tutore non redimente, sed retinendente censum pupillarem, [Si autem hæres impositoris census illum extinguit, præsumitur extinxisse de pecuniis hæreditariis, maximè si non confecit inuentarium, & talis extinctio fiat eodem anno, vel anno sequenti, quo impositor decessit, *vt consideranit* Surd. *decis.* 15. *n.*10. *& seq. & signanter n.*15. 16. *cuius auctoritate* Rota *in vna Romana fideicommissi de victoriis* 2. *Iunij*, 1627. *coram* R.P.D. Merlino, *quæ post tract. dec. est dec.*494. *num.*14.] Immo etiam † is in quem transiuit fundus oneri census obnoxius, & grauatus potest censum redimere, maximè si fundus vendatur libet, præterquam à dicto censu, vt fuit resolutum in Rota *coram* bon. mem. Iusto, 30. *Octobris*, 1602. *in illa Romana annua*

nuæ responsionis, quæ est impressa post tractat. decis. 251. per tot.

[Sed posset dubitari an hoc liceat etiam ei, qui in contractu census fideiussor accessit. Nam pro parte negatiua, videtur expressa constitutio Pij V. super censibus in vers. pacta etiam. Vbi omnino prohibentur pacta continentia pretium census ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse: nam cùm fideiussor redimendo censum efficiatur creditor venditoris census respectu sortis vt non obscurè sensit Rota *in illa Romana census coram* R. P. D. Manzanedo, *6. Februarij, 1615. quæ est post tract. decis. 182. ante num. 1. & infra*: qui proinde potest illum cogere, & compellere ad restituendum sibi sortem in extinctionem census ex solutam *l. soluendo, & ibi* Doctor. *ff. de neg. gest.* quod est contra expressam dictæ Bullæ dispositionem.

Cæterùm partem affirmatiuam non obscurè amplexa fuit Rota *coram* eodem D. Manzanedo, *in illa Raiennatensi Saluiani interdicti 12. Ianu. 1607. quæ est post tract. dec. 126. n. 13. & coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in illa Romana rescissionis instrumenti, 18. Martij, 1616. quæ est ibid. decis. 183. n. 1. & 2. & expressè coram* Corduba *in vna Romana, seu Bononiensi census, 7. Maij, 1616. quæ est post* Zacch. *de oblig. Camer. al. decis. 101. Et in vna Romana Saluiani interdicti, 27. Maij, 1619. coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est post tract. decis. 368. num. 6.* Et cum qua opinione Ego quoque transeundum censeo tum auctoritate Sacræ Rotæ cuius auctoritate quanta sit nemo est, qui ignoret, tum quia quilibet potest pro alio soluendo illius conditionem facere meliorem *d. l. soluendo, ff. de neg. gest.* prout fideiussor extinguendo, & redimendo censum fecit meliorem conditionem sui principalis dum illum liberauit ab onere soluendi fructus census, qui post extinctionem, & redemptionem deberi non possunt: vt diximus infra *q. 119. aliàs hac 3 part. cap. 2. n. 1. & seq.* Quam commoditatem esse considerabilē videtur colligi ex iis, quæ tradit Gratian. *discept. Forens. tom. 4. cap. 679. num. 9.* vt defendit à nullitate contractum societatis officij, in quo socius ponens pecunias post perfectum contractum recepit partem dictarum pecuniarum ad computum fructuum dictæ societatis in posterum decurrendorum, ea ratione, quia per dictam solutionem liberauit se à debito dictorum fructuum pro dicto tempore: sicut igitur in casu *Gratian.* ista liberatio à futuro debito pro modico tempore est considerabilis, ita, & multò magis erit considerabilis liberatio perpetua *arg. auth. multò magis C. de Sacros. Eccles.*

Nec repugnat Bulla Pij V. Quoniam illa non potest trahi ad casum nostrum, tum quia Bulla improbat pacta, & conuentiones, quod pretium census possit ab inuito reperi, In casu autem proposito nulla interuenit pactio, nec conuentio, & propterea intra regula *l. 4. §. toties ff. de damn. infect. & l. si seruum §. non dixi, ff. de acquir. hæredit. cum similibus*, quia licet in casu proposito venditor census cogi possit ad pretij restitutionem, hoc tamen non accidit ob factum emptoris quod est prohibitum à Bulla, vt considerauit Rota *in d. Romana, seu Bononiensi census coram* Corduba, *num. 7.* Sed facto fideiussoris, quod non prohibuit ibi Pontificia Constitutio, immo sicut fideiussor census potest cogere suum principalem, pro quo fideiussit, vt illum à fideiussione liberet, & eximat, vt dicit ibid. Rota *dict. num. 7. & nos comprobauimus in tract. part. 2. cap. 2. q. 3. art. 4. num. 7. & infra.* Et sicut tempore accessionis potuit fideiussor cum suo principali pacisci, vt intra certum tempus census redimat, *vt diximus d. part. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 8. num. 52. & infra hac part. 3. cap. 1. q. 3. art. 4. numer. 14. & 15.* & sic quasi per indirectum potest cogere venditorem census ad pretij restitutionem, & census redemptionem, eodem modo dicendum videtur, quod licitè possit illum compellere ad sibi restituendum pretium, quod in redemptionem dicti census erogauit.

Hoc tamen existimarem procedere dummodo cesset omnis suspicio, vel præsumptio collusionis inter emptorem census, & ipsum fideiussorem, ex qua posset probabiliter dubitari quod fideiussor dictum censum redemerit contemplatione ipsius emptoris, & propter illius commoditatem per ea, quæ dicunt Ioan. Petr. Fontanell. *de pact. nuptialib. clausul. 4. glos. 18. part. 3. num. 8. & Giurb. dec. Sicil. 85. n. 10. & 44 part. 1.* circa pactum de redimendo censum intra certum tempus, quod valeat inter venditorem census, & illius fideiussorem, quod valeat dummodo cesset huiusmodi suspicio, & præsumptio: quod nos quoque diximus supra in addition. *ad d. par. 2. cap. 1. quæst. 3. art. 8. nunc q. 60. num. 4.*]

Si autem † is, qui censum imposuit, vel alias ad illius solutionem tenebatur, decedat cum pluribus hæredibus, quod quilibet ex eis non possit cogere dominum, & creditorem census ad reuendendum sibi portionem ad quam ex propria persona, & ex suo iure hæreditario tenetur, dicit Roderic. *in suo tract. de ann. reditib. 1. q. 18. num. 36.* cuius tamen dicti veritas dependet, & ex iis, quæ nos dicemus *infra hac eod. q. 3. art. 8. seu q. 110.* 8

Cæterùm † quod vnus ex dictis hæredibus possit totum censum redimere, & dominus census possit cogi, & compelli ad totum censum illi soli insolidum reuendendum, videtur suaderi posse ex communi scribentium traditione, in *l. stipulationes non diuidentur, ff. de verb. oblig.* qua volunt, quod is qui emit rem à pluribus cum pacto de reuendendo cogi possit ab vno tantum ad integram rem reuendendam Ia. *ibi, num. 21. vers. tene, quod* Boer. *decis. 241. num. 2* & alij multi congesti à Cagn. *in l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit.* Rube. Alexand. *consil. 90. numer. 4. vbi multos allegans, illam optima ratione confirmat, & de magis communi testatur prout facit etiam* Mastrill. *decis. 21. num. 1. & 3.* qui tamen veriorem existimat contrariam nisi in duobus casibus videlicet. Nisi vnus ex cohæredibus habeat ius cessum, vel mandatum ab aliis, aut nisi volens redimere caueat se restituturum partem eorum cohæredibus, & de seruando indemnem reuendentem priorem tamen opinionem simpliciter amplexi relati hic in tractatu. 9

Nec videntur necessariæ considerationes *Mastrill.* Non prima, quia eo casu non fieret redemptio ab vno tantum ex cohæredibus, sed ab omnibus, nam si habeat Ius cessum, vel mandatum ab aliis, non ipse sed cedens, vel mandans diceretur redimere ex quo cessionarius representat personam cedentis. Surd. *cons. 322. num. 3. & cons. 424. n. 22. lib. 3.* Thom. Non. *cons. 84. in princ.* Mastrill. *consil. 5. numer. 113.* & est illius imago Costa *de ratione* Rotæ *quæst. 115. n. 5. & q. 223. n. 9.* & procurator censetur eadem persona cum domino *l. ossa ff. de religio. & sumpt. super.* Surd. *cons. 99. n. 23. lib. 1.* & gesta per procuratorem dicuntur gesta per dominum, Rota *genuens. dec. 67. n. 2.* cum personam procuratoris ex persona domini metiamur. Magon. *dec. Lucens. 71. num. 4.*

Non etiam secunda, quia in redemptione census communis non videtur necessaria cautio requisita à *Mastrill.* Nec respectu cohærendum pro quibus redimens, vel facit rem vtilem redimendo censum ex quæ redemptione ipsi quoque liberantur ab onere soluendi in futurum illius fructus, vt supra hoc eod. art. dictum fuit, vel emendo illum non facit aliorum conditionem deteriorem, cum eadem obligatione soluendi fructus dicti census qua tenebatur erga reuendentem teneantur erga cohæredem ementem. Nec etiam respectu reuendentis ex quo recipiendo integrum pretium census ab vno redimente, non possit esse in ali-

quo

quo damno, alij cohæredes nil possint ab eis repetere, nec aliquid illis restituere teneatur, immo eorum debitum fuit mediante redemptione census dissolutum.] & in terminis redemptionis census hoc dicit Foller. *in d.verbo, instrumentum gratiæ n.17. vers. aut vult redimere & n.39.* Bened.Bon. *in suo tract. de censibus art.91. n. 124. in fine* Boccac. *in d.suo tract. de censibus part. 2. num.108. Et eam* Foller. *hanc sententiam sequitur etiam* Alex.Trentacinq. *var.resol. vol.1. lib.3. in tit.de censibus resolut.1.n.11. vers.primo.*

Et ita sententia potest comprobari auctoritate Rotæ *in illa Reatina Iuris redimendi, 20. Maij, 1628. coram* R. P. D. Verospio, *quæ est post tract. decis.490. n.7. vbi ex* Tiraq. & Mantic. *in locis ibi allegatis,* fuit resolutum quod ius redimendi rem venditam cum pacto de redimendo possit exerceri ab vno tantum ex pluribus hæredibus venditoris dummodo offerat totum, & integrum pretium, & attestatur ita alias fuisse resolutum *in eadem causa coram* b.m. Buratto, *sub die 22. Iunij, 1626. prout verè resolutum fuisse apparet ex dec.504. post tract.*]

10 Quomodo† autem succurratur hoc casu hæredi redimenti integrum censum, distinguendum est: An hæres iste verè censum redemerit, & titulo redemptionis censum cum effectu extinxerit. An verò illum titulo veræ, & realis emptionis acquisierit vt primo casu, censu extincto nil aliud à cohæredibus possit desiderare quam restitutionem eius partis pretij in redemptionem erogati, quæ proportionabiliter cohæredes tangeret, *arg.l.pro hæreditariis, C.de hæredit.actione.* Secundò † verò casu coheredes non remaneant liberati 11 ab onere soluendi censum pro eorum hæreditaria portione eisdem tangente, sed teneantur soluere illum cohæredi ementi, facta tamen eis Iurium cessione à cohærede censum emente, & dempta portione eidem hæredi ementi pro sua persona tangente, iuxta ea quæ de pluribus correis ac pluribus fideiussoribus insolidum obligatis censum ementibus, diximus *supra par.2. c.2.q.2. art.5. nunc quæst.71.*

12 Sed maior est difficultas, † an si vnus ex pluribus hæredibus debitoris census fuerit admissus ad redimendum dumtaxat partem illius sibi tangentem iure hæreditario remaneat liber ab obligatione soluendi illum pro reliquis partibus quas non redemit, & non esse liberatum, videtur concludendum ex traditis per Doctor. *in d.l.Stipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obligat.* Boer. *dec.251. sub num.1. & per* Cagnol. *in dict. l.2. n.102. per tot. & signanter vers. non est tamen, C. de pact. inter empt. & vendit.* à qua sententia non esse recedendum in consulendo, & iudicando, dicit Ias. *in d. l. Stipulationes non diuiduntur, n. 20.* & comprobatur 13 in proposito: Quia licet actio † personalis sit diuidua ita vt hæredes teneantur dumtaxat pro portionibus hæreditariis *d.l. pro hæreditariis, C.de hæreditar.act.* tamen † quia pro censu datur actio hypothecaria insoli- 14 dum contra quemlibet ex hæredibus possidentem aliquam ex rebus hæreditariis obnoxiis oneri census, Bart. *& alij communiter, in l.3. C. de negot. gest. l. rem hæreditariam, ff. de euict. l. pignoris, ff. de pignor. & nos diximus supra part.2. cap.2 quæst.5.art.9.* sequitur quod vnus ex hæredibus partem bonorum hæreditariorum redimendo partem census se à solutione reliquæ partis non redemptæ, non possit liberare quominus saltem actione hypothecaria valeat conueniri, vt dictum fuit *supra d.part.2. cap.2. q.2. art.9. seu q.98.*

15 Consulitur † autem indemnitati istius, qui per redemptionem partis suæ, vult se à cursu vsurarum, & annuæ præstationis censualis liberare in futurum, vt agat contra cohæredes quod etiam ipsi eorum partem dicti census redimant, ad quam redemptionem faciendam potest iure medio illos compellere, argum. *text.in l. his consequenter, §.Celsus, & in l. hæredis, §.idem iuris, ff. fam.hercis. cum aliis apud* Boccac. *in d.suo tract.par.2. num.107.* Bon. *d.art.91. num.124.* Foller. *in dict. verbo, instrumentum gratiæ, num.38.* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censibus, tom.1. lib.4. cap.1. numer. 10. & tom.2. eod. lib.4. & cap.1. num.10. vbi hoc comprobat, & exornat.* Licet hoc neget Ludou.Auend. *d.tract.cap.101. num. 11.*

[Sed incidit aliquando quæstio An † is, qui reco- 16 gnouit bonam fidem venditoris census, possit cogere emptorem illius ad sibi illum reuendendum, & cum illa discuteretur in Sacro Rotæ Auditorio fuit in effectu resolutum cum distinctione. Aut recognitio bonæ fidei fuit facta in eodem instrumento, in quo census fuit venditus, & tunc emptor possit compelli ad faciendam retrouenditionem recognitori bonæ fidei. Aut recognitio bonæ fidei fuit facta in instrumento distincto, & separato, & eo casu recognitor bonæ fidei non possit cogere emptorem census ad illum sibi reuendendum. *Et ita fuit decisum in vna Maceratensi census 24. Ianuarij, 1601. coram* Reuerendiss.D.Coccino Decano, *quæ inter eius decisiones impressas est dec.15. num. 1.*]

SVMMARIA.

1 *Censum extinguere, & redimere pro alio quilibet potest secundum Rotam.*
2 *Contrarium sensisse videtur eadem Rota in aliis causis. Conciliantur opiniones,* n.4. *& seqq.*
3 *Extinctio census pendet à voluntate debitoris illius.*
5 *Soluere pro alio quilibet potest.*
6 *Bulla Pij V. super censib. in vers. Postremo census omnes. Intellectus.*
7 *Suscipiens onus extinguendi censum ab alio impositum, illum redimere potest.*
8 *Debitor census non remanet liberatus ab onere soluendi illum ex eo quod quis suscipiat in se onus eum extinguendi.*
9 *Delegatio dici non potest, quando tempore obligationis abest creditor, nec de illius consensu constat.*
10 *Suscipiens in se onus extinguendi censum, illum redimit tanquam principalis debitor.*
11 *Suscipiens onus extinguendi censum cum certis conditionibus, non tenetur extinguere, nisi cum eisdem conditionibus.*
12 *Immo aliter extinguens, extinctio non suffragatur.*
[*Censum in se accollans cum onere illum extinguendi non potest cogi à debitore census, vt illius pretium conuertat in aliam causam.*
Neque compelli potest à creditoribus ipsius debitoris.]
13 *Redimens censum pro alio, frustra desiderat iurium cessionem sibi fieri.*
14 *Nemo cogi potest ad contrahendum.*

An quis possit pro alio censum redimere.

QVÆSTIO CV.

aliàs part. 3. cap. 1. qu3. ar. 3.

IN proposito articulo, An aliquis extraneus possit pro eo, qui ad census solutionem tenetur illum redimere, & extinguere, vario modo videtur sensisse Rota Romana. Nam † *in vna Romana census, 10. De-* 1 *cembris, 1603. coram* b.m. Litta, *quæ est impressa in fine tract. decis.271. num.5. & sequenti,* videtur simpliciter, & indistincte tenere partem affirmatiuam; In † con- 2 trariam verò sententiam eadem Rota *videtur transire coram*

coram R.uerendo Patre Domino Manzanedo, 13. *Iunij*, 1608. *in illa Romana census, quæ ibidem est decisione* 238. *n.* 5. quam negatiuam opinionem *eadem* Rota antea senserat *coram* bon. m. Corduba, 19. *Iunij*, 1595. *in una Faventina bonorum, quæ est ibidem decisione* 153.

3 *num* 6. *&* 7. ea ratione, quia † extinctio census pendet à mera, & libera voluntate illius, qui est dominus fundi censui suppositi, vt expressè sanciuit Pius V. *in sua Bulla super forma creandi census, in vers. postremò census omnes* in illis verbis, *sed etiam posse pro eodem pretio, &c. & in vers. pacta etiam continentia pretium census, &c.* Eandem sententiam negatiuam videtur amplexa Rota *coram* R.P.D.Pirouano, *in una Anconitana pecuniaria*, 23. *Ianuarij*, 1612. *quæ est in recollectis per* Farin. *dec.* 373. *num.* 6. *part.* 1. ea ratione, quia ad recipiendam retrouenditionem requiratur mandatum, auctoritate eiusdem Rotæ *in Ariminensi census*, 1. *Iulij*, 1580. *coram* Seraph. *dec.* 831. *Sed certè* Rota *coram* Seraph. solùm dixit quòd nemo potest reuendere censum absque mãdato (quod in tantum est verum, vt ad dictum effectum requiratur mandatum speciale, vt dicemus *infra hac cad. q.* 3. *art* 7. *seu q.* 109. *num.* 49.) non autem dixit, quod ad recipiẽdam retrouenditionẽ requiratur mandatum; Immo requiri non videtur verius, per rationes quas considerauit eadem Rota *coram* b.m Litta, 10. *Decembris* 1603. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.* 271. *num.* 5.

4 Ego verò omissa disputatione crederem has contrarias opiniones posse facili negotio ad concordiam reduci per distinctionem quam facit Bald *in conf.* 190 *n.* 2. *lib.* 5. quam in proposito amplectitur Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 11. *vers. verum, &* Gaspar. Rodetic. *in suo tract. de annu. reddit. b. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 6. videlicet, an iste extraneus velit simpliciter censum redire. & vlterius non desideret, aut verò vltra reuenditionem desiderat etiam cessionem iurium. Nam in primo casu veriorem esse existimo affirmatiuam opinionem Rotæ *in illa Romana census coram* b. m. Litta, quam proximè allegauimus ea

5 potissimum ratione, quia † quilibet potest pro alio soluere, & aliena negotia vtiliter gerere, *l. soluendo, ff. de negot. gest. l. si pro me, l. decem*, §. 1. *l. solutionem, ff. de solut.*

Nec repugnat *d. Constitutio Pij V.* supra allegata,

6 quoniam † non procedit prohibendo quo ad alios, sed disponendo quo ad dominum fundi, quod illi liceat quandocumque censum redimere, & propterea non est ab illa sumendum argumentum, nec extendenda ad correctionem iuris communis, quod minus, quàm fieri potest est corrigendum, *c. cum dilectus, ext. de consuet.* Rom. *conf.* 197. *n.* 2. Alex. *conf.* 106. *n.* 9. *lib.* 5. Corn.

7 *consil.* 115. *col. penult. lib.* 2. Et multò † magis hoc esset recipiendum, si ille extraneus recepisset in se onus ad fauorem debitoris census de illo extinguendo;

8 Quo tamen casu licet † per istam accollationem debitor census non remansisset liberatus, iuxta *not. in l. si pupillo*, §. *fin. ff. de solut. & per* Dec. *conf.* 167. *sub num.* 1. *vers. & ita in tali delegatione, & n.* 2. *& diximus supra hac cad. q.* 3. *art.* 1. *seu q.* 102. *n.* 16. *& clarè voluit* Rota *in illa Romana census*, 13. *Iunij*, 1608. *coram* R.P.D.Manzanedo, *quæ est impressa post tract. dec.* 238. *num.* 1. *vers. quibus non obstat, & numer.* 2. *& in una Tiburtina census coram* R. P. D. meo Vbaldo, *die* 17. *Iunij*, 1615. *quæ reperitur impressa post tract. decis.* 279. *n.* 7. *vers. vlterius iniusta, & rursus die* 4. *Maij*, 1616. *quæ est ibid. dec.* 280.

9 *num.* 4. *vers. circa tertium*, cum † hæc non fuerit vera delegatio stante absentia domini census, nec de illius consensu constet. Bar. *in l. singularia, num.* 18. *&* 19. *ff. si cert. pet. & voluit* Rota *coram* R.P.D.Manzanedo, 13. *Iunij*, 1608. *in dicta Romana census, quæ est post tract.*

10 *decis.* 238. *numer.* 2. *&* 3. attamen † videtur quod non vti extraneus, & tertius, sed potius tanquam principalis debitor sit considerandus, cùm teneatur, & obligatus sit ex proprio facto, & ex proprio contractu constituendo se soluturum, & censum redempturum pro alio, argum. §. *de constituta, & ibi not. per Doctor. Inst. de act.*

In hoc autem casu quando quis assumit in se onus extinguendi censum pro alio, est obiter adnotandum. Quod si † iste obligauit se ad soluendum pecunias in 11 extinctionem census cum aliquibus pactis, conuentionibus, & conditionibus, puta, quòd pecuniæ illæ erogentur in emptionem bonorum immobilium vel aliorum censuum, non tenetur censum extinguere, nec pecunias soluere aliter, quàm vti fuit conuentum, & non soluendo non potest dici, quod sit in mora soluendi, & extinguendi, vt fuit resolutum *coram* Illustrissimo Cardinali Lancelloto, *in una Romana Salutiani Interdicti prima*, 10. *Decembris*, 1599. *quæ est impressa post tract. decis.* 281. *num.* 2. *& 4. & rursus die* 21. *Martij*, 1600. *ibidem decis.* 282. *num.* 1. *&* 4. Immo † si 12 aliter pecunias in extinctionem census solueret quam in emptionem bonorum stabilium vel aliorum censuum. talis extinctio ei non suffragaretur, vt in his terminis dicit Steph. Gratian. *discept. Forens. tom.* 1. *c.* 45. *num.* 2.

[Ita nec debitor census potest mutando voluntatem cogere eum, qui in se dictum censum accollauit cum onere extinguendi, vt illius pretium in aliam causam conuertat, nec illius creditoribus, etiam anteriorem hypothecam habentibus id permittitur: vt resoluit Rota *coram* Gregor. XV. *decis.* 362. *n.* 8. *&* 10.]

In secundo † verò casu quando iste extraneus vltra 13 reuenditionem census desiderat sibi à domino census fieri concessionem iurium, verior est opinio negatiua, vt post alios quos allegat firmat Ludou. de Auend. *in suo tractatu, de censibus Hispan. cap.* 106. *numer.* 6. & ita intelligenda est Rota *in illa Romana census*, 13. *Iunij.*, 1608. *coram* Reuerend. P. D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis.* 238. *& illa Faventina bonorum coram* bon. mem. Corduba, 19. *Iunij*, 1595. *quæ est ibid. dec.* 153. quod non possit cogere dominum census ad illum reuendendum cum cessione iurium: Quia cùm eo casu resulter quidam contractus ex quo processione iurium debet solui pecunia, *l. Papinianus, ff. mand. l. Modestinus, ff. de solut.* nemo † cogi potest ad contrahendum, 14 & vendendum, *l. inuitum, Cod. de contrah. emptione, l. nec emere, C. de iur. deliber. l. quod nostrum, ff. de regul. iur.* & ita concludit Bal. *d. conf.* 190. *n.* 2. *&* Roderic. *d. q.* 16. *num.* 7.

Ratio autem differentiæ, quæ considerari potest inter vnum casum, & alterum de prædictis, ea esse potest quia quando agitur de sola, & simplici redemptione, tractatur de liberando debitore à nexu suæ obligationis, & ab onere soluendi censum, & quilibet soluendo pro alio potest illum liberare *d. l. soluendo*, cum aliis allegatis, sed quando peritur cessio iurium, non agitur vt debitor liberetur, sed vt huic redimere volenti ius acquiratur, quæ valdè inter se differre, docet Felician. *d. n.* 11. *versiculo verum.*

[Pro declaratione autem conclusionis factæ in hoc secundo casu videndus est Surd. *consil.* 526. *n.* 11. *lib.* 4. *&* Giurb. *decis. Sicil.* 87. *n.* 21. *vers. nec obstat cum tribus num. seqq.*]

SVMMARIA.

1 *Debitor census non potest cogi ad illius redemptionem.*
2 *Etiam quod per Iudicis sententiam condemnetur ad pretij restitutionem.*
3 *Limitatur 1. si debitor census denunciauit domino illius futuram redemptionem.*
[*Emptor census potest cogere venditorem ad illum redi-*

mandum etiam post annum disdicta si intra annum dolose,& litem subsistinendo redemptionem distulerit.]

4 *Limitat. 2. quando census fuit impositus super re aliena,non consentiente domino fundi.*

5 *Emens censum impositum super re aliena sciente, non potest iuste recipere annuos census.*

6 *Limit.3. quando census fuit impositus super re subiecta fideicommisso illo purificato.*

7 *Limitatur 4. quando census fuit impositus super re feudali, seu emphyteutica, feudo, & emphyteusi finita.*

8 *Agens ad restitutionem pretij census ex eo, quod sit impositus super re aliena,vel fideicommisso subiecta feudali,vel emphyteutica,debet pretium repetere ratione damnorum,& interesse.*

9 *Imponens censum scienter super re non libera asserens illam esse liberam, potest conueniri executiue ad pretij restitutionem.*

10 *Limitatur 5. quando in contractu census sunt obligate Communitates Status Ecclesiastici, & earum bona.*

11 *Limit.6. quando dominus fundi illum dolose destruxit & reddidit penitus infructuosum.*

12 *Limit.7. quando domino census non fuerunt adimpleta promissa in contractu census.*

[*Interesse,quod venit ex natura contractus,debetur etiam nulla precedente conuentione.*

Ex contractu conditionali non potest agi,nisi iustificata purificatione conditionis.

Obligatus renouare fideiussores in contractu census liberatur si dominus census lapso termino prefixo ad renouandum,recipiat fructus census.

Pactum resolutiuum conceptum verbis directis operatur resolutionem ipso iure.

Secus si sit conceptum verbis obliquis,quia tunc requiritur declaratio.

Contractu census resoluto,fructus illius non debentur.

Fructus census debentur ex contractu, cuius resolutio pendet à voluntate contrahentium.

Pactum resolutiuum conceptum verbis obliquis non operatur retro translationem dominij ipso iure.

Limitatur, Si sit adiecta clausula eo ipso, vel similis num.12.

Fructus census debentur domino census, qui illius pretium soluit etiam quod non sit prestitus fideiussor, non obstante pacto, quod fructus non soluantur donec fideiussor prestetur.

Venditor morosus in adimplendo promissa emptori, qui pretium soluit tenetur ad interesse recompensatiuum.]

13 *Limit.8. quando inter partes fuit initum pactum iuratum,quod debitor morosus possit compelli ad pretij restitutionem.*

14 *Limit.9.quando inter venditorem census,& illius fideiussorem fuit factum pactum,quod teneatur illum intra certum tempus redimere.*

15 *Idem si tale pactum sit initum inter venditorem census,& eum qui illius bonam fidem recognouit.*

[*Accollans in se censum tenetur illum extinguere.*

Promittens extinguere censum certo tempore potest cogi, vt illo tempore extinguat.

Obligatus ad factum tenetur facere cum primum potuerit.

Promittenti extinguere censum, nullo statuto tempore, est iudicialiter prefigendus terminus, intra quem extinguat.

Interpellatio ad extinguendum censum quomodo fiat.]

16 *Limit.10. quando census fuit ab initio nullus.*

17 *Vel fuit declaratus nullus per Iudicis sententiam.*

18 *Census est nullus,quando domino census dantur pignora pretiosa,& equiualentia retinenda donec census redimatur.*

19 *Secus si sint retinenda donec prestetur fideiussor.*

20 *Vel dominus census illa habeat in causam iudicati.*

21 *Limit. 11. quando census fuit impositus super fundo non libero,sed alteri oneri obnoxio.*

[*Censu constituto super re non libera potest repeti pretium condictione causa data.*

Pactum, quod si fundus census detegatur non liber,possit repeti pretium,est licitum.]

22 *Limit.12. in censu imposito super fundo empto cum pacto de redimendo, sequuta illius redemptione.*

23 *Limitat. 13. quando dominus census efficitur dominus fundi censuati.*

24 [*Venditor census in casibus in quibus tenetur ad pretij restitutionii,si sit morosus,tenetur emptori ad interesse.*

25 *Debitor post moram tenetur ad interesse.*

26 *Interesse hoc quomodo taxetur.*]

Debitor census an aliquo casu cogi possit ad illum redimendum.

QVÆSTIO CVI.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 3. ar. 4.

CVm ex Constitutione Pij V. *super forma creandi census,in versic. Pacta etiam continentia pretium census, ab inuito,aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse, &c.* fuerit expresè dispositum, quod † debitor 1
census non possit compelli ad illum redimendum, & extinguendum, Quod pro generali regula amplexa fuit Rota *coram* b.m.Card.Pamphil. 29.*Nouemb.*1593. *in illa Romana census,quæ est impressa post tract.dec.*283. *n.4.& coram* b.m.Litta, 23.*Iunij*,1600. *in Romana Saluiani Interdicti, quæ est ibidem dec.*272. *n.6. & nos comprobauimus supra part.2.cap.1. q.1. art.7.nunc q.*50.Etiam † quod per Iudicis sententiam fuerit condemnatus ad 2
restitutionem sortis, vt declarauit Rota *coram* R.P.D. Sacrato, 20. *Nouembris*, 1600. *in illa Romana census de Paluriis, quæ est post tract. decis.64. num.1.* Videndum nunc est an ab ista generali regula liceat aliquo casu recedere.

In quo articulo Ego reperio fuisse consideratos aliquot casus per Scribentes, in quibus possit debitor census compelli ad restitutionem pretij, quod in venditione census receperat, quorum.

Primus † est ille,quem considerat *Pius V. in d. sua* 3
Constitutione,videlicet:Quando debitor census denunciauit creditori, & domino illius futuram eius redemptionem. Si enim postea eum pœniteat & nolit amplius redimere,potest transactis duobus mensibus dissictæ intra annum cogi,ad faciendam redemptionem, vt expresè disposuit ibi Pius V. *& sequuta fuit* Rota *coram* b.m.Iusto, 16. *Februarij*, 1604. *in illa Anconitana bonorum, quæ est post tract. dec.*277. *n.*8.

[Ista autem cõclusio non est ita ad litteram,& iudaicè intelligenda,vt dũtaxat intra annum possit emptor census cogere emptorem ad redimendum post dissictam ab eo factam, quin aliquando etiam transacto anno possit illum compellere vt redimat. Quid enim si venditor, transactis duobus mensibus fuerit ab emptore interpellatus intra annum, vt censum redimat, ipse autem hanc redemptionem facere recuset,& super hoc inter eos lis agitetur sine intermissione, adeò vt labatur annus ante illius finem: cur non debeat hoc casu venditor compelli etiam post annum ad redimendum,ne propria culpa,& proprius dolus illi contra iuris regulas patrocinetur,& ita hanc conclusionem intelligit Io.Bapt.Madius *in sua tract. quem inscripsit Censuum requisita,& instr.form.circa nouum quæst.n.*3.]

Secundus

4 Secundus casus est † quando census fuit impositus super re aliena ignorate, & non consentiente illius domino, nam agi potest contra venditorem census, vel vt pretium restituat, vel vt aliam rem propriam subiiciat, non solùm si sequuta fuerit euictio rei subiugatæ, vt dicit Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. controuers. 14. num. 8. vers. tertia conclusio*, Gasp. Roderic. *in suo tract. de annu. reditib. lib. 2. q. 9. num. 73.* Verùm etiam si euictio adhuc sequuta non fuerit; vt resoluit Rota *coram* Seraph. *dec. 321. part. 1. quæ est apud* Boccac. *in tract. de censib. part. 2. n. 147. in 2. difficult. & sequitur* Petr. Caball. *consil. lib. 1. conf. 94. n. 5.* & cum hac sententia non obscurè transiuit Nauar. *in suo Comment. de vsur. n. 119.*

5 quo loci propterea affirmat, † quod is qui emit census positum super re, quam sciebat esse alienam, & simulat se ignorare, vt possit, quando voluerit compellere venditorem ad reddendum sibi pretium eo sub prætextu quod constituerit census super re quæ non erat sua, non potest iustè recipere annuas responsiones censuales, & sequitur Roder. *d. num. 73.* & nos de hac re differimus *supra part. 1. cap. 2. q. 1. art. 1. vel q. 14. n. 10. & seqq.*

6 Tertius additur casus, † quando census fuit impositus super re fideicommisso, & restitutioni subiecta, nam purificato fideicommisso posse compelli debitorem census, vt illum redimat, & prætium restituat fuit resolutum *coram* b.m. Penia, 20 *Martij*, 1600. *in illa Bononiensi census, quæ est post tract. dec. 46. num. 2. & coram* Illustr. Cardin. Lancellotto, 10. *Ianu*, 1605. *quæ est ibid. dec. 137. num. 1. & nos diximus supra d. part. 1. cap. 2. q. 1. art. 6.* [*& huic, & superiorem casum amplectitur nobis c. tatis* Mastius Medices *dec. Senens. 31.*]

7 Quartus his similis addi potest casus † si census fuerit impositus super re feudali, vel emphyteutica, nam feudo, & emphyteusi finita dominus censûs agere potest, vt sibi fors principalis restituatur cùm census sit resolutus, vt tradit Leonard. Less. *in tractatu, de Iustit. & iure, lib. 2. cap. 22. dubitat. 12. n. 79. & nos dicemus infra q. 116. aliàs hoc eod. cap. 1. quæst. 7.*

8 Illud tamen animaduertendum est, † quod in terminis horum trium posteriorũ casuum dominus census non debet simpliciter agere, vt illius debitor censum redimat, sed vt dictam restitutionem pretij faciat ratione damnorum, & interesse quæ ipse dominus census patitur, vt videtur sentire Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 4. n. 12. in fin. vers. Præterea infertur, refert & sequitur* Mich. Salon. *d. n. 8. vers. sunt qui existiment, & vers. seq. & placuit* Rota *coram* Illustr. Cardin. Lancellotto, *in illa Romana census*, 10. *Ianu. 1605. proximè citata, n. 1.* [hoc idem concludendum est in casu, quo debitor censûs cum clausula obligationis cameralis promittat relaxare indemnem fideiussorem, & illum eximere, & liberare ab obligatione, nam si illi fides non seruetur, poterit agere ad sortem, non quidem vti ad sortem, & pretium census, sed tanquam ad interesse, vt firmauit Rota *coram* b.m. Manzanedo, *in Senogalien. Saluiani*, 5. *Maij*, 1627. *post tract. dec. 531. num. 11.*]

9 Verùm † si quando venditor census illum imposuit dixit fundum esse liberum, & sciebat hoc falsum esse, poterit contra eum agi ad pretij restitutionem etiam executiuè, vt post Seraph. *decis. 161. numer. 19. part. 1. dicit* Zacchi. *ad* Gallesi. *de obligat. camerali, quæst. 37. num. 56.*

10 Quintus adiungi potest casus † quando in contractu censuali sunt obligatæ Communitates Status Ecclesiastici, ita enim fuit sancitum per *Sixtum V.* per quandam suam specialem Constitutionem de qua meminit Rota *coram* b.m. Lirta, *in vna Romana pecuniaria seu prætensorum censuum*, 6. *Martij*, 1598. *quæ reperitur impressa post tract. dec. 284. num. 2.*

11 Sextus est casus † quando dominus fundi super quo census impositus, & collocatus fuit, dolo, & fraude, fundum ipsum omnino destruxit, vel reddidit penitus infructuosum, vt firmat Leonard. Less. *in d. suo tract. de iustit. & iure lib. 2. cap. 22. dubit. 12. num. 91.* Nauar. *in dict. suo Commentar. de vsur. num. 118. quæst. 25.* Fernand. Rebell. *in suo tractat. de oblig. Iustit. libr. 10. q. 6. num. 18. & nos diximus supra hoc cap. 1. quæst. 1. art. 3. nunc quæst. 101.*

12 Septimus casus addi potest, † quando domino census non fuerunt adimpleta ea, quæ sibi promissa fuerunt tempore venditionis census circa dationem fideiussorum, & alia similia, si enim agat ad implementum, & loco, & in defectum adimplementi, ad damna, & interesse poterit repetere sortem principalem, non vti pretium census sed vti interesse, Steph. Gratian. *discept. Forens. tom. 2. cap. 301. num. 6.* [*& repetit tom. 4. cap. 717. num. 2.*] Sigismund. Scacc. *in suo tract. de commerc. §. 1. quæst. 7. part. 2. ampliat. 8. num. 293. & nos diximus supra part. 2. cap. 1. q. 2. seu q. 52. num. 30. & faciunt quæ in simili dicta sunt hoc eodem artic. num. 8. & hanc eandem sententiam amplexa fuit* Rota *coram* bon. mem. Cantuccio, 11. *Februarij*, 1583. *in vna Romana census, seu dotis, quæ est impressa post tract. decis. 285. num. 3. & multorum auctoritate firmauit in vna Rom. euictionis*, 17. *Februarij*, 1603. *coram* Illustrissimo Cardinal. Ludouis. *quæ ibid. est 286. num. 4. & seqq. & repetitè coram* R.P.D. Coccino Decano, 27. *Martij*, 1607. *in illa Melinicensi census, quæ est ibid. dec. 87. num. 5.*

[Hæc autem conclusio quò ad obligationem soluendi interesse amplianda est, vt procedat etiam quod nullum pactum intercesserit, inter contrahentes super dicto interesse, nam ex natura contractus contrahentes tenentur ad inuicem ad omnia damna, & interesse, *l. stipulatio ista in princ. & ibi* Alex. Iaf. *& alij communiter ff. de verb. oblig.* Et is qui tenetur ad interesse, tenetur etiam ad rei pretium eadem actione, & eodem contractu, vt multorum auctoritate dicit Mastrill. *dec. Sicil. 279. n. 9. lib. 3.* Nam sub nomine interesse venit etiam sors ipsa principalis, vt concludit ibi Mastrill. *d. n. 9. & dicitur hic in tract. hoc num. 12.*

Debet etiam ista conclusio limitari primò vt non procedat quando promissio non fuit simplex, & pura, sed conditionalis; eo enim casu ad effectum, vt agi possit ad recuperationem sortis, non sufficit dicere, quod non sint adimpleta promissa sed opus est etiam docere existentiam, & adimplementum conditionis, vt plenè resoluit Rota *coram* R.P.D. Remboldo, *in vna Romana vineæ*, 10. *Martij*, 1623. *quæ est post tractat. decis. 434. n. 8.* vbi cùm impositor census super vinea emphyteutica promisisset facere consentire dictæ impositioni dominum directum non simpliciter, sed sub conditione, quatenus dictus consensus esset necessarius, & non aliàs, aliqr nec alio modo; Rota declarauit nullam, & iniustam sententiam, per quam fuerat relaxatum mandatum contra impositorem census pro restitutione sortis sub prætextu, quod non fuisset obtentus consensus domini directi; Iniustitia autem deducebatur; quia non fuerat per emptorem census iustificatum quod talis consensus sub conditione promissus esset pro validitate dictæ impositionis necessarius.

Secundò limitatur, vt non procedat quando dominus census post lapsum termini præfixi ad præstandum, vel renouandum fideiussiones, vel alia adimplendum, recipit fructus dicti census, nam per huiusmodi receptionem videtur renunciasse huic obligationi, & oneri præstandi, vel renouandi fideiussores, & alia adimplendi, vt multorum auctoritate concludit Gratian. *loquens in obligatione præstandi fideiussores in contractu societatis officij disceptat. Forens. tom. 2. capit. 301. num. 36. cum multis seqq. & plenius c. 302. n. 6. cum seqq.*

& resoluit Rota *in vna Aquilanæ releuationis indemnitatis coram* Robusser. *quæ est* 113. *part.*1. *diuers. n.*6.

Nam cùm illud tempus intelligatur oppositum causa limitandi obligationem per ea, quæ deducit Gabr. *cons.*65.*n.*3.*& 12.lib.*2. videtur inclusum pactum quod lapso dicto tempore non possit amplius peti dicta renouatio, *vt per* Gabr. *ibid. n.* 2. *auctoritate* Castr. *in l. epistola §.fin. ff. de pact.*

Secus autem si non sit præfixum certum tempus ad renouãdos fideiussores, sed talis renouatio sit collata ad beneplacitum emptoris census, nam eo casu obligatio præfata renouandi non tolleretur lapsu temporis, quia cessaret ratio considerata *Gabr.* Sed posset dubitari an saltem obligatio huiusmodi, in hoc secundo casu cesseret per mortem ipsius emptoris census. Quod prima facie videtur dicendum, cum beneplacitum expiret per mortem *l.*4. *ff. locat. cap. si gratiosè, de reuerti. in* 6. Soc.Iun. *cons.*63. *n.*11. *lib.*2.

Cæterùm quia sumus in contractibus, videtur dicendum hoc beneplacitum nec etiam per mortem expiralle, iuxta theoricam *Bart.* & communem aliorum *in l.cæmetimis, §.1. ff. de verb. oblig.* Soc.sen. *cons.*77. *n.*1. *& seqq. lib.*3. *qui de communi* Rim. iun. *cons.*10. *num.*40. *lib.* 1.

Verùm quia huic communi Bart. *& sequacium*, limitationi videtur repugnare *text. in d.l.*4. *ff. locat.* vbi I.C. in contractu locationis factæ ad beneplacitum locatoris, dicit tale beneplacitum illius morte expirare, & sequitur Dec. *consil.* 108. *per tot. & alij relati à* Socin. *d. cons.*63. *n.*11. *& seqq.* Carocc. *qui alios congerit in tract. de locat. in tit. de verb. signif. q.*12. *n.*2. *fol. mihi* 233. Ideo distinguendum esse censeo. An beneplacitum sit appositum ad demonstrandam perseuerantiam antiquæ voluntatis, & tunc per mortem expiret, cum post mortem non possit dici quod duret prima voluntas. Aut verò vltra perseuerantiam antiquæ voluntatis, requiritur etiam quod talis voluntas, & beneplacitum reuocetur, & sic actus reuocatorius primæ voluntatis, & tunc per mortem non expirat cùm per mortem talis reuocatio voluntatis sequatur, & ita distinguit Soc. sen. *d. cons.*77. *num.*2. *vers. aliquando apponitur clausula lib.*3. *&* Socin.iun. *d. cons.*63. *n.*12. *lib.*2. Ruin. *cons.*115. *num.*7. *lib.*1. *Castracan. de societ. off. cap.*55. *n.*14. *d. q.*12. *num.*5.

Si verò pactum istum non fuerit Iurisiurandi religione munitum licet iuxta terminos Bullæ Nicolai V. recipiendum esse pluribus nitatur firmare Mastrill. *decis. Sicil.* 95. *per tot.* immo etiam si nullum fuerit interpositum pactum in terminis dictæ bullæ posse sortem principalem census repeti si periculum imminetur ne census periclitetur, dicat idem Mastrill. *dec.*279. *in termini tum Bullæ Pij V.* esse illicitum deductum fuit *supra part.*2. *cap.*1. *quæst.*3. *art.*8. *nunc q.*60. *num.*17. *& seqq.*

Declarari etiam debet ista conclusio, quod si vltra pactum de præstando certos fideiussores, fuit etiam prouisum in casu non præstationis per pactum resolutiuum contractus in casu contrauentionis, & non obseruantiæ in præstando fideiussores promissos, non est ipso iure semper & distinctè resolutus contractus, sed tamen volente eo, ad cuius fauorem fuit tale pactum adiectum, vt voluit Rota *in Romana census*, 4. *Iulij*, 1618. *coram* Duhozetto, *quæ est post tract. dec.*451. *n.*3. Hoc tamen dictum non est ita simpliciter, & indistinctè recipiendum sed sunt considerandi duo casus.

Primus est quando pactum istud resolutiuum fuit conceptum verbis directis, puta contractus sit nullus, habeatur pro non facto, vel similibus, & tunc non præstitis fideiussoribus contractus ipso iure annullatur Rol. *cons.*61. *n.*17. *cum multis seqq. lib.*2. Gabr. *cons.*76. *n.*4. *lib.*1. Magon. *dec. Flor.*49. *n.*2. Et venditor census potest compelli ad pretij restitutionem recta via Castracan. *de Societ. off. cap.*69. *n.*6. *& 7. & fuit resolutum in vna Romana census coram* Bubalo, 3. *Iulij*, 1589. *quæ est post tract. dec.*356. *num.*3.

Secundus casus est quando pactum resolutiuum est conceptum verbis obliquis puta liceat à contractu recedere, vel liceat pretium repetere. Et hoc casu non eo ipso, quod fideiussores non fuerunt præstiti, vel alia promissa non fuerunt adimpleta contractus ipse censualis resoluitur, & per consequens cessat obligatio soluendi fructus dicti census, sed opus est vt emptor, vtendo dicto pacto, declaret velle, cẽsum haberi pro resoluto, ac si nunquam pactus fuisset, & cogi impositorem census ad pretij restitutionem, & donec pretium non fuerit restitutum, fructus census debentur, quia ab initio contractus valuit, & dominum census transiuit in emptorem, & pactum istud resolutum ita verbis obliquis conceptum non operatur, vt ipso iure retro transferatur dominium iam translatum in emptorem, vt bene declarauit Rota *in d. Romana census coram* Bubalo *num.*2. & Castracan. *d.c.*69. *num.* 8.

Ista autem conclusio firmata in hoc secundo casu est ampliauda, vt procedat etiam, quod inter emptorem, & venditorem census fuisset conuentum, quod venditor non teneatur ad fructus census donec fideiussores præstiterit, vt fuit resolutum *coram* Reuerend. D. Coccino Decano *in vna Auscolana pecuniaria*, 11. *Decembris*, 1606. *quæ inter eius decis. impressas est dec.*10. *n.*3. ea ratione, quia non fuit data aliqua dilatio ad soluendum censum sed tantum conuentum, quod non teneatur venditor census soluere fructus donec fideiussores non darentur. Et propterea cum emptor census soluerit pretium intrat æquitas *l. curabit C. de act. empt. vt venditor teneatur ad fructus recompensatiuos, vt dicit* Rota *in d. Romana census coram* Bubalo *d. n.*3. Cùm enim emptor census impleuerit pro parte sua soluendo pretium census, venditor morosus in præstando fideiussores, vel adimplẽdo alia promissa, *tenetur ad fructus ex not. per* Bal. *in l.* 2. *vers. ic. denuo quæritur, C. de vsur.* Soc. sen. *consil.*176. *n.*4. *lib.*2. Ceph. *consil.* 609. *per tot. lib.* 4. Cagnol. *in d. l. curabit, num.* 31. Mandell. Alb. *cons.*193. *num.*1. *lib.*1. *& ibi addent.* Gabr. *cons.*74. *n.*31. *& seqq. lib.*1. Honded. *consil.*30. *numer.*34. *lib.*1. Surd. *cons.*101. *n.*23. *lib.*1. *& dec.*117. *n.*7. Est etiam vno modo limitanda conclusio facta in secundo casu, vt non procedat quando in isto pacto resolutio fuisset adiectum verbum, & dictio, eo ipso, quæ idem importat, ac si dictum fuisset, sine aliquo hominis ministerio, & ipso iure, vt benè Rol. *consil.*62. *num.*31. & 32. *libr.* 2.

Octauum † possumus annectere casum ex mente Rotæ *in illa Vrbeuetana census*, 31. *Maij*, 1581. *coram* b.m. Penia, *quæ est post tract. dec.*10. *n.*7. quando inter emptorem, & venditorem census fuit initium pactum quod propter moram ipsius debitoris commissam in solutione census tempore debito possit reperi sors principalis, & tale pactum fuit iurisiurandi religione confirmatum, nam licet pactum illud sit illicitum, vt fuit demonstratum *supra part.* 2. *cap.*1. *q.*3. *art.* 8. *nunc q.*60. *n.*6. *& seqq.* attamen virtute iuramenti sustineri, & seruandum esse, contractúmque rescindi, & resolui, per regulam *l. si quis maior, C. de transact. dicit ibi* Rota, *num.*7. *& nos diximus d. art.*8. *num.*18 *& seq.* intelligendo tamen, *vt ibi n.*19. [*& hanc opinionem firmauit* Rota *in vna Romana societatis officij* 1. *Februarij* 1623. *coram* R.P.D. Merlino, *quæ post tractat. est decis.*424. *num.*1. *cum seqq.*] 13

Nonus casus annecti potest, † quando inter venditorem census, & eum, qui pro illo in contractu ipso cẽsuali fideiussor accessit fuit factum pactum, quod ipse venditor teneatur intra aliquod conuentum tempus censum illum extinguere, & redimere, quod pactum 14

esse

esse licitum, & de iure permissum fuit dictum *supra q.60. aliàs d.part.2. cap.1. q.3. art.8. n.51. & seqq.* nam adueniente dicto tempore poterit venditor censûs à fideiussore compelli ad illum redimendum, vt diximus *dict. art.8.* & firmat Mich.Salon. *d.art.3. controuers.14. n.1, vers. circa priorem, & vers. his tamen* Gasp.Roderic. *in suo tract. de annu. reddit. lib.2.q.1.n.6. in fine* & firmauit ratione quam tradidimus *d.artic.8. n.53.* Quod procedere etiam in foro animæ, & conscientiæ dicit Salon. *d.n.1. vers. his tamen.* [quando autem procedat, & quando hoc pactum sustineatur *diximus supra in addit. ad part.2.cap.1. q.3. art.8. seu d.q.60. num.4.*]

15 Quod quidem † pactum licitum est, & seruari debet non solum inter venditorem censûs, & fideiussorem, vt venditor cogi possit ad redimendum censum, verum etiam inter venditorem censûs, & eum qui illius bonam fidem in dicto contractu recognouit: puta si Titus imponat censum super suis bonis, & illum vendat precibus, & contemplatione Sempronij, qui postea eiusdem Titij bonam fidem recognoscat (qui propterea dicitur verè debitor d. censûs, vt diximus *supra d.part.2. cap.2. q.2.art.1. nunc q.67.*) Nam si inter Titum, & Sempronium tempore recognitionis bonæ fidei fiat pactum quod Sempronius teneatur dictum censum intra aliquod certum tempus redimere, & extinguere, lapso dicto tempore poterit Sempronius à Titio compelli, & cogi ad dictam redemptionem, & extinctionem faciendam, vt docet Mich.Salon. *d.n.1. vers. circa priorem.*

[Sed posset circa hoc dubitari an is, qui in se censum accollauit, & promisit illum extinguere, possit cogi ad illius extinctionem, & intra quæ tempora. Quæ dubitatio duo habet capita; circa primum, quod cogi possit ad extinguendum non habere probabilem dubitationem censeo, non quidem à domino, & creditore censûs, quem non posse agere, vt sibi pretium censûs restituatur, disposuit Pius V. *in sua Bulla de censibus, & nos diximus in tract. hoc eod. art.n.1.* sed ab eo cui est facta promissio: nam vigore dictæ suæ promissionis est effectus verus debitor vt dictum est supra in tract. *par.2.cap.2.q.3. art.1.n.16. & tanquam talis conueniri, & cogi potest §. vers. namque instit. de act.*

Circa secundum caput duo sunt considerandi casus. Primus est quando non solum fuit conuentum de facienda extinctione censûs, sed etiam fuit præfixus terminus, intra quem dicta extinctio est facienda, & in hoc casu si promissor intra terminum statutum censum non extinguat, moram contrahere absque difficultate arbitror per *l. magnam, & ibi communiter scribentes C. de contr. & conu. stipulat. & latè tradita per* Rim. iun. *cons.31. n.126. cum multis seqq. lib.1.*

Secundus casus quando non fuit assignatus certus terminus ad extinguendum. In quo licet prima consideratione videatur concludendum, illum teneri ad faciendam dictam extinctionem cum primum potuerit *l. si ita stipulatus essem abs te, & l. ita stipulatus §. Sabinus ff. de verb. obligat. cum simil.* nihilominus cum teneatur ad factum, non potest dici constitutus in mora, nisi præcedente interpellatione, iuxta tradita per Doctor. *in d.l. magnam.* Dec. *cons.2.n.5. & 6.* Cagnol. *in l. semper qui prohibet n.25. ff. de reg. iur.* Decian. *cons.11.n.9. lib.2.* Menoch. *cons.131. n.5. lib.2.* Becc. *cons.105. n.20. & seq. lib.1.* Gabr. *cons.139. n.11. lib.2.* Nam potentia, & commoditas extinguendi non antea considerabatur, quàm interpellatio præcesserit, vt declarat Menoch. *dict. consil.131. num.20. &* Becc. *d. consil.105. numer.22. vbi multos allegat.*

Ego autem hanc interpellationem hoc ordine faciendam esse consulerem, vt iste obligatus ad extinguendum iudicialiter moneatur ad faciendam dictam extinctionem, & ad videndum sibi præfigi terminum arbitrio iudicis intra quem dictam extinctionem faciat cum protestationibus de damnis expensis, & interesse, quo termino lapso, & accusata contumacia non extinguentis, erit contra eum concedendum, & relaxandum mandatum exequutionum in forma tam pro dicta extinctione, quàm pro expensis, & interesse, aliàs hoc pactum redderetur inutile, & frustratorium, & fortè damnosum primo censûs debitori, qui non facta promissa extinctione, non remaneret liberatus ab onere dicti censûs, quam liberationem mediante dicta accollatione, & extinctione consequi volebat quod non videtur dicendum *arg. l. fin. ff. ne quid in loc. public.* Crau. *cons.185. n.25.* Surd. *cons.280. n.6. lib.2.*]

Decimus est casus, † quando contractus fuit ab ini- 16
tio nullus, & inualidus, vt fuit resolutum in Rota *coram* b.m. Penia, 18. *Iunij*, 1599. *in una Romana censûs de Romulis, quæ reperitur impressa post tract. dec.187. in princ.* vbi agitur de censu imposito super re Ecclesiæ absque causa, & sine solemnitatibus, quem propterea esse nullum dicebamus *supra part.1. cap.2. q.3. art.2. nunc q.29.* Et hoc ipsum quod stante nullitate censûs ab initio possit emptor illius etiam ab initio pretium repetere, voluit Rota *coram* b.m. Iusto, 28. *Iuny*, 1602. *in una Romana S. Celsique est ibidem. dec.229. num.4. sepè in aliis causis.*

Quod procedit etiam † quando censûs fuit decla- 17
ratus nullus per Iudicis sententiam, quæ in rem transiit iudicatam, vt videbimus *infra hoc eod. cap.1.q.6. seu quæst. 115.*

De censu autem nullo præter alia potest dari exem- 18
plum quando † tempore venditionis censûs venditor tradidit emptori pignora prætiosa, & vendibilia æquialentia sorti, vt illa retineat donec census redimatur: cùm enim eo casu creditor & dominus censûs habeat penes se tantundem bonorum debitoris vendibilium, sortem habere videtur, vnde censûs à sui principio, & origine fuit nullus, per ea iura quæ diximus *supr. par.2. c.1. q.3. art.8. nunc q. 60.* & per consequens fructus ex illo licitè percipi non potuerunt, & percepti debent restitui, vel in sortem imputari, *vt tradit* Felician. de Solis, *in dd. suis Comment. de censib. tom.2. lib.1. cap.10. num.20.*

Licet † ipse contrarium sentiat si pignora sint tradi- 19
ta retinenda, non donec census extinguatur, sed donec præstentur fideiussores.

Aliud † sane est si dominus censûs habeat pignora 20
capta in causam iudicati pro redditibus decursis: nam eo casu non dicitur censûs extingui, & ideò neque illius pretium reperi potest, sed adhuc census manet, & redditus currunt, & pro redditibus, qui deinceps post capta pignora effluxerunt poterit creditor rursùm alia executionem intendere aduersus debitorem, vel alia bona censui obnoxia pro suo credito in causam iudicati capere, vt post Boer. *dec.309. comprobat* Felician. *d. cap.10. n.11.* vbi contrariis respondet.

Vndecimum † addere lubet casum, cuius meminimus *sup. part.1.cap.3. q.4. seu 42. n.21.* videlicet, quando censûs fuit impositus super fundo non libero, sed alteri oneri obnoxio: de quo agit Nauar. *in d. suo Commentar. de vsur. n.119. in 25.q.* Stephan. Gratian. *discept. Forens. tom.1. cap.175. n.16. & seqq.* vbi latè hanc conclusionem confirmat. 21

§ Et illam amplectitur Io.Bapt. Medic. *d. suo tract. Censuum requisita, & instrument. form. circa 9. quæst. n.8.*

Cùm enim pretium fuerit numeratum pro censu constituto super re libera, & altiori oneri non subiecta, & res illa detegatur non liberè, sed alteri oneri supposita, & obnoxia, poterit pretium illud repeti ob causam non sequutam, vt post Amat. *in decis. March. 624 n.3. & seqq. & alios dicit* Mari. Mut. *decis. Regn. Sicil. 98. n.13.* & talis repetitio fieri poterit agendo contra venditorem censûs etiam executiuè, *vt diximus supra hoc eod. num.9.*

Immo in ipso limine contractus potest inter contrahentes conueniri, quod c...u quo bona subingata repetiantur alicui oneri subiecta liceat emptori censum agere pro recuperatione pretij, Mati. Mut. *post multos quos allegat dicta decis. 98. num. 1.*]

Duodecimus addi potest casus quando census fuit
22 impositus † ab eo qui tempore impositionis erat quidem dominus fundi quem censui submittit, puta quia illum emerat cum pacto de retrouendendo, nam si fundus ille redimatur cum tedeat ad redimentem liber ab omni onere, *vt diximus sup. in tract. par. 1. cap. 2. q. 1. art. 5. n. 5. vtique nunc q. 18.*] census præfatus euanescit, & propterea pretium in illius emptionem erogatum potest ab eius domino repeti.

Decimumtertium pro nunc, & vltimum casum habemus *infra hic eod. cap. 1. q. 4.* Quando scilicet domi-
23 nus † census efficitur † dominus rei subiugatæ, & fundi censiti nanciscitur dominium, & proprietatem, Quia cùm eo casu census ipse extinguatur, vt vbi videbimus, sequitur vt licitè possit repeti etiam ab initio pretium census, & sors ipsa principalis ad quem tamen locum in facti contingentia erit recurrendum.

24 [Verùm enim verò si venditor census in casibus in quibus cogi potest ad sortis, & pretij restitutionem moram committat in restituendo, vtique tenetur ad interesse, vt resoluit Rota *coram* b.m. Penia *in vna Bononiensi census 31. Ianu. 1603. quæ est post tract. dec. 328.* concurrentibus tamen requisitis à Paulo de Castr. *in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc. vt animaduertit ibi* Rota.

Cuius quidem conclusionis ea potest esse ratio, quia in dictis casibus census ille fuit conuersus in purum, & simplex debitum cùm ab initio exigi possit, vt dictum
25 est. & † proinde ratione moræ debetur interesse *l. lecta vbi* Doctor. *ff. si cert. pet. l. 2. §. si nauis, ff. ad l. Rodi de iact.* Rim. Iun. *conf. 52. n. 54. lib. 1. vbi de commun.* Rota Genuen. *decis. 30. num 76.*

26 Istud autem interesse † taxandum erit vel iuxta fructus bonorum, quæ emptor census habuerit prompta pro inuestiendis dictis pecuniis, *vt dicit* Rota *in d. Bononiensi census n. 2.* Vel ad rationem fructuum census, quem emerat, *vt resoluit* Rota *sepius, & signanter in dec. 2. latis supra in tract. part. 1. cap. 2. q. 1. art. 6. nunc q. 19. num. 45.*]

SVMMARIA.

1. *Obligatio soluendi censum cessat in aliquibus, casibus, etiam quod census non fuerit redemptus nec aliter extinctus.*
2. *Cursus fructuum census cessat statim atque dominus census accepit pecunias ad computum sortis principalis.*
3. *Intellige 1. si illas recepit liberè, & vt perpetuò sint apud ipsum.*
4. *Intellige 2. nisi appareat de eius voluntate, quod census duret, & viuat quo ad residuum pretij non restituti.*
5. *Talis autem voluntas potest colligi etiam aliunde quam ex instrumento receptionis pecuniarum.*
[*Societas officij non dicitur dissoluta in totum per restitutionem partis pecuniarum in societate positarum.*]
6. *Et maximè si postea soluantur, & recipiantur fructus pro ea parte census, qua remanserat.*
7. *Actus sequens declarat qualis fuerit precedens intentio.*
8. *Actum illicitum nemo præsumitur facere voluisse.*
9. *Interpretatio exclusiua delicti est semper capienda.*
10. *Fructus census non currunt intra annum a die facta diffidatæ census.*
[*Fructus census non currunt à die quo est in facultate domini illius recipere sortem.*
Intimatio debitoris census, quod vult illum redimere, non habet vim extinctionis.
Cursus fructuum census non cessat ob solam intimationem, quod debitor vult censum redimere.
Cursus fructuum census vt cesset, opus est, vt deueniatur ad aliquem actum æquipollentem restitutionis pretij.
Decisionis coram R. P. D. Mormanno in Romana cambiorum, 7. Iunij 1629. quæ est post tract. decis. 537. intellectus.]
11. *Et multò minus si debitor census sortem pro faciendæ extinctione legitimè deposuerit.*
12. *Vel saltem fecerit realem, & congruam sortis oblationem.*
13. *Cursus fructuum census cessat quando domino census fuerunt data certa assignamenta pro illius extinctione.*
14. *Intellige 1. si dominus census ex dictis assignamentis fuit consequutus integram satisfactionem.*
15. *Intellige 2. si per eum stetit quominus plenariam satisfactionem receperit.*
16. *Intellige 3. dummodo dicta assignamenta fuerint illi data in solutum pro dicto censu.*
Intellige 4. si assignamenta sufficiant pro toto censu, secus si tantum pro parte, quia tunc extinguitur census solum pro dicta parte n. 20.
Intellige 5. si assignamenta ita sint tradita, vt acquirantur domino census irreuocabiliter, alias secus numer. 21.
[*Debitum non extinguitur per cessionem nominis debitoris, nisi detur titulo veræ dationis in solutum.*
Periculum nominis cessi ad cedentem, non ad cessionarium pertinet.]
17. *Assignatio facta creditori pro maiori illius securitate non operatur nouationem.*
18. *Assignatio facta creditori per viam veræ dationis in solutum, operatur debiti prioris extinctionem.*
19. *Nouatio inducitur per veram dationem in solutum.*
[*Titulus vbi reducitur ad non titulum priores obligationes non extinguuntur.*
Fructuum ad acquisitionem sufficit qualibet occasio possidendi dummodo absit mala fides.
Titulus vbi reducitur ad non titulum debet restitui res vna cum fructibus.
Fructus vbi restitui debent ob reductionem tituli ad non titulum sunt restituendi percepti a die quo titulus censetur redactus ad non titulum.
Titulus quando reducitur ad non titulum, quia ius restitis sunt restituendi fructus nedum percepti sed etiam qui percipi potuerunt.
22. *Cursus fructuum census cessat si vnus ex correis debendi vel vnus ex fideiussoribus censum redimat.*
23. *Cessat similiter si dominus census, in casibus permissis, obtineat mandatum pro restitutione sortis.*
[*Creditor census post obtentum mandatum pro restitutione sortis non potest percipere fructus illius tanquam fructus census, sed data mora debitoris, tanquam interesse.*
Intellige si mandatum fuit obtentum ad effectum extinguendi censum, secus si ad effectum deponendi, numer. 17.
Interesse sine mora non debetur.
Creditor consentiens venditioni rei sibi hypothecatæ non censetur remittere ius hypothecæ.
Limit. si venditio fiat ad eius instantiam, & negligat recipere pretium pro satisfactione sui crediti.
Censum esse extinctum, & cessare cursum fructuum illius sunt diuersa.]
24. *Intellige, si vltra relaxationem mandati procedatur ad actualem sortis restitutionem.*
25. *Vel ad dationem in solutum etiam factam à Iudice iudiciario nomine.*

26 *Cursus fructuum census cessat in omnibus casibus in quibus est in facultate domini census sortem recipere.*

27 *Creditor non exigens cum potest, sibi debet imputare.*

28 *Creditor differens petere suum creditum à debitore præsumitur habere illum pro liberato.*

29 *Cursus fructuum census cessat, quando domino census dantur pignora æquivalentia sorti per ipsum retinenda donec census extinguatur.*

30 [*Cursus fructuum census cessat, si illius dominus petat in iudicio discussionis sibi assignari locum tam pro fructibus, quàm pro sorte.*

31 *Item saltem in foro conscientiæ quando census fuit impositus super re non libera, sciente illius emptore.*

32 *Item quando dominus census illum in se suscipit & accollat.*

33 *Item si hæres cum beneficio l. & inuentarij offerat domino census tot de bonis hæreditariis, quæ sufficiant ad census extinctionem.*

34 *Hæres cum beneficio legis & inuentarij potest extinguere debitum hæreditarium per dationem in solutum bonorum hæreditatis.*

35 *Oblatio bonorum facta per hæredem cum beneficio l. & inuentarij idem operatur quod oblatio pecuniarum.*

36 *Oblatio bonorum facta in iudicio ab hærede cum beneficio legis & inuentarij idem operatur quod realis depositio facta extra iudicium.*

37 *Depositum liberat debitorem census à cursu fructuum illius.*

38 *Cursus fructuum census cessat si debitor succedat creditori.*

39 *Intellige pro earata, & portione, pro qua est hæres.*

40 *Actiones confunduntur quando debitor succedit creditori.*

41 *Debitor sui ipsius nemo esse potest.*

42 *Actio, & passio respectu eiusdem subiecti non possunt stare in eadem persona.*

43 *Hæres representat personam defuncti tantum pro ea rata, pro qua est hæres.*

An dentur casus in quibus cesset cursus fructuum Census, absque eo quod ille redimatur.

QVÆSTIO CVII.

aliàs par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 5.

DIximus *supra q. 103. aliàs hac ead. quæstion. 5. art. 1.* Quod debitor census liberatur ab onere, & obligatione soluendi annuam pensionem censualem, eo ipso quod censum redemerit, & per actum priori simile illum extinxerit. Quia tamen † ad effectum vt cesset cursus fructuum census, & obligatio illos soluendi non est semper necesse vt census redimatur, vel aliter extinguatur, vt considerauit Rota *coram* Seraphin *decis. 1333. n. 1. part. 2. & coram* bon. mem. Iusto, 18. *Martij*, 1602. *in illa Romana census, quæ est impressa post tract. decis. 132. in princ.* dantur enim plures casus in quibus nulla præcedente census reuenditione cessat cursus fructuum illius, & eius debitor liberatur ab onere, & obligatione soluendi illum. Ideo in hoc quinto Articulo est de illis particulariter, & resolutiuè videndum.

2 Primus autem casus est, † si dominus census recipiat pecunias ad computum sortis principalis, nam ex dicta receptione detegitur, & demonstratur animus illius, quod voluerit censum extinguere, & habere illum pro extincto, & residuum pretij, quod non recepit, relinquere penes debitorem census sub nomine puri, & simplicis mutui, & ideo non potest amplius fructus ex dicto censu percipere citra labem vsurariam, vt firmauit Rota *coram* b. mem. Cardinali Pamphilio, 29. *Nouembris*, 1593. *in illa Romana census, quæ est impressa, in fine tract. decis. 283. num. 6. & coram* bon. m. Litta, 23. *Iunij* 1600. *in illa Romana Saluiani Interdicti, quæ ibidem est decis. 272. n. 7. & coram* R. P. D. Manzanedo, 6. *Februarij*, 1615. *in vna Romana census, quæ est ibidem dec. 182. n. 3.* [Et dictam decisionem factam *coram* R. P. D. Pamphilio *ita intellexit* Rot. *in vna Romana census*, 4. *Iulij*, 1618. *coram* R. P. D. Dunozetto, *quæ est post tract. dec. 452. n. 1.*] *& conferunt latè tradita per* Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. n. 64. ad n. 85. & per* Boccac. *in suo tract. de censib. par. 2. n. 130.*

Quod tamen est dupliciter intelligendum, & quidem. Primò † si pecuniæ præfatæ fuerint à domino census receptæ simpliciter, & absque protestatione, & vt perpetuò suæ efficiantur, secus autem si soluantur non liberè, irreuocabiliter, sed cum obligatione de restituendo prioribus, & potioribus, creditoribus venditoris, & debitoris census, vt voluit Rota *coram* R. P. D. Caualerio, 22. *Iunij* 1609. *in illa Romana fructuum census, quæ est post tract. dec. 247. n. 3.* 3

Secundò declaratur præcedens conclusio, † vt non procedat, quando constat de mente contrahentium, quod voluerint pro residuo pretij non restituti censum remanere inextinctum, & in suo robore, & vigore, vt fuit declaratum in Rota *coram* bon. m. Iusto, 12. *Maij*, 1600. *in vna Romana anterioritatis quæ est impressa post tract. decis. 134. num. 6. & coram* bon. mem. Litta, 22. *Iunij eiusdem anni in illa Romana Saluiani Interdicti, quæ est ibidem decis. 272. n. 10.* Quando enim constat de animo continuandi contractum, quo ad partem illius, eum non esse in totum reuocatum, & resolutum, docuit Abb. *cons. 87. n. 2. lib. 2.* Soc. sen. *cons. 87. num. 11. lib. 1.* [*bene* Rota *in vna Tiburtina census 13. Iunij*, 1614. *coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis. 361. n. 1. & per tot. & in vna Romana census 17. Februarij*, 1620. *coram* R. P. D. Pirouano, *quæ est ibid. decis. 364. numer. 5. & seq. & in vna Romana Societatis officy, 1. Februarij*, 1623. *coram* R. P. D. Merlino, *quæ ibid. est decis. 424. n. 16.* vbi hunc locum nostri tractatus citat, *& coram* R. P. D. Dunozetto, *in vna Romana census 4. Iulij*, 1618. *quæ est ibid. dec. 452. n. 4.* 4

Licet † autem super ista voluntate non fuerit confectum publicum instrumentum, & scriptura, sufficit tamen voluntas posita, & explicata in primo instrumento venditionis census, quæ adhuc durare, & perseuerare præsumitur, *l. verum, l. fin. ff. pro soc.* [Per quem tex. Boccac. *in suo tract. de societ. officium. num. 166.* concludit quod per restitutionem partis pecuniarum in societate officij positarum non intelligitur in totum dissoluta, & finita societas etiam quod inter partes nihil conuentum sit, quod remanere debeat vita pro parte pecuniarum non restituta si pro parte remanente sint soluti, & respectiuè recepti fructus, sed remaneat, & duret societas ex voluntate explicata in primo instrumento; licet ista vltima voluntas scripta non reperiatur. 5

Et † maximè si post receptionem dictæ partis pretij census fuerint soluti, & respectiuè recepti fructus eiusdem census pro parte pretij non restituti; solutio enim, & receptio huiusmodi satis manifestè demonstrat contrahentes voluisse censum in residuo sortis non restitutæ perdurare, vt sentiebat Rota *in illa Romana fructuum census coram* R. P. D. Caualerio, 22. *Iunij*, 1609. *supra allegata quæ est post tract. decis. 247. n. 4. & seqq.* sequens † enim fructuum solutio manifestat, & detegit, præcedentem voluntatem fuisse conformem 6 7

actui subsequuto. Rom *cons.* 291. *num.* 2. & 4. Soc. sen. *d. cons.* 87. *n.* 14. *lib.* 1.

8 Et absque † dubio, quia dicti fructus licitè solui & recipi non poterant, nisi partes voluissent censum in illa parte remanere inextinctum, Bart. *in leg. Titium, & Maxim. numer.* 5. *ff. de adm. tut.* Bal. *in l. si patruus, n.* 13. *vers. item quia tales, C. Commun. utr. Iudic.* Paulde Castro,

9 *cons.* 13. *n.* 1. *vers. restat. lib.* 1. semper † enim ea est capienda interpretatio, quæ sit exclusiua delicti, *l. merito, ff. pro soc.*

10 Secundus casus † in quo debitor census liberatur à cursu fructuum illius, est intra annum postquam fecit disdictam dicti census, & intimauit illius domino, quod vult illum redimere, iuxta formam Constitutionis Pij V. *super censibus*, de qua nos diximus *supra hac ead. q. 3. art. 1. nunc quæst.* 103. Cùm enim durante dicto anno sit in facultate domini census cogere debitorem illius ad restituendum sibi sortem principalem, vt diximus *art. præced. num.* 3. imputare sibi debet, si illam non recepit, & ideò debet se abstinere à perceptione fructuum quos non posset absque labe vsuraria recipere, vt optimè colligitur ex resolutione facta in Rota *coram* Illustriss. Cardin. Lancellotto, 21. *Ianuarij*, 1600. *in illa Bononien si census, quæ est impressa in fine tract. ad cis.* 248. *n.* 3. *& coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, 26. *Nouembris*, 1604. *in illa Romana census quæ est ibidem decis.* 106. *n.* 3. [*& coram* R. P. D. Motmanno *in Romana cambiorum* 7. *Maij*, 1629. *post tract. ibid. decis.* 539. *num.* 8.

* In quibus fuit per Rotam resolutum, quod quando est in arbitrio emptoris, & domini census recipere, & consequi suum pretium, non currunt amplius fructus census sed habetur pro extincto cum per ipsum stet quominus extinguatur.

Quod tamen intelligendum esse existimo, si inter dictum annum sequatur vera census extinctio nam cum intimatio ista fiat ad satisfaciendum Bullæ, quæ requirit, quod venditor volens censum extinguere, teneatur per duos menses ante hoc denunciare emptori, & pretium restituere, alias intra annum compelli possit per dictum emptorem ad illum extinguendum, si intra annum pretium non restituatur sponte, nec mediante coactione emptoris, dicta intimatio tantum abest vt habeat vim extinctionis, vt potius circumducatur, & habeatur pro non facta, & census remaneat in suo robore, *vt post* Felician. *de censib. declarat* Rot. *in illa Tiburtina census* 13. *Iunij*, 1614. *coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post tract. dec.* 362. *num.* 3. Vt igitur cesset cursus fructuum census non sufficit sola intimatio, sed opus est vt vigore illius obtineatur mandatum contra venditorem pro restitutione sortis, vel deueniatur ad aliquem actum restitutioni æquipollentem, & tunc cessat cursus fructuum census, quamuis dominus illius propter suam negligentiam, & culpam pretium non receperit, sed illud recipere distulerit, vt declarauimus infra *in tract. hoc eodem art. num.* 24. *cum duobus seqq.* & ita intelligendum esse censeo dictum Rotæ *coram* R. P. D. Motmanno *in Romana cambiorum* 7. *Maij* 1629. *post tract. decis.* 539. *num.* 9. dum dixit, quod etiam post factam interpellationem fructus census currunt, quousque debitor illius realiter restituerit sortem, aut legitimè docuerit, per se non stare, quominus sequatur restitutio, nam hoc dictum existimo esse intelligendum vt sufficiat, quod deueniatur ad aliquem actum restitutioni æquipollentem, *vt nos diximus eod. art.* 5. *& infra articul.* 9. *fere per totum, cum* Rota *alleget nos d. artic.* 9. *vbi numero* 20. referuntur ea, quæ requiruntur ad effectum, vt post census disdictam cessent illius fructus.]

11 Et multò † magis cessaret cursus fructuum si ipse debitor census pro extinctione illius, congruo, loco, & tempore, adhibitisque necessariis solemnitatibus, de quibus dicetur *infra hac ead. q. art.* 9. *seu q.* 111. sortem ipsam deposuerit: nam facto legitimo deposito, cum sit in arbitrio domini census pecuniam depositam, & extantem recipere cessat cursus annuæ responsionis censualis, vt dicemus *d. art.* 9. & est de mente, Feliciani de Solis, *in dd. suis commentar. de censib. tomo* 1. *lib.* 4. *cap. vnico, sub num.* 3. *paulò post princ. ibi, cuius rei argumento.* [*Vt dixit* Rota *coram* Seraph. *decis.* 1413. *ante n.* 1. cùm eo casu census dicatur extinctus per actum retrosimilem, vt dicemus infra *in tract. hac ead. q.* 3. *art.* 9. *seu q.* 111. *num.* 52. *& seqq.*]

12 Immo † quòd ad hunc effectum sufficiat sola extraiudicialis oblatio absque deposito, dummodo sit realis, & fuerit facta congruo loco, & tempore tam de sorte, quàm de omnibus fructibus decursis & non solutis, firmat Gasp. Roder. *in d. suo tract. de ann. reditib. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 4. *cum multis seqq.* vbi latè respondet iis, quæ in contrarium adduci possent.

13 Tertius † adhuc casus considerari potest in quo fructus census non debentur etiam quod extinctus & redemptus non fuerit si domino census fuerint data certa assignamenta pro dicti census extinctione, si †

14 tamen ex eis fuit realiter, & cum effectu consequutus integram satisfactionem pro extinctione eiusdem census tam respectu sortis, quàm fructuum excursorum, & non solutorum, vt fuit resolutum in Rota *coram* Illustriss. Cardinali Mellino, *in illa Romana census, quam supra proximè citauimus n.* 1. *& coram* R. P. D. Canalerio, 22. *Iunij*, 1604. *in Romana fructuum census, quæ est impressa post tract. dec.* 247. *n.* 2.

15 Vel † per eum stetit quominus fuerit illam consequutus cùm esset repositum in eius facultate, vt ex assignamentis sibi datis pretium census, & sortem principalem recipere valeret, vt sentit Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Lancellotto, 21. *Ianuarij* 1600. *in illa Bononien si census, quæ est post tract. decis.* 248. *n.* 4. *& dixit coram* R. P. D. Manzanedo, 6. *Febr.* 1615. *in illa Romana census, quæ ibidem est decis.* 182. *n.* 4. [R. P. D. Pirono *in illa Romana census, & fructuum* 2. *Maij*, 1616. *quæ est post tract. dec.* 448. *num.* 3. Non enim possunt stare simul quod census duret, & possit emptor arbitrio suo sortem reperere ad sui libitum, vt ibi subdit *Rota*, secus autem si ex dictis assignamentis pretium census ad sui arbitrium recipere non valuit: nam ita demum quis ex non exactis tenetur; si, cùm esset obligatus exigere, non exegit, *vt in puncto dixit* Rota *coram* Reuerendiss. P. D. Sacrato, 12. *Decembris*, 1608. *in illa Romana census, quæ in calce tract. est decis.* 288. *numer.* 3.

16 Quod tamen † recipiendum esse existimo si huiusmodi assignamenta fuerunt data domino census titulo veræ, & realis dationis in solutum, & extinctionem dicti census, & sui crediti: secus autem si data fuerunt pro maiori ipsius cautela, & securitate, & talis assignatio foret potius in hypothecam quàm in veram dationem in solutum, & ideo non censetur facta nouatio, sed est in arbitrio eius ad cuius fauorem est facta cautela vti, vel non vti prout sibi magis videbitur. Afflict. *dec.* 397. *num.* 5. *facit* Surd. *cons.* 365. *n.* 2. *& seq. lib.* 3. *& dixit* Rota *coram* Reuerendiss. P. D. Sacrato, 6. *Iunij*, 1603. *in illa Romana census, quæ est post tract. decis.* 289. *n.* 1. *& rursus in alia Romana census coram eod.* 12. *Decembris*, 1608. *quæ est ibidem dec.* 288. *n.* 1.

[Ad quod optimè facit resolutio eiusdem Rotæ *in una Romana pratensi canonis, seu census* 14. *Martij* 1607. *coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post tract. dec.* 332. *n.* 4. *cum duob. seqq.* vbi bene deducit, quod non dicatur extingui debitum per cessionem nominis debitoris, nisi illud fuerit datum titulo veræ, & realis dationis in solutum, aliàs censeatur dumtaxat data facultas exigendi ad commodum cessionarij, ita vt periculũ dicti nominis cessi ad cedentẽ, & non ad cessionarium spectet.]

Quando

17 Quando † enim assignamenta fiunt per viam dationis in solutum clara resultat extinctio census ex actu retrosimili consensus, & restitutionis sortis principalis resultante ex assignamentis, & datione in solutum, vt animaduertit Rota *coram* b.m.Iusto,4.*Februar.*1608. *iin illa Romana anterioritatis, quæ est impressa post tract. dec.*290. *num.*1. [*Et coram* Illustrissimo Cardinale Mellino, *in illa Romana census*, 26.*Nouembris*,1604. *quæ est post tract. decis.*106. *ante num.*1.] Nam quando fit assignatio pro solutione,& satisfactione debiti ea importat dationem in solutum, Menoch. *cons.*201. *n.*6. *& in tract.de præsumpt. lib.*2. *præsumpt.*93. *in fine*, Surd. con-
18 *silio* 243. *num.*21. *lib.*2. Per † quam dationem in solu-
19 tum dicitur recedi à priori contractu, & † inducitur nouatio, Bart.*in l.elegantes, num.*1.*ff. de pign.actione, & ibi* Bald. *colum.*1. *vers.sed respondes*,Paul.de Castro, *n.*6. *vers. est ergo alia ratio, & dixit* Rota *coram* R.P.D. Sacrato,*in illa Romana census*, 12.*Decembris*,1608.*quæ est post tract. dec.*288. *n.*1. *& in illa Romana anterioritatis coram* b.m.Iusto, *proximè allegata, num.*4. & detegitur animus, & voluntas contrahentium. Quod dominus census loco illius velit fieri creditor assignamentorum, vt dixit Rota *in illa Romana census*,12.*Decembris*,1608. *mox allegata.*

20 Hæc tamen † intelligenda sunt cum aliquo rempetamento, & Primò, vt scilicet, dominus census recipiendo aliqua assignamenta pro extinctione census quæ non sint sufficientia pro tota sorte principali census, non intelligatur voluisse integrum censum extinguere, sed dumtaxat pro ea parte quam capiunt assignamenta,vt sensit Rota *coram* R.P.D.Caullerio,22. *Iun.*1609. *in illa Romana fructuum census quæ est impressa post tract. dec.*247. *sub n.*2. *& num.*7.

21 Secundò intelligenda sunt† si assignamenta ita sint tradita,vt irreuocabiliter acquirantur domino census, [& proinde si in iudicio discussionis bonorum debitoris census in sententia graduatoria assignetur domino census aliquis certus locus tam pro solutione fructuum, quam pro restitutione sortis per istam assignationem non dici extinctum censum nisi sequatur realis restitutio sortis, voluit Rota *decis.*60. *numer.*2. *& 3. part.*1. *& decis.* 642. *part.*2. *recent. & coram* Cardinale Caullerio, *decis.*495. *num.*3. *& coram* R. P. D. Ghisterio, *in illa Romana census*, 2.*Maij*, 1629. *quæ est dec.*530. *num.*3.

Sicut per assignamenta ita demum extinguitur census si illa irreuocabiliter acquirantur domino census,] secus autem si reuocabiliter, puta, si illi fuerit traditum pretium redactum ex venditione bonorum ipsius impositoris census, etiam ad publica bannimenta. Nam si talis venditio, subhastatio & deliberatio rescindatur,vel declaretur nulla, & per consequens pretium illud sit restituendum vtique adhuc durat census per resolutionem venditionis subhastationis, & deliberationis, [*vt diximus infra in tract. hac part.*3.*cap.*1. *quæst.*5. *nunc q.*114. *num.*12. *cum seqq.*] Nam cùm titulus reducatur ad non titulum, dominus census reddit ad prim eua iura,& potest consequi fructus sui census: vt fuit resolutum in Rota *coram* R.P.D. Pirouano, *in vna Romana pecuniaria*, 20. *Iunij*, 1614. *quæ est inter recollectas per* Farinac.*dec.*374. *sub num.*3. *vers. vltra quod part.*1. [Nam quando titulus reducitur ad non titulum,priores obligationes extinguuntur. Gabr.*conf.*36. *sub num.*66.*lib.*1. *& dixit* Rota *in illa Romana pecuniaria*, 13.*Ianuarij*, 1612. *coram* Pirouano, *quæ est dec.*370. *sub num.*3.*part.*1. *in recollect. per* Farinac. & hinc videmus, quod licet quoad fructuum acquisitionem non requiratur titulus, nec bona fides, sed sufficiat qualis qualis occasio possidendi,& quod absit mala fides, vt multos allegans probat Curt.Sen. *consil.*71. *num.*14. *& dixit* Rota *sæpius,& signanter in illa Romana palatij coram* R.P.D.Buratto,17.*Februarij*,1617. *quæ est post tract. dec.*377. *num.*5.Immo iusta credulitas, *vt dixit* Rota *in vna Reatina census*,27.*Nouembris*,1624. *coram* R. P. D. Remboldo, *quæ est dec.*415. *post tract. n.*5. Attamen si talis possessio irritetur, & reducatur ad non titulum, debet restitui res ipsa vna cum omnibus fructibus, Rom. *cons.*454. *n.*26. Natt. *cons.*535. *num.*11. Osasch. *dec.*Pedem.160.*n.*12. Menoch.*de recup. possess.remed.*15. *numer.*638. Ioan.Garz. *de expens.& meliorat. cap.*23. *num.*58. Rota *in recollect.per* Farinac. *decis.*1.*n.*8.*&* 10. *part.*2.

Et isti fructus restitui debent,non solum qui percepti fuerunt à die declaratæ reductionis, sed qui fuerunt percepti ab ipso die, quo titulus ille censetur reductus ad non titulum, vt declarauit Rota *decis.* 693. *num.*1. *in fin. in recollect.per* Farinac.*part.*2. Immo si titulus sit nullus ex eo,quia ius illi expresè resistat,sunt restituendi non solum fructus, qui verè fuerunt percepti, sed etiam illi,qui percipi potuerunt licet quoad percipiendos fœtus sit si ius non resistat expresè,licet nec etiam assistat. Bart.*in l.sed si lege* §. *scire, ff. de petit. hæred*, Curt.Sen. *dicto cons.*71. *sub d. n.*14. *vers. secundo respondeo*,Osasch. *d.dec.*160. *n.*11. vbi respondet illa rationi, quod ad acquisitionem fructuum non requiratur titulus sed sufficiat malam fidem abesse. Et proinde non est mirum,quod quando dominus census cui pro illius extinctione fuerat datum pretium redactum ex bonorum subhastatione: si illa declarata nulla, compellitur pretium restituere, census adhuc duret, & illius dominus redeat ad sua primæua iura; vt dictum est.]

His potest quartus † adiungi casus,si plures sint prò 22
eodem censu in solidum obligati; vel tanquam correi debendi, vel tanquam fideiussores, & vnus ex illis totum censum redimat, nam licet iste ex propriis suis pecuniis censum extinguat, & extinctio proprio extinguentis, & non aliorum nomine fiat,cessat tamen cursus fructuum etiam respectu aliorum correorum, vel fideiussorum secus autem si iste correus, vel confideiussor censum totum non redimat, sed titulo veræ, & simplicis emptionis acquirat, quia eo casu poterit à correis, & confideiussoribus partem fructuum dicti census ipsis tangentem exigere,vt diximus *supra part.*2. *cap.*22.*q.*2. *art.*5.

Quintus adhuc considerari potest casus † si dominus census in casibus permissis, de quibus diximus *sup. artic. præceden.* obtineat mandatum contra debitorem census pro restitutione sortis, nam tunc fors cedit in debitum, ita vt vltra eam non possint peti aliqui fructus ex dicto censu absque labe vsuraria, vt [volunt multi relati à Mari.Muta *decis. Regn. Sicil.*99. *num.*33. *& 34. vbi hanc conclusion.exornat, & alios refert* Giurb. *decis. Sicil.* 55. *num.*15. *&*] *fuit resolutum in* Rota *coram* bon.mem. Cardinali Pamphilio, 29.*Nouembris*, 1593. *in illa Romana census, quæ est post tract. decis.*283.*num.*2. *& 5. & docet* Pacific. *in suo tract. de Saluian.interd. insect.*4.*cap.*1.*num.*44. *& secundum vltimam impressionem num.*165.

[Hoc tamen intelligas procedere,vt dicto casu non currant fructus census, sed data mora debitoris, vtique peti poterunt tanquam interesse, vt diximus in addition. *ad præcedent. artic.numer.*17. & hanc distinctionem sensit Rota *coram* bon.mem. Iusto, *in illa Romana census S.Celsi*, 29.*Iunij*, 1602. *quæ est post tractat. dec.*229. *in fin.*

Quod si fors non restituatur, non ob moram debitoris, sed negligentiã creditoris vtique cessabit cursus fructuum, nec aliquod debebitur interesse, quod absque mora deberi non potest, Glossi.*in fin. in l.quod te ff.cert.pet. vbi* Bar. *num.*12. Ias. *num.*5. *&* Rip. *num.*34. Rota, *quæ istos,& alios allegat in vna Romana pecuniaria coram* R.P.D.Dunozetto,10.*Iulij*,1613.*quæ est post tract. decis.*370. *numer.*5. Et ad hoc valde confert Seraphin.

decis.

*decis.*1333.*numer.*3. *& seq.* Vbi Rota tenuit, quod licet creditor qui consensit venditioni rei sibi hypothecatæ, si pretium non recipiat, non censeatur ius hypothecæ remittere, nec sibi in hypotheca præiudicare ex Negus. *de pignor. par.*6. *memb.*1. *n.*31. Attamen si res illa fuerit subhastata, instante ipsomet creditore, sibi ipsi est imputandum, si non exigit suum creditum prout poterat, cùm esset in eius facultate, & arbitrio pretium ex dicta subhastatione extractum recipere in satisfactionem sui crediti ex Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 4. *num.*136.

Hoc autem, quod dicitur hic in tract. hoc num 23. quod cessat cursus fructuum census quando illius dominus obtinuit mandatum exequutiuum pro recuperatione sortis principalis.

Intelligit Hercul. Marescott. *variar. resolut. libr.*2. *cap.* 61. *num.*7. procedere si mandatum sit relaxatum ad fanorem domini census pro recuperando pretio ad effectum extinguendi censum, secus autem si in mandato contineatur, quod pretium deponatur, vt distinguebat Rota *coram* Cardinale Lancellotto *iuniore in illa Bononiensi census*, 21. *Ianuar.*1600. *quæ est post tract. decis.* 248. *num.*3.

Et licet Marescott. *d. c.*61. *num.*8. *& seqq.* inhærendo verbis Bullæ Pij V. super censibus *in vers. cum verò traditione, &c.* dicat non cessare cursum fructuum census etiam quando mandatum est relaxatum pro sorte principali ad effectum illam consignandi domino census, sed ad effectum præfatum requiri etiam actum retrosimilem, videlicet actualem pretij traditionem, vt ibi deducere conatur. Attamen non existimo esse recedendum à supra firmata conclusione: considerando, quod possunt stare simul, quod census non sit extinctus per actum retrosimilem, & quod nihilominus cesset cursus fructuum illius, *vt diximus supra in tract. in princ. huius art. n.*1. *ex* Rota *coram* Seraph. *d. decis.*1333. *n.*1. *& coram* Iusto, 18. *Martij*, 1602. *in vna Romana census, quæ est post tract. dec.*132. *in princ.* licet enim verum sit, quod ob relaxationem mandati pro sorte ad effectum illam consignandi domino census non dicatur extinctus census, non tamen sequitur quin verum etiam sit, quod dictam mandati relaxationem cesset cursus fructuum dicti census vt conclusum fuit.]

24 Quod † multò magis procederet si vltra mandati exequutiui relaxationem procedatur vlterius vel ad actualem restitutionem sortis, aut partis illius, quo casu peripsius receptionem videtur in necessarium antecedens recessum à censu, [Et in his terminis esse intelligendum Marescott. *d. capit.*61. *dicebat* Mari. Mut. *d. dec. Sicil.*98. *num.*38. *& ita mateviam declarat* Rota,] *vt fuit dictum in dicta Romana census coram* bon. mem. Pamphilio, *proximè citata, numer.*8. *vers. & in casu nostro, & illa Romana Saluiani, Interdicti coram* bon. mem. Litta, 13. *Iunij*, 1600. *quæ est in calce tract dec.*271. *num.*4. *& seqq* [Et licet istam conclusionem quod ob simplicem relaxationem mandati pro restitutione sortis non cesset cursus fructuum census, sed opus sit vt creditor procedat vlterius ad aliquem actum extinctionis Rot. *sapius amplexa fuerit vt coram* Litta *in Romana Saluiani*, 25. *Iunij*, 1600. *quæ est post tract. decis.* 272. *numer.*4 *& seqq. & coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *in illa Romana census* 28 *Ianuarij*, 1628. *quæ est dec.*518. *n.*2. *& 3. & plenius coram* R. P. D. Ghisterio *in alia Romana census* 7. *Maij*, 1629. *quæ est dec.*530. *num.*5. *& 7.* ita vt dici possit hanc sententiam transitum fecisse in rem iudicatam.

Ego tamen illam intelligendam esse existimo, vt procedat si incidat casus in quo, non obstante mandati relaxatione aliquod emergat legitimum impedimentum propter quod creditor census non possit realiter, & cum effectu sortem consequi, quod videtur sensisse Rota *in illa Romana census, coram* R. P. D. Ghisterio, *num.*5. *in fin. & antea coram* Rèmboldo *in Romana census*, 31. *Ianuarij*, 1624. *quæ est post tract. dec.*130. *numer.*6. dum in illis consideratur, quod multa contingere possunt ex quibus retardetur mandati executio. Secus autem si nullum aliud impedimentum incidat quàm mera ipsius creditoris mora, & negligentia, eo enim casu cum sit in facultate creditoris repetere sortem quando vult census resoluitur etiam quod non concurrat actus retrouenditionis, *vt dixit* Rota *coram* Manzanedo, *in Romana census* 6. *Februar.* 1615. *post tract. dec.*182. *n.*4. *& infra, & dixerat antea coram* Cardinale Pamphilio *in Romana census*, 29. *Nouembris*, 1593. *quæ est ibidem dec.*283. *n.*6. Et quod hoc casu, ad effectum vt cesset cursus fructuum census non sit necessarium, vt deueniatur ad aliquem actum exactionis, sed sufficiat dumtaxat quod creditor census possit absque legitimo impedimento sortem exigere vult etiam communis schola Doctorum Petr. de Gregor. *in tract. de censib. part.*5. *num.*3. *& ibi addens.* Giurb. *dec.*55. *numer.*5. Muta *decis. Sicil.*98. *num.*32. *in fin. & numer.*33. Pacif. *de Saluian. Interd. inspect.*4. *cap.*1. *numer.* 165. Seraph. *decis.*1333. *num.*1. & huius posterioris conclusionis ea redditur ratio quia in contractu census sors debet esse irreperibilis, *vt disponit* Pius V. *in sua Constit. super censib. & nos latè diximus supra part.*2. *cap.*1. *q.*3. *artic.*8. *seu quæst.*60. Petr. de Gregor. *d. q.*5. *numer.*33. *& seq. & ibi addent. num.*235. *cum multis seqq.* Felician. *de censib. tom.*1. *libr.*1. *cap.*7. *numer.*15. *& 16. cum aliis apud* Mutan. *d. dec.*98. *numer.*6. *& sub numero* 37. Et proinde cum ob relaxationem mandati pro recuperatione sortis illa sit facta repetibilis, & cesserit indebitum, sequitur rem deuenisse ad eum casum à quo incipere non poterat, & consequenter quod ex illo censu fructus amplius deberi non possint citra vsuræ labem. Rota *in d. dec. coram* Pamphilio, *quæ est post tract. dec.*284. *numero* 2. *& coram* Manzanedo, *quæ est dec.*182. *numer.*4. *& seqq.*

Ista autem conclusio posteriori loco firmata, eo faciliùs recipienda est si vigore dicti mandati fuerit cæpta exigi sors principalis in quibus terminis loquitur *d. dec. coram* Pamphilio; *num.*8. *vers. & in casu isto*] cum declarationibus tamen quas retuli supra in primo, & tertio casu.

Vel ad † dationem in solutum etiam factam iudi- 25
ciario nomine, vt fuit declaratum à Rota *coram* Seraph. *dec.*1333. *per tot. par.*2.] dummodo tamen pro dicta in solutum decisionem sit domino census acquisitum dominum rei in solutum datæ irreuocabiliter, & validè, secus si reuocabiliter, vel nulliter, *vt declarauit* Rota *in illa Romana census*, 7. *Maij*, 1629. *coram* R. P. D. Ghisterio *quæ est dec.*530. *num.*8. & faciunt ea quæ dicta sunt supra de assignamentis dictis domino census pro illius extinctione] Quamuis dominus census, propter suam negligentiam, & culpam pretium census non receperit, sed illud recipere distulerit, vt ibi dicitur.

Et generaliter † cessat cursus fructuum census, 26
quando est in mera facultate domini illius habere & recuperare sortem principalem, vt fuit declaratum in Rota *coram* Illustriss. Cardinali Lancellotto, 21. *Ianuarij*, 1600. *in illa Bononiensi census, quæ est in fine tract. decis.* 248. *n.*3. *& coram* Illustriss. Card. Mellino, 26. *Nouembr.* 1604. *in illa Romana census, quæ est ibidem dec.*106. *numer.*3. *& coram* bo. m. Iusto, 9. *Aprilis*, 1606. *in illa Romana fructuum census, quæ ibidem est dec.*291. *n.*6. *ad finem.*
Est † enim eo casu imputandum domino census si 27
pretium non exegit cum potuerit, vt dixit Rota *coram* Seraphin. *d. dec.*1333. *num.*4. Nam † differens petere à 28
debitore præsumitur habere illum pro liberato.

Potest etiam alius addi casus, in † quo fructus cen- 28
sus cessant, videlicet, quando domino census dantur pignora pretiosa, & æquiualentia sorti, & vendibilia,

per

per ipsum retinenda, donec census extinguatur. Quod esse illicitum dictum fuit *supra part. 2. cap. 1. q. 3. art. 8. nunc q. 60. num. 44. & seqq.* nam cùm penes ipsum sit quodammodo sors ipsa non est ferendum, quod ex censu capiat fructus. Immo de hoc censu est sentiendum, perinde ac si foret extinctus, & redemptus, vt dicit Felician. *de censib. tom. 2. lib. 1. cap. 10. n. 20.* Quidquid contrarium sentiat Ludou. de Auend. *de Censib. Hispan. cap. 102. num. 5.* Nam ratio, qua ipse monetur, concludit quidem respectu veræ, & realis redemptionis, & extinctionis, non autem vt cesset cursus fructuum census, prout loquitur *Felician.* Quos casus esse habendos tanquam diuersos colligitur ex dictis *supra hoc eodem art. 5. num. 1.*

[Potest supradictis addi alius casus, in quo cessat cursus fructuum cēsus, licet non extinguatur per actū retrosimilem si dominus census, in iudicio discussionis bonorum sui debitoris compareat, & concurrat cum aliis creditoribus, & petat assignari sibi locum inter dictos creditores, tàm pro fructibus, quàm pro sorte principali, secus autem si non petat locum pro satisfactione sortis, sed tantum pro fructibus, vt refert Franc. Milanens. *dec. Sicil. 2. n. 16. & 17. lib. 1.*

Et licet non desint, qui hanc declarationem impugnant, vt infra dicemus, pro illius tamen confirmatione, vltra auctoritatem *Milanens.* hic citatam benè facit *tex. in d. l. fin. §. & si præfatam C. de iur. deliber.* dum Imperator dat facultatem hæredi beneficiato dandi bona ponderando non solum verbum *venientibus*, sed etiam quod *in d. §.* nullum verbum legitur importans coactionem, quam declarationem videtur etiam amplexa Rota *coram* Seraph. *dec. 1333. sub n. 1. in illis verbis instante* D. Pamphilio, *&c. ac* Durand. *ad Bullam* Pij V. *super censib. §. 5. quæst. 8. num. 10. vers. est tamen verum circa princip.* in illis verbis vel vbi *creditor.* si autem dominus census hoc non petat, non posse compelli ad accipiendum bona pro sui crediti extinctione, *latè deducit* Cyriac. *controuers. forens. libr. 1. controuers. 24. per tot.*

Et hæc declaratio confirmatur Primò, quia si domino census non petente, nullámque molestiam hæredi debitoris inferente, hæredi etiam beneficiato indulgeretur, vt posset cogere illum ad recipiendum pro extinctione census bona inuentariata hæres præfatus magis aboteretur legis beneficio, quam vteretur eius benignitate, & legum clementia in malitiæ commodum, & damnum census conuerteretur, vt his ferè verbis dicit Guttierrez. *pract. quæst. q. 148. num. 12. lib. 1.* quod coadiuuatur ponderando, quod, vt dixi, *in d. §.* & si præfatam non adest aliquod verbum ex quo colligi possit dare facultatem hæredi beneficiato cogendi creditorem recipere bona loco pecuniarum, seu Doctor. ibi, nec alibi verè dicunt quod ex inuentarij beneficio id possit hæres, vt plures referendo, & illorum dicta perpendendo deducit Scipio Rouita *consil. 18. num. 17. vers. dixit quod falsò, & infra vsque ad fin. consil. lib. 1. attestans hanc sententiam esse communiter receptam.*

Secundò confirmatur hæc declaratio quia cùm beneficium inuentarij suffragetur dumtaxat pro vero, & reali debito, *vt deducit* Guttierr. *d. q. 148. n. 23. & seqq.* non potest suffragari debitori census, & ab inuitis exigere, & extorquere non potest resistente dicta bulla Pij V. super censib. *in vers. pacta etiam continentia, &c.* & proinde hæres ille non potest dici verus, & realis debitor sortis. Vinc. de Franc. *dec. 254. n. 9.* Surd. *dec. 204. num. 9.* Nec dominus census potest dici verus creditor sortis, Mart. *vot. 51. n. 6.* Rota *coram* Seraph *dec. 890. n. 3. & dictum fuit supra hac quæst. tertia art. 5. per tot. nunc quæst. 106.*

Nam licet hæres beneficiatus offerendo pro liberatione tàm suæ personæ quàm bonorum ab obligatione soluendi fructus census, non efferat omnino indebitum, cùm non offerat ad inducendum nouum debitum, sed veram, & conuentam æstimationem debitam pro extinctione census, Roder. *de am. redditib. lib. 2. q. 16. num. 30.* & propterea dicta oblatio videatur quod non sit merè voluntaria, sed necessaria, Giurb. *dec. Sicil. 79. n. 30.* Attamen non propterea dici potest verus, & realis debitor sortis nisi post dissictam census à se factam; cùm tunc possit intra annum cogi ad census extinctionem ita disponente dict. Bulla Pij V. non est tamen debitor necessarius sed voluntarius, cùm tale debitum non proueniat ex legis necessitate, sed habeat originem à contractu, *arg. l. sicut, C. de act. & oblig.* nam ad cognoscendum an debitum sit voluntarium, vel necessarium spectanda est origo obligationis Cran. *consil. 1000. numer. 32. cum pluribus seqq. lib. 6.* Cardinal. Alban. *cons. 6. num. 7.* Cyriac. *controuers. forens. lib. 2. contro. 161. n. 38.* dissicta autem census, & obligatio restituendi sortem habet originem à contractu censuali, in quo venditor, & debitor census talem facultatem sibi reseruat, & ab eo sit ex propria eius voluntate, & nullo iure cogente, vnde non potest dici ex eius parte, aliquo respectu necessaria. Nec refert quod offerendo pretium census, non offerat indebitum, quia nihilominus est debitum conditionale Roder. *d. n. 30.* & voluntarium cùm non pendeat ex legis necessitate, sed ex præexistenti contractu, *vt dicit* Giurb. *dict. dec. 79. num. 30.*

Tertiò, & multò magis est recipienda hæc declaratio si in contractu census fuit præstitus fideiussor, contra quem dominus census potest semper agere, cùm teneatur ex propria obligatione, *§. fideiussor. instit. de fideiuss.* maximè si se obligauit tanquam principalis, & insolidum, Natt. *cons. 261. n. 3. lib. 2.* Becc. *cons. 45. n. 49. lib. 1.* nam si per obligationem factam ab hærede beneficiato de bonis hæreditariis extingueret census auferetur domino census per indirectum ista actio contra fideiussorem, quod non videtur dicendum, cum beneficium Principis debeat intelligi, vt minus præiudicet tertio, quam fieri possit, *arg. l. 2. §. merito, & si quis à principe ff. ne quid in loc. publ.* Rom. *consil. 163. num. 1. ad fin.*

Vltra quod beneficium inuentarij est radicatum in persona hæredum debitoris, vnde non potest suffragari fideiussori, Barz. *post multos dec. 56. n. 5. & 6.* & non præiudicat creditori cum fideiussore, Felician. *in tract. de censib. tom. 1. lib. 3. cap. 12. num. 58.* Guttierr. *d. cap. 148. n. 60. cum seqq. & signanter n. 63.* Barz. *d. dec. 56. num. 5. & infra* Rota *decis. 32. numer. 12. post tract.* etiam quod esset lata sententia contra creditorem Felician. *loco citato*, Guttierr. *dict. cap. 148. numer. 61. & seq. maximè num. 63.*

Non enim per simplicem obligationem assignamentorum factam à debitore pro extinctione census extinctus, sed opus est vt dicta assignamenta sint data domino census titulo veræ, & realis dationis in solutum, *vt firmauimus hac eadem q. 3. art. 5. num. 16. & seqq.* census non potest dici resolutus per nudam debitoris voluntatem, sed requiritur actus retrosimilis *glos. in l. ab emptione, & ibi* Bar. *& communiter aly C. de pact. cum aliis citatis hac quæst. 3. art. 1. nunc quæst. 103. num. 14. & 15.* vnde cùm per solam obligationem assignamentorum recusante domino census illa recipere non possit dici resolutus census, nec etiam potest dici liberatus fideiussor cùm illius obligatio sit accessoria obligationi principalis debitoris *l. 1. l. græcè, §. 1. ff. de fideiuss.* & proinde donec census viuit durat fideiussoris obligatio vt deduximus *supra part. 2. cap. 2. quæst. 3. art. 4. seu quæst. 76. num. 5. & 6.* & illi non potest suffragari beneficium inuentarij iure quodam speciali hæredi beneficiato concessum, nam priuilegia personalia non egrediuntur personam priuilegiatam. l. in omnibus causis id obser-

uatur,

uatur,& *ibi* Dec.*n.*6. *ff. de reg.iur.* & quod priuilegium competens principali iure speciali non extendatur ad fideiussorem,*Firmat.*Paris.*cons.*16.*num.*110. *& seq.lib.*2. Ceph.*cons.*437.*n.*12.*lib.*5. Pyrr. Maur. *de fideiuss.part.*2. *sect.*9.§.13.*n.*20.

Cui declarationi vt supra confirmatæ non obstant ea,quæ obiiciuntur, & primò quod repugnet Constitutioni Pij V.super censibus abhorrenti extinctionem census pendere ab arbitrio domini,& creditoris illius. Quoniam cùm simus *in iudicio* graduatorio moto ad instantiam hæredum debitoris census fatagentium extinguere censum hæreditarium per traditionem bonorum non petit dominus census bona pro dicta extinctione, quod per dictam Pianam Constitutionem prohibetur, sed hæredes debitoris instant pro extinctione,& sic iuxta formam Bullæ,& non contra illius dispositionem.

Et in dicta declaratione dum dicitur de petitione domini census, non accipitur petitione, & instantia quod extinguatur census per restitutionem pretij, quod à dicta Constitutione prohibetur, sed pro petitione,& instantia,quam vocatus in iudicio graduatorio moto ad instantiam hæredum debitoris, facit vt pro extinctione sui census assignentur bona, & sic non sponte sed lacessitus petit, quod non prohibetur per dictam Constitutionem Pianam.

Secundò obiicitur, quod dicta declaratio sit vel de præiudicialis debitori census & illius hæredibus ex eo, quod illis auferatur facultas eis à lege indistinctè tributa dandi in solutum bona inuentariata pro debiti extinctione nulla facta distinctione an creditor petat,vel recuset accipere.

Verùm hoc præiudicium non videtur considerabile,nam cùm hæredes sponte,& propria, voluntate debitoris hæreditatem adeunt sperantes inde consequi lucrum, *vt considerat* Purpur.*in d.l.fin.*§. *& si præfatam C. de iur. deliber. in illis verbis ne dum lucrum sperant.* sibi debent imputare in periculum vexationum facti incidunt *arg.tex. in l.si fideiussor* §.*si necessaria,& ibi glos. & communiter* Doctor.*ff.qui satisd.cogant.cum aliis apud* Osasch.*decis.* Pedem.167. *num.*29.*&* Surd.*cons.*215. *numer.*29.*lib.*2.

Vnde non est illis adeò faciendum, vt fiat præiudicium domino, & creditori census, inuentarium enim deber quidem præseruare hæredem beneficiarum à damno non tamen ab omni,sed ab eo dumtaxat,quod pati posset in sua substantia, vt sunt expressa verba text. *in dict.*§. *& si præfatam*, ibi *nihil ex sua substantia penitus, hæredes amittant.* & hoc etiam dummodo inde non resultet præiudicium creditori *arg. tex. in leg.ergo sciendum in princ.ff.ex quib.caus.maior. & in puncto dicit* Bart.*in l.cum emptor.in fin.ff.ad l.falcid.* Cæsar.Manent. *in dec.*34.*n.*5. Surd.*dec.*30.*num.*13.*vers.secundo motus fuit* Rota *in Forolivien.si dotis* 9. *Iunij*, 1625. *vers. verum nec præfata in fine;coram* Reuerendissimo D.Durano *quæ est post tract.dec.*550.

Vnde quod hæredes debitoris pati possint venationes facti, non tamen in eorum substantia non videtur habendum in consideratione vt præponderet damno quod pateretur dominus census si compelli posset recipere bona loco pecuniarum in extinctionem sui census, qui alioquin debet esse magis priuilegiatus, qui tractat de vitando damno in propria substantia hæredes autem agant de amittendo lucrum quod sperant facere in bonis hæreditarijs debitoris Tiraq.*de retract.lignag.*§.35.*glo.*2.*num.*7.

Ex quibus declaratio præfata remanet defensata ab obiectis, & in suo robore.

Alius etiam iudicio meo considerari potest casus,in quo crederem cessare fructus census, saltem in foro conscientiæ, videlicet quando census fuit impositus super re non libera,scienter ipso emptore.Nam si quando emptor ab initio ignorauit rem censui subiugandam non esse liberam sed ex post facto id resciuit, non potest tuta conscientia fructus ex dicto censu percipere, vt diximus *supra in tract.par.*3.*cap.*3.*q.*4. *num.*9. *& seq.*Ergo,& multò minus poterit illos exigere quando ab initio sciuit rem subiugandam non esse liberam.

Occurrit etiam alius casus, videlicet si dominus census illum in se suscipiat,& accollet, quia enim repugnat regulis iuris, vt quis sit sui ipsius debitor per dictam accollationem cessat cursus fructuum dicti census,& penes dominus illius remanet inutilis, & infructuosus, vt declarauit Rota *in una Romana prælationis* 10.*Decembris.*1618.*coram* Reuerend. P.D. Dunozetto, *quæ est post tract.at. decis.*369.*num.*3.

Casibus supra expressis videtur, quod adhuc alius adiungi possit,scilicet si hæres cum beneficio legis, & inuentarij volens extinguere censum hæreditarium offerat domino census tot de bonis hæreditaijs in inuentario descriptis, quæ sufficiant pro integra sorte principali,& fructibus illucusque decursis.Cùm enim talis hæres habeat à lege hoc beneficium, vt possit debitum hæreditarium pecuniarum soluere, & extinguere, tradendo in solutum bona hæreditaria descripta inuentario *l.fin.*§.& si præfatam, & ibi Doctores omnes C.de iur.delib.

Idem operatur oblatio bonorum quod faceret oblatio pecuniæ, vt per Surd.*dec.*262.*num.*5 *vers.respondetur* vbi dicit post *Dec.*quem allegat, quod eo casu debitor liberatur ipso iure, quod maximè verum esset si talis oblatio fieret in iudicio, quæ eiusdem est virturis, & efficaciæ, cuius est depositio facta extra iudicium Ias.*in l.qui Romæ in fin.num.*11.*ff.de verb.oblig.* Beto. *consil.*196.*num.*2.*vol.*1. *& cons.*210.*num.*25. *lib.*3. Natt.*cons.*631.*num.*2.*quod refert* Surd.*d.dec.*262.*num.*2. *& seq.*Dec.*consil.*445.*num.*9.Et proinde sicut reale depositum liberat debitorem census à cursu fructuum illius, vt multorum auctoritate latè deduximus infra *in tract.hac ead.q.art.*9.*num.*51. Ita etiam oblatio facta de rebus inuentariatis hæreditariis liberat hæredes cum beneficio legis,& inuentarij.

Alius etiam potest annecti casus, quem considerat Rota *in una Romana attentatorum* 4.*Decembris* 1619. *coram* R.P.D.Buratto,*quæ est post tract.decis.*446.*numer.*5. qui contingit per confusionem actionum quando debitor census succedit creditori illius: nam eo casu actiones confunduntur, *l. Stichum* §. *adito ff. de solut.* Decian.*consil.*109.*num.*29.*lib.*2. Ea ratione, quia nemo potest esse debitor sui ipsius.*l.Vranius ff.fideiuss.*

Nam actio, & passio respectu eiusdem subiecti in vna, eademque persona stare non possunt Bald. *in l. si vxor.C.de bon.auct.iud.possid. & in l.cum secundum col.* 1.*de fideicom.*Phanucc.*in tract.de inuentar. hæred.par.*5. *num.*14.Surd. *decis.*109.*n.*4. & proinde census ipse extinguitur,*vt dixit* Rota *d.dec.n.*5.

Quod tamen est intelligendum,vt extinguatur census, & cessat cursus fructuum illius, dumtaxat pro ea rata,& portione,pro qua iste debitor census sit hæres creditoris,non autem in totum respectu etiam portionum cohæredum: nam pro eorum ratis census remanet inextinctus,& actio ad fructus pro dictis ratis viua,& in suo robore remanet *l. si adulta Cod. de hæred. action.*Phanucc.*d.tract.part.*7.*n.*2. *vbi multa si l.de eo C. de negot.gest.l.si vxor.C.de bon.auct.Iud.possid.* Nam hæres representat defunctum tantum pro rata, pro qua est hæres pro residuo iudicatur vti extraneus Addent. *ad* Vinc.de Franc.*dec.*39.*n.*2.Ioan. Bapt. Costa *de Ration.*Rota *q.*45.*n.*6.*& seq.*Phanucc.*d.par.*7.*n.*3.

SVM

SVMMARIA.

1 *Pretium in redemptione census potest restitui in qualibet specie æstimata, consentiente domino census.*
2 *Pretium in contractu emptionis, & venditionis, potest de contrahentium consensu solui in qualibet specie æstimata.*
3 *Pretij loco est quidquid datur in recompensationem rei emptæ.*
[*Extinctio census fieri potest etiam non numerata pecunia.*
4 *Census extingui potest per compensationem debiti puri, & liquidi.*
5 *Quæ extinctio facta oblatione compensandi resultat ipso iure.*
6 *Compensatio est species solutionis.*
7 *Census extinguitur si domino illius dentur à debitore census in solutum pro ea bona stabilia.*
8 *Limitatur si dominus census aliqua rationabili causa contradicat.*
9 *Dominus census non potest inuitus compelli ad accipiendum pro census extinctione fundum censitum.*
10 *Et multò minus si habeat hypothecata omnia bona debitoris census.*
Limitatur ex iusta causa, n. 13.
11 *L. si quis argentum, §. si vero, C. de donat. Intellectus.*
12 *Datio insolutum habet vim venditionis.*
[*Hæres debitoris census cum beneficio l. & inuentarij potest censum extinguere dando insolutum bona hereditaria.*
Creditor census petens in iudicio discussionis bonorum sui debitoris assignari sibi locum pro sorte, & pro fructibus, cogitur recipere bona stabilia pro extinctione census.
Debitor census habet beneficium auth. hoc nisi debitor. C. de solut.
Contrarium volunt alij qui.
Beneficium auth. hoc nisi debitor C. de solut. non competit nisi verò debitori.
Compensatio crediti ad creditum fit ex legis permissione.
Compensatione habet vim solutionis in pecunia numerata.
Datio in solutum habet vim solutionis.
Debitor census non est propriè debitor.
Intellige durante censu, & ante illius disdictam, secus postea.
Obligatus soluere quid annuum ex prædio potest se liberare tradendo prædium ipsum creditori.]
14 *Iusta causa ob quam dominus census cogi potest ad accipiendum in solutum fundum censitum pro extinctione census, est reposita in Iudicis arbitrio.*
15 *L. 2. C. de rescind. vend. habet locum in datione in solutum.*
16 *Posse ssor bona fidei ex titulo inualido facit fructus suos secus si titulus sit reprobus.*
17 *Dominus census recipiens in solutum pro extinctione illius bona debitoris, si bona euincantur, non potest redire ad primæuum censum.*
Limitatur si dominus census tempore receptionis protestetur, velle sibi in casu euictionis esse saluum ius ad censum, num. 19.
18 *Habet tamen vtilem actionem exempto contra debitorem census.*
[*Protestatio non potest dici contrario facto, quæ tendit ad præstruationem suorum iurium.*
Protestatio tunc dicitur contraria facto quando totum factum destruit.]
20 *Debitor census volens redimere illum à tertio, qui eum à primo emptore viliori pretio emit, tenetur restituere pretium integrum, quod à primo emptore recipit.*
21 *Cessionarius succedit in locum, & vniuersum ius cedentis.*
22 *Redemens censum per ipsum viliori pretio à primo dicti census emptum potest integrum pretium census pro se retinere, contra Ludouic. de Auend.*

An in redemptione census restitui possit pretium in alia specie, quàm in pecunia numerata?

QVÆSTIO CVIII.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 3. ar. 6.

IN proposito Articulo concludendo † posse in redemptionem census restitui pretium illius in alia specie quam in pecunia numerata, post multos volunt Martin. Bonacin. *de contract. disput. 3. q. 4. puncto vnico, num. 40. versic. secundo, & infra probant* Rota *in vna Rauennatensi Saluiani Interdicti, 12. Ianuarij, 1607. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ reperitur impressa post tract. decis. 126. n. 7. & in vna Romana census, 7. Februarij eiusdem anni coram* R. P. D. Ottembergio, *quæ est ibid. dec. 351. n. 2.*] Quidquid contrarium firmet Ludou. de Auend. *de censib. Hispan. c. 102. n. 4.* 1

Cui conclusioni non repugnant ea, quæ diximus *supra hoc eod. q. 3. art. 1. n. 13.* dum firmauimus, quod in redemptione census sit necessaria actualis pretij restitutio ex Rota *coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato, 27. *Ianuarij, 1603. in illa Romana census quæ post tract. est decis. 204. num. 4.* Quoniam respondit eadem Rota *coram* R. P. D. Ottembergio, *in illa Romana census proximè allegata, num. 9. vers. nec obstat quod licet coram* Reuerendiss. Sacrato, Rota dixerit esse necessariam pretij restitutionem, nihil tamen attigit an requiritur numeratio pecuniæ in actu extinctionis, & propterea possumus nos referre, quod non sit necessaria, cum regulare sit vt † in contractu emptionis, & venditionis possit 2
de partium consensu solui pretium in qualibet specie æstimata *cap. prety, & ibi* Glos. *C. de rescin. vendit.* Glos. *3. in l. 2. ff. de contr. empt.* quidquid † enim datur in re- 3
compensationem rei emptæ illius pretium dicitur Tiraq. *de retractu Lignag. §. 1.* Glos. *14. num. 41.* Claud. Bertazo. *in suo tract. de clausul. instrum. clausula 30.* Glos. *1. num. 6* & in his propriis terminis, dicit Boccac. *in suo tract. de censib. par. 2. num. 56.* Thom. Boninsig. *in simili suo tract. de censib. cap. 14. num. 2,* Ludou. Molina, *in tract. de contract. par. 2. disput. 394. numer. 7.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de obligat. Iustit. lib. 10. quæst. 6. n. 22.* Nauar. *in Commentar. de vsur. num. 123. quæst. 31. sequitur* Surd. *cons. 162. numer. 40. lib. 2.* Franc. Milanens. *decis. 2. numer. 70. & seqq. lib. 2.* Felic. de Solis, *in suis Comment. de censib. tomo 2. lib. 1. cap. 8. numer. 1. maximè vers. sed in ea contentione, & lib. 2. cap. 1. num. 17.* Stephan. Gratian. *Disceptat. Forens. tom. 2. cap. 321. num. 16. & placuit* Rotæ *coram* R. P. D. Ottembergio, 7. *Februar. 1607. in illa Romana census, in principio huius articuli citata, numer. 8.* Ita vt non videatur, quod de veritate huius conclusionis possit probabiliter dubitari [Quæ conclusio potest confirmari, quia cùm in Bulla Pij V. nihil expressè disponatur circa hoc, nec fuerit prohibitum, nec appositum decretum irritans extinctionem census factam, non restituto pretio in pecunia numerata sed simpliciter data facultas redimendi per pretij restitutionem, quelibet extinctio etiam facta, non numerata pecunia, sustinetur, *argum. not. per glos. in clem. 1. in verb. inhibemus in princ. vers. ex quo non apponitur decretum de*
inr.

iur. patron. & bene facit decis. 34. numer. 2. in recollect. per Fatinac. *par. 1. & not. per* Iason. *in l. 1. num. 5. ff. de liber. & posthum. & confirmauit* Rota *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano *in Prænestina census 25. Iunij 1632.*

4 *quæ est post tract. dec. 55. n. 2.*] quæ † satis videtur comprobati posse ex traditis à Nauar. *in suo Commentar. de vsur. num. 124. quem sequitur* Boccac. *d. par. 2. numer. 58.* Molin. *d. num. 7. vers. extingui etiam potest, &* Rebell. *d. n. 22.* dum affirmant censum extingui, & redimi posse per compensationem debiti puri, & liquidi: non quod compensatio fiat ipso iure, sed postquam debitor census denunciauit illius domino se velle censum redimere, compensando creditum suum cum pretio census, vt declarat Ludouic. Auend. *d. cap. 102. num. 8.* [*& comprobat alios allegans* Rota *in Romana census 13. Maij 1630. coram* R. P. D. Merlino, *post tract. dec. 529. num. 20.*] Qua oblatione compensationis facta, censum ipso iure extingui dicit *Felicianus*, & ex iis, quæ in proposito dicit Felician de Solis, *d. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 15.* dum vult censum extingui ipso iure per solam compensationis oblationem, [quam conclusionem nobis *citata amplexa fuit* Rota *in illa Prænestina census 4. Maij*, 1630. *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *quæ est decis. 516. numer. 2.*] Compensatio enim

6 † est species solutionis, *l. si debitor ff. qui potior. in pignor. hab. l. amplius, ff. rem rat. haber.* & ab hac conclusione non dissentit Rota *dum coram* Reuerendissimo P. D. Sacrato, 6. *Iunij*, 1603. *in illa Romana census quæ est impressa post tract. decis. 289. per tot.* & signanter *num. 3.*

7 sensit † censum extingui si domino illius dentur pro eius extinctione bona stabilia, & in *vna Romana repetitionis indebiti coram* Reuer. P. D. Pironano, 30. *Aprilis*, 1610. *quæ est ibidem dec. 292. per tot. & confirmauit coram eodem in eadem causa die 25. Iunij, eiusdem anni, vt ibidem dec. 266. & dixerat antea coram* Seraph. *dec. 1333. par. 2.*

8 Hæc autem † conclusio, non procederet si dominus census contradiceret recipere in extinctionem census pretium in alia specie, quam in pecunia numerata, vt animaduerit Felician. de Solis, *d. vers. sed in ea extinctione*, & non videtur alienum ab alia Scribentium

9 traditione, quod † non sit audiendus debitor census si pro illius redemptione, & extinctione domino census non consentienti, immo recusanti, offerat in solutum prædium super quo census fuerat constitutus, & collocatus, vt firmauit, Foller. *in sua pract. censuali, in verbo tanquam numero 49.* Benedict. Bon. *in suo tract. de censib. artic. 61. numer. 93.* Boccac. *in d. suo tract. de censib. part. 3. num. 66.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Comment. 2. §. 3. n. 89.* Cæsar. Barz. *dec. Bononien. 56. numer. 36.* Felician. de Solis, *d. tomo 2. lib. 3. cap. 5. n. 15. vers. sed an illius* Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. redit. lib. 2. q. 9. n. 68. vers. in contrarium vrget,* Tiraq. *de retractu lignag. §. 1. Glos. 6. n. 21.* Intriglio. *super Bulla de censib. q. 98. n. 2.* quidquid contra *Roder.* nitatur

10 defendere Auend. *d. tract. c. 110. num. 12. &* 13. Et † multò minus si dominus census haberet generaliter obligata omnia bona eius, qui censum imposuit, vt animaduertit Tiraq. *de retractu lign. §. 1. Glos. 6. num. 71. in fine, & sequitur* Follet. *in dicto verbo, tanquam, num. 49. qui*

11 *respondet* † ad tex. *in l. si quis argentum, §. si verò, C. de donat.* vbi contrarium videtur ab Imperatore determinatum quod ibi sit speciale, & singulare in donatione fauore donantis, quod approbant etiam alij ab isti allegati, & Roderic. *d. num. 68. vers. nec obstat lex.* Quod autem dominus census non possit compelli, vt in extinctionem census recipiat in solutum prædium censui suppositum non obscurè probatur ex Constitutione Pij V. *supra forma creandi census*, dum ibi decidit ur quod volente debitore census vendere fundum censuatum, dominus census debeat præferri omnibus aliis emere volentibus: nam videtur, quod à contrario censu ibi Papa non obscure sentiat, quod si iste dominus census nolit emere non possit cogi ad accipiendum in solutum prædium præfatum vt conatur hoc deducere Boccac. *in d. suo tract. part. 3. n. 66.* datio † enim in solu- 13
tum similis est in emptioni *l. prædium C. de euict.* Tiraq. *d. §. 1. Glos. 14. n. 1. & seqq.* An autem hoc bene deducatur à contrario sensu ex dicta Piana Constitutione alij diiudicent.

Verum † enimverò posset Iudex ex iusta, & legiti- 14
ma causa cogere dominum census, vt pro illius extinctione caperet fundum censuatum, vel alia bona debitoris census.

[Prout quotidie fieri videmus in Iudiciis separationis, & discussionis bonorum in quibus dantur, & assignatur loca creditoribus ad iudicium venientibus per gradus iuxta prioritatem, & potioritatem eorum crediti cum consignatione bonorum sui debitoris iuxta æstimationem à peritis faciendam etiam in extinctionem censuum. Et hùc fortè respexit Boccac. *in suo tract. de censib. part. 2. num. 97. dum ex mente* Menoch. *de arbitr. Iud. q. cas. 183. n. 25. &* 28 asseruit esse in Iudicis arbitrio repositum quando creditor census cogi possit ad recipiendum in solutum bona sui debitoris in extinctionem dicti census.

Et quoniam ad aures meas peruenit, quod in causa magni momenti ex iis quæ diximus *in tract. hoc 6 art num. 13.* fuit firmata conclusio, & inde secuta sententia per quam fuit declaratum quod dominus census, qui comparuerat in iudicio discussionis, & separationis bonorum sui debitoris teneretur ad oblationem hæredis beneficiati accipere bona inuentariata iuxta æstimationem à peritis faciendam pro extinctione census, propterea operæpretium esse duxi explicare dilucidius qualis fuerit, & sit mens, & intentio mea in hoc iuris articulo.

Aduertendum itaque est quod licet *in tract. hoc art. 6. & num. 13.* dixerim quod iudex potest cogere dominum census ad accipiendum bona hæreditaria in solutum pro extinctione sortis principalis, hic tamen *in addition. hoc num. 1. vers. numer. 13. circa princ.* admonui esse delenda ea quæ dicta erant *in tract. d. num. 13. & seq.* & reponenda ea, quæ nunc leguntur hic *hoc n. 1. vers. prout quotidiè.* Vnde illa verba importantia coactionem, quæ leguntur: *in tract. at. numer. 13.* sunt delera, & pro non appositis, & loco illorum legi debent ea quæ reperiunt *in d. vers. prout quotidie, & infra*, vbi nullum adest verbum importans quod hæredi beneficiato (vel Iudici ad eius instantiam simpliciter) & indistinctè competat facultas cogendi dominum census, vt pro sortis extinctione recipiat bona inuentariata, in solutum. Imo tàm hìc *numer. 3.* quàm supra *hac eod. quæst. 3. art. 5. seu q. 107. num. 19. post* Milanens. *dec. 2. n. 16. &* 17. *lib. 2.* diximus quod dicta facultas cogendi dominum census tunc tantum posset habere locum, quando dominus census comparens in dicto iudicio discussionis, & separationis bonorum, peteret assignari sibi locum inter alios creditores non solum pro fructibus census decursis, & non solutis, sed etiam pro sorte principali eiusdem census, aliàs si illius petitio non comprehenderet etiam sortem, non possit iudex ad instantiam hæredis quantumvis beneficiati illum cogere ad recipiendum bona in solutum pro extinctione sui census, repugnant enim duæ iuris regulæ, vna quod iudex non petenti non poteat officium suum impertiri in iis, quæ spectant ad priuatam vtilitatem *l. 4. §. hoc iudicium, & ibi Glos. & communiter interpret. ff. de damn. infect.* hic autem dominus census nihil tale petit ergo. Altera est regula quod aliud pro alio inuito creditori solui non potest *l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. cum concordantibus apud* Rotam *decis. 203. n. 1. in fin. part. 1 recent.*

A quibus regulis non est recedendum nec ex priui-

legio

legio auth. *Hoc nisi debitor.C. de solut.* nisi concurrant omnia requisita illius vt diximus *infra n.4. & bene deducit* Gutierez *pract.quæst. lib.1.q.148. n.16.cum multis seqq.& num.38.& infra.*

Nec ex beneficio *l. fin. §. & si præfatam,C.de iur.deliber.* tum quia ibi nullum verbum legitur, quod trahi possit ad facultatem cogendi, sed dumtaxat datur facultas hæredi beneficiato satisfaciendi ex rebus inuentariatis,vel ex illarum pretio creditoribus venientibus ideſt petentibus tum quia domino census non petente,nullámque molestiam inferēte non est hæredi etiam beneficiato indulgendum, vt cogat illum ad recipiendum pro extinctione census bona inuentariata,quia si hoc fieret magis abuteretur hæres præfatus legis beneficio,quàm vteretur domini census benignitate: & legis clementia,in eius malitiæ commodum, & damnum creditoris conuerteretur contra regulam *l.superuacaneam in fin.Cod.commod. & l.itaque fullo,ff.de furt.*Nec doctores *in d.l.fin.§. & si præfatam*, nec alibi verè dicunt quòd ex inuentarij beneficio possit hæres cogere creditores inuitos accidere in solutum bona hæreditaria in extinctionem eorum crediti,vt plerosque reperiendo, & illorum dicta perpendendo deducit Scipio Rauita *cons.18.n.17. vers.dixi quod falso, & infra vsque ad finem consilij lib.1.* Nec obstat quod diximus *hac q.3. art.5.* tàm *in tract.n.5.* quàm *in addit.* quod per oblationem bonorum ab hærede beneficiato factam creditori census cessat cursus fructuum illius. Quoniam hoc debet intelligi vel quando dominus census sponte recepit cum effectu assignamenta realia, & sufficientia tàm pro fructibus decursis, & non solutis, quàm pro extinctione sortis principalis census qui sunt termini, in quibus locuti sumus *d.n.15.& seq.* vel respectu hæredismet, qui obtulit vt scilicet ipse non possit amplius molestari pro solutione fructuum dicti census,secus autem respectu domini census, vt censeatur exclusus à iure petendi dictos fructus à fideiussoribus, qui ad illius fauorem in contractu census accesserunt, quibus non prodest in præiudicium creditoris, & domini census beneficium iure quodam speciali concessum hæredi beneficiato, ne vltra vires hæreditatis in sui damnum, pro alieno debito teneatur vt expresse dicitur *in dict.* §. & si præfatam,cum fideiussores teneantur ex propria obligatione *§.fideiussor. Instit.de fideiuss.glos.in l.tale pactum,& ib* Alex.*num.9.ff.sol.matr.*maximè si se obligauerint vti principales,& insolidum Natt.*cons.261.n.3.lib.2.*Franc. Becq.*cons.45.n.49.lib.1.* nam priuilegia personalia non egrediuntur personam priuilegiatam *l.in omnibus causis id obseruatur,& ibi* Dec.*n.6.ff.de reg.iur.* Et quod priuilegium competens principali iure speciali non tendatur ad fideiussorem firmat Paris. *cons.16. n.110. & seq. lib.1.*Ceph.*cons.437.n.12.lib.3.*Pyrr.Maur.*in tract.de fideiussor.par.2.sect.9.§.13.n.20.*

Et quod creditori compatenti in iudicio discussionis, & separationis bonorum cum principali debitore si nolit accipere locum sibi in sententia graduatoria assignatum, nullum inferatur præiudicium quominus possit agere contra fideiussores dicunt Felician.de Solis *in Commentar.de censib.tom.7.lib.3.c.2.n.8.*Gutierrez. *pract.quæst.lib.1.cap.148.n.60.& infra latissimè,& in domino census comparente resolute* Rota *coram* b.m.Manzanedo *in vna Rom.Salu.interdicti quæ est dec.32. post tract.n.12.*Quod poterit debitor census obtinere vel ex beneficio *l.fin.§.& si præfatam C.de iur.delib.* offerendo domino census pro illius extinctione bona hæreditaria descripta in inuentario, *de qua re diximus supra in addition.ad præcedentem art.n.22. & seqq.*

Vel si quando creditor ex causa census vocatur ad iudicium in causa discussionis bonorum sui debitoris, petat sibi assignari locum inter alios creditores tàm pro sorte principali, quam pro fructibus tunc enim non potest recusare recipere bona stabilia in extinctionem sui census,iuxta ea, quæ dicit Milanens.*decis. Sicil.2.n.16.& 17.lib.2. & nos diximus in præced. art. in addition.n.19.*

Vel ex beneficio *auth.hoc nisi debitor Cod.de fol.(quod in practica obseruari testatur*, Bartol.*in §. quod autem in princ.auth.de fideiuss.Pract. Papien.in form. respons.libell. in action. hypothecar. in verb. exceptionem solutionis num.3.* Benint.*decis.Bononien.28.*Surd.*cons.225. num.7. lib.2.* & illi renunciari non posse dicunt Cyn. & Syn. *ibid.* Alex.*cons.37.num.6.lib.2. Practic. Papiens. d.verb. exceptionem num.2.*) obseruatis tamen iis, quæ obseruanda animaduertit Rom.*cons.163.*Ias. *cons.2.n.12.lib.1.* Natt. *cons.344.*Benin. *d.decis.28.*Ioseph.Ludouic. *decis. perus.64.*Surd.*decis.30.num.10.*Honded.*cons.18.lib.1.& alij passim.*

Et licet aliqui contrarium defendere conentur & signanter Felician. *de censib. tom.2.lib.3. cap.5. num.15. vers.sed an illius* Roderic.*de ann.reditib.lib.2 quæst.9.numer.68.versicul.in contrarium vrget,& ante eos* Gutierez. *practic.quæst.lib.1.cap.148. num.16. & seqq.* ea ratione, quia beneficium *d.auth.*competat dumtaxat veris creditoribus, quorum nomine negant posse censeri debitorem census respectu sortis principalis,cum ab eo inuito extorqueri non debeat etiam intercedente pacto, vt nos deduximus *in tract.p.2. c.1.q.1.artic.7. nunc q.59.cum quibus sentiunt etiam* Foller. *in sua pract. censual.in verb.tanquam num.49.*Tiraq.*de retract.lignag.§.1. glos.6.n.21.* Intrigl.*super Bull.de censib.q.98. n.2.& præter eos* Felic.*d.tom.2.lib.1.c.1.sub n.7.vers.tertio Infero*:ibi mouentur auctores ea ratione, quod census fundetur principaliter super actione personali,secundariò verò super rebus.

Nihilominus quia nec in iure, nec ex Pontificum constitutionibus reperitur expressè sancitum, & declaratum, quod debitor census quando voluerit censum redimere,teneatur de necessitate restituere in pecunia numerata, sed simpliciter, & indistinctè datur illi facultas quandocunque redimendi, sequitur quod possit per quemcunque solutionis modum pretium census,restituere,*vt diximus sup. in hac addition. n.1.* & proinde non sit exclusus à beneficio,& dispositione *d. authon.hoc nisi debitor*,quæ cæteris debitoribus est concessa,seruatis tamen iis, quæ ibi Imper.seruari voluit, & referunt Doctor. *supra num.4. in fin.citati*, & comprobatur, quia sicut debitor ex causa census etiam quoad sortem,iuuatur beneficio compensationis, quæ fit ex legis permissione,quæ concedit,vt fiat compensatio crediti ad creditum *l.4.& l.fin. C. de compens.* & creditor census inuitus cogitur compensare suum creditum etiam quod sortem,cum eo quod debet ex alia causa debitori census,vt diximus supra *in tract. hoc eod. art.n.4. & seqq.& dixit* Rota *in d. Prænestina census 25. Iunij 1632. n.1.& intra* cùm compensatio habeat vim solutionis in pecunia numerata Bart. *in l. diuortio §. ob donationem n.2.vers.qui enim ff. solut.matr.* Rota *in recollect.per* Farinac. *dec.536. n.3. par.1. & confirmat. in dict. Prænestina census n.4.*Ita etiam dicendum est, quod debitor census possit suum debitum censuale extinguere per dationem in solutum suorum bonorum, cum ex legis prouisione statutum sit, quod datio in solutum solutionis vicem obtineat Bal. *in l.fin.circa fin. Cod. ad l.*Falcid.Gabr.*in tit.de nouat.concl.1.n.45.*Rota *coram* Seraph.*dec.313.num.2.* Quibus accedit quod cum d. auth.generaliter loquatur, debet generaliter intelligi *l.2.§. & generaliter ff.de leg.præstan.*

Nec obstant rationes, & fundamenta contrarium tenentium. Nam ad illud, quod debitor census non sit verè debitor, respondetur, quod licet donec vult persistere, & perdurare sub onere soluendi annuam responsionem, & sic ante dictam census non possit dici debitor sortis, nisi sub conditione Roder.*d.q.15. num.*

num.37. & quæst.16. n.20. & 30. lib.2. Mohed. *dec.226. quæ est 4. de præscript. in fin. Et voluit* Rota *dec.230. n.11. & decis.303. n.4. post hunc tract. & nos diximus infra hoc cap.1. q.8. art.2. seu q.118. num.18.* Attamen post dictam, & factam declarationem, quod ipse vult censum redimere, & extinguere, efficitur verus, & purus debitor, vt declarat Roderic. *d. num.29. & 30.* cum eo casu possit creditor illum cogere ad restitutionē sortis, maximè intra annum, ita disponente Pio V. in sua bulla super censibus, & considerat Roderic. *d. q.15. n.51.* Ad aliud etiam fundamentum apparet responsio ex iis, *quæ diximus supra in tract. part.1. cap.3. quæst.1. art.6. nunc quæst.34. n.31. & seqq.* vbi plenè, & latè demonstratum fuit, quod immo in cōtractu census principalis obligatio est fundata super re: secundariò autem, & accessoriè super persona, & proinde videtur, quod intret theorica Paul. de Castr. *consil.47. n.3. lib.2. quam amplectitur* Tiraq. *d. gloss.6. n.21. &* Gutierrez. *d. c.148. n.36. & 54.* volentium, quod quando obligatio soluendi quid annuum est fundata super re, possit debitor se ab illo annuo onere liberare tradendo creditori rem illam, quod voluit ante eos Bald. *in l. creditor la 2. circa princ. ff. si cert. pet. quem refert.* Tiraq. *d. n.21. vers. quibus adde.*]

15 Quando† autem dominus Census consentiret capere insolutum prædium censualem pro extinctione census si incideret, læsio vltra dimidiam respectu pretij, & esset recurrendum ad beneficium *l.2. C. de rescin. vend. vt tradit* Bon. *in d. suo tract. de censib. d. art.61. n.94. vers. quando verò.*

Cæterùm circa hunc Articulum posset de aliquibus non incongruè dubitari, & quidem Primò, quid si dominus census accipiat fundum censuatum, vel alia bona debitoris insolutum, à Iudice coactus, vel ex mera, & propria voluntate, & deinde debitor restituatur ad eorundem bonorum possessionem ex remedio spoliatiuo, tenebitur ne dominus census ad restitutionem fructuū, medio tempore ex dictis bonis perceptorum? Et non teneri respondit Rota *in vna Auximana spolij, 3. Decembris, 1610. coram* R.P.D. Pirouano, *quæ est post tract. at. decis.293. per tot.* ea potissimum ratione, quia
16 † fructus alios percepit bona fide, non obstante quod possederit ex titulo [inualido dummodo non possederit ex titulo] reprobo, vt ex multis dixit *ibi* Rota *n.2. & seqq.*

Secundò potest dubitari, An si dominus census vel sponte sua, vel ex iudicis sententia receperit in solutum bona sui debitoris in extinctionem census, & illa sibi postea euincantur, habeat illæsum, & integrum suum antiquum ius, ita vt possit ex integro consequi annuos fructus ex censu illo extincto per dictam receptionem bonorum insolutum?

17 In qua† difficultate partem negatiuam firmauit Felician. *in dd. sui Commentar. de censib. tom.2. lib.3. c.5. n.16.* ea ratione quia per dictam dationem in solutum fuit extincta hypotheca, quam dominus census habebat super dictis bonis in solutum receptis, quæ non potest amplius reuiuiscere, vt animaduertit Surd. *consil.145. n.13. cum multis seqq. lib.1. & dec.113. & 266. n.6. & seqq.* in quibus locis respondet contrariis. Consu-
18 litur† autem domino census eo casu, vel per actionem de euictione, vt docet Surd. *d. consil.145. num.20. per tex. in l. si pradium, C. de evict. in l. si liberis, C. de senten. & in l. eleganter & ibi gl. ff. de pignor. act.* vel vtili actione exempto, vt dicit Felician. *dict. num.16.* & admonet I.C. *in dd. eleganter, in princ.* & propterea Gloss. *ibi in verb. finita*, admonet bonum esse quod quando creditor recipit in solutum pro suo credito bona sui debitoris, protestetur quod si bona illa euincantur vult sibi esse integram, & illæsam primæuam actio-
19 nem, quia† tunc per illam protestationem eam sibi conseruat, vt post Gloss. *dicit* [*ibi Bart. num.4.* Bald. *in vers. in eadem gl. el 1.* Castr. *num.8. idem* Bart. *in l. si quis aliam n.2. vers. pradict. quæ dixit ff. de solut.* Alex. *consil.190. num.22. in fin. lib.2.* Gozadin. *consil.38. num.2. & sub n.12. vers. non obstat secundum, & placuit* Rotæ *coram* Illustriss. D. Cardinali Caualierio, *in vna Romana de Luraghis, 27. Ianuarij, 1620. quæ est decis.495. in princ. post tract.*] Surd. *d. dec.266. num.6.* in propriis nostris terminis repetit Felician. *d. num.16. vers. quare creditor annui redditus*, vbi affirmat quod dominus census si bona sibi in solutum data euincantur, poterit virtute dictæ protestationis, expiriri aduersus fideiussores, & tertios possessores pignorum vel hypothecarum eadem primæua actione. [*Bene* Cepol. *cautel.123. &* Petr. Caball. *consil. ciuil. decis. lib.1. consil.111. num.1. qui alios allegant.*

Neque dici potest, quod talis protestatio sit contraria facto, quia nulla cōtrarietas oritur ex præseruatione priorum iurium facta in receptione dationis insolutum sub ista conditione, quod non censeatur recessum à priotibus iuribus quatenus sequatur euictio ad Alex. *consil.130 sub n.13. vers. nec obstat si dicatur lib.4.* Rot. *in vna Romana anterioritatis 23. Iunij, 1603. coram* R.D. Pamphilio, *quæ est post tract. dec.416. n.3. & 4* Quia vt ibi dicit Rota, tunc protestatio dicitur contraria facto, quando totum factum destruit, secus verò vbi tendit ad limitationem actus, vt in illo casu.]

Cæterùm, quia dominus census potest illum minori vel maiori pretio quam ipse emerit, vendere, vt dictum fuit latè *supra q.72. alias part.1. c.2. q.2. n.17.* po-
rest† in dubium reuocati an si ille qui census primo 20
loco imposuit, & alteri vendidit, velit redimere ab aliquo tertio, qui illum viliori pretio emit à primo emptore, teneatur restituere illudmet pretium quod à primo emptore recepit; an verò dumtaxat pretium quod ille tertius expendit, quando censum emit ab illo primo emptore. Hanc dubitationem primus quem viderim, excitauit Io. Azor. *Instit. Moral. part.3. lib.10. c.8. q.5. vers. sit rogas.* Vbi resoluit debitorem census teneri ad restitutionē illiusmet pretij, quod à primo emptore tempore impositionis fuit solutum. Nam ille tertius emit totum ius quod primus emptor habebat aduersus imp ositorem. Sed si imponens voluisset redimere censum à primo emptore, antequam eum illo tertio venderet, vtique integrum pretium receptum debuisset reddere, & refundere. Ergo eodem modo, si redimat ab illo tertio, debet integrum census pretium restituere. Et hanc conclusionem reperio fuisse latè comprobatam à Ludou. de Auend. *d. tract. cap.101. n.7.* vbi *ad finem* multos allegat. Et facit, quia† cessiona- 21
rius succedit in locum, & vniuersum ius cedentis Rim. iun. *consil.291. n.40. & consil.326. n.13. lib.3.* Surd. *consil.26. num.16. lib.1. & consil. 333. n.15. lib.3. qui multos allegat* Gasp. Roder. *de ann. redditib. lib.1. quæst. 17. num.11. & seqq.*

Sed circa hanc resolutionē rursus dubitat Auend. *d. n. ad med. vers. Infertur etiam.* An† iste tertius qui pro 22
venditione census facta primo imponenti recepit maius pretium quàm ipse erogauerit, quando emit illum à primo eius emptore, possit illud plus retinere, an potius teneatur restituere illi, à quo ipse emit. Et resolut, quod non possit totum retinere, sed dumtaxat vsque ad illam quantitatem, quam ipse erogauit in dicti census emptionem; ab inde autem supra teneri restituere ei à quo ipse viliori pretio emit. Quam conclusionem pluribus nititur firmare.

Cæterùm hæc *Auend.* resolutio mihi non placet. Quia si iste tertius ab initio licitè potuit censum illum viliori pretio emere, vt dictum fuit *supra d. art.6. n.17. & seqq.* & potuit tanquam dominus licitè integros fructus ex dicto percipere; cur non possit etiam integrum rei propriæ pretium consequi, & retinere? cum quotidie videamus, quòd eadem res, seu mobilis,

seu

seu immobilis non semper eodem pretio ematur, & vendatur, sed diuerso, & quilibet dominus arbitratu suo rem antea per se emptam distrahit modo viliori, modo cariori pretio, quam ipse emerit, & integrum sibi acquirit, nec tenetur aliquam illius partem priori venditori restituere.

SVMMARIA.

1 *Censum reuendere potest, & tenetur quilibet illius dominus.*
2 *Siue sit maior siue sit minor, etiam absque Iudicis iussu, & licentia.*
[*Redimens censum à minore non debet esse sollicitus, vt pretium reinuestiatur.*
Limit. *Nisi in venditione census fuerit appositum pactum, vt tempore redemptionis pretium reinuestiatur.*]
3 *Redemptio census peti potest duabus actionibus.*
4 *Redemptio rei venditæ cum pacto redimendi, peti potest duabus actionibus.*
5 *Minor non potest censum reuendere absque tutoris auctoritate.*
6 *Tutor non potest reuendere censum sui pupilli, absque debitis solemnitatibus.*
7 *Decretum Iudicis non est necessarium in alienatione quæ fit ex necessitate.*
[*Solemnitates iuris, & Statutorum non sunt necessariæ in actibus necessariis.*]
8 *Decretum Iudicis quod sit necessarium in reuenditione census pupilli à tutore facienda, volunt aliqui.*
Contrarium Auctor num. 10.
9 *Reuenditio census quod non fiat ex necessitate precisa, cum proueniat ex principio voluntario, volunt quidam.*
10 *Census reuenditio sit ex necessitate precisa.*
11 *Legatum census non censetur ademptum ex reuenditione illius facta eius debitori.*
12 *Legatum non censetur ademptum ex alienatione res legatæ, facta ex necessitate.*
Siue sit necessitas imposita per legem siue sit necessitas rei familiaris ibidem.
13 *Minor si ex reuenditione census remaneat læsus, restituitur aduersus dictam reuenditionem.*
14 *Censum reuendere quod teneatur is, qui primo loco illum acquisiuit, videtur sentiendum.*
Contrarium concludit Auctor, n. 27. *& seqq.*
15 *Pactum de redimendo quod non possit exerceri contra secundum emptorem rei cum dicto pacto venditæ volunt aliqui.*
Contrarium magis communiter tenetur, n. 27.
16 *Secundus emptor census quod pro illius reuenditione non possit conueniri actione personali, aliqui dicunt.*
Contrarium demonstrat Auctor, n. 27.
17 *Actio personalis fundum non sequitur.*
18 *Etiam quod obligatio sit contracta habita ratione ad rem.*
19 *Secundus emptor census pro illius reuenditione, conueniri non potest actione reali.*
Actione reali non experitur, nisi dominus rei.
20 *Dominium rei venditæ transit ad emptorem si tempore venditionis non fiat aliquod pactum impediens hanc dominij translationem.*
21 *Vel nisi vendatur cum pacto de redimendo, & pro pacti obseruatione hypothecetur expressè res ipsa, quæ venditur.*
22 *Hypotheca generalis impedit translationem dominij rei hypothecatæ sicut specialis.*
[*Hypotheca generalis secundum vnam opinionem impedit translationem dominij: operatur tamen ius retinendi donec soluatur interesse* ibid.
Hypotheca generalis quando est super omnibus bonis impedit dominij translationem.
23 *Maximè si sit vallata iuramento.*
24 *Nam absque iuramento contrarium tenent Scribentes magis communiter.*
25 *Hypotheca specialis impedit translationem dominij rei hypothecatæ.*
[*Hypotheca generalis in quo differat à speciali.*]
26 *Dominium eiusdem rei non potest apud duos in solidum esse.*
[*Pactum de redimendo potest exerceri contra tertium, & vlteriorem possessorem rei cum tali pacto venditæ.*
Maximè quando pro obseruantia dicti pacti res illa fuit specialiter hypothecata.]
28 *Dispositio generaliter loquens, debet generaliter intelligi.*
29 *Quilibet præsumitur se alligare legibus, loquentibus de actu quem gerit.*
[*Restitutio in integrum datur minori aduersus venditionem contra tertium emptorem quando sciuit venditorem habuisse causam à minore.*
Venditor census potest illum redimere à quocunque illius possessore saltem implorato iudicis officio.]
30 *Secundus emptor census potest cogi ad illius reuenditionem saltem per Iudicis officium.*
31 *Clausula Transferens &c. apposita in instrumento venditionis ad fauorem emptoris, operatur vt omnes actiones quæ erunt penes venditorem reddantur ineffi caces quo ad ipsum.*
32 *Clausula*, Ponens illum in locum suum, *&c. operatur, vt penes venditorem remaneant actiones ineffi caces.*
33 *Redemptio census facta à primo illius emptore est valida, licet ipse eo tempore non sit amplius illius dominus.*
34 Limitat. *si debitori census fuerit intimata cessio illius facta per primum emptorem ad alterius fauorem.*
35 Limitatur 2. *si debitor census tempore quo illum redimit haberet plenam, & perfectam notitiam dictæ cessionis.*
36 *Census venditus pluribus personis pro partibus separatis potest a quolibet redimi pro eius parte.*
37 *Census venditi pluribus personis in eodem instrumento per partes distinctas, tot censentur quot sunt personæ quæ emunt.*
38 *Censum si plures simpliciter emant, quod quilibet possit cogi ad reuendendum partem suam, dicunt aliqui.*
39 *Contrarium voluit Roman.* cons. 305.
40 *Auctor distinguit, remissiuè.*
41 *Vnus ex pluribus condominis census, non potest aliis condominis quo ad eorum portionem præiudicare.*
[*Reuendens censum non tenetur cedere iura redimenti.*]
42 *Maritus quod possit reuendere censum suæ vxoris sibi in dotem datum contra Felician.*
43 *Maritus ex causa necessaria potest res dotales alienare.*
44 *Maritus constante matrimonio est dominus rei sibi in dotem datæ siue æstimatæ, siue inæstimatæ.*
45 *Maritus in omnibus casibus in quibus constante matrimonio licitè alienat res dotales, illas alienat nomine proprio, non autem procuratorio nomine suæ vxoris.*
46 *Is qui pro alio censum emit absque illius mandato, non potest illum reuendere.*
47 *Procurator constitutus ad recipiendum solutiones aliud facere non potest.*
48 *Procurator debet ad vnguem seruare formam mandati.*
49 *Retrouendere censum est priorem contractum resoluere.*

50 *Extinctio,& resolutio census requirit actum priori similem.*

51 *Retroenditio census requirit mandatum speciale.*

52 *Venditio requirit speciale mandatum.*

53 *Procurator constitutus ad exigendum fructus census, non potest illum retrovendere.*

54 *Procurator constitutus cum amplissima facultate etiam cum libera non potest reducere censum ad minorem responsionem annuam.*

[*Reuenditio census facta non domino nec ab habente mandatum ab eo est valida, sequuta Domini ratificatione.*

Ratificatio aquiparatur mandato etiam quando requiritur speciale mandatum.

Census resoluitur per restitutionem sortis factam procuratori ad exigendum cum ampla facultate.

Debitor census qui restituit sortem procuratori ad exigendum cum ampla facultate potest cogere dominum censu vt faciat sibi instrumentum reuenditionis.]

55 *Censum reuendere integraliter tenetur vnus ex pluribus heredibus ad quem integraliter census pertinet.*

56 *Secus si ad illum non spectet integraliter, sed pro sua portione hereditaria.*

57 *Heres fideicommisso grauatus, quod censum pendere non possit absque decreto Iudicis voluit Felicianus.*

58 *Contrarium defendit Auctor,& infra.*

59 *Alienatio necessaria non censetur prohibita heredi grauato.*

60 *Fideicommissarius vniuersalis, pendente conditione fideicommissi,non est verè dominus.*

61 *Reuenditio census non est alienatio,sed resolutio præcedentis contractus.*

62 *Heredi grauato ante purificatam conditionem, & restituram hereditatem,rectè soluitur.*

63 *Heres grauatus reuendens censum subiectum fideicommisso debet cauere de conseruando pretium ad fauorem fideicommissarij.*

[*Heres grauatus si reuendat censum non tenetur præstare cautionem redimenti.*

Maximè si possit detrahere legitimam, vel trebellianicam.

Heres grauatus si sit inhibitus à fideicommissario nè reuendat,& debitor census redimat,si sequatur redemptio nihil agitur.

Etiam si reuendat de mandato Iudicis si non certioret fideicommissarium.

64 *Vsufructuarius quod possit censum solus reuendere, dixit Roderic.*

[*Vsufructuarius solus non potest reuendere censum,cuius proprietas ad alium spectat.]*

65 *Cautius tamen est debitori si proprietarius, & vsufructuarius,simul reuendant.*

[Limitat. *Si reuendat nomine proprietarij, vel de eius mandato.]*

66 *Vsufructuarius solus,nec solus proprietarius potest censum redimere,sed ambo coniunctim redimunt.*

Quidquid sentiat Gratian. quod solus proprietarius redimat.

67 *Pater legitimus administrator bonorum filij, solus reuendit censum filij.*

[*Pater solus potest reuendere censum filiorum, in quibus habet vsumfructum.*

Pater est legitimus administrator tantum eorum bonorum filij,quorum habet vsumfructum.]

68 *Pretium census reuenditi,debet remanere penes vsufructuarium.*

Præstita tamen per eum cautione de illo conseruando & restituendo,finito vsufructu,n.70.

Nisi sit pater habens administrationem bonorum sui filij,cuius sit census,n.71.

Limit. *si proprietarius velit soluere annuam responsionem, quam solitus erat percipere vsufructuarius,*numer.72.

Dummodo tamen proprietarius sit idoneus,n.73.

Ac præstet omnimodam securitatem vsufructuario pro solutione annui reditus,n.74.

69 *Vsusfructus non extinguitur propter reuenditionem census,cuius alter habet vsumfructum.*

75 *Vsufructuarius potest licitè percipere reditus à proprietario retinente pretium census reuenditi ratione sui interesse.*

76 *Census postquam est extinctus, nullos potest reddere fructus.*

77 [*Creditor qui habuit mandatum de associando ad censum non potest illum reuendere.*

78 *Mandatum de associando non tribuit dominium nec possessionem,sed nudam detentationem.*

78 *Reuendens censum debet adimplere pacta apposita in illius impositione,& venditione, aliàs census non dicitur extinctus.*

80 *Etiam quod tale pactum non esset factum inter redimentem,& reuendentem.]*

Censum reuendere quis teneatur, & possit.

QVÆSTIO CX.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 3. ar. 7.

CIrca materiam redemptionis census est congruo loco indagandum, quisnam teneatur,& possit illum réuendere.

In quo articulo indubitata est conclusio† quod census reuendere potest, & debet quilibet dominus illius, vt sanciuit Pius V. *in sua Constitutione de censib. in vers. Postremo,* in illis verbis. [Sed etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante etiam longissimi temporis,ac immemorabilis,immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus quibuscumque verbis,aut clausulis concepta sint.] & de hac conclusione nemo dubitat † siue dominus census sit maior,siue etiam minor, qui potest dictam reuenditionem facere etiam absque iussu & licentia Iudicis,& Alber. *in l. 2. in princ. Cod. de pact. int. empt. & vendit.* Octau. Simoncell. *in suo tract. de Decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 16. n. 119,* Foller. *in sua Pract. censuali, in verbo, instrument. gratia. n. 33.* Boccac. *in suo tract. de censib. par. 2. n. 104.*] Magon. *dec. Florent. 1. n. 38.* Io. Petr. Fontanell. *de pact. nuptial. tom. 1. claus. 4. gl. 18. part. 4. n. 25. Vbi tamen id nunquam fuisse practicatum in Senatu Cathaloniæ dicit, alios allegat* Mar. Giurb. *dec. Regn. Sicil. 79. n. 37. vers. immo solus minor, & n. 30. vers. neque Iudicis auctoritas part. 1.] & dictum fuit supra part. 2. c. 2. q. 2. art. 9. Et hanc sententiam amplexi etiam sunt* Gasp. Roder. *de ann. reddit. lib. 2. q. 15. num. 80. & seqq. non dissentit* Francisc. Milanens. *dec. 18. lib. 2. & Intrigliol. super Bulla de censib. q. 69. n. 1.* hoc expressè firmat. 1 2

[Quam sententiam adeò verā esse existimat Giurb. *d. dec. 79. num. 27. dict. vers.* Immo solus minor vt debitor census redimens illum à minore, non debeat curare restituram sortem in aliud inuestiri,nec esse sollicitus de illius versione, quod multorum auctoritate confirmat.

Quod tamen non procederet si tempore impositionis, & venditionis dicti census fuisset appositum pactum quod tempore redemptionis pretium illius debeat reinuestiri in emptionem bonorum immobilium, vel ad dictum effectum deponi penes idoneam personam.

Nam

Nam si tempore redemptionis pretium illud tradetur in manibus ipsius minoris, qui illud malè perdat, talis redemptio, & reuenditio respectiuè erit nulla, & redimens non liberabitur ab onere dicti census, vt latè deducit per integram dec. Amat. *dec. March.* 50.

3 Ad † istam autem redemptionem potest duabus actionibus perueniri; vna scilicet, quæ oritur ex ipso contractu præambulo, informata ad id quod deducitur in pactum: altera præscriptis verbis, quæ insurgit ex dicto pacto cohærenti contractui: vt multorum au-
4 ctoritate dicit *Tiraq.* (loquens de venditore † volente redimere rem venditam cum pacto redimendi) *de retractu conuent.* §. 1. *gl.* 1. *n.* 2. & 3. Quod ad redemptionem census traxit Ludou. de Auend. *de censib. Hispan. cap.* 101. *num.* 6.

5 Cæterùm † solus minor non potest censum retronendere, sed est necessaria tutoris auctoritas. Foller. *d. loco, num.* 34. Boccac. *d. n.* 104. *per tex. in l. pupillo, & in l. Stichum,* §. *vsumfructum, & ibi* Alber. *ff. de solut.* Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censibus tom.* 1. *lib.* 4. *cap. vnico, num.* 3. *vers. si verò debitor ibi qua ratione, & tom.* 2. *eodem lib.* 4. *& cap. vnico num.* 8. *vers. sed post hæc.*

6 Prout † nec etiam solus tutor potest absque debitis solemnitatibus, vt deducit Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commer. human. tit. de censib. art.* 3. *controu.* 18. *num.* 11. *vers. dico tertio.*

Sed dubitari potest, an in reuenditione census facienda à minore cum tutoris vel curatoris auctoritate ad effectum vt ritè, & legitimè, facta dicatur, & redimens liberetur, & sit tutus; ita vt in futurum pro annuo censu, nec respectu fructuum, nec respectu sortis principalis possit conueniri, sit necessarium Iudicis decretum.

7 Et non † esse necessarium aliqui existimant ea potissimum ratione, quia huiusmodi reuenditio est necessaria, & propterea non requirit Iudicis decretum, *l.* 1. §. 1. *l. magis puto,* §. *si pupillus, ff. de reb. eor. l.* 1. *l. prædium, & ibi* Glos. *C. quand. decret. opus non est* Simoncell. *d. num.* 119.

[Regulare enim est, vt in obligationibus, & contractibus, qui ex causa necessaria fiunt, & celebrantur à minoribus non requirantur solemnitates iuris, & statutorum, vt resoluit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo *in vna Romana nullitatis obligationis* 28. *Iunij,* 1617. *quæ est post tract. dec.* 430. *n. secundo.*]

8 Et licet † contrariam sententiam amplectatur. Felician. de Solis, *d. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 3. *versic. si verò debitor, & latius confirmet tom.* 2. *eod. lib.* 4. *cap. vnico, n.* 8. *per tot.* ea motus ratione, quia alienatio rei minoris à solo tutore facta absque Iudicis competentis decreto, inutilis est, *d. l. de pupillo, & d.* §. *vsumfructum, l. si prædium, C. de præd. minor. l. lex quæ tutores, C. de admnist. tutor. cum aliis per ipsum allegatis ibi, & d. num.* 8. *vers. nostræ sententiæ,* ibi *non etiam officit secundum,* & propterea existimet inutilem esse etiam reuenditionem census absque simili decreto, non obstante quod huiusmodi reuenditio aliquo respectu videatur fieri ex necessitate cum huiusmodi necessitas reuendendi, vt pote procedens à principio voluntario, non possit dici
9 præcisa † de qua ipse dicit esse intelligendam regulam illam quod in alienatione, & aliis actibus necessariis minorum non est necessarium Iudicis decretum. Attamen Ego ab eo in hoc omnino dissentio, existimans
10 † dominum census teneri ex præcisa necessitate, & ex natura contractus censum reuendere, cum ita sit dispositum tàm per Constitutionem Martini V. & Calixti III. *registratas in cap.* 1. *& 2. de emp. & vendit. inter Extrauag. commun. quam in Bulla* Pij V. *in verbis supra relatis, & sæpius diximus, & hanc sententiam pluribus confirmauit* Gaspar. Roderic. *in suo tractatu, de ann. redit. lib.* 2. *quæst.* 15. *n.* 80. *& seqq. & ab ea non dissentit* Rota *in vna Romana pecuniaria, coram* R. P. D. Ottembergio, 8. *Martij,* 1604. *quæ est impressa post tract. dec.* 294. *n.* 1. & coram eodem, *die* 7. *Februarij* 1607. *in illa Romana census, quæ ibidem est dec.* 186. *num.* 5.

Quod etiam videtur satis comprobari ex iis quæ propter hanc rationē necessitatis dicebat Hond. *cons.* 61. *n.* 18. *lib.* 1. vbi concludebat, † quod reuenditio cen- 11
suum in totum, vel pro parte facta eorum debitoribus non inducit ademptionem legati eorundem censuum, quod placuit etiam Steph. Gratian. *Disceptat. Forens. tom.* 2. *cap.* 251. *n.* 63. & repetit *cap.* 316. *n.* 1. & 3. cùm † ademptio legati non inducatur ex alienatione neces- 12
saria siue sit necessitas rei familiaris, siue sit necessitas imposita per legem Rip. *in l. Lucius, n.* 27. *vers. hoc etiam ff. de vulg. & pupill.* Card. Mantica, *de coniect. vlt. volun. lib.* 12. *tit.* 6. *num.* 18.

Bene verum est † quod si minor ex tali reuenditio- 13
ne remanserit læsus illi subuenitur ope restitutionis in integrum, *d. l.* 1. *Cod. de præd. minor.* per quem tex. Felician. *d. n.* 8. *vers. & licet admitteremus,* ad quos terminos finaliter videtur restringere opinionem suam, quam tam magno apparatu verborum defensauit, sequitur Roderic. *d. q.* 15. *num.* 83. Et licet ab hac opinione discedat Auend. *d. tract. cap.* 106. *n.* 3. fatetur tamen, securiùs facere debitores si cum Iudicis auctoritate tutoribus, vel curatoribus censum redimendo fortem præstent. Quod cum facto facile sit, faciendum consulit.

Prosequendo autem materiam propositi articuli non contemnenda suboritur difficultas quando census ad manus plurium personarum pertransiuit, quis ad illius reuenditionem teneatur? an vltimus dominus in cuius manibus de præsenti census reperitur, an verò ille qui primus omnium censum illum acquisiuit.

In qua † difficultate videtur prima consideratione 14
concludendum quod non possit conueniri secundus, vel vlterior emptor census, sed debeat conueniri prior. Primò, quia † vigore pacti de retrouendendo non po- 15
test agi contra secundum vel vlteriorem emptorem, & possessorem rei semel cum dicto pacto venditæ, Bero. *cons.* 155. *num.* 20. *lib.* 1. Cagnol. *ad l.* 2. *n.* 1313. *C. de pact. int. empt. & vendit.* Crau. *cons.* 12. *num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 201. *lib.* 2. Magon. *dec. Florent.* 105. *n.* 2. Hier. Gabr. *consil.* 66. *n.* 6. *ad med. lib.* 1. qui alios multos allegant, & de magis communi testantur. Secundò, † quia contra dictum 16
secundum, vel vlteriorem census emptorem non competit neque actio personalis oriens ex contractu quæ afficit solam personam promittentis, non autem singularem illius successorem. Crau. *d. n.* 7. Gabr. *d. cons.* 66. *num.* 6. Actio † enim personalis fundum non sequitur, 17
l. cogi, §. *vnde quæritur, ff. ad Treb.* etiam † quod obliga- 18
tio ex qua agitur contracta sit habito respectu ad rem ipsam, *l. quædam,* §. *nihil interest, ff. de eden. cum concordantibus apud* Tiraq. *de retractu Lignag.* §. 8. *glos.* 5. *n.* 8. Iste autem secundus, vel vlterior emptor census nihil egit cum impositore, & venditore illius merito, &c Neque etiam contra ipsum, competit actio realis, † quoniam illa non experitur nisi dominus, *l. in rem l.* 19
officium, ff. de rei vendic. cum similibus, dominium autem seu quasi dicti census non ad impositorem & venditorem, sed ad emptorem illius pertinet, quia fuit primum translatum in primum emptorem, à quo deinde transiuit in secundum, & ab illo in sequentem, & sic deinceps, nisi † tempore factæ primæ illius vendi- 20
tionis inter contrahentes fuisset initum aliquod pactum per quod impedita esset hæc dominij, vel quasi translatio, & transmissio, casu quo contingeret censum illum alienari ad not. per Ial. *cons.* 128. *lib.* 4 Crau. *d. cons.* 201. *n.* 3. Gabr. *d. cons.* 66. *n.* 1. & 3. Vel nisi † in 21
prima dicti census venditione pro obseruantia pacti de illum reuendendo ille idem census fuisset obligatus expressè, vel saltem generaliter sub omnium bonorum

22 hypothecata,& obligatione, quæ † quo ad hunc effectum idem operatur quod ſpecialis. Grat.*reſp.*15.*n.*12. *lib.*1. Socin.iun.*conſ.*12. *in fine, lib.*2.Cæphal. *conſ.*397. *n.*74.*lib.*3. Franc. Becc.*conſ.*80. *n.*7.*lib.*1. Boer. *dec.*182. *n.*53. Crauet.*conſ.*381. *n.*2. *lib.*3.

[Idem Crau.*conſil.*385. *ſub num.*1.*verſic.ſed enim,eod. lib.*3. vbi dicit hanc ſententiam eſſe veriorem, æquiorem, & frequentiorem , vt multos cumulat, eandem ſequitur,& comprobat Becc.*conſ.*80. *per tot.lib.*1.Grat. *conſil.*65. *num.*11. *& ſeqq. lib.*1. Cæph.*conſil.*397. *n.*85. *lib.* 3.

Hac tamen opinione retenta licet propter generalem hypothecam impediatur dominij tranſlatio,attamen non impeditur quin oriatur ius retentionis donec ſoluatur intereſſe ; nam valet alienatio , non obſtante generali hypotheca,& licet emptor non efficiatur dominus, poterit tamen rem emptam retinere , & poſſidere donec ſibi reficiatur intereſſe, illo autem ſoluto , cogitur rem illam dimittere , & relaxare. Gabr. *conſ.*66.*n.*19. *& ſeq. lib.*1.Magon. *deciſ. Lucenſ.*21. *n.*5. Surd *conſ.*331. *n.*25. *verſ. & non repugnant,lib.*3. Vnde videtur inferri , quod generalis hypotheca impediat dominij tranſlationem,& maximè quando non poterat fieri niſi generalis, vt quia omnia bona erant alienati prohibita, & ſuper omnibus erat reſeruata,& retenta hypotheca, vt reſoluit Rot.*coram* Creſcent.*dec.*1.
23 *de pignor. num.*2.] & abſque dubio † ſi talis generalis hypotheca eſſet iuri iurandi religione cõfirmata. Soc. iun. *conſ.*129.*num.*1.10.*& ſequenti,lib.*2. Boer.*d.dec.*182. *num.*53. Roland.à Valle,*conſil.*62. *num.*39. *& ſeq.lib.*2. Natta,*conſ.*426. *num.*8.*lib.*3. Anton.Gabr.*in tit. de pign. concluſ.*1. *n.*1.*& ſeqq.*& ſignanter *n.*7. Ioſeph.Ludouic. *Commun. concluſ.*74. *in tit.de emptio. & vendit. concl.*74. *in tit. de emptio. & vendit. concluſ.* 3. *in* 1. *&* 2. *ampliat.*
24 cum † alioquin ſi non interueniat iuramentum magis communiter tenеant Scribentes per generalem hypothecam non impediri rei hypothecatæ alienationem, nec dominij illius tranſlationem,Caſſan.*ad conſuetud. Burgund. rubr.*11. *des cenſes*, §.6. *num.*10. Neguſ. *in ſuo tractatu,de pignor. & hypothec. part.*2. *membro* 1. *n.*5. de magis communi teſtatur Peregr.*in ſuo tract.de fideicom. art.*52.*num.*77. Gabr. *d.conſ.* 66. *n.*10. Vinc.de Franch.
25 *dec. Neapolit.*355. *num.*5. Licet † omnes abſque controuerſia admittant quod ſtante hypotheca ſpeciali impediatur rei hypothecatæ alienatio , & dominij illius tranſlatio [Et hanc eſſe differentiam inter generalem,& ſpecialem hypothecam latè firmat ſexcentos allegans.Surd.*d.conſ.*331.*num.*25. *& infra, & ſignanter n.*27. *per tot.*] Cùm itaque , vt redeamus vnde digreſſi ſumus impoſitor cenſus per primam illius venditionem eius dominium, vel quaſi tranſtulerit in primum emptorem,& de præſenti repetiatur vel penes ipſum, ſi ſecundum quæ mox dicta ſunt dominij tranſlatio prohibita fuerit, vel penes alios in quos deinceps cenſus ille fuit alienatus , vtique primus impoſitor , & venditor nullum ipſius dominium habere poteſt,cum
26 † eiuſdem rei , eodem tempore duæ inſolidum domini eſſe non poſſint , *l.ſi vt certo*, §.*ſi duobus vehiculum, ff. communia*. Ruin. *conſil.* 163. *numer.* 12. *lib.*5. & per conſequens non poteſt reali actione contra hunc vltimum cenſus dominum pro illius reuenditione experiri , & hæc ſunt , quæ pro hac parte magnis vrgere videntur.
27 [Contrariam tamen ſententiam in terminis propoſitæ difficultatis amplectendam eſſe exiſtimo,& omiſſa illa indagatione, An pactum de redimendo appoſitum , in venditione rei poſſit exerceri contra ſecundum, vel tertium , vel etiam vlteriorem dictæ rei emptorem , In quâ ſententiam affirmatiuam contra eos, quos hic retulimus in *tract.n.*15. tanquam magis communem , humaniorem, æquiorem, & in praxi ſeruari ſolitam tenuerunt. Paul.de Caſtr.*in l. ſi cum venderet in princ.num.*3. *ff.de pign.* Guid.Pap. *conſ.*44. *ſub num.*2.*ad fin. verſ. immo,& dicti cenſus,& alij multi,quos congerit* Mant.*in ſuo tractat.de tacit.& ambig.conuent.lib.*4.*tit.*32. *num.*44. *quibus addi poteſt* Couar.*var. reſol. lib.*3. *cap.*8. *n.*3.*verſ.hinc apparet* Magon. *dec.Lucenſ.*80. *num.*2.*verſ. tamen nobis magis placuit* Menoch. *qui teſtatur de magis communi conſ.*62.*in princ.& n.*14.*lib.*14.*& alios allegans* Rota *Lucenſ. diuerſ.dec.*125. *in princ.* & in qua ex Doctoribus noſtris aliqui adeò obſcurè loquuntur, & ita ſe ipſos inuoluunt , vt vix poſſit intelligi cui opinioni magis adhæreant, aliqui verò ſibi ipſis contradicunt, & in varias, & contrarias trahuntur ſententias,vt animaduertit. Crau. *conſil.*201. *num.*1. *lib.*2. *& conſideræ* Mantic.*d.tit.*32.*conſ.*61.*verſ.* ex his : ita vt in quam ſententiam te voluere debeas , non poſſis facile deliberare. Præterquam quando pro obſeruantia dicti pacti eſſet in ſpecie obligata , & hypothecata ipſa res vendita : quo caſu omnes conueniunt, quod primus venditor incumbendo rei pignoratæ & hypothecatæ pro obſeruantia pacti , poſſit agere actione hypothecaria aduerſus iſtum tertium poſſeſſorem rei cum dicto pacto venditæ Soc.ſen. *conſ.*80. *num.*2. *verſ. vel etiam , & tertio lib.*3. Caſſan.*ad conſuetud. Burgun. rubr.*5. *Rentes vendues*, §.1.*num.*39. *colum.*813. *verſ. aduerte verba* Crau. *d.conſ.*201. *num.*3. *in fin. poſt quos* Anton.Cioph. *conſ.*96.*n.*2.*part.*1. Magon.*d.dec.Lucenſ.*80.*n.*3.*& omnes conſentire dicit* Rota *Lucenſ.diuerſ.d.deciſ.*125.*colum.*2. *verſ.* 1. *quia.*

Omiſſa itaq; hac indagatione quod in terminis noſtris primus venditor cenſus poſſit illũ non ſolũ à primo, ſed etiam à ſecundo tertio , & vlteriore emptore redimere,reperio fuiſſe firmatam,] à Boerio *d.dec.*182. *num.*38. quem ſequitur Foller. *in ſua pract.Cenſuali, in verbo,inſtrumentum gratia*, *n.*15. Boccac. *in ſuo tractatu, de cenſib.part.*2. *numer.*99. Felician.de Solis, *in dd. ſuis Commentar.de cenſib.tom.*2. *lib.*4. *cap.vnico, num.*9. *verſ. tertia propoſitio*,qui mouentur pluribus rationibus,ſed potiſſimum auctoritate conſtitutionum Martini V. & Calixti. III. *in cap.*1. *&* 2. *de emp.& vendit. inter extrauag. commun. verſ. & ſemper in ipſis contractibus* , &c. Quod multo apertius videtur diſpoſitum per Pium V. *in d. ſua Bulla ſuper forma creandi cenſ.in verſ. cum verò traditione preti* ,&c.cuius quidem conſtitutionis verba æquè conueniunt ſecundo,ſeu vlteriori cenſus emptori, ac Primò pondetando in primis illa relatiua, ei, & cui pretium dandum erit , &c. nam certè illi dandum eſt pretium, qui eſt dominus cenſus tempore quo fieri contigerit redemptionem illius, pondero deinde illa verba *quandocunque,&c.*quæ ſimiliter ſecundo,& vlteriori emptori conueniunt enim cenſus poteſt redimi, & extingui quandocumque , non debet iſta generalis facultas reſtringi reſpectu primi emptoris dumtaxat, nam † diſpoſitio generaliter loquens debet generaliter 28
intelligi, *l.*1. §.*& generaliter, ff.de legat.præſt.* [Et hanc opinionem videtur ſenſiſſe Grat. *diſcept. forenſ. tom.*5. *cap.*951. *num.*11. *& infra.* Vbi firmat, quod ſi vnus ex fratribus in communi bona poſſidentibus emat cenſum ſuo proprio nomine,& pro ſe ipſo, quem poſtea in diuiſione bonorum pro adæquatione partium concedat alteri fratri,is,cui cenſus præfatus conceſſus fuit non ſolum poterit illum validè reuendere , immo poterit etiam cogi ad reuendendum.] Quod iudicio meo comprobatur,fortiſſima ratione & ſolidiſſimo fundamento : quia cum cenſus de ſui natura ſecundum Pontificias Conſtitutiones ſit redimibilis etiam poſt longum, & longiſſimum tempus, etiam centum , & plurium annorum, etiam quod in impoſitione, & venditione illius pactum de redimendo expreſsè ſtipulatum non fuerit, vt ſanciuit Pius V. *in d.ſua Conſtitutione, in verſ. poſtremo cenſus omnes* , &c. & demonſtratum fuit *ſupra part.*2.*cap.*1.*q.*3.*art.*7. & ideò cùm quilibet ſciat, vel ſaltem ſcire debeat , quod cenſus ſub alia forma

conſtitui,

constituí,& vendi non potest, & quod tale pactum de necessitate vel exprimitur,vel subintelligitur,quilibet qui censum emit videtur se subiicere, & submittere necessitati illum reuendendi.Crau. *cons.*12.*num.*8.*lib.*1.
29 Nam †quilibet præsumitur se alligare legibus loquentibus de materia super qua contrahit, & de actu quem gerit Ruin. *cons.*86.*n.*16.*& cons.*145. *num.*9.*lib.*3. Crau. *cons.*75. *n.*5.*lib.*1. *cum aliis apud* Surd. *consil.*42. *num.*6. *lib.* 1.

[Quæ ratio confirmari potest hac simili. Nam licet apud Doctores sit valdè controuersum: An beneficium restitutionis in integrum,quod competit minori ad rescindendam rei suæ venditionem, concedatur illi aduersus secundum, tertium, vel vlteriorem dictæ rei emptorem, & possessorem, vt apud Odd. *de restit. in integr.part.*1.*q.*31.*art.*17.*num.*85. *& seq.* nemo tamen dissentit quin minori succurratur etiam aduersus hunc secundum, vel vlteriorem, si is quando emit habuit notitiam illius auctorem habuisse causam à minore,
30 & rem illam fuisse ab initio venditam à minore, vt considerat *I.C. in L.in causa la* 1.§. *fin.ff.de minor. & ibi notæ* Bar. Bald. *& alij. sequitur* Alex. *cons.*67.*n.*7.*lib.*5. Crau. *cons.*7. *n.*15.*lib.*1. *& alij relati ab* Odd. *d.art.*17. *num.*88. Sicut igitur secundus,tertius, vel vlterior emptor rei minoris ob scientiam, quod res, quam emit, fuit ab initio vendita ab eo,qui erat constitutus in minori ætate potest præuia in integrum restitutione cõpelli ad rem ipsam restituendam,& reuendendam pari ratione non debet incongruum videri,quod secundus, tertius, vel vlterior emptor census,quem sciebat, vel scire debebat fuisse ab initio venditum cum illa lege, quod posset quandocunque redimi possit ad dicti census reuendicionem, si non per actionem realem, vel personalem,saltem implorato Iudicis officio,quod Iudex imploranti tenetur impartiri, cogi, & compelli,] & multò magis si in istum secundum emptorem tempore venditionis census fuerint in ipso instrumento translatæ omnes actiones reales personales,&c. prout in quolibet instrumento alienationis, similes actio-
31 num translationes stipulari solent,nam eo † casu ineffícaces redduntur actiones, quæ erant penes primum emptorem quo ad ipsum, Paul. de Castro, *in l.*4. §. *si hæres, n.*4.*C.ad* Trebell. *& in l.si cum emptore, n.*4. *vers. primus, & ibi* Alex. *sub n.*3. Ias. *sub n.*5. & melius, *n.*14. *ff.de pact.* Io.Bott. *cons.*62.*n.*8 *&* 9. Gargiar. *Patrocin.*14. *num.* 8.

32 Maximè † si in dicto instrumento alienationis census fuerit adhibita clausula,*Ponens illum in locum suum*, &c.latè Surd. *cons.*22.*num.*35. *& seq.lib.*1. Et propterà cùm primus emptor census transtulerit omnes actiones in secundum emptorem, & sic deinceps vnus alterum successiuè posuerit in locum & ius suum, non poterit primus emptor,deinceps alij validè censum reuendere. [Vt non obscurè sensit Rota *in vna Romana domorum* 17. *Iunij*, 1611.*coram* b.m.Cardinale Sacrato, *quæ est post tract. decis.*354. *num.*10.] Immo obligatio, & necessitas reuendendi erit in secundum & deinceps alios successiuè emptores translata. Et hanc sententiam sequutus fuit etiam Garz. Mastrill. *decis. Regni Sicil.*143. *num.*5. *& seq.lib.*2. vbi pluribus illam comprobat.

33 Benè verum est, † quod si debitor census illum redimat ab eo cui primo loco venditus fuerat,valida erit redemptio,& extinctio, tanquam facta ab eo cui census ille venditus fuerat, licet tempore reuenditionis non esset illius dominus, *l. filiusfamilias, C. de pact. ibi* Bar. Bald. Alex. Ias. *&* Dec. *& post alios* Surd. *decis.*60. *n.*8. *& consil.*43. *num.*2. *lib.*1. *quorum auctoritate in his propriis terminis firmauit* Rota *coram* R.P.D.Pirouano, 30. *Aprilis*, 1610. *in alia Romana repetitionis indebiti, quæ est post tract. dec.*292. *n.*6. *& seq. & confirmauit coram eodem in eadem causa, die* 25. *Iunij eiusd. anni*, 1610. *quæ est ibidem dec.*266.*in princ.* [*& resolut coram* R.P.D. Virile, *in vna Vrbeuetana censuum*,28.*Iun.*1628.*dec.*513. *n.*10. *post tract.*]

Dummodo † eidem census debitori non sit facta 34
denunciatio per secundum emptorem,& cessionarium census de dicta cessione, vel inter ipsum & cessionarium præfatum non sit lis super eodem censu contestata,vel iste debitor census eundem cessionarium aliquando tanquam dominum dicti census non recognouerit, iuxta regulam, *l.*3. *C.de nouat.*Felician. *in dd. suis Comment. tom.*2. *lib.*4. *cap. vnico, n.*9. *vers. sed omnem.* Vel † nisi dictus debitor census tempore factæ dictæ 35
redemptionis, plenam, & perfectam scientiam haberet de dicta cessione census, & illius secunda venditione cum omnibus suis qualitatibus. Felician. *d. num.*9. *vers. sed dubitari consueuit.* vbi hanc materiam benè declarat,& placuit Rotæ *coram* R.P.D.Pirouano *in illa Romana repetitionis indebiti*, 30. *Aprilis*,1610.supra proximè citata.

Alia nunc sese nobis offert dissoluenda dubitatio, quid si census fuerit venditus duobus, vel pluribus, An vnus ex illis compelli possit, vt partem suam reuendat.

[In qua difficultate licet Alex.Trentacinq. *var.resol. vol.*1.*lib.*3. *in tit. de censib. resol.*1. *num.*14. teneat absolutè, & indistinctè partem affirmatiuam. Ego tamen pro illius] resolutione ita distinguendum esse existimarem. Aut † illi duo,vel plures emerunt censum pro 36
partibus diuisis, & separatis & eo casu, cum tot sint contractus quot sunt personæ, quæ censum præfatum emerunt, licet vnico instrumento contineantur, nemini dubium esse potest, quin quilibet possit cogi, & compelli ad partem suam reuendendum, nam tempore impositionis,& venditionis census tot ortæ fuerunt obligationes ad reuendendum illum, quot fuerunt personæ, quæ separatim,& diuisim censum emerunt, argum. *l.reos,* § *cum in tabulis, ff. de duob. reis*: & sicut quilibet ex illis emptoribus non posset recusare reuenditionem eius partis quam quilibet emisset, si de tali venditione fuissent confecta,& celebrata plura instrumenta distincta, & separata; ita dicendum est, quod possit cogi,& compelli ad reuendendum partem suam, licet super emptione, & venditione census fuerit confectum & celebratum vnicum tantum instrumentum. Quia cum partes sint separatæ, & separatim & distinctè empræ tor † censentur esse cẽsus,quot sunt partes, 37
& tot censentur esse instrumenta quot sunt venditiones in eo comprehensæ, *l.cum eiusdem, l.si plura. ff. de ædil.edict.* cum aliis apud Surd. *cons.*150.*num.*114.*lib.*1. Aut,verò dicti plures emptores simpliciter censum emerunt absque partium expressione,& tunc duas reperio Scribentium opiniones. Nam † Tiraq. *de retractu conuent.*§.1. *glos.*6. *n.*45. Foller. *in d.sua practic. censuali, in verbo, instrumentum gratiæ, n.*43. Boccac. *in d. suo tractatu, de censib. part.*2. *num.*111. tenent partem affirmatiuam quod quilibet ex dictis pluribus emptoribus cogi,& compelli valeat ad reuendendum partem census firmo, & inextincto remanente censu quo ad alias partes,ea ratione,quia licet sit vnus tantum contractus,plures tamen sunt obligationes & tot quot sunt personæ, quæ censum illum acquisiuerunt, *d.l.reos,* §. *cum in tabulis, ff.de duob. reis.*

Contraria † tamen sententia verior visa fuit Rom. 39
*cons.*305.*n.*1. *& seqq.*nam quamuis quo ad essentiam,& substantiam tot sint obligationes ad reuendendum quot sunt personæ, quæ censum illum emerunt, *d.* §. *cum in tabulis l.eadem in fin.l.si reus, ff.eod.* attamen legis interpretatione vnicus censetur census, & vnicus contractus propter vnitatem personæ vendentis, vt pluribus deducit Rom. *ibi n.*2.

Ego † verò resolutionem huius difficultatis pende- 40
re existimo à resolutione alterius de qua paulò post
dicemus

dicemus *art.ſeq.* An ſcilicet, cenſus ſit de ſui natura indiuiduus, vel potius patiatur diuiſionem, ita vt teneatur etiam inuitus, & cogi poſſit dominus cenſus ad illius diuiſionem, & eius partem reuendere. Si enim reſpectu vnius perſonæ quæ ſola ſit domina cenſus permitteretur vt cogi poſſet ad reuendendum partem cenſus ratione ſuæ diuiduitatis, eadem ratione erit dicendum hoc cenſeri conceſſum in cenſu qui ſit plurium perſonarum, & è contra ſi hoc negari debet in vno domino eiuſdem cenſus, non erit concedendum in pluribus, eſt itaque ad ibi dicta recurrendum.

41 Cæterùm † quidquid ſit de hac difficultate, hoc tamen certum eſt quod vnus ex dictis pluribus dominis cenſus non poteſt aliis condominis quò ad eorum portionem præiudicare, vt dixit Rota *coram* Illuſtriſſ. Card. Ludouiſio, 7. *Maij*, 1607. *in illa Rauennatenſi cenſus, quæ eſt impreſſa poſt tract. dec.* 223. *num.* 9. *verſ. additur etiam.*

Firma igitur ſit cõcluſio, quod reuenditio cenſus fieri debeat ab illius domino ſiue ſponte, ſiue coactè, & iure medio fiat, non tamen cogi poteſt vt in reuenditione cedat iura aliqua ipſi redimenti, vt firmat Gaſp. Roder. *in tract. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 16. *n.* 19. & 20.] Ex qua reſultat reſolutio aliquot difficultatum, & prima eſt, an maritus cui fuit ab vxore datus cenſus in dotem poſſit illum reuendere.

42 In qua difficultate † licet partem negatiuam ſimpliciter amplectatur Felician. *in dd. ſuis Commentar. de cenſib. tom* 1. *lib.* 4. *cap. vnico, n.* 6. Mihi tamen magis placet opinio affirmatiua ea potiſſimum ratione, quia ſumus in alienatione neceſſaria, *vt ſupra* deductum fuit.

43 Marito autem † licita eſt alienatio rei dotalis, quando non ex voluntaria, ſed ex neceſſaria cauſa alienat, *l.* 1. *vbi* Bart. Salic. Alber. *& omnes, ff. de fundo dot. l.* 2. *C. eod.* Gloſſ. *in princ. Inſtit. quibus alien. lic. vel non in verbo, prohibetur, & ibi* Doctores *communiter*, maximè Hyppol. Rim. *num.* 303. *cum multis ſeqq.* & ſignanter *n.* 330. *& infra uſque ad num.* 351. Rolan. à Valle, *conſil.* 80. *lib.* 3.

44 Quod eò magis illi licere dicendum † videtur, quo conſtante matrimonio eſt verè dominus rei ſibi in dotem datæ; ſiue data fuerit æſtimata ea æſtimatione, quæ emptionem, & venditionem facit ſiue fuerit data inæſtimata: vt declarat Gloſſ. *magna circa med. l. in rebus, C. de iure dotium*, vbi multa adducit, & ſequitur *ibi* Bart. *n.* 3. & Salic. *in fine* Glo. *in verbo, ipſius, in d. princ. Inſtit. quib. alien. lic. vel non. vbi* DD. *communiter, & ibi* Aldobrand. *in Addit. dicit communem, &* Hippol Rim. *pluribus confirmat, n.* 521. *cum ſeq. & plures allegat* Laurent. Zennin. *cautela* 14. *n.* 3. Cùm itaque maritus ſit omni caſu dominus dicti cenſus, videtur ipſi licere illum reuendere; cum † in omnibus caſibus in quibus

45 maritus conſtante matrimonio licitè alienat res dotales, illas non procuratorio nomine ſuæ vxoris, ſed ſuo proprio, vti dominus, alienat. Et hanc partem ex profeſſo per ſupra dictam rationem amplectitur Gaſpar. Roder. *in ſuo tract. de ann. reddit. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 88. [Et non videtur diſſentire Rota *in vna Romana cenſus*, 28. *Iunij*, 1613. *coram* Reuerendiſſ. D. Coccino Decano, *poſt tract. dec.* 408. Gratian. *diſcept. Forenſ. tom.* 5. *c.* 985. *n.* 4. *& ſeqq.* qui tamen conſulit, vt adhibeatur conſenſus vxoris.] Pro qua tamen concluſione videantur ea quæ diximus, *ſupr. q.* 67. *aliàs par.* 2. *cap.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *n.* 25. *& ſeqq.*

Alia poteſt ex prædictis ſolui dubitatio. An is, qui pro alio, & eius nomine cenſum emit abſq; illius mandato poſſit eundem cenſum ſimiliter abſque mandato reuendere, ita vt redimens liberetur à fructibus, & à ſorte? Quæ difficultas ex præcedentibus facili negotio

46 reſoluitur. Nam † cum iſte non ſibi, ſed ei pro quo emit cenſus dominium acquiſierit, vt diximus *ſupra dict. queſt.* 67. *ſeu part.* 2. *cap.* 2. *queſt.* 2. *artic.* 1. *numer.* 28. *& ſeqq.* ſequitur quod non ipſe, ſed dominus cenſus pro quo fuit emptus illum reuendere teneatur.

Nec refert quod iſte emptor poſſit ſolutiones fructuum dicti cenſus recipere, vt dictum fuit *dict. art.* 1. *n.* 34. *& ſeqq.* Quia vt ibi diximus, hoc prouenit ex tacito quodam, & præſumpto mandato, & ex tacita approbatione illius perſonæ ad recipiendum dictas ſolutiones fructuũ reſultante ex acceptatione cenſus eius nomine empti, quaſi illi datum foret mandatum ad contrahendum, & emendum cenſum præfatum. Quod tacitum mandatum non extenditur vlterius. Quia ſicut † is, qui habet mandatum expreſſum ad recipien- 47
dum ſolutiones aliud facere non poteſt, vt poſt alios, dicit Surd. *dec.* 229. *n.* 28. quoniam † debet ſeruare ad 48
vnguem formam ſui mandati. *l. diligenter, ff. mand.* Ita, & multò minus poterit is qui habet dumtaxat mandatum tacitum, & præſumptum, vt argumentatur Surd. *ibid. num.* 33.

Præterea † retrouendere cenſum non eſt ſolutio- 49
nem eius quod ſibi debetur recipere, ſed eſt priorem contractum reſoluere, vt diximus *ſupra hac eadem q.* 3. *art.* 1. *num.* 5. *& innuit* Felician. *in dd. ſuis Commentar. de cenſib. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 11. *verſ. cum verò principalis.* Quæ reſolutio, & extinctio requirit actum retrosimilem, nec † ea inducitur ex ſimplici, & nuda voluntate 50
contrahentium, ſed eſt neceſſaria retrouenditione, vt diximus *d. art.* 1. Cùm † autem illa non poſſit fieri in 51
vim taciti, & præſumpti mandati, ſed requiratur expreſſum, & ſpeciale vt dixit Rota *coram* R. P. D. Ottembergio, 7. *Februarij*, 1607. *in illa Romana cenſus, quæ eſt impreſſa poſt tract. dec.* 186. *num.* 1. Quale † requiritur 52
in ipſa venditione Alexand. *conſ.* 189. *n.* 7. *lib.* 7. dicendum eſt propterea illam non poſſe fieri ab eo qui pro alio, & alieno nomine cenſum emit, & acquiſiuit, quæ reſolutio videtur ſatis concludenter comprobari ex iis; quæ in forſitan terminis firmauit Rota *coram* Seraph. *d. dec.* 831. *n.* 1. *& ſeqq.* vbi fuit firmatum quod is † qui habet expreſſum mandatum ad exigendum 53
fructus cenſus, non poteſt cenſum retrouendere, quia in venditione requiritur ſpeciale mandatum: ergo multò minus poterit is, qui non expreſſum, ſed tacitum, præſumptum mandatum habet. Pro qua etiam concluſione optimè facere videtur reſolutio facta ab eadem Rota *coram* Illuſtriſſ. Cardinali Ludouiſio, 7. *Maij*, 1617. *in illa Rauennatenſi cenſus quæ eſt poſt tract. deciſ.* 223. *vbi n.* 1. *& ſeqq.* deciditur quod † procurator 54
quantumuis generalis, & ſub quacumque facultate etiam cum libera conſtituatus non poteſt cenſum impoſitum ad rationem decem pro centenario, & anno reducere ad octo: ergo multò minus poterit cum eodem mandato cenſum ipſum alienare, & reuendere, Auth. *multo magis C. de ſacroſ. Eccleſ.*

[Cæterùm ſi quis etiam non habens ſpeciale mandatum ad reuendendum cenſum, illum reuendat nomine ipſius domini, ſi poſteà iſta reuenditio, & extinctio à Domino cenſus ratificetur, valida, erit, & debitorem cenſus liberabit, vt reſoluit Rota *in vna Arimineñſi cenſus*, 26. *Iunij*, 1630. *coram* Remboldo, *quæ eſt poſt tract. eſt dec.* 35. *n.* 2. *verſ. minus facit.* Licet enim ad reuendendum cenſum requiratur ſpeciale mandatum, vt diximus *infra in tract. hoc eod art. n.* 51. attamen ratificatio ſequens ſufficit cum illa mandato æquiparetur etiam in iis actibus qui requirunt mandatum ſpeciale Rimin. iun. *conſil.* 813. *numer.* 9. *& ſeqq. libr.* 7. Gabr. *conſ.* 194. *num.* 5. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 60. *n.* 14. *lib.* 1. *& dec.* 159. *numer.* 12. *& ſeqq. verſ. non obſtat*, Honded. *conſil.* 38. *n.* 5. *lib.* 1. *& in puncto dixit* Rota *in d. Arimineñ. cenſus num.* 3.

Cæterùm ſi venditor cenſus ſponte ſoluat ſortem procuratori conſtituto ad exigendum cum ampla facultate; & prægnantibus clauſulis quod cenſus remaneat reſolutus, ita vt non currant amplius illius fructu s

poſt

post longam discussionem, & resoluit Rota *coram* R. P.D.Merlino, *in illa Romana census*, 13. *May*, 1630. *quæ post tract. est dec.* 528.

Non tamen negatur quin ad realem extinctionem census sit necessarius actus retrosimilis, & sic effectualis retrouenditio, ad illam tamen cogi posse iure medio dominus census ob pretium ab eius procuratore vt supra receptum: firmauit Rota *ibi n.* 17. *vers. in hoc tamen cum tribus seqq.*

Tertia subnecti potest dubitatio ex prædicti resoluenda. An debitor census iure desideret illius reuenditionem ab vno ex pluribus hæredibus domini census recusante totum census reuendere. Quæ difficultas,
55 iudicio meo, terminanda est per considerationem casuum. Primus est, quando ille census ad vnum ex pluribus hæredibus in totum, & integraliter pertinet iure dominij; & tanquam talis solus possidet, & hoc casu concludendum est quod iste solus hæres ratione sui integri dominij possit solus conueniri, & compelli ad integri census reuenditionem facta tamen sibi prius congrua disdicta, & notificatione futuræ redemptionis, taliter tamen concepta vt ex ea reddi possit certus de sua obligatione per ostensionem instrumenti census, vel aliter, aliàs illi nihil noceret disdicta vt voluit Rota *coram* R.P.D.meo Vbaldo, 27. *Nouemb.* 1613. *in illa Anconitana censuum, quæ est impressa post tract. dec.* 278. *num.* 15.

56 Secundus casus est, † quando dictus hæres non possidet dictum census integraliter tanquam proprium, sed vti communem cum aliis cohæredibus & pro indiuiso cum illis, & hoc casu si conclusio quod non possit compelli ad reuendendum census nisi pro portione hæreditaria facta similiter illi disdicta, & notificatione, vt mox dictum est. Et cum hac distinctione ita in hoc articulo transeundum censeo ex not. à Soc. sen. *cons.* 253. *in 4. dub. lib.* 2. Tiraq. *de retract. u conuent.* §. 1. Glos. 6. *n.* 42. *& in propriis nostris terminis, ita distinguit* Foller. *in d. sua pract. Censuali, in verbo, Instrumentum gratiæ, n.* 42. Bened. Bon. *in suo tract. de censib. artic.* 89. *n.* 122. *in fine*, & non obscurè sequitur Felician. *d. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 9. *dum ad* Foller. *d. n.* 4. *se remittit.* [Et vtrumque caput distinctionis amplectitur Alex. Trentacinq. *variar. resolut. vol.* 1. *lib.* 3. *in tit. de censib. resolut.* 1. *n.* 13. *solius* Foller. *auctoritate.*]

57 Sed † quid, si hæredes sint grauati fideicommisso, cum expressa prohibitione alienationis: poteritne eo casu, vel vnus, vel omnes census hæreditarium reuendere, & Felician. *in dd. suis Commentar. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 5. partem negatiuam tenet, nisi accedat Iudicis auctoritas, & promissio; cum hæres stante dicta prohibitione alienare non possit *Auth. res quæ, C. communia, de legat.* cum aliis quos allegat. Quam sententiam fuit amplexus etiam Mastrill. *dec. Regni Sicilia* 57.

58 Ego † verò contrariam opinionem esse de iure veriorem puto tùm quia talis alienatio est præcisè neces-
59 saria, vt diximus *supra hoc eod. artic. num.* 9. quæ † non censetur hæredi grauato interdicta. Perr. *de fideicomm. q.* 8. *numer.* 255. *& infra & num.* 549. *vers. Vnum autem* Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 189. *n.* 106. [Et per hanc rationem præter aliàs hanc opinionem comprobat Mari. Giurb. *decis. Regn. Sicil.* 79. *n.* 18. *&* 19. *lib.* 1. *part.* 1. Rota *in illa Ariminensi census*, 26. *Iunij*, 1610. *coram* R.P.D. Remboldo, *quæ est post tract. dec.* 351. *n.* 4. *& in una Romana liberationis à fideiussione*, 20. *Nouembris*, 1619. *coram eod. quæ est ibid. dec.* 363. *n.* 1. *&* 5.]

60 Tum † quia fideicommissarius vniuersalis pendente conditione fideicommissi, non est verè dominus dicti census, *l. fin.* §. *sin autem, sub conditione, C. de caduc. toll.* Et hanc posteriorem sententiam per istas rationes amplectitur Roderic. *d. q.* 15. *n.* 87. Intrigliol. *d. tract. q.* 71. *num.* 6. Auend. *d. cap.* 106. *num.* 8. [Io. Petr. Fontan. *in tract. de pact. nuptial. clausul.* 4. *gloss.* 18. *part.* 5. *n.* 5. *late* Giurb. *d. dec.* 79. *num.* 16. *& seqq. qui num.* 27. *alios congerit, & numer.* 41. *& seqq. respondet auctoritati* Feliciani *& aliorum contrarium sentientium*; *& hanc sententiam fuit* Rota *amplexa in una Ariminensi fideicommissi*, 14. *Nouembris*, 1614. *coram* Remboldo *decis.* 469. *num.* 11. *post tract.*

Tenetur tamen hæres grauatus censum reuendens pretium inde receptum reinuestire in alium census similem vel alia bona stabilia ad fauorem vocatorum ex fideicommisso vt dixit *ibi* Rota *n.* 10.

Quod si tale reinuestimentum non fecerit succedet obligatio ad interesse quæ intrat in qualibet obligatione ad factum *l. stipulationes non diuiduntur, in vers. Celsus ff. de verb. oblig.* hoc autem interesse esset taxandum ad rationem fructuum earum rerum, quæ ex pretio reinuestiendo emendæ forent. Bart. *in l. tutor.* §. *si post. ff. de admin. tut. cum aliis allegatis per* Rotam *in una Romana multipliciter* 25. *Iun.* 1619. *coram* b. m. Vbaldo, *dec.* 479 *n.* 13. *post tract.* quo casu non esset necessarius concursus requisitorum à Paul. de Castr. *in l.* 3. *ff. de eo quod certo loc.* prout requiritur ad effectum vt agi possit ad interesse, *vt declarauit* Rota *sæpius, signanter coram* Mohed. *decis.* 2. *de vsur.* sed satis esset probare quod adfuerit occasio reinuestiendi Honded. *consil.* 39. *in princ. dic. lib.* 2. *& dixit* Rota *in dict. Romana multiplici. n.* 9. *&* 10.

Census autem vel bona stabilia ex pretio dicti census reuenditi empta quasi in reuenditi locum subrogata efficiuntur hæreditaria, & eodem fideicommisso subiecta Rota *in Camerinensi fideicommissi* 4. *Decembr.* 1606. *coram* R.P.D. Pamphilio, *dec.* 470. *n.* 1. *& seqq. & in Ariminensi fideicommissi* 29. *Iunij*, 1616. *coram* Remboldo, *dec.* 469. *n.* 5. *post tract.*] Quamuis enim sit prohibitus alienare bona fideicommisso subiecta, reuendendo † tamen census nihil alienat, sed ex natura, & 61
lege contractus eum resoluit, vt diximus *sup. hæc* 3. *qu. artic.* 1. *n.* 5. Et hæc opinio comprobatur, quia hæredi † etiam grauato fideicommisso, ante illius purificatio- 62
nem & hæreditatis restitutionem, rectè soluitur, *l. antè restitutam* vbi Glos. Bald. Alber. Ang. *&* Imo. *ff. de solut.* Benè verum est, † quod si hæres grauatus census re- 63
uendat, debet præstare cautionem ad fauorem fideicommissarij, de conseruando pretium, vt dicunt Roderic. *&* Auend. *sup. allegati.*

[Verùm circa onus, & necessitatem præstandi hanc cautionem contrarium resoluit Rota *in illa Romana liberationis à fideiussione* 20. *Nouembris*, 1619. *coram* R.P.D. Remboldo, *quæ est post tract. dec.* 363, *n.* 3. Quæ vltima opinio procedit sine dubio si hæres iste possit detrahere legitimam, vel trebellianicam, vel aliud suum creditum; nam potest census istum extinguere, non obstante testatoris prohibitione, eligendo illum ad computum suæ legitimæ, vel Trebellianicæ, vel alterius sui crediti: vt in puncto considerauit Rota *in d. Romana liberationis à fideiussione num.* 3. *& in illa Ariminensi, census supra allegata n.* 5. Quod si venditio facta fuerit à Procuratore non habente mandatum speciale aduertendum neque subsequatur legitima ratificatio vltra quod huiusmodi venditio est nulla vt dictum est, Procurator tenetur ad damna, & interesse, *vt resolut* Rota *in una Romana pecuniaria* 26. *Iunij*, 1624. *coram* b. m. Remboldo, *dec.* 481. *n.* 1. *post tract.* etiam quod census iste fuisset emptus à dicto Procuratore stipulante tamen pro domino *vt dicit ibi* Rota *d. num.* 1. non obstante quod tempore dictæ emptionis reseruasset sibi dicti census dispositionem, quia præsumitur, & intelligitur sibi dispositionem reseruasse vti procuratori, & sibi vti tali competentem. Rota *ibid. n.* 4. *& nos alibi diximus.*

Hæc autem, quæ dicta sunt de facultate concessa hæredi grauato, vt possit extinguere census hæreditarios, & restitutioni subiectos, debet limitari si debitor

talium

talium censuum ad instantiam fideicommissarij inhibitus fuisset, ne census præfatos redimeret, nisi prius certiorato,& intimato ipso fideicommissario,& similiter fuisset inhibitus ipse hæres grauatus, ne huiusmodi census reuenderet in præiudicium fideicommissi, nam stante huiusmodi inhibitione, si debitor census illos redimat ab hærede grauato, non remanet liberatus ab onere soluendi illorum fructus, tanquam non redimerit à vero domino, nec habente facultatem reuendendi,& pretium illorum recipiendi, vt deducit. Giurb. *dec.79.n.45. vers.* ego autem, *vt refert* Gratian. *discept. forens. tom.4. cap.636. n.1.& 3. cum multis seqq. vbi num.2.* Ampliat hoc procedere etiam quod extinxisset dictos census, de mandato Iudicis, nisi antequam solueret, denunciasset fideicommissario, ad cuius instantiam fuerat inhibitus.]

Quarta sese nobis offert dubitatio ex supra firmata cõclusione resoluenda respectu census, cuius dominus moriens reliquit vni vsumfructum, alteri proprietatem, quis ex eis debeat censum illum reuendere ? In
64 qua dubitatione † licet Gasp. Roder. *in d. suo tract. de ann. reditib. lib.2. q.15. n.84.* nitatur firmare, quod tàm vsufructuarius vniuersalis, quàm particularis possit suo proprio iure solus censum reuendere, prout sentire videtur Ludou. Auend. *de censib. Hispan. cap.106. n.7.* [Et hanc eandem opinionem aliis relatis sensit Giurb. *dec. Sicil. 57. n.14.& videtur pro ea stare* Ruin. *consil. vlt. num.28.& seq. lib.2.*

Contrariam tamen sententiam, quod solus vsufructuarius non possit censum reuendere tenuit Gratian. *discept. forens. tom.4. cap.636. n.19. vbi dicit ita tenere* Rotam, *& fuisse contra* Giurb. *resolutum coram* Reuerend. D. Coccino Decano, *in vna Romana census 11. Decemb. 1617.& 6. Iunij, 1618. quæ sunt post tract. dec.379.& 380.*] Intrigl. *autem d.q.71. n.1.* vult, quod solus hæres pro-
65 prietarius reuendat. Ego † tamen cautius facturum existimo debitorem census volentem illum extinguere, si pro reuenditione obtinenda requirat,& interpellet non solum vsufructuarium, sed etiam proprietarium, cum tàm vsufructuarius ratione sui vsufructus, quàm proprietarius ratione proprietatis ius in dicto censu habeat. Et pro hac opinione faciunt tradita per Cagnol. *in l.2. n.329. C. de pact. inter empt. & vendit.& per* Tiraq. *d. glos.6. n.29.* & ita in propriis terminis concludunt Foller. *in d. verbo, instrumentum gratia, num.35.& seq.* Bon. *d. art.89. num.122.* Boccac. *in d. suo tract. de censib. part.2. n.105.* [Et hanc opinionem videtur amplexa Rota *in d. Romana census, 11. Decembris, 1617. coram* Reuerendissimo Coccino, *qua est ibidem decis.379. num.7.*]

Nec obstat auctoritas Roderic. *d. num.84.* Quia innitur falso fundamento, quod in extinctione census non sit necessarius actus retrouenditionis; sed quodstatim reddito pretio census, contractus ipse resoluatur, & quod contractus iste censualis sola ipsius venditionis voluntate resolui possit, quod falsum esse fuit demonstratum *supra hac tad. q.3. art.1.* [Vel dicta per *Roder.* sunt intelligenda si vsufructuarius reuendat nomine proprietarij, vel de illius consensu, prout videtur intellexisse Rota *in illa Romana census 6. Iunij, 1618. coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano, *quæ est post tract. dec.381. num.1.*]

Et quod reuenditio huiusmodi census fieri debeat coniunctim ab vsufructuario,& proprietario & à quo-
66 libet pro omni suo iure,& interesse quod in dicto censu habet, videtur etiam comprobari: Quia † vicissim neque proprietario soli, neque soli vsufructuario reuenditio fieri debet, vt docet Felician. *dict. lib.4. cap.1. num.7.* quidquid sentire videatur Stephan. Gratian. *post hæc scripta visus, disceptat. Forens. tom.3. cap.585. num.24. vers. Non tamen restitutio,& infra,* dicens, quod soli proprietario reuenditio census facienda sit.

Quod † tamen non videtur procedere in censu ali- 67
cuius filiifamilias, cuius vsufructuarius, & administratio ad patrẽ pertineat ex dispositione *l. cum oportet, §. cum autem, C. de bon. quæ liber.* nam cum patri sit concessa maior facultas, quam aliis vsufructuariis, ipse solum poterit dictum censum reuendere & solus pretium recipere, vt animaduertit Rota *coram* R.P.D. Ottembergio, 8. *Martij, 1604. in illa Romana pecuniaria, quæ reperitur impressa post tract. dec.294. per tot.*

[Quod tamen intelligas procedere in iis dumtaxat censibus, quorum vsufructus ad patrem pertinet. Et ideò si aliqua ex causa pater non sit vsufructuarius alicuius census sui filij, cum eo respectu neque etiam sit eiusdem census administrator. Nam pater est legitimus administrator dumtaxat eorum bonorum filij, quorum habet vsumfructum, vt not. *in l.1. C. de bon. mater.* Soc. sen. *cons.34. n.17. lib.1.* Paris. *cons.157. n.15.& 32. lib.4.* Capyc. *dec.56. num.4.& dec.73. n.10.* Clement. *de patr. potest cap.6. effect.12. n.11.* non potest solus illum reuendere. Per quam rationem aliàs in contingentia facti dicebam reuenditionem censuum iure familiaritatis ad filiam spectantium, à patre factam non posse sustineri: ex quo tales census pater antea consignauerat genero in solutum ad computum dotis dictæ suæ filiæ.]

In reuenditione † autem huiusmodi census ex men- 68
te supradictorum, pretium census reuenditi debet remanere penes vsufructuarium cum per † talem reuen- 69
ditionem vsufructus census non extinguatur, *arg. l. vxori meæ, ff. de vsufruct. legat. per quem tex. post* Tiraq. Foller. & Bon. *in locis supra allegatis pro veriori, concludit* Felician. *in dd. suis Comment. tom.2. lib.4. cap.vnico, num.15. vers. de qua quæstione,* Roderic. *sub d.n.84. vers. pretium autem redempti census,& dixit* Rota *in d. Romana pecuniaria coram* R.P.D. Ottembergio, *proximè citata, num.3.& 4.*

Debet † tamen eo casu vsufructuarius præstare 70
cautionem de conseruando pretium dicti census,& de illo restituendo finito vsufructu, vt post multos firmat Felician. *d. n.15. vers. quo ad secundam,* (licet ipse *eodem n.15. vers.* ego verò,& infra nitatur deducere leges, quibus Doctores mouentur non probare eorum intentionem) cum qua etiam sententia quod vsufructuarius teneatur dictam cautionem præstare transiuit Rota *in illa Romana pecuniaria coram* R. P. D. Ottembergio, 8. *Mart. 1604. quæ est post tract. dec.294. n.6.* vbi quo ad 71
necessitatem præstandi cautionem præfatam *Rota* limitat in patre habente vsumfructum in aduentariis sui filij.

Cæterùm si † proprietarius voluerit annuatim solu- 72
ere illũmet redditum, quem vsufructuarius ante redemptionem dicti census ex eo percipere solitus erat, quod possit pretium dicti census consequi colligitur ex I.C. *in l. fundi Trebatiani, ff. de vsu,& vsufr. legat.& tradit in puncto* Foller. *in d. verbo, instrumentum gratia, n.36.* Dummodo † tamen proprietarius sit idoneus. 73
Bon. *in d. art.49. sub dict. n.122.* Felician. *in dd. suis Comment. tom.1. lib.4. cap.1. n.7. in fine.* Ac etiam † præstet 74
omnimodam securitatem vsufructuario, vt dicit Felic. *in dd. Comment. tom.2. lib.4.& cap. vnico, num.15. versic.* Foller. *autem in fine.*

Quando † autem pretium census redempti remanet 75
penes proprietarium, poterit quidem vsufructuarius percipere ab eo eundem redditum quem, ante census redemptionem,& extinctionem percipere solitus erat à debitore census, non tamen tanquam fructus census, qui † cum sit extinctus, fructus reddere nulla ratione 76
potest, *arg. l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet.* sed ratione sui interesse eo sub prætextu quod si ipse pretium dicti census reuendiri recepisset, vtique similem annuum redditum cum dictis pecuniis comparare sibi potuisset, vel aliter ex vsu pecuniæ lucrum aliquod,& emolumen

emolumentum percipere, quod cum id faciendi facultas fuerit sibi sublata ex eo quod pretium illud ad manus proprietarij peruenit, videtur pati euidens interesse, cuius ratione censeo omnino dicendum quod possit ab ipso proprietario eundem annuum redditum, & responsionem tuta conscientia, & absque vsuræ suspicione percipere. In hoc tamen remitto me Theologorum iudicio.

[Quintam possumus adiungere dubitationem. An ille, qui obtinuit mandatum de associando ad possessionem alicuius census, possit illum reuendere, & exti-
77 nguere? Quod † dubium cùm fuisset in Rota *propositum, & discussum, fuit negatiuè resolutum die 11. Decembris, 1617. coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano, *in illa Romana census de Biscijs, & ab Anguillaria, quæ est post tract. dec. 380. num. 2.* Ea ratione, quia vigore huius mandati de associando non acquiritur domi-
78 nium, neque possessio, † sed tantum nuda detentio. Negus. *in suo tract. de pignor. in 4. part. princ. sub num. 26. vers. decima quarta conclusio, cum alijs in d. decisione relatis*, & propterea is, qui tale mandatum obtinuit, non potest recipere pretium, & censum extinguere, quod fuit secunda vice confirmata à Rota *in ead. causa coram eod. die 6. Iunij, 1618. quæ est ibid. dec. 381. ante n. 1.*

79 In † omnibus autem iis casibus; in quibus quis cogitur an census reuenditionem debet præcauere, an in illius primæua impositione & venditione fuerit appositum aliquod pactum adimplendum tempore redemptionis, & extinctionis puta de reinuestiendo pretium illius in emptionem aliorum censuum, vel bonorum stabilium, vel aliud quodcumque Nam si in reuenditione huiusmodi census non impleatur tale pactum, illa reuenditio erit nulliter facta, & census non remanebit extinctus, sed adhuc viuet ad fauorem domini illius, vt fuit resolutum in vna Romana census *coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano, 18. *Iunij, 1613. quæ est post tract. dec. 408. per tot. vbi* Rota *num. secundo voluit*
80 † hoc procedere etiam quod tale pactum non fuerit factum cum iis, qui census redimunt, & reuendunt, quia cum actio ad reinuestiendum pretium oriatur ex contractu, est personalis in re scripta, & propterea competit contra quemcumque rei possessorem: vt nos diximus suprà *in tract. q. 98. alias par. 2. q. 5. art. 9. num. 3. & seqq.*]

SVMMARIA.

1 *Census quod sit de sui natura diuiduus, & infra.*
2 *Census pars vna tanti valet respectu partis, quanti totus respectu totius.*
3 *Census pars vna tandem affert vtilitatem respectu dictæ partis, quam affert totus census respectu totius.*
[*Census potest extingui pro parte.*]
4 *Dominus census quod cogi nequeat inuitus ad reuendendum partem census, volunt aliqui.*
Contrariam sententiam tenent alij plures, quos Auctor sequitur, n. 15.
Dummodo redimatur ad minus pars dimidia, numer. 21.
5 *Lautor, §. Lucius, ff. de vsur. Intellectus, & infra.*
6 *Pœna adiecta non soluenti debitum intra certum tempus, non exitatur per solutionem partis debiti.*
7 *Creditor compelli non potest ad recipiendum creditum absque vsuris, quando vsuræ æquè principaliter debentur.*
8 *Crediti diuisio affert creditori incommoditates.*
Declaratur, vt n. 10.
9 *Debitor pecuniæ non potest partem debiti, & minutatim soluere inuito creditori.*
10 *Incommoditas, quam sentit creditor ob crediti diuisionem quando sit considerabilis.*
11 *Is qui censum imposuit, & vendidit, non est debitor sortis.*
12 *Emptor fundi cum pacto de reuendendo non potest cogi ad reuendendum partem illius.*
13 *Fundus totus plus valet respectu totius quam valeat pars illius respectu dictæ partis.*
14 *Nemo inuitus cogitur incidere in communionem, & societatem.*
15 *Communio solet afferre incommoditates, & difficultates.*
16 *Dominus census quod possit inuitus compelli ad reuendendam partem illius, pluribus demonstratur.*
Dummodo debitor census redimat illum saltem pro medietate, n. 21.
[*Contrarium tenuit Steph. Gratian.*
Sed ab auctore refellitur, & prior opinio confirmatur.]
17 *Quod non tollitur cur stare prohibetur?*
18 *Clausula, non obstantibus, &c. posita in Constitutione tollit tantum ea, quæ dispositioni sunt de directo contraria.*
19 *Etiam si iste particulæ, simul iunctæ demonstrant diuersitatem in facto, & identitatem in iure.*
20 *Et si, hæ particulæ, simul iunctæ denotant diuersitatem in facto, & identitatem in iure.*
[*Dummodo extinguatur, & redimatur aliqua pars considerabilis.*]
22 *Partis appellatione intelligitur de dimidia.*
23 *Vnus ex pluribus insolidum obligatis in contractu census si partem redimat, remanet liberatus à residuo, secundum aliquos.*
24 *Contrarium volunt alij magis communiter.*
25 *Limitatur communis si redimens partem vtatur verbis ex quibus colligi possit voluisse se à residuo liberare, & dominus census acquieuit, & non fuit protestatus.*
26 *Etiam quod alij correi, vel fideiussores non sint soluendo.*
27 *Secus si dominus census protestetur se recipere absque præiudicio suæ obligationis insolidum.*
28 *Redimens partem suam simpliciter, & non accipiens verba: taliter quod constet velle se liberare à residuo, remanet simpliciter obligatus pro residuo.*
29 *Dominus census recipiens partem ab eo qui vtitur verbis quibus declarat velle liberare se à residuo, & non protestans velle sibi esse saluum ius solidi, sibi præiudicat, si habeat potestatem alienandi res suas, secus alias.*
30 *Redimens partem suam census simpliciter de æquitate Canonica, remanet liberatus à residuo.*
[*Correus soluens totum, non repetit à correo.*
Intellige si debitum sit ex causa moræ lucratiua.
Limit. 1. *vt non procedat quando se obligauerunt eodem tempore, & ex eadem causa.*
Lim. 2. *Quando soluit non sponte, sed coactus.*
Contrarium in primo dicto tenet Baldus distinctè.]
31 *Pactum quod census non possit redimi nisi in totum, & nisi restituto integro pretio, credit illicitum Felician.*
32 *Sed quod pactum istud sit licitum sequitur Auctor, & comprobat respondens contrarijs.*
33 *Hæc secunda opinio limitatur si debitor census sit adeo pauper vt manifestè appareat esse impossibile, vt totum vnica solutione redimat, secundum Lopez.*
34 *Sed Solus hanc limitationem non amplectitur.*
Ea tamen non displicet Auctori attenta æquitate, numer. 36.
35 *Iustitia contractus attenditur non ex accidentibus, sed ex substantialibus.*
37 *Pactum quod venditori census liceat illum redimere per partes, est licitum.*

Census an inuito eius domino redimi possit per partes, & an hoc fieri possit per pactum.

QVÆSTIO CX.

aliàs par. 3. cap. 1. qu. 3. art. 8.

ANtequam ad resolutionem huius octaui Articuli veniamus operæ pretium esse duxi, vt breuiter disseramus: An census sit de sui natura diuiduus, vel potius diuisionem non recipiat. In qua difficultate quidquid aliquando sentire visa sit Rota *coram* bon. mem. Litta, 23. *Iunij*, 1600. *in illa Romana Saluiani interditti, quæ reperitur impressa post tract. dec. 272. n. 6. & antea coram* b.m. Cardinali Pamphilio, 29. *Nouemb.* 1593. *in illa Romana census, quæ ibidem est dec.* 183. *n.* 10. omissa † disparatione non video quomodo probabiliter possit dubitari quin census ipse sit de sui natura diuiduus, hoc enim deducitur quàm clarissimè non solùm *ex cap. 1. & 2. de empt. & vendit. in. Extrauag. commun.* in quibus expressè disponitur quod census possit in totum vel pro parte redimi, quod non concederetur si esset de sui natura indiuisibilis; Sed etiam ex constitutione edita à Pio V. *super forma creandi census* dum ibi *in vers. postremò census omnes*, &c. sanciit quod si res super qua census fuit impositus, & collocatus pereat in totum vel pro parte, aut reddatur infructuosus in totum vel pro parte, ipse quoque census debeat ad ratam perire: si enim esset de sui natura indiuiduus deberet non pro parte, sed in totum perire, & in totum extingui, etiam quod res supposita periret, tantum pro parte, vel pro parte tantum redderetur infructuosa. Ex qua Piana Constitutione ita intellecta censum esse de sui natura diuiduum colligebat Nauarr. *in suo Comment. de vsur. num. 95. in* 12. Gloss. *vt aduertit* Boccac. *in suo tract. de censib. part. 1. n.* 13. Quod eò magis sentiendum esse existimo, quo non repugnant regulæ diuiduorum, & indiuiduorum, quas considerant, & explicant Scribentes *in l. 4. §. Cato, & in l.* 2 *Stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. oblig.* tum † quia pars census distincta, & separata ab aliis partibus tanti valet respectu sui ipsius, quanti coniuncta cum aliis partibus, cùm vniforme sit illius pretium, & non possit ex post facto augeri, vel minui ob expressam prohibitionem Pij V. *in d. sua Constitutione in vers.* (*Declarantes pretium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes minui, aut augeri*; & ideò tantum valebit pars respectu partis, quanti valet 3 totus census respectu totius, tum † quia eandem prorsus vilitatem affert pars census respectu partis, quàm affert totus respectu totius, tam quo ad reditum, quia si totus, & integer census, puta centum aureorum in sorte principali reddit annuum reditum, & annuam responsionem, puta octo aureorum, distributa sors puta in octo partes, quælibet pars reddet vnum aureum annuum, & sic si distribuatur in plures, vel pauciores partes, nam si quælibet pars erit æqualis, æqualem etiam affert reditum, si autem partes erunt inæquales, inæqualem reditus partem capient, quam quoad tempus, quia pro qualibet parte anni inæqualia etiam erit pars responsionis, & reditus, proportionata tamen vtroque casu ad tempus, [quam rationem licet ad aliud propositum benè considerauit Foller. *in sua practic. censual. verb. instrumentum gratiæ num.* 37. *circa fin.*] vnde verior videtur opinio quod census secundum sui naturam sit diuisibilis tàm respectu rei, quam voluntatis contrahentium, vt tenuit Rota *coram* Illustrissimo Cardinali Ludouisio, 13. *Februarij*, 1604. *in illa Romana census, quæ est impressa post tract. dec.* 125. *num.* 15.

[Et admisit in illa Romana census *coram* Illustr. Cardinale Mellino 26. *Nouembris*, 1604. *quæ est post tract. dec.* 106. *in princ.* Dum fuit resolutum censum, de quo ibi fuisse solum extinctum pro vna parte, *& in vna Tiburtina census*, 13. *Iunij*, 1614. *coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est post tract. decis.* 362. *num.* 1. Vbi Rota resoluit, quod census non prohibetur pro medietate redimi, & sic in parte extingui, & in parte non extinctum remanere. Quod multorum auctoritate comprobant, *& alias Rotæ decis. referunt addent. ad* Gregor. XV. *dec.* 157. *num.* 26.]

Nec obstat *decisio coram* b.m. Cardin. Pamphilio, supra in contrarium ponderata, quoniam in ea non dicitur quod cótractus census sit de sui natura indiuiduus, sed quod in causa illa fuit habitus pro indiuiduo ex verosimili mente Iudicis, qui relaxauit mandatum pro tota summa *vt ibi, n.* 10. & ita intelligendam etiam esse existimo decisionem *coram b.m. Litta*, pariter supra allegatam, quæ respondendo decisioni factæ *coram b.m. Pamphilio*, considerat census indiuiduitatem iuxta illius decisionis terminos, & non secundum propriam ipsius census naturam.

Præmissa hac conclusione circa propositum Articulum, An census possit inuito domino per partes redimi, duas reperio Scribentium opiniones. Prima fuit negatiua, † quod dominus census non possit compelli 4 inuitus ad recipiendum partem census, quam sequutus fuit post alios Stephan. Grat. *discept. Forens. tom. 2. cap. 223. num.* 4. Franc. Milanens. *decis. Regni Sicilia, 2. n. 75. lib. 2.* Ioan. Bapt. Lup. *ad l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. Commento 2. §. 2. n.* 71. Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. redditib. lib. 1. q. 18. num. 37. in fine, & lib. 2. q. 16. n. 34. & amplexa fuit* Rota *coram* b.m. Cardin. Pamphilio, 29. *Nouembris*, 1593. *quæ est impressa post tractat. dec.* 183, *num.* 7. *& coram* b.m. Litta, 23. *Iunij*, 1600. *in illa Romana Saluiani interditti, quæ est ibidem decis.* 272. *num.* 6.

[*Et in Romana domorum* 17. *Iunij*, 1611. *coram* b.m. Cardinale Sacrato, *quæ est post tract. dec.* 354. *n.* 5. *& seqq. & in Anconitana pecuniaria* 23. *annar.* 1612. *coram* R.P. D. Pirouano, *quæ est ibid. dec.* 414. *num.* 9. Bon. *in tract. de censib. art.* 90. *n.* 123. Cardin. Tolet. *de instruct. Sacerdot. lib. 5. c. 45. in fin.* Sarmient. *Selectar. interpr. lib. 7. c. 1. n.* 27. I. Franc. Leo *in suo thesaur. for. Ecclesiast. par. 2. c. 15. n.* 26. Marescott. *var. resol. lib. 2. c. 61. n.* 10. Feder. Martin. *de iur. cens. cap. 6. n.* 388. *& seqq.* Less. *de iust. & iur. lib. 2. c. 22. n.* 7. Rebell. *de oblig. iustit. part. 1. lib.* 10. *q. vlt. in vlt. difficult. fol.* 695.] & videtur, quod possit confirmari pluribus rationibus, sed infrascriptis potissimum.

Primò per tex. *in l. Tutor. §. Lucius, ff. de vsur.* vbi I.C. respondit quod restituta parte sortis adhuc currunt vsuræ totius; vnde sicut in debito vsurario per solutionem partis non cessat cursus vsurarum, sed integræ debentur, ita videtur quod in contractu census licet restituatur pars pretij, & sortis principalis, non debet cessare cursus fructuum totius census, sed integraliter solui debeant, & sic census remanebit indiuiduus.

Sed † huic textui possumus multipliciter respondere, & quidem primò ex mente Bart. *in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. per. quem sequitur* Nauar. *in suo Comment. de vsur. num.* 103. *vers. ad primum*, quod in *d. §. Lucius*, I.C. loquatur de debito vsurario, & quod debetur sub vsuris, vsuras autè est quasi pœna, † quæ non 6 cuitatur per solutionem partis, *l. in exequutione, §. pro parte, ff. de verbor. obligat.* In casu autem census nostri annua responsio censualis non soluitur loco pœnæ, sed ipsamet principaliter deducitur in contractum, & obligationem, cum emptor, & dominus census nil aliud emat, quam ius consequendi, & percipiendi dictum reditum, & dictam annuam responsionẽ, vt

supra

supra sæpius dictum fuit, & signanter *par.1. cap.1.q.3. art.2. seu q.24.* in definitione ipsius census, remitto non potest ex illo tex. *in §. Lucius*, desumi validum argumentum ad decisionem propositæ difficultatis, argument. *l.Papinianus exuli.ff.de minor.l.naturaliter, §.nihil commune,ff.de acq.poss.* Secundò respondetur,quod ideò in *d.§.Lucius* currunt usuræ totius debiti non obstante obsignatione, & depositio partis:quia non fuit factum depositum integrum, sed diminutum, quod cum non suffragetur, nec liberet debitorem à cursu usurarum, vt dicemus *infra art. seq.* nimirum si ibi debitor tenetur ad integras usuras non obstante depositio partis, defectus autem depositi potuit ibi contingere, vel quia non fuit deposita,& obsignata integra pars etiam respectu sortis, vel potius quia ibi erat debitum cum usuris, depositum autem, & obligatio fuit facta simpliciter de debito principali; non autem de usuris, quod videtur magis esse ex mente I.C. ibi dum dixit,

7 † quod non potest creditor cogi ad recipiendum vnum absque alio, & ita hunc tex. intelligit Alber. *in d. l. quidam existimauerunt, vbi* Alex. *num.8. &* Ias. *sub n.6. in 3. limit.* Salyc.*in l.1. C.de solut. & aly apud* Tiraq. *de retractu conuent. §.4.* Gloss.*4.num.1.* Negus.*in suo tract. de pignor. in 2. part.3. membr.5. par. princip. num.17. & seqq.* Sed in casu nostro quæstio versatur an dominus census possit compelli, & cogi ad reuendendum partem census in sorte principali,recepta parte pretij cum omnibus fructibus vsque ad illam diem decursis, & maturatis pro dicta parte census redimenda,& sic agitur de soluenda parte sortis cum omnibus illius fructibus.

Secundò igitur pro eadem opinione negatiua adducitur ratio ducta

8 † ab incommoditate, quam reciperet dominus census ex illius diuisione,quam respectu creditorum considerari I. C. in *l. planè vbi gl.* affert con-

9 cordantes,*ff.fam.hercis.* Nam † debitor quantitatis non potest inuito creditore solutionem diuidere, neque partem sui debiti præstare *l.2. §. & harum, ff. de verb. oblig. l.obsignatione,C.de solu.& firmant communiter Scribentes,teste* Negus.*d.par.2. num.18.*

[Per quam rationem hanc sententiam reperio amplexam fuisse Rotam *in d. Anconitana pecuniaria coram* R.P.D.Pirouano *supra allegata, n.9. dum post* Io.Bapt. Lup. *de vsur. comment. 2.§.2. num. 71. &* Rota *coram* Seraph. *in vna Romana census,26. Nouembris,1593.* declarauit non intelligi extinctum quendam censum ea ratione, quia summa soluta non erat æquualens ad pretium census.]

10 Verùm † huic quoque rationi possumus respondere, vel ex mente Nauar. *d.n.103. vers.2. qui post* Dec. *&* Alc. *in d. l. quidam existimauerunt*; dicit quod ista incommoditas consideratur duntaxat,quando multiplicantur personæ à quibus exigendum sit debitum quod nullatenus contingit in casu nostro, nec in proposita quæstione, cum remanet residuum debiti penes eundem debitorem.

11 Vel † negando quod in proposito Articulo debitum sit in pecunia numerata, quinimò respectu ipsius census redimendi,& respectu sortis principalis nec dominus census dici potest creditor, nec impositor,& venditor illius potest dici debitor,Gabr.*conf.141. n.8.lib.1.* Surd.*dec.204.n.32.*Vinc.de Franch.*dec.254.n.9.quorum, & aliorum auctoritate nos diximus supra par.2.cap.2. q.5. in princ.nunc q.89.*

Tertiò igitur pro hac negatiua sententia videtur stringere hæc ratio, quia † sicut is, qui emit fundum cum pacto de illum reuendendo non potest cogi ad retrouenditionem faciendam de eius parte; sed tenetur

12 reuendere duntaxat totum, ne damnum sentiat tum

13 ex eo † quod plus valet totus, & integer fundus respectu totius,quàm eius pars respectu partis, *l. Mauius, § in fundo, ff. de leg.2. cum aliis congestis à* Foller. *in sua pract. Censuali,in verbo,instrumentum gratia,n.37.ad med. vers.ego autem* Bened.Bon. *in suo tract. de censib. art.90. n.123.* Leonard.Less. *in suo tract.de Iustit. & iure, lib.2. cap.22. dubitat.11.n.73.& dubitat.12.num.93.* tum † ne 14
cogatur inuitus incidere in communionem,& societatem quod iura non facilè admittunt, *l.si non soriem,§.si centum,ff. de cond.indebit.* Cùm † communio soleat af- 15
ferre multas incommoditates,& difficultates, *l. Pater, §.dulcissimis, & ibi* Doctor.*ff.de leg.2. l. Sancimus, §. ne autem, C.de donat.* Ita,& in pari ratione videtur dicendum,quod emptor,& dominus census non possit compelli ad illum reuendendum per partes.

Cæterum hæc quoque ratio facili negotio tollitur ex dictis à Foller. *d. num.37.* Nam non est eadem ratio in reuenditione partis census, quæ est in reuenditione partis fundi, tum quia pars census separata, & distincta ab aliis partibus tanti valet respectu eiusdem partis,quanti coniuncta cum aliis partibus,& eandem affert vtilitatem pars respectu partis,quam affert totus census respectu totius, vt diximus *supra hoc eod. artic. n. 2. & 3. & considerat* Michael. Salon. *in suo tract. de contract. & commer. human. in tit.de censib. art.3. controuers.23. sub n. 6.* tum quia in reuenditione partis census non est considerabilis illa societas, & communio, quæ consideratur in reuenditione partis fundi, quoniam dominus census in parte non redempta solus, & in solidum remanet dominus,nec illam habet communem pro indiuisa cum venditore census, vt ad sensum patet.

Quam † ob rem contra fuit opinio quod dominus 16
census possit inuitus cogi, & compelli ad reuendendum partem illius, quam in puncto defendit Foller. *in d.ver.instrumentum gratia,n.37. in fin.* Nauar.*in d.suo Commentar.de vsur. n.95.* Gloss.12.Boccac.*in d.suo tract. de censib.part.1. num.13. & seq.& part.2. num.106.* Felician.de Solis, *in dd.suis Commentar.de censib.tom.1.lib.1. cap.8. n.16. vers. denique, sententiam, ibi & ipse magni probo* Ludou.Lopez *in suo tract.de contract. lib.1.cap.59. vers. igitur à clariorib.* & cum qua Ego quoque transeundum censeo. Et eam post hæc scripta reperio placuisse Ludou.de Auend.*in tract.de censib.Hispan.c.107. num.8.* vbi illam confirmat, & respondet contrariis,*& num.11. vers.c. quinto; multos concordantes adducit,* [*& hanc opinionem secuta fuit* Rota *in illa Prænestina census, 4.Martij, 1630. coram* Reuerend. D.Coccino Decano, *post tract.dec.516.n.8.* dummodo extinguatur pro parte considerabili, *vt dixit* Rota *in d. Præuertina census n.8. & in illa Firmana census, 10.May,1621. coram* b.m.Buratto, *quæ est decis.523.n.4. & nos quoque diximus infra hoc eod. art. num.*...

Et licet hanc sententiam expresse impugnet Stephan. Gratian. *in suis disceptat. forens. tom.2. cap.223. num.4. & tom.4. cap.717. numer.20. & seqq.* affirmans contrariam opinionem esse veriorem contra me expresso nomine, & contra alios hic per me in tract. allegatos motus vnica ratione incommoditatis, quam pateretur creditor census, si particulares solutiones recipere teneretur. Attamen non respondet rationibus, quibus hanc nostram sententiam ex Doctorum mente confirmauimus. Nec tollit responsionem, per quam nos auctoritate Decian. *in l. quidam existimauerunt, ff. si cert. pet.* dicebamus in proposito non esse considerabilem dictam rationem incommoditatis præfatæ. Nam replicatio, *quam dict. cap.717. num.23. affert.* Gratian. quod non sit tanta vtilitas, & æstimatio in parte respectu partis, quanta est in toto respectu totius, & propterea non sit diuidendum pretium census in particulares solutiones, tollitur per ea, quæ nos diximus in tract. *hoc eodem artic. num.1.cum duobus seqq.* Et propterea non existimo recedendum esse ab illa sententia, quam nos firmauimus contra Gratian. quam videtur etiam amplexa Rota *coram* Reuerend.

D.Coccino Decano *in vna Romana census*,16. *Nouembr.* 1618.*qua est post tract. dec.*444.*n.*1. *& in Prænestina census* 25.*Iunij*,1632.*coram* Reuerend.D.Coccino Decano, *quæ est post tract. dec.*555. *n.*3. *& illam confirmant* Lud. Anend. *& alij per me allegati infrascriptis præcipuis fundamentis.*]

Primò per tex.*in cap.* 1.*& 2. de empt. & vend.inter extrauag.commun.* in quibus id expresse dispouitur, quæ
17 Constitutiones † cum in hac parte non reperiantur abrogatæ,& correctæ per Pium V. *in d.sua Constitutione super censib.* censentur relictæ in earu robore,& vigore,*arg.l.præcipimus, in fine, C.de appellat. cum vulgar.*
18 Nec obstat clausula, † non obstantibus, &c. posita in d.Piana Constitutione quoniam illa operatur dumtaxat respectu eorum, quæ dictæ Pianæ Constitutioni essent de directo contraria; secus autem quò ad alia, quæ dispositis in eadem Bulla de directo non contrariantur iuxta tradita per Roman.*cons.*57.*num.*1. Ruin. *cons.* 9.*n.*3.*lib.*1. cum aliis apud Marsil. *in l.*1.*§. si serui, n.*30 *ff.ac q.*Secundò,hæc eadem sententia videtur satis concludenter confirmari ex eademmet *Bulla* Pij V. *in illa verbis* [Postremò census omnes in futurum creandos non solum re in totum,vel pro parte perempta,vel infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire: sed etiam posse pro eodem pretio extingui, non obstante,&c.] Ex quibus verbis satis clarè elici posse existimo, quod mens, & intentio Papæ ibi fuit quod census possit etiam pro parte redimi,& quod dominus census possit compelli ad reuendendum pro parte ita ratiocinando: Nam sicut ibi Papa voluit, quod census perire, & extingui debeat in totum vel pro parte, prout in totum vel pro parte res supposita periret, vel infructuosa efficeretur, ita etiam voluerit, quod idem sequatur effectus, si debitor census totam vel partem sortis principalis restituat ponderando
19 illas particulas, sed etiam, † quæ in dicta Constitutione simul iunctæ dictos casus coniungunt: licet enim particulæ illæ poni soleant inter diuersa, & demonstrent diuersitatem in facto,denotant tamen identitatem in iure inter casus quos coniungunt, *l.* 1. *in*
20 *princ.ff.de latin. libert. tollen.* prout † eandem naturam habent particulæ Sed,&,simul iunctæ,*l.sed & si,& ibi nat.* Bart.*ff.de petit. hæred.* idem Bart. *in l.*2. *num.*3. *ff. ne quis eum.* Ias.*in l.re coniuncti,n.*189. *ff.de leg.*3. sicut igitur respectu extinctionis census quæ contingit ob peremptionem fundi censuati vel ex eo,quod fundus ille sit effectus infructuosus Papa disponit, quod census extinguatur in totum vel pro parte perierit, vel infructuosa fuerit effecta: Ita idem ius esse debet respectu extinctionis quæ fit per redemptionem, & restitutionem pretij,vt scilicet, etiam respectu extinctionis,quæ hoc modo contingit voluerit ibi sancire Papa quod extinguatur totus census si totum illius pretium restituatur; pro parte autem si pars pretij reddatur, & ita videtur sentire etiam Boccac. *in d. suo tractat.de censib. part.*1. *num.*13.
21 Bene verum est,† quod retenta pro vera hac secunda opinione non erit liberum debitori census redimere quantulamcunque illius partem ad sui libitum, & arbitrium, sed debebit [Eam redimere pro parte considerabili: vt dixit Rota *in illa Romana census coram* D. Decano, *quæ est post tract. dec.*444.*n.*1.*& sic debebit*] ad minus dimidiam partem redimere,nam facultas redimendi pro parte concessa per *dd. Extrauag.* 1. *& 2. de*
22 *empt. & vend.* debet intelligi de dimidia, cum † partis appellatione regulariter veniat dimidia,*l.etiam partis, ff.de vsufr.l.nomen filiarum,§ portionis, ff.de verbor. signif. & ibi* Alc.Rebuf.*& alij,cum citatis* à Felician.de Solis, *d.lib.*1. *cap.*8. *n.*17. licet ipse ex quadam æquitate contrariæ opinioni adhæreat.

Admissa autem pro vera hac affirmativa opinione necessaria sequitur dubitatio. An si vnus ex pluribus in contractu census insolidum obligatis partem,& tantam suam redimat liberetur ab obligatione solidi ita vt in futurum ad nihilum teneatur. Quam quæstionem excitauit Tiraquell.*in suo tract.de retract. conuent.* §.1. Gloss. 5.*num.*40 & pro illius resolutione remisit se ad tradita per Scribentes in *l. si creditores, C.de pact.*
† vbi Alc.*n.*18. pro totali liberatione concludere vi- 23
detur,quam sententiam sequuti etiam sunt in propriis nostris terminis Boccac. *d. suo tractat. de censib. part.*2. *n,*110. qui licet pro hac opinione alleget Foller. *in d. sua pract. censual. in verbo instrumentum gratiæ, num.*41. ipse tamen *Foller.* ibi non loquitur ita simpliciter,prout illum refert *Boccac.* sed cum distinctione quam nos paulò inferius afferemus,sed opinionem *Alciati* simpliciter amplectitur Felician. de Solis, *in dd. suis Commentar.de censib.tom.*2. *lib.*3. *cap.*2. *n.*6. *vers. & hactenus* Alciat.

Contrariam † tamen sententiam pro regula con- 24
stituunt magis communiter Doctores *in d. l. si creditores, vt testatur* Ronchegall. *in d.l.*2. *num.*105. *cum pluribus seqq.& in l.*3. *§. vbi duo, vers. vtique n.*18. *& seqq. ff.de duob. reis, & ibid. num.*23. optima, & concludenti ratione illam confirmat, & cum ea transeundum esse Ego quoque existimo, cum infrascriptis tamen limitationibus.

Primò † vt non procedat quando debitor census 25
redimens partem suam fuisset vsus verbis, ex quibus colligi possit quod redimeret dictam partem animo liberandi se à residuo, vt puta si dixisset se redimere pro parte sua,vel pro sua persona, vel nomine suo vel protulisset alia verba apta importare expressionem dictæ suæ voluntatis. & dominus census reuendens acquisiuisset, & non fuisset protestatus se reuendere talem portionem absque præiudicio, suæ obligationis insolidū quò ad alios correos,& fideiussores. Foller.*in propriis terminis in d.verbo instrumentum gratiæ, num.*41. & probat tex. *in dict.l. si creditores, C. de pact.* [Cùm qua conclusione transit etiam Alexand. Trentacinq. *variar. resolut. vol.*1. *lib.*3. *in tit.de censib.resolut.*1.*n.*15. Bellon. *consil.* 44. *num.*3. *qui testatur de communi* Guid. Pap. *sing.*289. *alios refert* Ioann. Vinc. Ann. *allegat.*3. *num.*6. *& seq.*] Etiam † quod alij correi, vel alij con- 26
fideiussores non essent soluendo, *l. inter eos,* §. *cum inter ff. de fideiussor.* Alciat. *in d.l. si creditores, numer.*6.
Secus † autem in talem protestationem faceret, eo 27
enim casu illa mediante ius solidæ obligationis sibi conseruaret, vt dicunt communiter Doctores *in d. l. si creditores,* Boer. *dec.*310.*n.*8. *& refert* Felician. *d.cap.*2. *num.*5.*vers.*2.*& solemnis,* Ronchegall.*in d.l.*3. §.*vbi duo, vers. vtique, num.*38. vbi latè insistit, & explicat, *ff. de duobus reis.*

Quod † si vnus ex correis partem census redimat,& 28
redimendo non concipiat verba taliter, vt ex illis dominus census colligere possit quod voluerit partem illam redimere tanquam partem suam,& pro persona sua, eo casu etiam quod dominus census simpliciter recipiat,non tamen amittit ius solidi quò ad alios correos debendi, *d.l.si creditores,& ibi* Paul.de Castro,*n.*1. Ias.*n.*3. *in* 2. *limit. & alij communiter, sequitur* Ronch. *de magis communi attestant dict. versicul. vtique num.* 31. *&* 37.

Ista autem † Prima limitatio debet declarari vt sit 29
vera, si reuendens sit persona, quæ habebat potestatem alienandi liberè bona sua; secus autem si sit minor, tutor, curator, vel aliæ similes personæ, quibus est à iure interdicta libera suorum bonorum alienandi potestas: cum enim ista remissio iuris solidi habebat vim alienationis, *arg.l. magis puto,* §.*fundum, ff.de reb. eor.* & sapiat donationem Horat.Carpan. *post alios quos allegat ad* Statut.Mediol.*c.*324.*n.*19.*& seq.* meritò qui non potest alienare,nec donare, non poterit consentire, vt redimens partem suam census se liberet à

residuo

residuo. Ronchegall. *d.vers.utique, n.*43. sed erunt necessariæ solemnitates requisitæ à iure vel ex forma statuti in huiusmodi personarum contractibus.

Secunda † affertur limitatio ad eandem conclusionem quod licet stricto Iure redimens partem census simpliciter non remaneat liberatus à residuo nisi exprimat se soluere, & extinguere pro parte sua, vel pro sua persona, & dominus census talem solutionem admittat, & illi consentiat, vt dictum est, attamen de æquitate redimens partem suam simpliciter remanet liberatus à reliqua parte, vt post Bart. *d. l. si creditores*, prosequitur, & confirmat Roncheg. *d.vers.utique, n.*44. *& seq.* ad quem in contingentia facti recurratur. Quatenus verò quis velit in proposita principali quæstione eandem partem affirmatiuam amplecti, [duæ possunt excitari difficultates.

Prima, An correus redimens, & extinguens totum censum possit à correo partem suam repetere. Quæ dubitatio cum discuteretur in Rota *coram* R.P.D. Buratto *in vna Farfensi pecuniaria*, 27. *Ianuary*, 1622. fuit negatiuè resoluta, *vt post tract.dec.*419. *n.*5. *& seq. quæ fuit* Rota *ex not. per* Bart. *in l.reos in 2.q. & ibi late per* Roncheg. *n.*40. *cum multis seqq.ff. de duob.reis.* vbi concludunt quod si vnus ex pluribus insolidum obligatis totum soluat, non repetit ab aliis.

A qua tamen resolutione recessit Rota *in eadem causa coram eodem die* 15. *Ianuar.*1624. *quæ est ibid.dec.*447. *per tot. vel quia opinio contra* Bart. *quam tenuit* Bald. *in l. si rem communem C.si cert.pet. & multi alij, qui referuntur, d.dec.*447. *n.*1. est verior profiteturque Ronch. *d.l.reos n.*49. Vel quia opinio *Bart.* habet dumtaxat locum quando obligatio processit ex mera liberalitate, vt pura ex causa donationis, vel legati, *vt in ead. dec. num.*2. *&* 3. & non procedit quando correi sunt socij eisdem obligationis quia scilicet contemporaneæ eodem contextu, & ex eadem causa se obligauerint, *vt in dicta, decis. num.* 6.

Nec quando solutio fuit facta per dictum correum non sponte, sed coactè: *vt in ead.dec.num.*9. ex quibus rationibus fuit recessum à prima resolutione, & firmatum correum, qui non tenebatur ex causa merè lucrativa, vel soluit coactè, posse repetere partem suam à correo, qui eodem contextu, & ex eadem causa se obligauerit.

Altera excitari potest dubitatio. An pacto fieri possit vt census nequeat nisi integraliter restituto toto, & integro pretio redimi, & extingui, circa quod vario modo senserunt Scribentes, vt videre est apud Felicia. de Solis, *in dd.suis Comment.de Censib.tom.*1. *lib.*1. *cap.*8. *n.*16. *& tom.*2. *eod.lib.*1. *& cap.*8. *num.*12.

31 Nam † huiusmodi pactum esse illicitum senserunt multi, & signanter Felician. *d.tom.*1. *lib.*1. *& cap.*8. *n.*16. *vers.quinta conditio.* Mouetur ea præcipua ratione, quod pactum istud videatur minuere, & restringere liberam redimendi facultatem, in qua maximè consistit iustitia contractus censualis, vt non obscurè elicitur ex *dd. Extrauag.*1. *&* 2. *de empt. & vend. & ex d.Constitutione* Pij V. *super Censib.* Aliam rationem considerabat Fernand. Rebell. *in suo tract.de obligat. Iustitiæ, lib.*10. *q.vlt. n.*3. *vers.tertia difficultas*, quod scilicet pactum hoc repugnet *dictis Extrau.*1. *&* 2. *de empt. & vend.* per quas datur facultas redimendi censum per partes. Eandem sententiam amplexus fuit etiam Ludou. Auend. *dict. cap.*107. *num.*20.

32 Contrariam † tamen sententiam, & quod tale pactum sit licitum defendunt, & affirmant Sot. *de Iust. & iure lib.*6. *q.*5. *art.*3. *concl.*4. Ludou. Lopez. *in d.suo tract. de contract.lib.*1. *cap.*59. *vers.secunda conclusio*, Leonard. Lessi *in suo tract.de Iustit. & iure lib.*2. *cap.*22. *dubitat.*11. *num.*73. Mich. Salon. *in d.suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art.*3. *controuers.*23. *n.*5. *vers. primum ergo illud, certum est* Franc. Sarmient. *Selectar.* Cencius de Censibus. *Interpret.lib.*7. *cap.*1. *n.*28. Et hæc opinio placuit etiam Martino Bonacinæ *in suo tract.de contract. disput.*3. *q.*4. *puncto vnico, n.*40. *vers. Sed contraria*, vbi multos allegat. Et probabiliorem, & magis consentaneam non solum communi doctrinæ Scribentium, ac iuri communi ex *l.Tutor.*§. *Lucius ff. de vsur.* decernente in casu simili non posse creditorem compelli ad recipiendum partem debiti etiam diuisibilis propter damnum, quod interim potest accidere ob dictam diuisionem. Sed etiam naturæ contractus censualis, dicit Rebell. *in d. vers.tertia difficultas*, nam sicut in emptione census pretium integrum numerandum esse fuit in fauorem vendentis census constitutum; ita ob æqualitatem Iustitiæ seruandam videtur dicendum, vt in redemptione eiusdem census fieri possit pactio, quod idem integrum pretium à venditore census integraliter reddatur & restituatur domino census in actu redemptionis illius, cùm inter contrahentes sit seruanda æqualitas, eandem sententiam amplexus fuit Io. Gutierrez. *pract. q. lib.*2. *cap.*174. *n.*2. vbi contrariis respondet. [Quam opinionem placuisse etiam Rotæ non obscure colligitur ex resolutione facta *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *in illa Romana census, quæ est post tract.at. dec.*444. *num.*1. in illis verbis quicquid dicendum esset, si aliter conuentum esset.] Federic. Martin. *in suo tract. de iure census, cap.*6. *num.*386. Gasp. Roder. *in d.suo tract.de ann. redit. lib.*1. *quæst.*8. *num.*35. *vers. his tamen non obstantib.* vbi etiam confirmat, & respondet contrariis.

Cui opinioni Ego quoque libentius assentior, cum non videam ex dicto aliquo modo restringi, vel diminui liberam facultatem redimendi censum, quod pro fundamento sibi assumebat Felician. *d.vers.quinta conditio*, relinquitur enim in libera facultate, & potestate eius, qui ad census solutionem tenetur, vt quandocunque sibi libuerit censum redimere valeat, quod vnum desiderant, & iubent Summi illi Pontifices in dictis eorum Constitutionibus, sed quod redemptio debeat fieri vnica, vel pluribus solutionibus respiciat potius commoditatem debitoris, quam liberã facultatem redimendi. Nec *Mart. V. & Calix. III.* qui in dictis eorum *Extrauag.* dant facultatem redimendi censum per partes prohibent quin pacto fieri possit ne redemptio fiat, nisi integraliter, & per solutionem integri pretij census vna tantum vice restituendi, vt considerat Rebell. *d.vers.tertia difficultas.*

Hanc † tamen conclusionem licet respectu venditoris census, qui homo diues & qui facilè redempturus census vnica solutione integraliter iudicari possit, admittat Ludo. Lopez, *in d.suo tract.de contract.lib.*1. *c.*59. *vers. tertia conclusio.* Limitat tamen quando est adeò pauper vt apertè apparere possit esse impossibile, vt ipse possit totum, & integrum censum vnica solutione redimere, quod bonis rationibus comprobat, & eum sequitur Emanuel Rodriq. *in sua Summa casuum conscient.tom.*1. *c.*44. *concl.*3. *&* 4. Quibus † rationibus licet conetur respondere Sot. *d. lib.*6. *de Iustit. & iure, q.*5. *art.*3. *in* 4. *concl.* Mich. Salon. *d.controu.*23. *n.*6. *vers. hanc conclusionem, & n.*9. *vers. ad opinionem.* Quod contractui census sit accidentale, quod venditor census sit diues, vel pauper, & † in contractibus ad cognoscendum illorũ iustitiam non sunt attendenda ea, quæ illis extrinsecus accidunt. Nihilominus † licet ratio, & responsio ista de stricto iure, & de rigore procedat, satis tamen æqua semper mihi visa fuit supradicta sententia Lopez, à qua in contingentia facti Ego non ita facilè recederem. 33 34 35 36

Multò † autem magis licitum esse existimarem pactum, quod inter contrahentes cõuenitur, quod venditori & debitori census, & ei, qui ad illius solutionem tenetur liceat redimere illum per partes, & pluribus solutionibus distinctis, & separatis, sine pro dimidia, siue 37

alia portione, & non minori redemptio fiat, vt firmat Sarmient. d. cap. 2. *in fine*, & sequitur Felician. *in dd. suis Comment. tom. 1. lib. 1. cap. 8. n. 16. vers. placet autem.* Ludouic. Lopez, *d. cap. 59. vers. secunda conclusio* Mich. Salon. *d. contro. 23. n. 5. vers. primum ergo, & vers. verum est* & Io. Franc. Leonis, *in sua Thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 15. de censib. num. 28.*

SVMMARIA.

1 *Disdicta census, est de necessitate facienda.*
2 *Et fieri debet per bimestre ante redemptionem.*
3 *Debitor non debet esse nimium delicatus, nec creditor nimium onerosus.*
[*Obligatus vendere non tenetur expectare emptorem per duos menses secundum Iacob. Cancer. qui tamen fatetur communem opinionem esse in contrarium.*
Disdicta census potest fieri etiam ante bimestre.
Bulla Pij V. super censibus dat formam seruandam in creatione census, non autem in illius dissolutione.]
4 *Obligatus vendere alicui, si alteri vendere velit, tenetur illi denunciare futuram venditionem, & per duos menses expectare.*
5 *Disdicta census debet fieri ex decreto competentis Iudicis.*
6 *Iudex competens an sit Iudex debitoris, an creditoris census.*
7 *Disdicta fieri potest non solum à debitore census, sed etiam ab eius legitimo procuratore, exhibito tamen instrumento mandati, & illo apud acta relicto.*
8 *Disdicta fieri potest non solum domino census, sed etiam illius legitimo procuratori.*
] *Disdicta census quomodo sit facienda Collegio, Monasterio, & similibus vniuersitatibus.*
Disdicta census est facienda vsufructuario, non proprietario.]
9 *Disdicta quomodo fiat furioso, vel hæreditati iacenti,*
10 *Disdicta non potest fieri minori.*
11 *Sed debet fieri eius tutori legitimè constituto.*
12 *Infans citari debet iuxta formam statuti.*
13 *Forma data à statuto, est obseruanda.*
14 *Infans cituri non potest.*
15 *Citatio facta infanti, est nulla.*
16 *Agere volens contra infantem debet citare eius proximiores, vt veniant illum defensuri.*
17 *Citatis contra proximiores, quomodo sit concipienda remissiuè.*
18 *Infanti indefenso non datur curator ad litem, sed tutor.*
19 *Minor quatuordecim sed maior septennio, citatur ad petendum sibi dari curatorem.*
20 *Disdicta census, quomodo concipiatur.*
[*Debitor census volens extinguere illum, debet offerre integrum debitum tam respectu sortis, quàm respectu fructuum.*]
21 *Dominus census sine sit maior, sine minor legitimè citatus sine sit contumax, fit depositum.*
22 *Oblatio pretij census etiam realis non suffragatur absque depositu, & n. 30.*
23 *Depositum factum ex abrupto non citato domino census ad recipiendum, non est relenans.*
[*Depositum legitimè factum habet vim extinctionis ex actu retrosimili.*]
24 *Depositum non potest fieri, quando dominus census non recusat recipere pretium, & censum remendere.*
25 *Depositum vt afficiat, debet fieri ex aliqua iusta causa.*
26 *Depositum vt relenet, debet fieri ex Iudicis decreto.*
27 *Iudex competens pro deposito faciendo in redemptione census, est Iudex debitoris, qui vult census redimere.*
28 *Depositum vt sit relenans, debet esse liberum.*
[*Depositum conditionatum non relenat, si ob conditiones creditor census non potest recipere sortem.*]
29 *Conditio intrinseca adiecta depositio, illud non vitiat.*
[*Intellige de conditionibus, quæ ab ipso contractu non proueniunt, nec tacitè insunt, nec à iure requiruntur.*
Depositum factum sub conditione, quod creditor caueat de restituendo prioribus, & posterioribus: est relenans in iudicio discussionis bonorum.]
30 *Item debet esse reale, & non sufficit sola oblatio.*
[*Oblatio verbalis non impedit cursum vsurarum.*
Etiam si creditor taceret, & non recusaret recipere.
Limit. *si creditor expresse recusaret recipere.*
Depositum est necessarium quando creditor expresse recusat recipere.]
31 *Depositum conditionatum non relenat, secundum aliquos.*
32 *Tradidit, hoc verbum importat realem traditionem.*
33 *Depositum conditionatum quod suffragatur debitori, sentit Rota.*
Maximè consentiente domino census, n. 36.
34 *Depositum confessionatum, habet priuilegia realis depositi.*
35 *Intellige contra depositarium, non contra tertium.*
37 *Depositum dicitur reale, licet non intercesserit pecunia numerata si detur cedula bancaria.*
[*Depositum fuisse reale probatur assertione notarij.*
Probatur etiam præsumptionibus.]
38 *Depositum vt afficiat, debet esse integrum.*
39 *Ita vt non deficiat nummus.*
[*Depositum defectiuum non sustinetur ob protestationem deponentis quod sit saluum ius illud reintegrandi.*]
40 *Etiam in muliere, rustico milite, & minore.*
41 *Mulier, & rusticus, si deficiant circa faciendum depositum, restituuntur in integrum.*
42 *Depositum in materia redemptionis census debet fieri tam de sorte, quam de omnibus fructibus non solutis.*
[*Depositum factum de summa petita est integrum, licet esset debitor in summa minori.*]
43 *Etiam de fructibus duorum mensium disdictæ.*
Limit. *si dominus census ante lapsum duorum mensium precium recipiat, n. 47.*
44 *Societas officij non dissoluitur nuda voluntate sociorum sed est necessaria expressa renunciatio & disdicta.*
45 *In disdicenda societate officij, solet præfigi terminus quindecim dierum.*
46 *Societas officij durat durante termino disdictæ.*
[*Deponi debent fructus bimestris, aliàs depositum non est integrum.*]
47 *Debitor census non tenetur præseruare in censu per duos menses disdictæ, nisi quatenus dominus velit.*
48 *Summa deponenda pro extinctione census si non sit liquida, debet vltra depositum certæ quantitatis præstari fideiussor de supplendo residuo, facta liquidatione.*
[*Debitor deponens aliquam summam pro suo debito turbido, & intricato, non tenetur præstare fideiussorem de soluendo summam liquidandam.*
Auctor tamen consulit, vt præstetur saltem à non diuite, & minus idoneo.
Dines, & idoneus non tenetur cauere cum fideiussore.]
49 *Depositum debet fieri penes personam idoneam.*
50 *Depositum debet fieri in loco in citatione expresso.*
51 *Depositum debet habere qualitates, & circunstantias consideratas à Doctoribus ibi relatis.*
52 *Depositio facto debitor census liberatur à cursu annui redditus, & non antea.*
53 *Depositum legitimè factum habet vim extinctionis census ex actu retrosimili.*
54 *Depositum pro redemptione census, potest fieri quandocunque intra duos menses à die disdicta census.*

55 *Etiam*

55 *Etiam vltima die dictorum duorum mensium.*
56 *Dummodo fiat intra illum duorum mensium tempus.*
57 *Depositum notificari debet hæredibus domini census, si ille moriatur post depositum legitimè factum.*
58 *Hæredibus domini census morientis post factum depositum esse notificandum ius redimendi censum voluntaliqui.*
59 *Vtilem esse hanc notificationem non necessariam, dicit Foller. & Auctor probat.*
60 *Renenditio census fieri debet iuris necessitate cogente.*
61 *Depositum factum à debitore census, si dominus census recuset recipere absque iusta causa, perit eius periculo.*
62 *Nisi aliter inter contrahentes conuentum sit.*
63 *Debitor census potest liberè depositum factum repetere, exceptis casibus ibi expressis.*
64 *Debitor census repetens depositum, non censetur renunciare iuri redimendi censum.*

Dominus quomodo sit interpellandus pro reuenditione census, & quid sit agendum si recuset reuendere.

QVÆSTIO CXI.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 3. ar. 9.

PRosequendo materiam resolutionis, & extinctionis census per redemptionem, quam in hac 3. qu. principali pertractandam proposuimus, cum per Pium V. *in sua Bulla super forma creandi census* sancitum fuerit, quod quando traditione pretij redditus extinguendus est, debeat id denunciari ei, cui pretium dandum erit quod nos *suprà q.* 109. *aliàs hac ead. quæst. 3. art. 7.* diximus obseruandum esse, siue census reperiatur penes ipsum, qui censum emit, siue penes illius hæ-1 redes, & cum hæc denunciatio, & † disdicta sit adeò necessaria, vt aliter facta census redemptio sit nulla, & non legitimè facta, vt probauimus *eadem q. 3. artic. 1. nunc q.* 103. *num.* 20. Ideò operæ pretium esse duxi vt congruo ordine aliqua de illa in hoc nono articulo inuestigemus.

Et cum in iure, nec ex Pontificum constitutionibus aliquam certam, & determinatam formam habeamus, quæ in huiusmodi denunciationibus seruari debeat, sed possit concipi quibuscunque verbis, ex quibus apparere queat mens, & intentio debitoris census volentis illum redimere, vt dictum fuit *d. quæst.* 103. *seu art. 1. num.* 25. Idcirco decreui referendo formam quam in hac Perusina Curia vsus, & communis stilus, & practica approbauit, indicare, & quasi digito demonstrare quomodo, & qua forma denunciatio præfata fieti consueuit, vt quilibet possit suo arbitratu, & verbis ad id aptis similes denunciationes concipere. Debitor igitur census desiderans se liberare ab onere annuæ responsionis censualis, quo reperitur grauatus, & census per restitutionem pretij extinguere, debet per aliquod tempus ante id denunciare; & notum facere domino census, vt ipse possit statuere, & deliberare de reinuestiendis suis pecuniis, vt admonuit Rota *coram* Seraph. *decis.* 1413. *num.* 2. *part. 2. & nos diximus d. art. 1.* 2 *num.* 18. Quod † tempus Pius V. *in d. sua Constitutione, in vers. cum verò traditione,* &c. taxauit, & reduxit ad duos menses, quod existimauit esse conueniens, & 3 congruum, cum † nec nimium delicatus debitor, nec nimium onerosus creditor esse debeat, *l. si seruus, in fine, ff. de pignor. act.* quod bimestrale tempus videmus 4 in simili existimari congruum, & tale † concedi ei, cui res aliqua ex pacto vendi debet; nam si dominus rei illius velit eam validè, & legitimè alteri personæ vendere, tenetur futuram venditionem denunciare ei, cui ex pacto vendenda est, & illum requirere an velit emere, cui solet assignari terminus duorum mensium ad deliberandum an emere velit, quo termino elapso dominus rei vendendæ censetur à dicto onere liberatus, & rem illam potest cuilibet emere volenti, vendere. Doctor. *in l. qui Romæ, §. coheredes maximè.* Alex. *n. 7. ff. de verb. oblig.* Rom. *cons. 27. num. 4. & cons. 182. num. 4. & ibi* Mandos. *in vlt. addit.* Franc. Zoannett. *in suo tract. de empt. & vendit. sub pact. num. 87. vers. vnde.* [Ioann. Bapt. Mand. *in tract. quem inscripsit Census requisita, & instrum. forma circa 9. quæst. num. 4.* Gram. *cons. Cruik. 19. num. 6.* Vrsil. *ad* Afflict. *dec. 174. num. 4.* Cancer. *var. resolut. tom. 3. cap. 1. num. 110. & seq.* Vbi dubitat an is, qui est obligatus vendere teneatur expectare duos menses, & partem negatiuam defendit ratione quidem valdè æqua, licet ipse fatetur Doctores communiter tenere affirmatiuam *in l. qui Romæ §. coheredes, ff. de verb. oblig.*

Licèt autem Bulla Pij V. de censibus velit hanc disdictam census fieri per bimestre ante, non tamen prohibet quominus fieti possit ante bimestre vt resoluit Rota *in vna Tiburtina census 13. Iunij, 1614. coram* R. P. D. Manzanedo, *quæ est post tract. at. decis. 63. num. 6.* vbi disdicta facta per quatuor menses ante extinctionem declaratur valida, & quod releuet. Et facit ratio, quam conderauit eadem Rota *coram* Seraphin. *decis. 1413. numer. 4.* Videlicet, quod per dictam Bullam Pij V. fit data forma adhibenda in creatione, & contractibus creandorum censuum non autem in distractu illorum: circa quem nullum adesse dicit decretum irritans, & refert Gratian. *discept. Forens. tom. 1. capit. 241. num. 23. & seq.*] 5

Debet † etiam debitor census huiusmodi denunciationem facere non ex abrupto, & propria auctoritate, sed de mandato, ex decreto Iudicis competentis. Et 6 † licet Gaspar. Roderic. *in suo tract. de am. redit. lib. 2. q. 18. num. 54.* hoc casu esse adeundum Iudicem creditoris, & domini census existimet, argum. *l. 2. Cod. vbi, & apud quem, & ibi not. per* Glos. & Doctor. Signorol. *cons. 162. num. 4. &* Tiraq. *de retractu lignag. §. 8.* Glos. 5 *n. 2.* Ego tamen libentius amplector opinionem contrariam quod debeat adiri Iudex debitoris volentis census redimere, non autem Iudicem domini census, motus auctoritate Bald. *in l. acceptam, q. 13. num. 24. C. de vsur.* quem sequitur Alex. *cons. 103. num. 4. lib. 3.* ad quos in simili casu se refert simpliciter Cagnol. *in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. sub num. 115.* & illos ibi refert, & sequitur Ioan. Bapt. Lup. *Comment. 2. §. 4. num. 14.* & in propriis terminis, dicit Felician. de Solis, *in suis Commentar. de censib. tomo 2. lib. 4. capit. vnico, num. 3. in fine, vers. sed coram quo Iudice,* Roder. autem *d. num. 54.* Ego intelligerem procedere in terminis in quibus loquitur *d. l. 2.* & alij per ipsum allegati, videlicet, quando quis comparet tanquam actor petendo rescindi, & annullari contractum tanquam nullum, & per fraudem, & dolum, aut aliàs præter, & contra ius celebratum. In casu autem nostro venditor, & debitor census comparet tanquam reus vt liberet se, & bona sua à nexu, & obligatione soluendi annuam responsionem censualem, & contractum ipsum non impugnat, & ideo suum, non domini census Iudicem adire debet, vt dicunt *Bald. & Alex.* supra allegati.

Potest † autem debitor census adire Iudicem non 7 solum per semetipsum, sed etiam mediante persona sui legitimi procuratoris, quo tamen casu procurator debet exhibere, & dimittere apud acta instrumentum mandati, vt admonuit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, 24. *Maij*, 1614. *in illa Anconitana bonorum, quæ est impressa post tract. decisio 84. n. 9.*

8 Obtento † autem decreto Iudicis de denunciatione facienda curabit debitor census, vt huiusmodi denunciatio fiat vel ipsi domino census, qui sit maior, vel eius legitimo procuratori, iuxta ea quæ dicta sunt *supra quæst.103. aliàs hac ead.quæst.3.art.1.numer.21.22. & 23.*

[Quod si census sit alicuius Collegij, Monasterij, Societatis, vel alterius vniuersitatis, huiusmodi dicta fieri debet illis, qui talem vniuersitatem representant in Congregatione facta in loco solito vt auctoritate Bart. *in fin.ff.quod cuiusque vniuersi.nom.dixit* Rota *coram* Seraph. *decis.1028. numer.1. & coram* Reuer. P.D.meo Vbaldo, *in vna Romana census 19. Februarij, 1618.quæ est post tract.de.389.n.7.*

Et si sit extinguendus census, cuius vsumfructum ad aliquem pertineat, talis dicta fieri debet non proprietario, sed vsufructuario, de cuius interesse principaliter tractatur, vt dicit Rota *in d. Romana sui coram* R.P.D.meo Vbaldo, *n.8.*

9 Si autem † dominus census sit furiosus, vel decesserit, & illius hæreditas iacet, vel abesse cœperit nullo relicto procuratore, si debitor parauit pecuniam vt censum redimat, & velit se liberare à cursu fructuum, debet curare dari curatorem bonis furiosi, vel absentis, vel hæreditati iacenti, prout casus feret, & tali curatori dictam facier, & pretium census offeret, vt admonet Roder. *d.tractatu de ann.reditib.lib.2.quæst.15. num.37.* vbi hanc materiam latè prosequitur. Si verò dominus census, & is cui pretium dandum erit sit
10 minor † cui talis denunciatio, & dicta de iure fieri non potest. Bart. *in l.si ex legati causa, num.3.ff.de verbor. oblig.* & animaduertit in puncto Gaspar Roder. *in d.suo tract.de ann.reditib. lib.2. q.15. sub num.49.* & cum ista sententia transiuit etiam Intriglio. *sup. Bul. de consib. quæst.70.num.4. & ibi addentes*, quæ etiam placuit Rotæ *coram* R.P.D.meo Vbaldo, 27. *Nouembris 1613. in illa Anconitana bonorum, seu censuum, quæ est impressa post tract.dec.278.num.7.* Ideo tali minori erit facienda dicta, & denunciatio ordine infrascripto.

11 Si dictus † minor habet tutorem legitimè constitutum, illi est facienda dicta, & intimatio, *l.sed si ex stipulatu, & ibi* Glos. & Bart. *in lectura quam facit sub d. l.si ex legat.causa, num.3. vbi etiam* Paul. de Castro, *numer.4.ff.de verbor.oblig. l.si dictum, §. fin. vbi* Glos. *in verbo, pupillo, & Doct.ff.de cuict.* per quæ iura ita dixit Rota *coram* R.P.D.meo Vbaldo, *in illa Anconicana* proximè allegata, *num.8.*

12 Si autem † minor præfatus non habeat tutorem legitimè constitutum, erit inuestigandum, an sit infans, vel maior infante. Si quidem sit infans, & hoc casu si in loco vbi dictus infans habitat adsit statutum à quo
13 detur aliqua forma citandi, prout est in Ciuitate Perusiæ, patria mea, *in Rubr.20. lib.2. Stat.* & ab ea non † esset tutum recedere absque periculo nullitatis, Alex. *cons.137.numer 16.lib.2.* Felin. *in cap. cum dilecta, num. 36. & 55.extr. de rescr.* Laderch. Imo. *cons.184. num. 11. vers.si enim forma statuti, lib.1.* Asin. *in sua Praxi Iudiciar.§.28.c.3. per tot. & signanter n.3. & seq.*

14 Cessante † autem statutaria dispositione, & prouisione, & tunc quia infans nec debet, nec potest citari, *l.4 ff.de in ius voc.* Afflict. *decis.261.num.5.* & alij relatis
15 Neuiz. *cons.17.num.1.* Et si † citetur, citatio est nulla, & inanis, vt dicit Ias. *in d.l.4* quam legit cum *l.in ius voc.*
16 *num.11. cod.tit. de in ius voc.* erunt † citandi consanguinei, & affines illius vt veniant ad defendendum eum in Iudicio mouendo contra ipsum à debitore census occasione reuenditionis talis census, *l. hac autem, §. non defendi, ff.ex quib. caus. in possess. eat.* Neuiz. *d.cons.17. num.1. & seq. & maximè numer.29. & seq.* Bald. *in cap.1. num.20 de Milit.* Vasal. *in vsib.feud.* Cravet. *cons.275.n.1. vers. itaque, lib.2.* Boccac. *in puncto in suo tract. de censib. par.2.num.104* [Mysing. *singul.obseruat. centur.2. obser-*

nat.35. num.2. vbi testatur ita communiter tenere Doctores, reprobata opinione Bart. *in l.1. §. sufficit ff. de administr.tutor.*] Quo † modo autem sit concipienda 17
dicta citatio: & sub qua forma sint citandi consanguinei, & affines docet Glos. *in d.§.non defendi, in verbo, quos habet, in fine, & ibi* Bar. *num.5.* Neuiz. *d.cons.17. numer.29.* Quibus consanguineis sic citatis comparentibus fiet iudicium cum ipsis, & processus dicetur ritè fabricatus.

Quod si † nullus consanguineus aut affinis veniat 18
defensurus infantem, est instandum coram Iudice, vt illi constituatur, & deputetur ad eam litem & eum actum, non curator, cum illum infans petere non possit, & curator non detur nisi petenti, sed tutor cum quo Iudicium istud exerceatur legitimè, vt docet Afflict. *d.dec.261, numer.5.* Neuiz. *d.cons.17.numer.30. & seq. & numer.60. vers. & prædicta ad euitandum* Robert. Maranta, *in suo tract. de ordin. Iudic. par.4. distin.16. num.35.* Caualcan. *in suo tractat. de tutore & curat. numer.281. in fine.*

Quod † si dominus census sit quidem minor, sed 19
maior infante tunc in locis vbi per statuta est data certa forma procedendi contra huiusmodi minores, erit ad vnguem illa obseruanda. Cessante autem statutaria prouisione erit ipsemet citandus ad petendam sibi dari curatorem ad litem quam cum eo habiturus est ipse debitor census instans occasiones redemptionis talis census, cui comparenti, petenti, & nominanti aliquem pro suo curatore ille dabitur, si idoneus Iudici videbitur. Ipso autē minore existente contumace, & contumacia per debitorem census incusata, eidem minori dabitur Curator à Iudice ex officio, & iudiciario nomine, quem ipsemet Iudex elegerit. Affl. *dec.256. num.2.* Neuiz. *d. consil.17. num.40. cum multis seqq. &* signanter *numer.57. & seq.* Caualcan. *in dicto suo tract. de tutore, & curator. num.282. per tex. in l.1. C. qui pet. tutor.*

Debebit † igitur debitor census, qui pecuniam pa- 20
ratam habet pro redemptione annuæ responsionis censualis, qua grauatus reperitur, adire Iudicem competentem vel per semetipsum, vel mediante persona sui legitimi procuratoris, & ex illius decreto ad notitiam vel ipsiusmet domini census, vel alterius legitimæ personæ pro eo deducere, qualiter ipse comparens est paratus redimere censum (exprimendo qualis sit iste census, & indicando instrumentum, annum, mensem, & diem quo confectum fuit, & nomen Notarij, cuius manu confectum fuit) & illi realiter, & cum effectu offerre pecunias necessarias pro dicta redemptione facienda tàm pro sorte principali, quàm pro solutione fructuum dicti census excursorum, & nondum solutorum, & in posterum per duos menses proximè futuros excurrendorum, & protestari per se non stetisse, neque stare, necnon requirere eundem dominum census, vel aliam legitimam personam pro eo ad recipiendum pretium dicti census, ac fructus decursos, & non solutos. [Ad effectum enim, vt censuarius cogi possit ad reuendendum censum, debet debitor illi offerre integrum creditum tàm respectu sortis principalis, quàm etiam fructuum, vt dixit Rota *in vna Romana demorum, 17. Iunij, 1611. coram* bon. m. Cardinale Sacrato, *quæ est post tract. decis.354. num.5. & seqq. vbi hoc comprobat*] Imo tenetur etiam offerre fructus decurrendos durante termino dictorum duorum mensium præfixorum à Pio V. *in d.sua Bulla super censibus*, & hoc ne ignorantiam aliquo modo prætendere possit, & valeat.

Domino † autem census existente contumace, & 21
illius contumacia legitimè incusata erit rursus citandus pro certa die, & hora ad recipiendum in tali loco pretium census, vna cum dictis fructibus decursis, & non solutis, & in posterum decurrendis etiam per di-

ctos

dos duos menses post factam census dissdictam, & ad remittendum iura, seu alias dictum censum reuendendum, & quietandum in forma, aliàs ad videndum mandari fieri depositum, tàm de pretio census, & sorte principali, quàm de dictis omnibus fructibus penes idoneam personam à Iudice eligendam, & obtento decreto de ponendo, fiet depositum penes personam à Iudice nominatam, vt admonet Ioan. Bapt. Lup. *in d. Comm. 2. §. 4. n. 105. vers. quamobrem.* Boccac. *in d. suo tract.*
22 *de censib. par. 2. n. 117.* Nam † oblatio etiam realis non suffragaretur, vt per multa iura concludit Feder. Mart. *in suo tract. de iure cens. cap. 8 num. 39. & seq. & dicemus infra num. 28.* vbi plures allegantur quidquid contrarium latè conetur defendere. Roder. *in d. q. 15. num. 61. cum seqq.*

23 Istud † autem depositum si fieret ex abrupto, non facta requisitione domino census, vel alteri legitimæ personæ pro eo ad recipiendum pretium census, & fructus omnes vt supra, & ad reuendendum censum cum comminatione quod aliàs fiet depositū, debitori census non suffragaretur, *l. acceptam, & ibi* Doctor. *C. de vsur.* Tiraq. *de retractu lignag. §. 9. glos. 3. num. 3.* Iaf. *cons. 9. num. 11. lib. 1.* Curt. iun. *qui de communi cons. 28. sub n. 1.* Rol. à Valle, *qui similiter de communi testatur cons. 63. n. 31. lib. 1.* Ioan. Bapt. Lup. *d. §. 4. num. 105. in princ. & in propriis nostris terminis* Felic. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censib. tomo 2. lib. 4. cap. vnico, num. 2. vers. secundo,* Gasp. Roderic. *d. q. 15. num. 53. & fuit dictum in* Rot. *coram* Illustriss. Cardinali Ludouisio, 4. *Iunij*, 1600. *in illa Romana census, quæ est impressa in fine, tract. dec. 295. num. 1. coram* bon. mem. Iusto, 16. *Februarij*, 1604. *in illa Anconitana censuum, quæ est ibidem decis. 277. numer. 7. & 8. & rursus in eadem causa, 24. Maij, 1613. coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ ibidem est dec. 84. num. 11. & aliàs sæpè.*

[Et signanter in vna *Romana census 9. Aprilis*, 1612. *coram* Reuerendiss. D. Coccino Decano, *quæ est post tract. decis. 375.* Vbi fuit declaratum, non censeri extinctum censum ex depositio, quod factum fuerat non inter dominum, & debitorem census, sed inter alios; licet depositum legitimè factum habeat vim extinctiens census ex actu retrosimili, vt paulò post dicitur *in tract. hoc eod. art. n. 53.*]

24 Si enim † dominus census non fuerit legitimè interpellatus ad recipiendum pretium census, & fructus omnes vt supra, non potest detegi an ipse velit, vel ne illud recipere, & censum retrouendere, depositio autem locus esse non potest, quando ipse legitimè interpellatus non recusat recipere, & censum retrouendere, vel omnia ad quæ de iure tenetur adimplere, ad rex. *in leg. qui decem, ff. de solut.* Gabr. *cons. 57 num. 6. lib. 1 facit l. nec creditores, C. de pignor. act. per quem tex.* Andr. Fachin. *controuers. Iur. lib. 2. cap. 42. vers. ego sanè, & dixit* Rota *in vna Romana census, 2. Aprilis*, 1606. *coram* R. P. D. Man-
25 zanedo, *quæ est post tract. dec. 296. num. 3.* Nam † depositum vt releuet debet fieri ex aliqua legitima causa, *leg. qui mutuam, §. 1 ff. mandat. l. fideiuss. qui ff. de fideiuss.* Cra-
26 uet. *cons. 795. num. 8. & dicit* Rota *ibi num. 1.* Ac † etiam præcedente decreto competentis Iudicis. Iudex autem
27 competens † est Iudex ipsius debitoris census qui vult illum redimere. Bald. *in l. acceptam, num. 24. C. de vsur.* Alex. *cons. 103 num. 4. lib. 5. Cagnol. in l. 2. num. 113. & ibi* Ioan. Bapt. Lup. *numer 114. C. de pact. int. empt. & vend.* Carocc. *de depos. par. 2. q. 86.* Felician. *d. lib. 4. cap. vnico, numer. 3. in fine, aliàs non est releuans,* Rol. à Valle, *post alios d. cons. 63. num. 32. lib. 1. & in propriis terminis* Felician. *d. lib. 4. & cap. vnico, n. 3. vers. 5. requiritur &* Mich. Salon. *in suo tract. de contract. & commerc. human. in tit. de censib. art. 3. controu. 18. n. 11. vers. dico tertiò.*

Vbi autem ad depositum faciendum perueniendum erit, curare debet debitor census vt illud faciat cum debitis circumstantiis, & quidem.

[Et maximè vt non fiat, nisi procedente dissdicta census, aliàs depositum non esset releuans, vt dixit Rota *coram* R. P. D. Buratto *in vna Ariminensi fideicommissi 20. Iunij 1622. quæ est post tract. dec. 450. n. 4.* & præter hoc multa requiruntur ad depositi releuantiam.]

Primò, † vt sit liberum, & non cautelatum, & con- 28
ditionale, Bart. *in l. solutarum, num. 5 ff. de solut.* quem in nostris propriis terminis sequitur Foller. *in sua pract. censuali in verbo, instrumentum gratiæ, num. 52.* Boccac. *in d. suo tract. de censib. par. 2. n. 121. d.* Felician. *d. lib. 4. & c. vnico, n. 3. vers. quarò requiritur* [Scacc. *post alios, quos allegat in suo tract. de Camb. §. 2. glos. 5. num. 172. fol. 535.*] & resoluit *Rota* in pluribus causis, & signanter [*decis. 71. n. 1. part. 2. diuers. &*] *coram* R. P. D. Manzanedo *in illa Romana census, 2. Aprilis*, 1607. proximè allegata, *numer. 2. & eadem causa coram eodem, die 13. Iunij*, 1608. *quæ ibidem est dec. 238. n. 1. & coram* Illustrissimo Card. Ludouisio, 6. *Iunij* 1611. *in illa Lauretana bonorum, quæ est ibid. dec. 297. num. 8. & coram* R. P. D. Dunozetto 25. *Nouembris*, 1613. *in vna Pannensi, quæ est ibid. decis. 173. num. 7. aliàs* [Si dominus census conditiones impediretur quominus ad sui libitum depositum exigere, & consequi posset, deponens non remaneret liberatus, & fructus census contra ipsum currerent: *vt dixit* Gratian. *discept. forens. tom. 4. cap. 795. num. 2.* qui allegat dumtaxat decisiones Rotæ factas in causa Romana census *coram* R. P. D. Manzanedo 2. *Aprilis* 1607. & 13. *Iunij*, 1608. *quæ sunt post tract. dec. 238. & 296.* Quibus addi potest *alia dec. in causa Romana depositi coram* R. P. D. Buratto 29. *Nouembris*, 1619. *quæ est post tract. decis. 383. numer. 1. Et vna Romana census 19. Februarij*, 1618. *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *quæ est ibidem decis. 389. numer. 9.*]

Et eo casu depositum non suffragaretur etiam quod fieret ex decreto Iudicis, vt dixit Rota *in dict. Romana censuum coram* R. P. D. Manzanedo, 23. *Iunij*, 1608. proxi-
mè allegata, *n. 6.* Nisi conditio † tacitè inesset, & esset 29
intrinseca resultans ex ipsomet instrumento census, Foller. *in sua pract. censuali, in verbo, Instrumentum gratia, num. 52. quem sequitur* Intrigliol. *in d. tract. quæst. 78. num. 13.*

[Nam hoc intelligendum est dumtaxat de conditione extrinseca, ideſt de ea, quæ ex eodem contractu non prouenit, nec illicitè inest, neque est à iure dispositа, vt multos allegans declarat Mari. Giurb. *dec. Regn. Sicil. 87 numer. 2. par. 1. Et placuit* Rotæ *coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano *in vna Maceratensi census 24. Ianuarij 1601. quæ inter eius dec. impressas est decis. 15. num. 3.*

Posset dari exemplum si depositum fiat cum conditione quod dominus census caueat de restituendo pecunias creditoribus prioribus, & potioribus ipsius debitoris census, euenientе casu, quod fieret discussio bonorum illius. Nam cum creditores *instit. quæ in* vigore Bullæ Pij IV. *edita de anno 1562. Kal. Iun. super reformat. signatur. Bullario nouo inter eius bullas est 59. vers. & interim Iudices teneantur regulem cautionem præstare,* vtique talis conditio dicetur intrinseca, & depositum erit releuans. Scacc. *d. tract. de Camb. §. 2. glos. 5. numer. 7. vers. contingit.*

Secundò, † depositum debet esse reale, nec sufficit 30
sola oblatio, *leg. acceptam, C. de vsur.* Tiraq. *de retractu Lignag. §. 18.* Glos. 2. *numer. 16. & de retractu conuent. §. 4. glos. 6. num. 4.* Neguſ. *de Pignor. & hypothec. part. 5. membr. 3. par. 2. num. 17.* Boër. *decis. 124. num. 25.* Ioseph. Ludouic. *decis. Perus. 105. num. 2. & seqq. & in nostris propriis terminis* Foller. *in sua Pract. censuali, in d. verbo, instrumentum gratia, num. 46.* [Rol. *cons. 60. n. 36. lib. 4.* Ioan. Bapt. Lup. *de vsur. Comment. 2. §. 3. n. 107.*] Bened. Bon. *in suo tract. de censib. art. 94. num. 117.* Boccac. *in d. suo tract. part. 2. numer. 204.* Felician. de Solis, *qui multos allegat d. lib. 4. capit. vnico, numer. 1. in 1. tomo, & in 2.*

tomo,eod.lib.4.& cap.vnico, num.2. & nos supra diximus, num.22.

[Sola enim verbalis oblatio non impedit cursum vsurarum Bart.*in l. Prætor. §. si quis paratus vers. omnes ergo circa fin.ff. de non. oper. nunc.quem sequuntur* Castr. *&* Alex.*in l.qui Romæ in princ.num.2.&* Ias.*num.8.& 9. ff.de verb.oblig.*Rol.*d.conj.60.n.37.lib.4.*

Nisi creditor expressè recusset recipere creditum oblatum Alex. *in l.si mora num.5.in quarta fallatia,ff.solut.matr. & in l.si seruus num.7. vers. puto sic concludendum,ff.de vulg.& pupill.& d.l.qui Romæ num.2. vers. vel potest secundum,&* Castr.*num.2.&* Ias.*num.9. vers. ideo subtilis,& de magis communi,* Gabr.*in tit.de solut.concluſ. 8.n.1.*Vincent.Carocc.*in tract.de oblat.part.1.q 7.n.3.& seq.*Pyrr.Maur.*eod.tract.n.5.*: Alex.Trentacinq *var.resolut.vol.1.lib.3.in tit.de oblation.resolut.1.num.1.vers.sexto non procedit.*

Nam si simpliciter taceret non recusando,nec contradicendo,sola verbalis oblatio non sufficit ad retardandum cursum vsurarum, Alex.*in d.l.si seruus, num.7. in fin.vers.aut creditor*, Gabr. *d.concluſ.8. num.2.* Caroc. *d.q.7.num.5.*Trentacinq. *de resolut.1. num.1. ad fin.vers. hæc concluſio.*

Sed esset necessaria consignatio, & depositum *leg. Tutor.29.in fin. ff. de administr. tutor. leg. obsignatione 9. Cod.de solut gloſ.in leg. solutionem 23.vers. verum tamen, & ibi* Bart.*num.11.*Bal.*circa med.vers.nota hanc gloſ.ff.& solution.*]

31 Prout † nec releuaret depositum confessionatum si credimus Non.*d.tract.art.96.n.129.*Io.bap.Lup.*ad d.l 2. C.de pact.int. empt.& vendit.comment.2.§.4.n.108.* Felic. *d.tom.2.lib.4. & cap. vnico, num.2.* quod videtur sensisse etiam Botcac. *d.par.2. n.117.* & non videtur esse alienum à mente Pij.V.*in d.sua Constit.de censib.in vers.Cum verò traditione, pretij* &c. ponderando illud verbum *tra-*

32 *ditione,* † quod requirit realem, actualem traditionem, vt in simili considerat Tiraq. *d.§.4.Gloſ.6.n.22.* Con-

33 trarium † tamen quoad depositum confessionatum tenuit Rota *coram* bon. mem. Iusto,9. *Aprilis* 1601. *in vna Romana census quæ est post tract dec.131.numer.3.& seq.& coram eodem,die 16.Februarij* 1604.*in illa Anconitana bonorum,quæ est ibidem dec.277,num.12.* [& in terminis alias allegans firmauit Giurb.*d.dec.87.num.35.*]

34 Quod non videtur carere optima ratione, cum † depositum confessionatum habeat priuilegia veri, & actualis depositi secundum magis communem opinionem Scribentium, de qua testatur Bellon.*in §. Præterea,in principio Instit. quib. mod. re contr. oblig. & refert* Vinc.Carocc.*in tract.de deposit.par.1,q.2. num.18.* ma-

35 ximè † contra ipsum depositarium contra quem huiusmodi depositum confessionatum habet paratam executionē sicut verum,& reale.Tiraq. *d.§.4.gloſ.6.numer.13. & 19.* Ioann.Bapt. Lupez *dict.§.4.numero* 108.

36 Et † absque dubio procederet opinio *Rotæ* consentiente domino census. & tale depositum confessionatum acceptante,vt post Natt.*cons.131,num.4 dixit* Rota *coram* bon.mem.Iusto,9. *Aprilis*, 601.*in illa Romana census supra proximè allegata,num.3.* Et in casibus consideratis à Foller.*in d.verbum instrumentum gratiæ,n.48.*

37 *&* à Bon.*d.tract.art.96. n.129.* Dicetur † autem depositum actuale, & reale etiam quod pretium census non fuerit depositatum in prompta, & numerata pecunia,sed depositata dumtaxat fuerit cedula bancaria, vt dixit Rota *coram* bon.mem.Iusto *pluries,& maximè in illa Romana census,9. Aprilis* 1601. *quæ est post tract. dec.131.n.2. & in eadem causa* 18. *Martij.* 1602. *quæ est ibidem dec.132.n.1.& in vna Romana fructuum censu,9. Aprilis,*1606.*quæ ibidem est dec.291.n.3.&* 4.

[Depositum autem fuisse reale, & actuale probatur non solum si Notarius de hoc attestetur asserens, quod Titius deposuit penes Sempronium,vt dixit Rota *in vna Romana census,seu Saluiani interdicti* 21.*Maij* 1590. *coram* Bubalo,*quæ est post tract.dec.428.num.1.&* maximè si asserat Titium deposuisse manualiter,& in contanti in sui, & testium infrascriptorum præsentia, vt dicit *ibi* Rota *num.2.* Sed etiam ex præsumptionibus,vt firmauit *ibi Rot.num.7.* vbi nonnullus considerauit præsumptiones ad comprobandum quod depositum,de cuius veritate tunc dubitabatur fuerat reale, & actuale.]

Tertiò, † depositum debet esse integrum, non di- 38
minutum Grau *cons.106.num.1.lib.1.*Menoch.*cons.358. num.13.lib.4.* in puncto Foller. *in d.verb. instrumentum gratiæ,num.49.* Bon.*in d.suo tract. art.95.n.128.* Boccac. *d.tract.par.2.num.118.*Felician.*dd.suis Commentar. tomo 1.lib.4.capit.vnico, numer2, vers.non tamen satisfaciet, & tomo 2.eod.lib.4.& capit.vnico,num.30.* Ioan. Bapt.Lup. *dicto §.4.num.104.* Ita † vt si deficiat in vno solo nu- 39
mo,non releuet. Tiraq. *d.§.4.gloſ.6.num.23. faciunt notata per* Ias. *in Auth.qui rem num.16.vers.contrarium, & ibi* Decian.*num.18.C.de sacrosanct Eccles.*& in terminis de quibus loquimur,hoc dixit Foller. *d.num.49. &* Felic. *d.num.3,& Mediolanensi decis.18. num,31.lib.2.* Intrigliol. *in d.tract.quæst.75.num.1. & seqq. &* Rota *coram* Illustriss.Cardinali Ludouisio, 4. *Iunij*,1600. *in illa Romana census,quæ est post tract.dec.295.num.5.& in illa Lauretana bonorum,6. Iunij* 1611.*coram eod.quæ est ibidem dec.295.n.*..[Quod procedit etiam quod ponens protestetur, quod sit sibi saluum ius redintegrandi depositum, quatenus defectuum reperiretur, vt firmat Peregr.*cons.75.n.55.& 105.lib.4. sequitur* Giurb. *d.dec.87. num.15.ad fin.*]

Quod † procedere etiam in rustico, muliere, mili- 40
te,& minore dicit Felic.*d.tomo 2.& lib.4.cap.vnico, sub num.2.vers.procedit etiam post* Foller.*in d.verbo, instrumentum gratiæ,n.53.& voluit etiam* Intrigl.*d. tract.q.79. num.1. & seqq.*

Non esset † tamen illis deneganda restitutio in in- 41
tegrum,si credimus Oddo.*in suo tract.de restit.in integr. par.2.q.89.art.1.n.14.&* Caroc. *in tract. de depos. par.2. quæst.13.*

Integritas † autem depositi consideratur non solum 42
respectu ipsius pretij census, & sortis principalis,quæ regulari debet ab eo quod fuit erogatum in emptionem census præfati,cum tale pretium nec minui, nec augeri possit,ita disponente, Pio V. *in d.sua Bulla super censib.in vers. declarantes, &c. & sentit* Rota *coram* bon mem. Iusto, *in illa Romana annuæ responsionis,30. Octobris*, 1602. *quæ est impressa in fine tract.151. in fine,* sed etiam respectu fructuum decursorum, & non solutorum pro rata temporis,iuxta *not.per* Couar.*var.resolut.lib.1.cap.15.num.9.&* 10. Tiraq. *d. tract.de retractu Consuet.§.4.gloſ.4. num.1.* Cagnol. *in l.2. C.de pact.int. empt, & vendit.num.71.& in puncto dixit* Foller. *in d.sua pract.censuali,in verbo,huiusmodi,num.59.*Decian.*cons.2. num.160.lib.1.*Felician.*d.tomo 1.lib.4.capit.vnico, num.2. in fine,*Mart. Ant. Peregrin. *cons.99. num.2.& seq.lib.1.* Mich.Salon.*in d.suo tract.de contrac.& commerc. human. in tit.de censib.art.3.controuers.18. num.11.vers.dico tertiò in fine, & dixit* Rota *coram* R.P.D.meo Vbaldo,*in illa Anconitana censuum,24. Maij* 1613. *quæ est post tract.at. dec.84.n.14.& coram* Illustriss Cardinali Ludouisio, 4. *Iunij*,1600.*in illa Romana census,quæ ibidem est dec.295. n.5.*[Et bene confirmauit in vna *Romana domorum* 17. *Iunij*,1611. *coram* Cardinale Sacrato, *quæ est post tract. dec.354.n.1.& seqq.*

Non tamen posset impugnari depositum sub prætextu, quod non sit integrum, quando debitor deposuit summam petitam ab ipsomet domino census, licet ipse esset debitor in maiori summa: nam deponendo summam petitam à creditore, dicitur integrum debitum deponere ad effectum, vt liberetur à cursu fructuum census, vt fuit dictum in vna *Macera-* *tensi census coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano,24.

no,24.*Ian.*1601.*quæ inter eius dec. impress. est dec.*15.*n.*2.]

43 Sed posset † in dubium reuocari, An deponi debeant fructus decurrendi etiam per duos menses post factam disdictam census. In qua dubitatione licet negatiuam sententiam amplexus fuerit Steph.Grat.*Disceptat. Forens.tom.*1.*cap.*8.*n.*30.*& seq.* ea ratione, quia aliàs sequeretur, quod in contractu census esset permissa anticipata solutio, quam esse prohibitam etiam si fiat de consensu ipsarum partium ipse dicit auctoritate Hond. *cons.*30.*libr.*2 & nos diximus *supra par.*2.*cap.*1.*q.*1.*art.*2. Affirmatiuam tamen opinionem videtur amplexa Rota *coram* Illustriss. Cardin. Lancelloto *in vna Romana Saluiani interdicti*, 21. *Martij*,1620. *quæ est est impressa post tract. dec.*282.*n.*5. quam Ego quoque libentissimè amplector, ducto argumento à societate officij, cum quo ad hunc effectum inter hos contractus magna videatur esse affinitas,& similitudo,tum quia sicut in so-
44 cietate officij dissoluenda † non sufficit nuda voluntas sociorum,sed est necessaria expressa renunciatio, & vt dicunt disdicta alias duraret durante vita sociorum, vt demostrat Castracan.*in suo tract. de societ offic. cap.* 55. *n.*9. *cum seq.* ita etiam census non resoluitur nuda voluntate, sed requiritur pro forma quod ista voluntas denuncietur, & notificetur domino census, vt dictum est,*supra hac eadem q.*3.*art.*1.*n.*20.*& hoc eod.art.*9.*num.*1. tum quia sicut in societate officij quando ea est dissoluenda per restitutionem pecuniarum in societate po-
45 sitarũ, † solet per contrahentes præfigi terminus quindecim dierum ad faciendam dictam disdictam,Boccac. *in suo tract.de societ.offic.n.*164.Castracan. *in simili tract. cap.*57. *n.*1.*& infra*,ita in contractu census talis terminus fuit per Pium.V. *in sua Bulla super censibus in vers. cum verò traditione pretij, &c.* præfixus vt sit duorum mensium ; tum demum, quia sicut in societate officij
46 societas durat † durante termino dictorum quindecim dierum,Put.*dec.*68. *lib.*3. Hond. *cons.*38. *num.*11. *lib.*1. Castracan.*d.tract.cap.*61.*n.*1. Boccac.*eod. tract.n.*15. Ita etiam in censu, quod durante termino dd. duorum mensium post illius disdictam debeat census durare,& per solam disdictam non dicatur extinctus, & redemptus,non obscurè nobis declarauit Pius V. *in d.vers.cum verò*, nam dum ibi Papa mandat dictam denunciationem esse faciendam per bimestre, antequam census sit extinguendus per pretij traditionem, necessariò supponit quod intra illud bimestre census viuat. [Et satis apertè declarauit Rota *in illa Anconitana census*, 24. *Maij*, 1613.*coram* Reu.P.D. meo Vbaldo, *quæ est post. tract. decis*84. *n.*16. dum ibi fuit resolutum depositum quoddam factũ pro census extinctione non esse integrum, ex quo non fuerãt depositari fructus pro bimestre, pro quo fuerant facta disdicta, non tamen fuerat verè census extinctus, & redemptus. Si enim propter solam disdictam census remansisset extinctus pro integritate depositi, non fuisset opus deponere fructus decursos pro illo bimestre primæ disdictæ.] Vnde sicut in societate officij durante termino dictorũ quindecim dierum debentur fructus, vt dicunt *Put. Hond. Castr. & Boccac.*in locis proximè allegatis, hoc idem concludendum est in contractu census, quod debeantur fructus etiam pro illis duobus mensibus,qui debẽt præcedere census redemptionem. Et propterea cùm durante dicto bimestre fructus census debeantur donec realiter, & cum effectu pretium illius numeretur, & soluatur in manibus domini census, & fiat renenditio,vt diximus *supra hac* 3.*q.art.*1. *nunc. q.*103. sequitur quod volens illum per traditionem pretij extinguere, teneatur non solum deponere sortem ipsam principalem, & fructus decursos vsque ad diem factæ denunciationis, & non solutos, verum etiam decurrendos per dictos duos menses, aliàs depositum non poterit dici integrum, nec suffragabitur.

Nec videtur vrgere quod eo casu diceretur fieri anticipata solutio, quia cùm census non extinguatur nec per denunciationem, nec per depositum sed per pretij numerationem,& renenditionem,vt dictum est,vtique quando census per receptionem pretij,& illius reuenditionem extingueretur fructus qui soluentur etiam pro illo bimestre erunt iam debiti, & maturi ; & non erit verum dicere quod fiat solutio anticipata;maximè quia sicut dominus census potest differre illius reuenditionem vsque ad finem dictorum duorum mensium, ita etiam debitor volens redimere non cogitur facere depositum tempore quo declarat se velle facere redemptionem, sed potest illud differre vsqiad finem dictorum duorum mensium,vt dicemus *infra in fine huius 9.art.n.*47.*cum duobus seq.* & sic eo tempore depositum fier de fructibus non anticipatis, sed iam maturis, & debitis.

Non inficior tamen quod si dominus census realiter,& cum effectu ante finem dictorum duorum mensium recipiat pretium census non poterit integros fructus duorum mensium percipere, sed tantum pro rata temporis illucusque decursi, aliàs reciperet fructus ex censu iam extincto, quod non licet:cum illo extincto non possint amplius ex eo currere aliqui fructus, *argum. l.eius qui in prouincia, ff.si cert. pet. & supra* sæpius dictum fuit. Nam † licet debitor census teneatur per 47
dictos duos menses perseuerare in casu hoc tamen procedit, quatenus dominus census intra dictos duos menses pretium recipere nolit, vt post alios declarat Martin. Boccac. *in suo tract. de contract. disput.*3. *q.*4. *puncto vnico,num.*40. *vers. circa prædictam*, ibi, *Ego verò existimo* [*vt declarauit* Rota *coram Seraphin. dec.* 1417. *num.*2.] Et propterea,si pretium ante lapsum dictorum duorum mensium recipiat, expirat census quo finito, fructus amplius deberi non possunt, vt dicemus *infra hac* 3.*p.c.*2 *n.*1.*&* 2.

[Vt autem clarior reddatur resolutio dubitationis propositæ supra hoc *eod. art.n.*43. An pro integritate depositi vltra sortem principalem sint etiam deponendi fructus, pro duobus mensibus disdictæ quos casus considerandos esse existimaui.

Primus est quando depositum sortis principalis fit tempore disdictæ in principio duorum mensium, & eo casu non esse de necessitate deponere fructus decurrendos pro dictis duobus mensibus arbitror. Quia cùm sit in facultate domini census recipere sortem, etiam durante dicto bimestri,vt dictum est *hoc eod.n.*47.& sic tempore depositi sortis principalis ille, qui vult censum redimere non solum non sit certus de quantitate sui debiti occasione fructuum pro dictis duobus mensibus,immo eo tempore nec fructus dictorum duorum mensium nec etiam sortem principalem soluere teneretur. Sed hæc omnia solum in fine duorum mensium præstare deberet, vt dixit Rota *coram* Aldobrandino *in vna Romana pratensorum fructuum census* 9. *Martij* 1584. *quæ est post tract. decis.* 449. *numero* 2. & proinde non tenebatur illos deponere cum anticipatè non debeantur. Et in terminis possunt saluari dicta per Gratian. *disceptat. forens. tomo* 1. *cap.* 8. *numero* 30. *& seq.* dum dicit non esse deponendos fructus pro dictis duobus mensibus ea ratione, quia in contractu census per constitutionem Pij V. super Censibus sit prohibita anticipata solutio fructuum. Secundus casus est quando volens redimere censum non facit depositum sortis principalis tempore intimationis, & disdictæ, sed differt illud vsque ad finem duorum mensium, prout differre posse firmauimus in *tract. hoc eod. art. numero* 54. *& seqq. & dixit* Rota *in dicta Romana pratensorum fructuum census d.numero*2. Et cùm hoc casu iste sit certus de suo debito tàm respectu sortis, quam respectu fructuum,etiam pro dictis duobus mensibus,*vt dictum est in tract.hoc eod. art. sub.n.*64. *vers.* non videtur.Si non deponat etiam fructus pro dicto bimestri depositum

non

non erit integrum, & proinde subiacebit vitio nullitatis, & in his terminis procedit opinio affirmatiua, & conclusio hic in tract. firmata.]

48 Quod † si summa vel respectu sortis, vel respectu fructuum non sit liquida, & propterea depositum non possit fieri de certa quantitate, ne reprehendi possit quod non sit integrum, vltra depositum certæ quantitatis debet etiam præstari cautio cum fideiussoribus de supplendo quidquid deficere constiterit, vt per tex. in *l. statuliber rationem, ff. de statulib. dicit* Ioan. Bapt. Lup. *dict. §.4. num.104. ad fin.* Franch. Milanens. *decis. Regn. Sicil. 18. num.28. & seq. lib.2. sequitur.* Felician. *d.tom.2. lib.4. cap.vnico. n.3. vers. denique*, vbi pro hoc articulo remittit se ad Barbos. *in l. diuortio, §. vir. par.2. num.13. ff. sol. matr. alios allegat* Alex. *cons. 24. num.9. lib.4.* & Caroc. *in tract. de oblat. part.1. de oblation. verbal. quæst. 1. num. 14.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. vol.1. lib.3. in tit. de oblation. resolut. 1. num.1. vers. quintò non procedit.*

Et licet Rota Genuens. *dec.164. n.2.* asserat hanc fideiussionem non esse necessariam quando debitum est turbidum, & intricatum ex not. per Bart. *in l. creditor sub n.4. vers. & prædicta vera, ff. de distract. pign.* Et hæc sententia in casu isto verior videatur *ex not. per* Rip. *in l. si se non obtulit. §. ait prætor, n.8. vers. sic ego aliter. ff. de re iudic. cum aliis allegatis à* Trentacinq. *vbi supra vers. secunda resolutio.* Cum debitor census dum volens illum redimere, si non est certus de suo debito, vel respectu sortis, vel respectu fructuum deponendo aliquam certam summam, & offerendo residuum, facta liquidatione, non agat de constituendo creditorem census in mora, vt lucrum consequatur sed vt ipse damnum euitet, & retardet cursum vsurarum, vt distinguit ibi Rip.

Ego tamen consultius facturum existimo debitorem census si talem fideiussionem præstet, maximè si non sit dives, & valdè idoneus, nam propter idoneitatem, & diuitias liberatur à dicto onere præstandi fideiussorem, vt considerat Alex. *in d. §. ait prætor. num.2. vers. sed istud & infra, & alij relati per* Trentacinq. *d. vers.* secunda resolutio. Dives enim, & idoneus regulariter satisfacit absque præstatione fideiussoris, si se obliget cum hypotheca suorum bonorum, vt post multos, quos allegat pro communi affirmat Pyrr. Maur. *in tract. de fideiussor. part.2. sect.4. quæst.20.*

49 Quartò † depositum vt afficiat debet fieri penes idoneam personam, Tiraq. *d. §.4. glos.7. n.11.* Bon. *d. tract. art.98. num.131.*

50 Quintò † ad effectum vt depositum suffragetur & sit releuans debet fieri in loco, & tempore in citatorio ne expressis, aliàs deponenti non suffragaretur, vt admonet post alios Ioan. Bapt. Lup. *d. §.4. num. 112. & seqq.*

51 Et † in summa debet habere omnes qualitates, & circumstantias, quas desiderant Scribentes in legitimo depositi, iuxta ea quæ adnotat Menoch. *de arbitr. il. dic. quæst. casu 232.* Foller. *in d. verbo, instrumentum gratiæ, n.46. cum multis seq. vsque ad n.59.* Cassan. *cons 41. n.18. & seqq.* Boccac. *in d. suo tract. de censib. par.2. n.116. vsque ad num.123. latissimè post alios,* Vinc. Carocc. *in d. suo tract. de deposit. Quibus addi potest loquens in puncto* Ludou. de Auend. *in tract. de censib. Hispan. cap.102. n.9. cum seqq.*

52 Depositio † autem per debitorem census illum redimere volentem legitimè facto, illud notificabit domino census, vel alteri legitimæ personæ pro eo, qua notificatione, & illius relatione legitimè exequùta si dominus census vltra duos menses à die primæ denunciationis, & dissidiæ inchoandos recuset, vel differat facere reuenditionem census, illius debitor liberatur ab onere soluendi responsionem censualem [Gloss. *in l. solutionem 23. & ibi* Bart. *num.1. &* Castr. *num.3. ff. sol. matr.*] Foller. *in d. verbo, instrumentum gratiæ, num.58.* Bon. *in d. suo tract. de censib. art.38. n.116.* Felician. *d. tom.1. lib.4. cap. vnico, n.2. & n.3. vers. cuius rei argumento, & tom.2. eod. lib.4. & cap. vnico, n.1.* Mich. Salon. *d. controuers. 18. num.11. vers. dico secundo, & vers. dico tertio; & resolut* Rota *coram* b. m. Iusto, 9. *Aprilis*, 1601. *in illa Romana census, quæ est post tract. dec.131. n.1. &* coram eodem, 18. *Martij*, 1602. *in illa Romana census, quæ ibidem est dec. 132. per tot. & in illa Romana fructuum census*, coram eodem, 9. *Aprilis*. 1606. *quæ est ibid dec.61. n.2. & seq.* Nam † depositum legitimè factum habet vim extinctionis census ex actu retrosimili, vt fuit de mente Rotæ *coram eod.* b. m. Iusto, *in illa Anconitana census*, 16. *Februarij*, 1604. *quæ est ibidem decis. 277, n.10. & seq.* 53

Depositum † autem istud fieri potest quandocumq; intra terminum duorum mensium post factam disdictam census, & denunciationem quod debitor vult illum redimere siue fiat in principio dictorum duorum mensium, siue in medio, siue † etiam in fine, cùm non desinant currere fructus census à die facti depositi, sed ab vltima die dictorum duorum mensium, vt fuit resolutum in Rota *coram* Seraph. *dec.1413. num.2. part.2.* dummodo † fiat intra illud bimestre, vt sentire videtur Rota *coram* b. m. Iusto, *in illa Anconitana bonorum*, 16. *Februarij*, 1604. *quæ est post tract. dec.177. n.8. & coram* R.P.D. Dunozet. 25. *Nouemb.* 1613. *in illa Ianuensi census, quæ est ibid. dec.173. n.4. & coram* Seraph. *d. dec.1413. num.2.* 54 55 56

[Sed potest dubitari. An facto depositio illud debeat intimari domino census, in qua dubitatione verior videtur pars negatiua cùm enim antequam deueniatur depositum ille sit citandus ad recipiendum pretium census, & censum reuendendum, aliàs ad videndum mandari de illo fieri depositum, vt dictum est supra hoc *eod. art.9. num.21. & seqq.* existente domino census contumaci in recipiendo vel remittendo, iura, fiet depositum, & Iudicis decreto penes personam ab ipso in suo decreto nominandam rogato notario actuario, & proinde debet dominus census inquirere in actis d. notarij, an sit factum depositum, & penes quem cum mediante illa citatione ad recipiendum, &c. esset certus depositum esse faciendum, vnde intrat regula, quod præsumitur scientia in eo, qui tenetur indagare, cum paria sint scire, & scire debere, vt in casu valde simili respondit Rota *coram* Illustrissimo D. Cardinale Caullerio, *in vna Rauennatensi census*, 13. *Iunij*, 1607. *quæ post tract. est dec.162. n.1. & 2. vbi n.4. & 5.* afferuntur aliæ rationes. Videlicet quod licet in quolibet actu semper præsumatur quod scientia sit de substantia, non tamen est de substantia intimario, & denunciatio, quæ non est necessaria nisi in casibus in iure expressis, quæ expressio non legitur in Bulla Pij V. ædita super forma creandi census meritò concludendum est talem intimationem.]

Si † autem facto depositio pendente termino dictorum duorum mensium, vel pendente lite super reuenditione talis census, contingat mori dominum, & creditorem census, deber tale depositum notificari illius hæredibus, aliàs depositum factum citato eorum auctore illis non nocet, vt dicit Bon. *in d. suo tract. art.97. n.130. per tex. in l. si quis in finicitatus, & ibi not.* Bart. *ff. depos. & alia iura.* 57

Quibus † etiam hæredibus esse significandum ius competens debitori census ad illum redimendum, dicit idem Bon. *d. n.130.* & † vtile esse affirmat Foller. *in d. verbo, instrumentum gratiæ, n.47.* licet, & benè, neget id esse necessarium, ea ratione, quod † reuenditio ista debeat fieri ex iuris necessitate, quæ omnibus innotescit, Immo cum ista reuendendi necessitas, sit de substantia contractus censualis ex *d. Bulla* Pij V. *super censib.* & sæpius dictum fuit, eo ipso quod hæredes 58 59 60

præfati

præfati sciunt fuisse factum depositum pro dicti census redemptione, scire etiam debent se teneri ad illius renenditionem, vnde nulla necessitas cogere potest volentem redimere, vt notificet dictis hæredibus ius quod habet redimendi. Et hanc partem defendit Intrigl. *d. tract. q. 76. n. 6. & seqq.*

Sed adhuc circa hunc articulum contingit dubitari de nonnullis, & Primò, quid si depositum vt supra legitimè factum pereat ex eo forte quod depositarius decoxerit, vel ex alio accidenti, cuius periculo pereat.

61 Et † si dominus census iniustè, & absque legitima causa recusauerit renenditionem census, illi depositum periret, secus autem si iustam habuit causam recusandi, quo casu non sibi, sed deponenti periret, vt distinguunt Foller. *in d. verbo, instrumentum gratia, n. 50.* Io. Bapt. Lup. *d. §. 4. n. 103.* Boccac. *d. suo tract. de censib. part. 2. n. 116. el secunda* Felic. de Solis, *in dd. suis Commentar. de censibus tom. 2. lib. 4. cap. vnico, n. 6.* Quam sententiam amplexus etiam fuit Nicol. Intrigl. *vbi supra q. 76. per tot.* & probauit etiam Rota *coram* b.m. Iusto, 20. *Nouembris, 1602. in illa Romana census, quæ est post tract. dec. 298. n. 2.*

62 Nisi † aliter inter partes conueniatur, vel vtriusque partis mora considerari possit: nam primo casu periculum, & damnum quilibet sentiret iuxta formam conuentionis: secundo verò casu esset commune, vt Rota *in d. Romana census coram* b.m. Iusto, *proximè allegata, n. 2. & 3.*

Secundò dubitatur, An debitor census possit, postquam fecit depositum, illud liberè reuocare, & pecu-

63 nias depositatas reperere? Et † partem affirmatiuam existimat veriorem Foller. *in d. verbo, instrumentum gratia, num. 54.* & sequitur Felic. *dicto tomo 2. lib. 4. & cap. vnico, n. 4.* ex communi Scribentium traditione. Quam tamen dicit esse limitandam in aliquibus casibus, videlicet? Primò, vbi dominus census acceptauit depositum illique consensit. Secundò, vbi depositum fuit intimatum domino census, vt reciperet, & ipse non fuit in mora. Tertiò, si depositum fuit factum mandante Iudice. Hoc idem firmat Intrigliol. *d. tract. quæst. 80. num. 3. & Ludou. Auend. d. cap. 102. num. 16.* Quartò, si fuit factum de communi partium consensu, tam domini, & creditoris census, quam debitoris illius, vt notant Foller. *d. n. 54. & Felic. d. n. 4.*

[Extra dictos casus si depositarius restituat depositum deponenti consequitur liberationem & quod pecuniæ illæ depositatæ non essent deponentis sed alienæ, *vt resoluit* Rota *coram* R.P.D. Virile *in vna Romana depositi 16. Aprilis, 1627. quæ est post tract. dec. 475. n. 9.* vbi tamen *n. 14.* hoc declarat procedere si depositarius restituat sine dolo malo, nec suspicio culpæ adsit, & nisi aliqua causa intercedat, quare putari possit dominum pecuniarum eas reddi nolle deponenti, ita vt bona fides depositariis concurrat.

64 Si autem † debitor census in casibus permissis depositum repetat, non propterea censetur renunciare facultati redimendi censum, cum hæc facultas nec tacitè, nec expressè possit auferri, ita disponente Pio V. *in d. sua Bulla de censib.* Foller. *in d. verbo instrumentum Gratiæ, numer. 57.* Carocc. *de depos. part. 3. q. 58.* Ludouic. de Auend. *d. cap. 102. num. 17. sequitur* Felician. *d. cap. vnico, num 5.*

[Tertiò dubitat An depositarius debeat esse solicitus, & inuigilare, vt pecuniæ penes se depositatæ conuertantur in causam destinatam, & pro resolutione huius difficultatis considerandi sunt casus. Primus sit quando tempore facti depositi non fuit expressè actū quod pecuniæ illæ in hanc, vel illam causam erogentur, & hoc casu vera est opinio negatiua *l. fin. ff. de pignor. action.* Surd. *dec. 156. n. 1. & 5.* secundus est casus quando tempore facti depositi fuit expressè cautum in quam causam pecuniæ illæ deberent erogari, & eo casu si in aliam causam conuertantur depositarius male soluit, & non consequitur liberationem, vt per multa iura, & auctoritates ita distinguendo concludit Rota *in d. Rom. depositi n. 9. & 11.* Immo præsumitur adhuc depositum extare penes ipsum depositarium, *vt resolut* Rota *coram* R. D. Coccino Decano *inter eius decisiones impressas dec. 49. in fin.* Et hinc Rota alias resoluit quod si pecuniæ fuerint depositatæ ea lege, & conditione quod non possint amoueri sine consensu Titij, si Titio non consentiente ex dictis pecuniis ematur census, contractus emit nullus, quasi census fuerit emptus sine pretio, *vt in dec. 115. n. 1. & dec. 121. per totam post tract. nostrum de censib.* nam lex depositi debet adunguem obseruari, *l. is apud quem C. depos.* & quidem in forma specifica, & non per æquipollens. [Surd. *consil. 37. in 71. & con. 433. n. 34. lib. 3.* & depositarius exbursans pecunias non seruata forma depositi non dicitur exbursare, sed penes se illam retinere *l. pecuniam, ff. si cert. per.* Crau. *cons. 170. n. 8.* Tiraq. *ad l. si quando in verbo, Reuocatur, n. 277. l. de reuoc. donat.* Surd. *cons. 281. n. 1. lib. 3.* & proinde si in actu deponendi fit dictum quod pecuniæ depositatæ debeant integraliter conuerti in certam causam expressam non liberatur depositarius si in dictam causam erogetur dumtaxat pars dictarum pecuniarum, *vt dixit* Rota *in d. Romana depositi coram* R.P.D. Virile, *n. 12. auctoritate* Glos. *in l. obligatione, verbo totius ff. de solut. & aliorum.*]

SVMMARIA.

1 *Redemptio census probatur per publicum instrumentum.*

2 *Instrumentum publicum quod sit necessarium ad probandum redemptionem census, vult Farin.*
Contrarium defendit Auctor, num. 10. & seqq.

3 *Solemnitas eadem requiritur in contrahendo, & distrahendo.*

4 *Censualis contractus quod requirat instrumentum in sui creatione, defendunt aliqui, n. 6.*
Contrarium est verius, n. 11. & seqq.

5 *Solutio debiti debet probari iisdem modis, quibus probatur ipsius debiti constitutio.*

7 *Solutio debiti super quo est confecta publica scriptura, non potest probari minori numero quinque testium.*
Declaratur vt hoc procedat, quando in constitutione debiti partes conuenerunt vt de eo fieret publica scriptura, & non forent aliter contractura, n. 14.

8 *Probatio quæ sit per quinque testes, æquipollet probationi, quæ sit per publicam scripturam.*

9 *Resolutio contractus debet probari per publicam scripturam, vel per quinque testes.*
Intelligitur in contractibus, qui requirunt scripturam. num. 15.

11 *Census impositio probatur multis modis, remissiue.*

Redemptio Census, an de necessitate sit probanda per Instrumentum.

QVÆSTIO CXII.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 3. art. 10.

VT tandem huic tertiæ quæstioni extremam manum imponamus, reliquum est vt in hoc decimo Articulo videamus, quibus modis probari possit ea species extinctionis census, quæ per illius redemptionem explicatur. In quo articulo tota difficultas vide-

nit restricta, An ad probandum dictam redemptionem & extinctionem sit necessaria scriptura publica, quo discusso apparebit etiam, an huiusmodi redemptio probari etiam possit per alia genera probationum.

1 Quod † autem census redemptio probetur per publicum instrumentum reuenditionis census est tam clarum, quàm quod clarissimum; & voluit Rota *coram* bon.mem. Litta, 10. *Decembris*, 1613. *in illa Romana census, quæ est impressa in fine tractat. decis.*271. *num.*3. sed difficultas versatur, an huiusmodi instrumentum
2 sit de necessitate probationis; & quod † omnino necessarium consuluit Farinac. *conf. crimin.*112. *num.*1. *& 2. lib* 2. qui hanc partem pluribus confirmare, & comprobare conatur, & hisce potissimis rationibus, & fundamentis.

3 Primò † quod eadem solemnitates requirantur in contrahendo, & distrahendo *l. prout quisque ff. de solut. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur.* Bald. *conf.*220. *n.*1. *lib.* 1. Ofasch. *dec. Pedem.*53. *n.*11. *vers. ad hoc facit regula.* Sed
4 in † contractu censuali tempore impositionis, & venditionis census debet de necessitate confici publicum instrumentum, manu publici Notarij, Bocc. *in suo tract. de censib. per.*1. *n.*94. *& par.*2. *n* 189. & 190. Ergo erit quoque de necessitate conficiendum super illius dissolutione, & resolutione.

Secundò pro eadem sententia adducitur hæc alia
5 ratio, quæ superiori non est admodum dissimilis † iisdem modis debet probari solutio debiti, quibus probatur ipsum debitum, & illius creatio, & constitutio. Dec. *in d. l. nihil tàm naturale, n.*3. *ff. de reg. iur.* Tiraq. *de legib. Connub. glos.*5. *n.*13. *ad fin. vers. & eodem modo.* Sed
6 in † contractu censuali ad probandum illius constitutionem, & venditionem requiritur scriptura publica saltem ex legis dispositione, *l. Census, ff. de probat. per quem tex. ita dicit* Bald. *conf.*210. *num.*1. *lib.*1. ergo, &c. ex qua ratione sequitur aliud fundamentum. Quod quatenus ad probationem redemptionis census non sit necessarium publicum instrumentum, sed possit
7 etiam fieri per testes, † non satis erunt duo testes, sed de necessitate debebunt adhiberi quinque, per regulam *l. testium*, & ibi notant communiter Scribentes *C. de testib.* videlicet, quod vbi creditum est redactum in scriptis, illius solutio non possit probari minori numero quinque testium, quod notat etiam Specul. *in tit. de testib.* §. *restat, n.*1. *vers. item cum quis*, Nepos de Monte Albano *in suo tract. num.*84. Federic. Schench. *in simili tract. n.*84. Crott. *in cod. suo tract. n.* 226. *vers. aliquando & alios refert* Farinacc. *d. conf.*112. *n.*1. *& 2.* sed super contractu census vt plurimum confiteatur publica scriptura, vel ex iuris necessitate, vt mox dictum est, vel saltem ex contrahentium voluntate: ergo ad probationem dissolutionis, & redemptionis census erunt necessarij saltem quinque testes, & propterea perin-
8 de est, ac si requiratur scriptura publica, cum † probatio quæ fit per quinque testes æquipolleat probationi quæ fit per publicam scripturam, & per instrumentum manu publici notarij confectum ex not. per Doctor. *in d. l. testium, & per* Gloss. *in oprimam, Cod. de contraben. stipul.* Vnde statuto requirenti probationem per instrumentum publicum, satisfit si probatio fiat per quinque testes, Matsill. *in suo singul.*157. Mascard. *qui alios refert, in tractat. de probat. vol.* 3. *concl.* 1237. *num.*21.

9 Quartò, † hæc eadem opinio videtur quod possit confirmari ex theorica; quam attulimus *supra part.* 2. *cap.*2. *quæst.*4. *art.*6. *nunc quæst.*87. *num.*10. vbi *ex* Bald. *consil.*415. *lib.* 2. *relato ab* Ofasch. *decis. Pedemont* 53. *num.*15. *vers. contrarium tamen dicebamus*, quod licet vbi agitur de confectione contractus sufficiat fieri probationem per duos testes; attamen quando agitur de contractus resolutione, solutio sit probanda vel per publicam scripturam, vel per quinque testes, quæ probationes æquipollent, vt mox dictum est, & propterea cum in hoc articulo agatur de extinctione, & resolutione contractus censualis, videtur quod solutio sit probanda vel per publicam scripturam, vel per quinque testes.

Quibus tamen non obstantibus contrariam sententiam veriorem esse existimo, quod scilicet, ad probandam redemptionem census non sit necessarium publicum instrumentum, sed sufficiat quodlibet aliud legitimum probationis genus, quod videtur iustificari in primis ex eademmet regula qua principaliter innititur Farinac. *d. conf.*112. dum contrarium defendit, videlicet, quod iisdem modis probatur solutio, quibus probatur debitum, & illius creatio, & constitutio. Tiraq. *d. glos.*5. *n.*13. *in fine.* Nam † sicut constitutio, & 11
creatio census potest probari non solum per publicum instrumentum, sed multis etiam aliis modis, prout deductum fuit latè *supra q.*43. *aliàs part.* 1. *cap.*4. *per tot. max. n.* 13. *& seqq.* eisdem etiam poterit probari illius redemptio, & maximè per testes, cum probatio quæ fit per testes sit cæteris firmior, & validior. Abb. *in rubr. ext. de testib.* Felin. *in rubr. ext. de fide instrum. n.*1. *latè exornat* Mascard. *in suo tract. de probat. vol.*1. *q.*5. *n.*3. *cum multis seqq.* & probationi, quæ fit per publicum instrumentum anteponi debeat, *vt est tex. in cap. cum Ioannes, § porro, ext. de fide instrum. & deducit* Mascard. *vbi sup.*

Quibus addi potest, quod cum in iure receptum sit quod in aliquibus casibus, & negotiis sit adhibenda scriptura vel pro substantia actus, vel pro illius validitate, quos casus congerit *gl. in cap.*1. §. *postquam, in verbo, inscriptis, de censib. lib.*6. *& alij, quos refert* Franc. Hercul. *de probando negatiu. n.*95. cum inter istos casus non enumeretur quod redemptio census debeat in scriptis celebrari, videtur satis verisimile, quod in huiusmodi redemptione nec pro illius substantia, nec pro eius validitate sit de necessitate conficienda publica scriptura, & quod proinde talis redemptio possit per quodlibet legitimum probationis genus iustificari. Quæ Conclusio multò verior apparebit ex responsionibus, quas ad contraria statim afferemus. Non obstant igitur ea, quæ pro contraria opinione fuerunt allegata. Nam † ad primum quod in Consti- 12
tutione census requiratur scriptura apparet responsio ex iis quæ diximus *supra dicta parte* 1. *capit.* 4. *sen quæst.* 43. *vbi auctoritate* Rotæ, *& aliis demonstratum fuit* Pium V. *in sua Bulla super censibus*, non requirere quod in creatione, & constitutione census de necessitate conficiatur publicum instrumentum, quæ hic non repeto.

Ad id † autem quod pro secundo fundamento assu- 13
mebatur ex *l. census, ff. de probat. per* Bald. *conf.*220. *lib.*1. respondetur primò, quod in hoc Bald. est sibi ipsi contrarius, nam in *d. l. testium, vers. sed vt dixi, C. de testib.* firmat, quod in contractibus, qui ex iuris dispositione requirunt scripturam (qualem esse contractum censualem, dicit *d. conf.*220.) solutio potest probari per duos, vel tres testes. Ergo super eius dicto nullum fieri potest iuridicum fundamentum, *l. qui contraria de testib.* Secundò respondetur, quod *d. l. census, &* Bald. *in d. consil.* 220. qui ea utitur, loquitur in censu retentiuo, non autem in censu consignatiuo de quo nos agimus, quos census valdè inter se differre docuimus, *supra d. par.*1. *cap.*1. *q.*4. *art.*6.

Ad illud † autem quod tertio loco afferebatur, scili- 14
cet, quod quando debitum est redactum in scriptis solutio sit necessariò facienda, vel per publicum instrumentum, vel per quinque testes, & non sufficiat minor numerus testium, respondetur hoc procedere quando in creatione, & constitutione debiti fuit inter partes conuentum, quod de eo cõficeretur publica scriptura,

&

& publicum instrumentum, & contrahentes non forent aliter cõtracturi, vt animaduertit Bald. *d. cons. 220. n. 1.* Crot. *in d. suo tract. de testib. n. 226. vers. aliquando.* Quod non contingit in proposito nostro articulo, licet enim ex partium voluntate tempore impositionis, & venditionis census, vt plurimum conficiantur publica instrumenta, hoc tamen non accidit ex eo, quod contrahentes nolint aliter contrahere, quam in scriptis, sed vt facilior sit huius contractus probatio, *argumen. l. contrahitur. ff. de pignor.*

Ad quartum † verò, & vltimum respondetur, quod *Bald. & Ozasch.* in contrarium allegati, loquuntur in iis contractibus in quibus ab initio tempore eorum celebrationis requiritur scripura publica, quod non contingit in contractu census, in cuius impositione, & venditione non esse necessariam scripturam diximus *supra, & d. part. 1. c. 4. seu q. 43.*

SVMMARIA.

1 *Dispositio facta ob certam causam ab illa recipit determinationem.*
2 *Alimenta relicta ob certam causam illa cessante, amplius non debentur.*
3 *Dispositio quælibet restringitur ad suam causam.*
5 *Maximè si sit causa finalis.*
6 *Census impositus soluendus ad certam causam, extinguitur deficiente causa.*
Intelligitur de censu gratis concesso, non de eo, qui fuit pretio emptus, num. 18.
7 *Decimæ non debentur Rectori Ecclesiæ, si Ecclesia ipsa funditus subuertatur.*
8 [*Relictum annuum factum Ecclesiæ pro officio in illa celebrando cessat si dicta Ecclesia destruatur.*
9 *Relictum annuum factum hospitali pro alendis ibi pauperibus, destructo hospitali, cessat.*
10 *Census constitutus pro alicuius personæ alimentis, illa mortua, extinguitur.*
11 *Alimenta finiuntur morte alimentandi.*
12 *Concessio facta ob causam ab illa restringitur, & limitatur.*
13 *Relictum filio spurio pro alimentis non transmittitur ad hæredes eius.*
14 *Status Perus. rubr. 42. lib. 2. declaratur.*
15 *Vncia relicta spurio censetur tanquam quid stabile data illi loco pignoris pro alimentis.*
16 *Spurius vnciam sibi datam non transmittit ad hæredes.*
17 *Alimentandus ex fructibus censui si per plures annos fuerit alimentatus ab eo, qui censum ad dictum effectum constituit, non potest illo tempore fructus censui repetere.*

Census extinguitur, si cessat causa ob quam fuit concessus.

QVÆSTIO CXIII.

aliàs par. 3. cap. 1. qu. 4.

EXtinguitur etiam census, si cesset causa propter quam fuit constitutus, & alteri concessus. Nam 1 † dispositio facta ad aliquam certam causam, & in ipsa dispositione expressam determinatur secundum illam, *leg. Sæio amico, ff. de annuis legat.* Vnde si † alicui fuerint relicta alimenta ob aliquam certam, & determinatam causam, cessat obligatio soluendi illa quam primum cessat causa ex qua relicta sunt, *d. leg. Sæio amico,* Soc. Sen. *cons. 68. num. 1. lib. 1.* Dec. *cons. 621. in princ.*

Nam † regulare est, quod omnis dispositio restringi debeat ad suam causam, & ab illa determinetur *l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2.* Surd. *in suo tract. de alim. tit. 5. quæst. 5. num. 5.* & quod † cessante causa cesset 4 etiam illius effectus, *l. adigere, §. quamuis ff. de iurepatron. cum aliis apud* Tiraquel. *in suo tract. de cauſ. ceſſan. part. 1. num. 12. & seqq.* Maximè † si causa illa fuerit fi- 5 nalis latissimè, idem Tiraq. *in eod. tract. par. 2. limit. 1.*

Et propterea † si census ab antiquo impositus, & 6 constitutus sit super suis bonis soluendus ob defensionem castri, & fortalitij, si castrum, vt fortalitium illud radicitus destruatur, ita vt non possit contingere, nec dari necessitas illud defendendi, & tuendi, census quoq; extinguitur, & amplius solui non debet. Rom. *cons. 417. num. 4.* Crau. *cons. 318. num. 18. & cons. 499. num. 21. lib. 3. refert* Tiraq. *loco proximo citato, par. 1. num. 217.* [Mantic. *de tacit. lib. 17. tit. 7. num. 36. qui pro hac sententia præter Roman. d. cons. 417. allegat* Mastrill. *ad rubr. ff. de fideiuſſor. quæſt. 51. ſub num. 222. poſt. med. & in l. vn. num. 23. ad fin.* C. *de rapt. virgin.*] *& nos diximus supra par. 1. cap. 1. q. 4. art. 2. seu q. 6. num. 33.*

Prout † in simili videmus, quod si Ecclesia, cui de- 7 cimæ debentur, subuertatur, & funditùs corruat, ita vt amplius in ea sacramenta administrari non valeant, decimarum quoque præstatio censetur remissa Paul. de Castr. *cons. 38. libr. 1.* Crau. *d. cons. 499. numero 20. lib. 3.*

[Ad quod facit etiam id, † quod notat Gemin. *in* 8 *cap. licet canon in prin. num. 7. de elect. in 6. & sequitur* Felin. *in cap. cum dilecta col. fin. num. 97. in fin. de rescripti. &* Marsil. *ad l. vnica num 19. C. de rapt. virgin.* Quod si sit legatum certum quod annuum pro officio in certa Ecclesia celebrando, destructa Ecclesia, legatum illud expirat, & amplius non debetur ob quam rationem Ludou. de Casanat. *cons. 26. num. 24.* concludebat legatum factum Monasterio Cartusiensi extinctum esse, quia illud Monasterium de Cartusiensi effectum fuit Carmelitanum.

Quod idem † procedere dicunt præfati Doctores 9 in legato annuo facto pro alimẽtis pauperib. in certo hospitali dandis & præstandis, quod destructo hospitali, amplius non debeatur sed extinguatur.

Prout generaliter † si census constituatur, vel con- 10 stitutus assignetur alicui, vt ex illius fructibus alimenta percipiat, defuncto alimentario debet etiam cessare obligatio soluendi fructus ex illo censu: nam † cum 11 alimenta morte alimentandi, extinguantur, & finiantur *l. cum ij §. modus ff. de tranſact. l. Mela in prin. ff. de alimen. & cibar. legat.* Menoch. *cons. 184. num. 8. lib. 2.* Ceph. *cons. 671. numero 30. lib. 5.* Ita etiam debet finiri, & terminari obligatio soluendi fructus census ad dictam causam alimentorum assignati. Nam † concessio facta 12 ob certam causam debet ab illa causa restringi, & limitari *l. cum pater §. dulcissimis. ff. de legat. 2.* & in propriis terminis, quod concessio facta pro alimentis expiret, & finiatur, cessante causa alimentorum firmarunt Bald. *in leg. eam quam num. 41. C. de fideicom. & aliis supra allegatis.*

Et hinc inferunt Scribentes, † quod si filio spurio 13 pater aliquid relinquat pro illius alimentis, illud non sit transmissibile ad hæredes dicti filij spurij, sed mortuo illo, reuertatur ad ipsum patrem; vel illius hæredes Glos. *in d. l. cum ij, §. si vni ff. de tranſ.* latè Dec. *consil. 311. num. 3.* Calcan. *cons. 59. num. 11. in fin. & subscribentes ad ipsum cons. 60. num. 3. & cons. 62. sub num. 17.* Alex. *pro communi cons. 74. sub num. 6. vers. nec. dicat lib. 3.* Crauet. *cons. 602. num. 12. lib. 4.* Menoch. *de arbitr. iud. cas. 169. num. 10 vers. & differt hæc iuris sententia, cum aliis cumulatis à* Gabr. *in tit. de alim. concl. 2. num. 20. &* Par Crass. *in tract. de ſucceſſion. §. legatum quæſt. 6. num. 2.*

14 Et † hæc conferunt ad intellectum Statuti *Perusini sub rubr. 42. lib. 2.* dum ibi disponitur, quod pater naturalis teneatur, & debeat relinquere filio spurio duodecimam partem suorum bonorum loco alimentorum, quod illa vnica non acquiratur perpetuo dicto spurio, sed eo defuncto, debeat redire ad partem, vel illius hæredes, vt concludit Honded. *cons. 95. numer. 66. & seqq. lib. 1.* & Ego pluries in contingentia
15 facti defendi. Nam tale † relictum, vt quid stabile censetur datum spurio loco pignoris pro alimentis, vt post Bartol. & Rebuff. *tradit.* Anton. Corduba *ad leg. si quis à liberis*, §. *idem rescripsit numer. 71. ff. de li-*
16 *beragnosc. vbi numer. 79. subdit* quod † spurius illud nec alienare, nec ad hæredes transmittere poterit. Sed fuit aliquando dubitatum an si alimentarius dictos annuos census sibi pro alimentis assignatos non fuerit
17 consecutus nec illos exegerit; † possit postea pro tempore præterito exigere, & repetere. Et cum huiusmodi articulus fuisset in Rota propositus, & pluries discussus, in vna causa Romana pecuniaria fuit per plures decisiones resolutum cum distinctione. Quod quatenus iste alimentarius consecutus fuit alimenta ab eo, qui dictos fructus censuales pro illius alimentis concesserat ipse non possit illos vlterius repetere, secus si fuit ab illo alimenta consecutus: Et ita fuit bis resolutum coram Reuer. P. D. Dunozetto, *videlicet* 14. *Iunij* 1619. *& 26. Nouembris* 1620. *vt post tract. dec.* 437. *& 438. & rursus fuit idem his confirmatum coram* R. P. D. Verospio, *videlicet* 5. *Iulij*, *& 8. Nouembris* 1621. *quæ sunt ibid. dec.* 439. *& 440.*

Quod procedit etiam, quod ex cementis dicti fortalitij, seu Ecclesiæ alterum fortalitium, & altera Ecclesia in eodem loco reædificetur, nam cum illud non possit dici idem fortalitium, & eadem Ecclesia: sed aliud, & alia diuersa, vt dixi *in tract. par. 3. cap. 1. quæst. 1. art. 3. seu q. 101. n. 15.* vtique obligatio semel extincta amplius reuiuiscere non potest *l. qui res*, §. *ream. ff. de soluendo ex causa in fin. C. de remiss. pign.* Crauet. *consil. 193. num. 10.*

Et proinde census, cuius solutionis obligatio ob destructionem fortalitij, seu Ecclesiæ penitus cessauerat per nouam refectionem, & reædificationem reuiuiscere non potest. Licet secus esset si fortalitium illud, & illa Ecclesia non fuissent funditus destructa, sed particulatim refecta, scilicet vno tempore pro vna parte, & alio tempore pro alia parte & nunquam in totum, & integraliter, cum enim eo casu semper permanserit idem ædificium census nunquam fuit extinctus, & proinde debetur *arg. text. in l. si ita legatum sit 68. ff. de legat. 1. vbi* Bart. Alex. Ias. *& alij ita distinguunt, & late deducit* Ludou. Casanet. *cons. 26. num. 30. cum multis seqq. & n. 37. multos in hanc sententiam allegat.*]

18 Hoc tamen † intelligendum est, non de censu qui concessus fuit ob solutionem pecuniæ, & mediante pretio, sed de eo qui concessus fuit gratis, & titulo merè lucratiuo. In censu enim empto non potest considerari talis causa impositionis, cuius cessatio possit censum ipsum extinguere, & liberare imponentem à necessitate illum soluendi. Nam in censu emptitio, & qui per solutionem pecuniarum conceditur, nulla alia causa impositionis, & obligationis soluendi annuam responsionem censualem considerari potest quam ipsamet pretij, & pecuniarum solutio, quæ non potest dici cessare nisi per actum priori similem, & sic nisi pecunia, & pretium in emptionem eiusdem census erogatum restituatur, vt diximus *supra hoc eod. capit. 1. quæst. 3. art. 1.*

SVMMARIA.

1 *Census extinguitur, si fundus illius transeat in dominium domini census.*
Intelligitur 1. *Quando census fuit impositus super solo fundo, qui transiuit in dominium domini census secus si super pluribus, quorum tantum vnus transeat ad illum* num. 7.
Intelligitur 2. *vt dominus census non amittat ius repetendi sortem* n. 9.
Intelligitur 3. *quando dominus census non acquisiuit dominium illud irreuocabiliter, sed reuocabiliter* numer. 12.
2 *Res propria nemini seruire potest.*
3 *Seruitus extinguitur, si prædium seruiens transeat in dominium domini fundi dominantis.*
Intelligitur si totus fundus seruiens efficiatur domini fundi dominantis, secus si remaneat pars fundi, quæ seruire possit, num. 8.
[*Vsusfructus extinguitur si vsufructuarius proprietatem, vel proprietarius acquirat vsumfructum.*]
4 *Ius consequendi decimam ex fundo extinguitur si is cui decima debetur efficiatur dominus prædij ex quo decima solui debet.*
[*Census extinguitur ratione incompatibilitatis si dominus census acquirat fundum censuatum.*
Sed si cessat incompatibilitas, census reuiuiscit.
Declara, vt num. 6.]
5 *Census non extinguitur si fundus illius transeat in dominium alterius, quam domini census.*
6 *Census per alienationem fundi supposititi non extinguitur.*
7 *Census impositus super duobus fundis vno transeunte in dominium domini census, sustinetur in alio quatenus sit capax.*
8 *Seruitus non extinguitur ex eo, quod dominus prædij dominantis efficiatur dominus prædij seruientis, si remaneat pars fundi, quæ seruire possit.*
9 *Dominus census acquirens dominium fundi censuati, non amittit sortem principalem.*
10 *Sed potest agere contra debitorem census, vt sortem restituat.*
11 *Vel vt alium censum eiusdem qualitatis sibi constituat.*
12 *Dominus census si acquirat dominium rei causata irreuocabiliter census extinguitur, secus si reuocabiliter.*
13 *Census tamen reuiuiscit, si domino censu euincatur dominium rei censuatæ.*
[*Seruitus extinguitur si dominus fundi dominantis efficiatur dominus prædij seruientis.*
Intellige si efficiatur dominus irreuocabiliter.]
14 *Intelligitur si dominus census recipiat fundum illum in extinctionem census, secus aliàs.*
[*Ampl. vt per alienationem prædij olim seruientis non reuiuiscat seruitus.*]
15 *Census per acquisitionem fundi censiti, non extinguitur ad effectum retinendi fundum iure prælationis.*

Census extinguitur, si dominus census efficiatur dominus fundi censuati.

QVÆSTIO CXIV.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 5.

QVod † census extinguatur, si res censui supposita transeat in dominium domini census, videtur concludendum ex Boer. *decis. 399.* Benedict. Bon. *in suo tract. de censib. artic. 69. numer. 102. vbi hanc sen-*
1

tentiam

tentiam amplectitur, & eam non obscurè probauit Rota *coram* b.m.Penia, 29. *Aprilis*, 1592. *in illa Romana census de Comitibus, quæ est impressa post tract. dec.* 299. *n.*1. *& expressè fuit amplexa coram* R.P. D. Manzanedo, 6. *Februarij*, 1615. *in Romana census quæ est ibidem dec.* 182. *num.*2. *& in illa Romana domus*, 22. *Iulij*, 1611. *coram* Illustriss. Cardin. Lancellotto, *quæ ibid. est dec.* 306. *n.*6. *& coram* R.P.D. Dunozet. *in illa Romana Prælationis*, 2. *Aprilis*, 1618. *quæ ibid. est decis.* 308. *num.*4. [*& coram* R.P.D. Virile *in una Romana fructuum census* 14. *Iun.* 1628. *dec.* 510. *n.*1. *part. tract.*] & videtur ex infra scriptis reddi indubitabile.

Primò, quia cùm per impositionem census constituatur super fundo, qui censui subiicitur, quoddam ius reale, vt diximus *sup. par.*1. *cap.*2. *quæst.*3. *art.*1. vbi ex mente *Rot.* & aliorum firmauimus hanc census impositionē speciem quandam seruitutis præse ferre, licet vera, & formalis seruitus non sit, & propterea sicut † id quod meum est mihi seruire non potest, 2 *Vranius, ff. de fidei. l. vti frui, ff. si vsusfr. petat. l. neq; pignus ff. de reg. iur.* Qua ratione non posse quem super re sua ad sui commodum censum imponere aliàs dicebat Rota *coram* Illustriss. Card Lancellotto 9. *Decembr.* 1602. *in illa Romana nullitatis census, quæ reperitur impressa in fine tract. dec.*2. *num.*6. *& coram* Illustriss. Cardin. Ludouisio, 26. *Nouembris* 1604. *in illa Romana census, quæ est ibidem dec.*5. *num.*9. *& rursus coram* R.P.D. meo Vbaldo 14. *Decembr.* 1613. *in illa Romana retractus domus, quæ ibidem est decis.*71. *n.*8. *& coram* R.P D. Manzanedo, 6. *Februar.* 1615. *in illa Romana census, quæ est ibid.* 3 *dec.*182. *num.*2. Vnde † sicut seruitus realis statim atq; quis efficitur dominus vtriusque prædij dominantis, scilicet, & seruientis tollitur confusione, & extinguitur, *l. quidquid, in fine ff. commun. prædior. l.*1. *ff. quemadmod. seruit. amittat l. si commune, ff. de seruit. rusticor. prædior. l. tertia prædia, in fine, C. eodem tit* [Sicut si proprietarius acquirat vsumfructum vel vsufructuarius proprietatem, ita vt vsusfructus cum proprietate consolidetur extinguitur seruitus vsusfructus, *l. si tibi ff. quib. mod. vsufr. amitt. l. si vsufructuarius, ff. de vsufruct. quemadmod. caue.* §. *fin. instit. de vsufr.* Caualcan. *dec.*3. *n.*42. *par.*4.] Ita etiam dicendum est, quod cesset, & extinguatur ius percipiendi fructus census impositi super fundo, postquam dominus census est effectus dominus fundi censui suppositi, & quasi seruientis, *vt dixit in puncto* Rota *coram* b.m. Penia, 29. *Apilis*, 1592. *in illa Romana census de Comitibus, quæ est post tract. decisi* 299. *num.*1.

4 Secundo † hæc eadem sententia confirmatur ex iis, quæ post Iacob. Butrig. *notat* Bened. de Plumbino *per illum tex. in l. si is cui, in fine, ff. de statu liber.* vbi concludunt, quod si quis emat fundum sibi debentem decimam, deinde verò vult illum reuendere debet esse cautus in reuenditione, vt reseruet sibi expressè ius consequendi præfatas decimas ex illo fundo, aliàs si fundus venderetur simpliciter transiret in emptorem liber, & absque onere soluendi decimas præfatas, sequitur Veronen. *cautela* 92. *incip. si aliquis emit* [Boër. *cons.*47. *num.*9. Beccaz. *de claus. Instrum. c.*23. *glos.*31. *n.*5. Cancer. *var. resol. vol.*1. *cap.*4. *num.*210. Quod non alia ratione contingit, nisi quia assequendo mediante dicta emptione dominium dicti fundi ex quo decima debebatur extinctum fuerat ius, quod ante dictam emptionem habebat consequendi decimas ex eo: Ergo eodem modo à simili si dominus census acquirat, dominium fundi censiti, debet amittere ius consequendi censum super eo impositum.

[Hoc autem casu census extinguitur per iurium confusionem ratione incompatibilitatis, vt dicebat Rota *coram* Seraph. *decis.*87. *num.*3. *& in illa Romana prælationis coram* R.P.D. Dunozetto, 2. *Aprilis*, 1618. *quæ est post tract. decis.*308. *num.*7. *& coram* R.P.D. Pamphilio; *in una Romana census*, 20. *Februarij* 1612. *quæ est post tract. decis.*411. *num.*7.] vbi tamen subdit, quod cessante incompatibilitate, census ipse reuiuiscit.]

Ex quibus videtur non esse fidendum de Gasp. Rōder. *dum in suo tract. de ann. reditib. lib.*2. *quæst.*9. *num.*43. *vers. ex quo inferur*: dicit quod si creditori census per Iudicis sententiam pro fructibus decursis, & non solutis addicatur fundus subiugatus, non extinguitur census, nisi fundus ille æquiualeat sorti & pensionibus decursis, & quo casu tantum concedit extingui censum, & procedere opinionem supra ex Boër. *dec.*399. & aliis confirmatam.

Verum † enimuerò si bona super quibus census im- 5
positus, & collocatus fuerat transeat in dominium non domini census, sed alterius cuiuscumque personæ extrinsecæ vtique census non extinguitur, cùm † ob ven- 6
ditionem fundi censuati census non alteretur, vt fuit firmatum in Rota *coram* Reuerendiss. P.D. Sacrato, 27. *Ianuarij*, 1602. *in illa Romana census, quæ est impressa post tract. decis.* 204. *num.*7. *& in alia Romana census* coram eod. 14. *Ianuar.* 1602. *quæ est ibid. decis.*90. *numero* 3. *&* 11. vbi Rota mouetur tum auctoritate Couar. *var. resolut. libr.*3. *cap.*7. *numero* 6. tum quia si per alienationem fundi censui obnoxij extingueretur, census esset in potestate venditionis, & debitoris illius statim atque censum vendidisset alienando fundum suppositum subtrahere se ab onere illum soluendi. & reddere elusorias omnes cautiones, & sine quibus emptor census non contraxisset, quod pro valdè absurdo reputat ibi Rota, & nos diximus latè *supra part.*2. *cap.*2. *q.*3. *art.*4. *sen q.*76.

Conclusio autem principalis, vt supra formata, & comprobata debet aliquot modis declarari, & quidem.

Primò, † vt sit vera quando census fuit impositus 7
super vno solo prædio, quod transeat postea in dominium domini census, secus autem si fuerit constitutus, & collocatus super pluribus, quia eo casu si vnum ex dictis prædiis transeat in dominium domini census sustinebitur census super alio prædio quatenus sit capax, & reddat tot fructus ex quib. solui possit integra responsio censualis: quod probatur tum quia eo casu census censetur impositus insolidum super omnibus illis prædiis, vt dictum fuit *supra part.*1. *cap.*2. *quæst.*3. *art.*2. *nunc quæst.*41. auctoritate Rotæ in pluribus decisionibus, quibus addenda est in puncto resolutio Rotæ facta *coram* R.P.D. Vbaldo, 10. *Maij & 15. Decembr.* 1614. *in illa Romana Retractus domus, quæ est impressa post tract. dec.*71. *numero* 9. [*& decis.*159. *numero* 5. *vbi alias decisiones referuntur, & in Rom. census* 5. *Julij* 2627. *coram* R.P.D. Merlino *quæ est ibid. decis.*542. *num.*6. *vers. nec etiam.*] Et hanc Conclusionem reperio post hæc scripta placuisse Ludou. de Auend. *de consib. Hispan. cap.*102. *num.*7. tum † quia videmus in simili 8
de seruitute, quæ non extinguitur, quamuis dominus fundi seruientis efficiatur etiam dominus fundi dominantis, vel contra, si remaneat pars fundi, quæ seruire possit, *l. vt pomum*, §.1. *vbi* Bart. *& Castren. ff. de seruit.* Doctor. *in l. pro parte, ff. eod tit. & in l. si communi fundo, & in l. vnus ex sociis*, §.1. *ff. de ser. rusti. prad.* Cæpol. *in suo tract. de seruit. urban. prad. cap.*22. & ita in puncto declarauit hanc conclusionem Rota *in illa Romana retractus domus coram* D meo Vbaldo, *proximè allegata num.*12. dicens ita fuisse resolutum alias coram bon. me. Penia, *in illa Romana census de Comitibus*, 29. *Aprilis*, 1592. *quæ est post tractat. decis.*299.

[Nec ab ista conclusione est recedendum ex iis quæ dicit Couar. *var. resolut. lib.*3. *cap.*7. *num.*7. *vers.* sed quia hypotheca, dum nititur comprobare, quod census impositus super pluribus prædiis non censeatur insolidum super singulis impositus, sed cuilibet fundo proportionabiliter iuxta quantitatem; & qualitatem, si verum esset, sequeretur; quod census deberet

proportionabiliter extingui, prout dominus census efficeretur dominus partis fundi censuati, & quod non deberet remanere totus census extinctus, si ea pars fundi, cuius non est effectus dominus ille, qui est dominus census esset capax totius dicti census. Quoniam præterquam quod Couar. *met. d. num. 7. ad fin.* de veritate huius sui dicti dubitat, & contrariam sententiam in Hispania fuisse receptam testatur illud etiam non placuit Rotæ in pluribus causis, & fuit per nos reprobatum supra in tract. *hoc 1. cap. q. 1. art. 2. n. 4. & seqq.* & faciunt ea, quæ vno verbo tetigimus *part. 1. c. 3. q. 3. art. 2. n. 20. & seqq.*]

9 Secundò declaratur † eadem conclusio, vt procedat dumtaxat quo ad effectum, vt debitor census liberetur ab onere soluendi fructus annuos dicti census; non autem vt dominus census amittat sortem principalem, & pretium, quo censum illum emerat.

10 Immo † ipse eo casu agere poterit contra debitorem census, vel vt sibi sortem, & pretium census restituat,

11 vel † vt sibi constituat alium censum eiusdem quantitatis, & bonitatis seruata forma *Bullæ* Pij V. *super censibus*, vt alibi dictum fuit.

12 Tertiò † declaratur, vt sit vera eadem principalis conclusio quando dominus census efficeretur etiam dominus fundi censuari irreuocabiliter secus autem si illius dominium aliquo casu resolui contingeret. Nam quidquid dicant Ludou. Auend. *d. tractat. cap. 108. n. 8.* & Nicol. Intrigliol. *sup. Bul. de censib. quæst. 67.* tali ca-

13 cu † reuiuiscit, vt firmat Milanens. *dec. 9. n. 43. & seqq.* qui respondet rationibus Intrigliol. *quem reprobant etiam addentes ad ipsummet* Intrigliol. *ibi in littera A, & eandem sententiam fuit amplexa* Rota, *&c. vt declarauit* Rota *coram* Seraph. *dec. 872. num. 3. part. 1. auctoritate* Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. glos. 7. n. 67. cum duob. seqq. & repetit eadem* Rota *coram* R. P. D. Coccino Decano, 20. *Iunij*, 1616. *in vna Velitern. census, quæ est impressa post tract. dec. 300. ad finem, & in illa Romana Prælationis, quæ quæ est ibid. dec. 308. num. 7.*

[Sicut dicimus de seruitute, quæ licet extinguatur quando dominus prædij dominantis efficitur etiam dominus prædij seruientis *l. quicquid in fin. ff. commun. prædior. & diximus supra tract. hoc eod. art. n. 3.* Hoc tamen est verum si acquisitio dominij sit irreuocabilis, secus autem si sit reuocabilis, *l. legatarius. § 1. & ibi communiter scribentes, ff. de leg. 1. cum aliis apud* Tiraq. *de retr. lignag. §. 1. glos. 7. n. 71. & de retract. conuent. §. 2. glos. vnic. num. 10. refert* Bertaz. *de clausul. instr. clausul. 23. glos. 3. n. 5. alios congerit* Cancer. *var. resol. vol. 3. cap. 4. num. 209.*]

14 Quod † tamen intelligendum esse, existimo, vt procedat quando fundus ille non veniret ad manus domini census ex titulo veræ dationis in solutum sibi à debitore census factæ in extinctionem dicti census, quoniam eo casu actio, & hypotheca semel extincta amplius non posset reuiuiscere: vt deducit Surd. *dec. 267. n. 6. per tex.* quem dicit expressum, *in l. elegantes, in princ. ff. de pignor. act.* [Et propterea si eo casu dominus census fundum illum alienet, & in alium transferat, non tamen reuiuiscit census, sicut non reuiuiscit seruitus extincta ex eo, quod dominus fundi dominantis sit effectus dominus etiam fundi seruientis, si ipse postea eundem fundum, qui olim suo fundo seruitutem debebat, alienet, *tex. in l. si ades in princ. ff. de seruit. vrb. prædior. per quem* Io. de Amic. *cons. 81. n. 2. refert.* Bertaz. *d. glos. 3. n. 4.*] Sed quando fundus ille transit ad dominum census ex alia causa, quia tunc non intrat illa ratio quod hypothecata censeatur extincta & ideo non prohibetur dominum census agere primæua actione aduersus debitorem census, *l. ex sextante, §. latinus largus, ff. de except. rei iud. & declarat* Surd. *d. n. 6. vers. & non obstat, & n. 11. in fine.*

Quartò principaliter declaratur supra firmata conclusio: quod cum hoc casu census extinguatur solum ratione incompatibilitatis, vt dixit Rota *in d. Romana Prælationis, num. 7. & in aliis decisionib. ibi relatis*, per acquisitionem dominij fundi censuati factam à domino census, non extinguitur † ipse census quo ad effectum retentionis, & manutentionis dicti fundi iure prælationis, vt in puncto declarauit Rota *in d. Romana pecuniaria, numer. 5. & seqq.* Nam hoc ius prælationis tribuit etiam ius retinendi, vt diximus *supra part. 2. cap. 1. quæst. 1. artic. 4. nunc quæst. 66. num. 1.* Quod non amittit dominus census, si acquirat dominium dictæ rei censuatæ. 15

SVMMARIA.

1 *Census extinguitur, si per Iudicis sententiam fuerit declaratus nullus.*
2 *Declaratur si talis sententia transiuit in iudicatum secus si per appellationem fuit suspensa.*
3 *Iudex non potest annullare censum si non producatur illius instrumentum apud acta, vel aliter illius nullitas probetur.*
4 *Census per Iudicis sententiam extincto, sors principalis repeti potest.*

Census extinguitur, si declaretur nullus per Iudicis sententiam.

QVÆSTIO CXV.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 6.

EXtinguitur † alio modo census, si Iudex per suam definitiuam sententiam illum declarauerit nullum, & vsurarium, vt dixit Rota *coram* b. m. Iusto, 18. *Iunij*, 1602. *in illa Romana census Sancti Celsi, quæ est impressa post tract. dec. 229. n. 4.* 1

Quod tamen † intelligendum est si, & postquam sententia illa transitum fecerit in rem iudicatam: nam si fuerit per appellationem suspensa, sicut non retardat manutentionem in quasi possessione exigendi censum, vt fuit deductum *supra part. 2. cap. 2. q. 5. art. 2.* eodem modo, & multò minus poterit operari totalem dicti census extinctionem, & priuationem domini illius suo iure. 2

Ad hoc autem † vt Iudex possit super nullitate census validè pronunciare, necesse est, vt coram eo producatur instrumentum venditionis census in publicam, & authenticam formam, quia aliàs illo non viso, non poterit Iudex super prætensa nullitate cognoscere, & iudicare an census iure possit nullus, & inualidus declarari, vt fuit dictum in Rota *coram* R. P. D. Marcomontio, 13. *Iunij*, 1605. *in vna Rauennatensi census, quæ est post tract. dec. 301. num. 2.* 3

Quod dictum erit maximè verum in censu constituto iuxta formam Constitutionis Pij V. *super censib.* retenta opinione illorum, qui volunt super constitutione, & venditione census esse de necessitate conficiendum publicum instrumentum manu publici Notarij, vt dictum fuit *supra par. 1. cap. 4. nunc q. 43. n. 4. & seq.* quia tamen respectu probationis hæc sententia non est communiter recepta cum *d. cap. 4. n. 15. & seq.* demonstratum fuerit ad probationem impositionis census non esse necessariam publicam scripturam: ideò hæc conclusio non poterit verificari, nisi in casibus, in quibus super venditione census fuit confectum instrumentum publicum in aliis autem casibus in quibus eõstitutio, & venditio census probabitur, per aliud

genus

genus probationis erit deducenda, & iustificanda nullitatis illius aliundè, quàm per instrumentum.

4 Vbi † autem Iudicis sententia lata super nullitate census in rem transiuit iudicatam sors ipsa principalis, & pretium, quo census emptus fuerat potest per dominum census repeti, vt declarauit Rota *coram* b. m. Penia, 18. *Iunij*, 1599. *in illa Romana censuum de Romulis, quæ est in fine tract. dec.* 287. *num.* 2.

SVMMARIA.

1 *Census fundatus super re, in qua imponens habet ius temporale, extinguitur si ius illud expiret.*
2 *Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.*
3 *Census impositus à Vassallo super re feudali, extinguitur finito feudo.*
4 *Census impositus ab emphyteuta super re quam retinet in emphyteusim, cessat finito iure emphyteutæ.*
5 *Clericus potest imponere censum super bonis sui beneficij duraturum dumtaxat, donec ipse est dominus dicti beneficij.*
6 *Censu extincto, cessat obligatio fideiussoris.*
[*Fideiussor qui se obligauit dumtaxat pro fructibus census illo resoluto non tenetur ad interesse ob retardatam sortis restitutionem.*
Fideiussor qui se obligauit simpliciter pro toto contractu census, tenetur ad interesse censu resoluto.]
7 *Fideiussor censetur præstitus secundum naturam contractus, super quo fuit adhibitus.*
8 *Fideiussor non tenetur in plus, quàm teneatur principalis debitor.*
9 *Etiam quod sit fideiussor euictionis.*
10 *Censu extincto ex eo quod expiret ius, quod imponens habebat super re censui obnoxia, dominus censu potest repetere sortem.*

Census extinguitur, si venditor illius in re quam supponit habeat ius temporale, & illud expiret.

QVÆSTIO CXVI.

aliàs part. 3. *cap.* 1. *quæst.* 7.

1 ALius succedit modus, quo census extinguitur † & est, quando fuit impositus & collocatus super fundo in quo imponens habebat ius temporale, si illud ius, resoluatur [nam licet census non extinguatur ob decoctionem impositoris, & debitoris census, *vt dicebat* Rota *coram* Illustrissimo D. Cardinale Caualletio, *in illa Romana de Fuxaghis*, 27. *Ianu.* 1620. *dec.* 495. *num.* 2. *post tract.* extinguitur tamen si resoluitur ius quod ipse habet in re super qua censum constituit]
2 nam † resoluto illo iure, & sic iure datoris resolui etiam ius acceptoris, & sic ius emptoris, & domini census, dicunt communiter Scribentes, ex regula, *l. ex vectigali, ff. de pignor. & in his propriis terminis, volunt* Rota *coram* b. m. Cardin. Platto, 6. *Aprilis*, 1590. *in illa Viterbiensi census, quæ est impressa post tract. dec.* 15. *n.* 10. Licet secus sit, si dominus fundi censuati illum alienet: nam ex tali alienatione nullo modo resultat extinctio census super eo impositi, vt demonstratum fuit *supra hac cad. part.* 3. *q.* 5. *seu* 114. *n.* 5. *& 6.*

Potest autem iste casus multiplicitèr exemplificari, &

3 Primò † in censu imposito à vassallo super prædio feudali, qui licet subsistat durante iure vassalli post-

quam autem feudum fuit reuersum ad dominum vel alteri apertum, vel alio modo vassallus eo priuatus remansit, onus dicti census superimpositi euanescit, *c.* 1. *§. quid ergo, de Innestit. de re alien. fact. in vsib. feud.* Clar. *in sua pract. §. in feudum quæst.* 37. Paris. *cons.* 98. *n.* 4. *lib.* 2. *& nos latè explicauimus supra part.* 1. *cap.* 2. *q.* 2. *art.* 1. *nunc q.* 21. *per totam.*

Secundum † potest afferri exemplum in emphy- 4
theuta, qui simpliciter imponat censum super re quam retinet in emphyteusim census iste extinguitur statim atque expirat ius emphyteutæ imponentis, vt diximus *d. q.* 2. *art.* 2. *seu q.* 22. *per totam.*

Tertiò † potest exemplificari in Clerico beneficia- 5
to, qui licet possit super bonis sui beneficij, & suæ Ecclesiæ absque solemnitatibus requisitis imponere censum, ille tamen extinguitur, & resoluitur statim atque per cessum, vel decessum, vel aliam quamcumque causam beneficium amittat, vt dictum fuit *in d. cap.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *seu quæst.* 24.

Ex quo 2. *cap.* alia peti possunt exempla ad demonstrandum quod finito iure, quod imponens censum habet super prædio quod supponit, extinguitur etiam ipse census, quæ omnia consultus prætermitto.

Vbi autem † census extinctus fuerit ex eo, quod 6
ius imponentis fuerit resolutum, nec fideiussor præstitus de soluendo censum, vel pro illius euictione amplius remanet obligatus: [Rota *coram* Reuerendissimo Patre Dom. Dunozetto, *in vna Romana census*, 24. *Aprilis*, 1630. *quæ est post tractat. decis.* 248. *num.* 3.

Sed fuit dubitatum An iste fideiussor resoluto censu remaneat saltem obligatus ad damna, & interesse, & Rota *in eadem causa coram eodem*, 14. *Nouembris*, 1631. *quæ est post tractat. decis.* 549. hanc dubitationem resoluit considerando formam obligationis fideiussoriæ, nam si fideiussor obligauit se dumtaxat pro solutione fructuum census, prout erat in casu dict. decisionis, & censu resoluto puta per euictionem fundi irreuocabiliter secutam, & non tenetur nec ad fructus, nec ad damna, & interesse, *vt in dict. decis. numer.* 6. 7. *& 9.* Si autem fideiussor se obligauit pro toto contractu, & obligatio est indefinita, & absolutè concepta, & tunc tenetur ad damna, & interesse, *vt ibi per* Rotam *numer.* 8.] nam † fideiussor intelligitur præ- 7
stitus secundum naturam contractus censualis super quo fuit adhibitus, & accessit Ruin. *post alios cons.* 146. *numer.* 5. *lib.* 1. *& nos dicemus infra quæst. vlt. aliàs hac cad. part.* 3. *cap.* 2. *n.* 4. Et ideò sicut principalis imponens hoc casu ad nihil aliud tenetur, quàm ad restitutionem sortis erogatæ, & receptæ respectiuè, & pro pretio dicti census venditi, qui restitui debet loco euictionis, eodem modo fideiussor ad aliud teneri non 8
potest, cum † non teneatur in plus, quam suus princi- 9
palis; *l. Græcè, §. illud, ff. de fideiuss.* quod † procedere etiam in fideiussore euictionis, dicit Paris. *cons.* 11. *in princ. lib.* 4.

Intelligenda † est etiam hæc conclusio in ista sep- 10
tima quæstione firmata, vt extinguatur census, ex eo quid cesset ius, quod habebat imponens super fundo, quem censui subiecit, quo ad obligationem tantum soluendi annuas responsiones censuales, non autem vt dominus census priuetur pretio ipsius census, & sortem principalem amittat, vt mox diximus, & in simili dictum fuit *supra hoc eodem cap.* 1. *quæst.* 5. *seu* 114. *num.* 7.

Census

Census an extinguatur præscriptione, & obligationi illum soluendi an præscribatur.

QVÆSTIO CXVII.

aliàs par. 3. cap. 1. qu. 8.

QVoniam facili negotio potest contingere, quod is qui ad census solutionem tenetur, & obligatus est, cesset per longum, vel longissimum tempus ab illius solutione, fuit aliquando per Scribentes dubitatum. An obligationi soluendi censum possit aliquo temporis spatio præscribi, de qua dubitatione est in hac octaua, & vltima quæstione differendum, quæ quæstio duobus est principalibus explicanda Articulis.

Primus est. An obligationi soluendi censum aliquo temporis spatio præscribatur.

Alter, An huiusmodi præscriptio prosit quo ad fructus census in futurum decurrendos.

SVMMARIA.

1 *Obligationi soluendi censum, præscribi potest.*
2 *Iura realia tolluntur præscriptione.*
3 *Obligationi soluendi censum præscribitur lapsu decem vel viginti annorum.*
(*Remed. l. fin. C. de acquir. possess. non præscribitur minori spatio 30. ann.)*
4 *Præscriptio sicut habet locum respectu totius census, ita etiam respectu partis illius.*
5 *Solutio partis census, impedit præscriptionem totius census.*
6 *Præscriptio legitima obligationis soluendi census, reddit tutum debitorem etiam in foro conscientiæ.*
7 *Debitor census nitens præscriptioni nil aliud probare debet quàm lapsum temporis ad præscribendum sufficientis.*
8 *Dominus census volens euitare præscriptionis exceptionem, debet probare præteritas solutiones.*
9 *Iuri exigendi censum non præscribitur, si dominus census fuit legitimè impeditus illum exigere.*
10 *Præscriptio non currit, non valenti agere.*
11 *Mala fides impedit præscriptionem.*
12 *Etiam immemorabilem, si sit mala fides vera.*
13 *Mala fides auctoris, nocet successoribus.*
14 *Mala fides auctoris si sit vera impedit ne illius hæres possit inchoare præscriptionem etiam ex propria persona.*
Secus si sit mala fides præsumpta, ibid.
15 *Ampliatur tàm in præscriptione totius census, quàm partis illius.*
16 *Præscriptio non currit, si census à quacunque persona solutus fuerit.*
17 *Præscriptio cessat, vbi negligentia creditoris considerari non potest.*

CIrca hunc primum Articulum non benè inter se conueniunt Scribentes, sed in duas sunt diuisi
1 opiniones. Ego † verò omissa disputatione, & opinionum recitatione affirmatiuam sententiam amplectendam esse existimaui cum Anch. *cons.* 30. *n.* 7. Cassan. *ad consuetud. Burgund. rubr.* 11. *Des censes*, §. 2. *num.* 33. *vers. breuiter dic ibi ideò loquendo*, Foller. *in sua Pract. census. in verbo, tanquam, n.* 35. Tiber. Decian. *respons.* 2. *n.* 42. *& seq. lib.* 1. *qui testatur de communi.* Gasp. Roder. *in sua tract. de annu. reditib. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 3. Crau. *cons.* 57. *n.* 8. *lib.* 1. Natta, *cons.* 627. *n.* 3. *lib.* 3. Doctor Marta *voto*, 125. *n.* 8. & pro hac opinione possunt allegari omnes illi quos citabimus infra in ampliationibus, & *in seq. artic.* & ab hac conclusione neque etiam videtur abhorrere Rot. *dum in vna Romana census*, 31. *Iulij* 1596. *coram* bon. mem. Corduba, *quæ est impressa post tractat. dec.* 264. *per totam*, saluat à præscriptione quendam censum eo sub prætextu, quod dominus illius fuerat impeditus iusto impedimento illum exigere: ergo cessante dicto impedimento, clarè sensit præscriptionem currere.

Et hanc sententiam eò libentius Ego amplectendam censui, quo diù casu proposito non agimus de præscribendo annuo censu materiali, qui debetur & soluitur singulis annis, vel semestribus, sed de præscribendo censu formali, id est, iure exigendi, & percipiendi dictum annuum censum; quod vt supra sæpius dictum fuit est ius reale. Iura † autem realia legitimi tempo- 2
ris præscriptione acquiruntur, Corn. *cons.* 43. *n.* 4. *&* 14. *lib.* 2. Felin. *in cap. auditis, n.* 57. *ext. de præscript.* propter quam rationem Franc. Balb. *in suo tract. de præscript. in* 4. *part.* 4 *part. princip. quæst.* 5. *sub num.* 2. *vers. poterit ergo procedere*, dicebat singularem successorem, ad quem peruenisset res, super qua erat assignata pensio, & responsio annua, vel collocatus census posse huic iuri præscribere sequitur Aurel. Corbol. *in suo tract. de iure emphyteut. causa* 15. *ob non solut. Canon. limit.* 31. *n.* 3. *vers. aut vero is.*

Et † propterea ad complendam huiusmodi præscri- 3
ptionem sufficit non solùm lapsus triginta, vel quadraginta annorum, vt innuunt Doctores supra relati, sed satis erit cursus decem, vel ad summum viginti, vt vult Balb. *d. quæst.* 5. *n.* 2. *& eadem part.* 4. *quæst.* 7. *num.* 4. *ad finem.*

[Quod tamen non procederet si in contractu censuali adesset constitutum cuius vigore domino census competeret conditio *ex l. fin. C. de acqu. possess.* quo casu præscriptio non curreret minori spatio triginta annorum Afflict. *dec.* 139. *num.* 5. & in his propriis terminis dixit Rota *coram* R. P. D. meo Vbaldo, *in vna Romana Saluiani Interd.* 22. *Iunij*, 1616. *quæ est post tract. dec.* 303. *n.* 11. *& secuta fuit in alia Romana Saluiani interdicti*, 29. *Ianu.* 1619. *coram* R. P. D. Remboldo, *quæ est post tract. dec.* 398. *n.* 5 *&* 6.]

Ampliatur † autem hæc Conclusio nonnullis mo- 4
dis, & quidem Primò, quod sicut præscribitur iuri, & obligationi soluendi totum censum, si fit cessatum à solutione fructuũ totius census, ita præscribatur iuri, & obligationi soluendi partem illius, si fit cessatum à solutione fructuum partis & cesset mala fides.

Licet † enim solutio partis census impediat quomi- 5
nus præscribi possit, & præscriptus dicatur totus Census Federic. Martin. *in suo tract. de iure census, cap.* 8. *n.* 166. sufficit tamen, vt præscribi valeat & præscriptum dicatur pars, quæ non fuit soluta Balb. *d. q.* 5. *n.* 1. *& melius d. q.* 7. *n.* 4. Gigas, *in suo tract. de pension. q* 84. *num.* 1. Foller. *in dicta sua pract. census. in verbo huiusmodi, n.* 106. Io. Bapt. Bon. *in suo tract. de statutar. Vrb. præfer. glos.* 19. *num.* 224.

Ampliatur secundò, † hæc eadem Conclusio, vt præ- 6
scribens, vt supra, sit tutus etiam in foro conscientiæ, vt ex mente Theologorum dicit Foller. *in d. verbo huiusmodi, num.* 107.

Ampliatur tertiò, † vt debitori census fundanti se 7
in præscriptione ad effugiendam solutionem illius sufficiat dumtaxat negare se soluisse, quia sola negatio sufficit cum cursu tanti temporis, quod sit aptum ad præscribendum, & non tenetur probare negatiuam, se
8 in præteritum non soluisse immo † teneatur dominus census ad effectum, vt possit exigere fructus illius, probare sibi fuisse in præteritum solutum, vt post alios tradit Crau. *d. cons.* 57. *n.* 9. *& cons.* 111. *n.* 11. *lib.* 1. Natta *d. cons.* 627. *num.* 2. *in fine, & num. seq. lib.* 3. Mar. Antonin.

Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resolut. 5. n.16. qui alios allegat.*

Limitatur etiam eadem conclusio nonnullis modis; &

9 Primò, † nisi constet de impedimento legitimo domini census, quo minus, & valuerit fructus præfatos exigere, nam stante huiusmodi impedimento, ius exigendi censum nullo temporis spatio amittitur, ex vul-
10 gari regula † quod non valenti agere non currit præscriptio *l.1.in fine, C.de annal.except.* & ita fuit resolutum in Rota *coram* b.m. Corduba, 31. *Iulij*, 1595. *in Romana census supra proximè allegata, ante n.1. &* coram eodem, 21. *Ianuarij*, 1597. *in eadem Romana census, quæ est post tract. dec.265. per totum.*

Limitatur secundò generaliter, & hæc limitatio re-
11 stringit etiam omnes præcedentes ampliationes, † vt non procedat ad fauorem eius, qui est constitutus in mala fide, & scit se teneri ad census solutionem, Balb. *cons.316. num.4.lib.3.* Foller. *in d. verbo, huiusmodi, n.106. & num.109.* Bened. Bon. *in suo tract. de censib. artic.43. num.69. vers. circa priuatos census*, vbi non alia ratione negat hos annuos census præscribi, quam ob malam fidem debitoris, eandem sententiam amplexus fuit Balb. *d.quæst.5 n.2.* Corbol. *d.lim 1.31.n.2. & pluribus confirmat* Gasp. Roderic. *d. quæst. 17. n.3.* Decian. *dict. cons.2.n.190. & seqq.* Cravet. *d.cons.57.num.8. & plerique ex eis, quos citauimus supra in confirmatione principalis conclusionis.*

Quæ limitatio vera est etiam in singulari possessore bonorum censui subingatorum, is enim licet possit præscribere contra creditorem census, quia tunc non præscribit actioni personali, sed iuri reali, vt supra dictum fuit, si tamen ipse quoque sit in mala fide, puta quia dum ac quisiuit bona subiugata, susceptit in se onus soluendi censum, non potest propter istam suam malam fidem præscribere, vt deducit Foller. *in dict. verbo huiusmodi, num.109.*

12 Quæ quidem † mala fides, maximè si sit vera, est tantæ efficaciæ, vt impediat præscriptionem etiam temporis immemorabilis, & de cuius initio non exret memoria, vt post multos quos congerit, dicit Decian. *d.cons.2.n.196.* Peregr. *in suo tract. de iure fisc. lib.6.tit.8.*
13 *n.12.* Et nocet † non solum ipsi debitori census, sed etiam illius hæredibus. Foller. *d. n.106. & 109.* Bon *d. art.43. n.69. in fine*, Decian. *d cons.2.n.197. & seq.* Balb. *d.q.5. n.2.vers.nec respectu hæredis, & d.q.7. n.4.* Corbol. *d.limit.31.n.3.* Gasp. Roderic. *d.q.17. num.3. & 103. qui multos allegant.*

14 Ita † vt ob veram malam fidem defuncti, nec etiam possint inchoare præscriptionem hæredes ex propria eorum persona, prout possent illam inchoare, si defunctus fuisset dumtaxat in mala fide præsumpta. Balb. *in d. suo tract. de præscript. in 2.part.3.par.princip.q.12.n.14. vers.3. limit.* Alex. *in l. Pomponius, §. cum quis, n.22. ff. de acq. possess.* Capic. *dec.86. n.9.* Socin. iun. *cons.76. n.99. b.v.* Alex. Turramin. *in l. non puto, part.3. q.2. num.3. ff. de iure fisc.*

15 Quæ limitatio amplianda est etiam, † vt mala fides noceat non minus respectu præscriptionis totius census, quàm respectu præscriptionis partis illius, quoniam ita militat ratio peccati, in qua est fundata limitatio respectu partis, sicut respectu totius vt concludit Bald. *d.q.7. n.4. refert* Gig. *d. suo tract. de pension. d.q.84. n.1.* Ioan. Bapt. Bon. *d.gl.19. n.224. & seq.*

16 Limitatur tertiò, † vt nunquam currat præscriptio, quando census fuit solutus ab eo, qui illum imposuit, licet non soluerit is, ad quem peruenit fundus, super quo census ipse constitutus, & collocatus fuit, & illum tanquam liberum, & nulli oneri obnoxium possedit, Cassan. *d.rubr.11. Des censs. §.2. sub n.3. vers. nunc succedit*, Foller. *d.verbo, huiusmodi, n.108.* Boccac. *in suo tract. de censibus, par.2. n.90.* Scapucc. *in suo tract. de Saluiano*

interd. lib.2.q.21. n.2. in secunda declaratione versic. vnde hac ratione creditor facit, Federic. Martin. *dict. suo tract. de iure census, cap.8. n.167. & seq. & n.171. & seqq. vbi comprobat, & contrarius respondit.*

Cùm † enim dictus census fuerit solutus ab eo, qui 17
census imposuerat, & sibi vendiderat, vtique non potest agere contra eum, qui fundum suppositum diù possedit, & propterea non potest dici negligens, ita vt contra ipsum potuerit currere præscriptio, quæ non currit contra non valentem experiri, *l.1.§. si quis autem ff. de itin. actuque priuato, l.fin. C. de annal. except. & latè prosequuntur.* Cassan. & Foller. *in locis proximè allegatis*, & hic reprehendenda sunt ea, quæ plenè ad hoc propositum diximus *supra par.2. cap.2.q.5. art.9. nunc q.98. n.59. & seq.*

SVMMARIA.

1 *In præstationibus annuis præscribendis, quod requirantur indistinctè tot præscriptiones quot sunt anni, voluit Martin. Glosator, & sequaces.*

2 *Quod indistinctè sufficiat vnica præscriptio, voluit Bulg, Glosator, & alij multi.*

3 *Annuæ præstationes, ex vltima voluntate vt præscribantur, tot requiruntur præscriptiones, quot sunt anni.*

4 *Legatum annuum pro primo anno est purum, pro sequentibus, est conditionale.*

5 *Præscriptio in obligationibus conditionalibus incipit currere dumtaxat, à die purificata condicionis.*

6 *Legata annua tot sunt, quot sunt anni pro quibus debentur.*

7 *In præstationibus annuis, quæ ex contractu debentur, vnica est stipulatio, & obligatio.*

8 *In præstationibus annuis ex contractu vnico, sufficit præscriptio pro tempore futuro.*

9 *Ampliatur si obligatio ab initio fuit pura, etiam quod solutio, & exactio esset dilata in diem, vel sub aliqua conditione suspensiua.*

10 Limitatur *si tempore facta obligationis stipulatio sit concepta per verba importantia distributionem temporum.*

11 *Dummodo sit facta expressa dinumeratio temporum, nec sufficit distributio comprehensa in generalitate verborum.*

12 *Distributio temporum non inducit pluralitatem obligationum, nisi fiat expressa dinumeratio temporum.*

13 Limitat. 2. *si debitor interpellatus vt soluat non negauit, sed ob inopiam distulit, nam lapsus triginta annorum prodest quoad præteritos fructus secus quoad futuros. Quod tamen auctori non placet.*

14 *Obligatio in contractu census ab initio est pura, sed exactio differtur ad certum tempus.*

Declaratur, vt n.17.

15 *Hypotheca locatoris super bonis conductoris oritur in principio contractus tempore quo fit conductio pro omnibus annis affictus.*

16 *Præscriptio in contractu census, quod vnica sufficiat etiam respectu temporis futuri, volunt multi.*

17 *Contrarium respectu temporis futuri, voluit Rota. Etiam respectu tertij possessoris conuenti Saluiano*, numer. 21.

18 *Contractus census habet in se conditionem, quod sit redimibilis ad voluntatem debitoris.*

19 *Contractus censualis non dicitur resolutus, non facta redemptione census, vel aliter eo non extincto.*

20 *Hypothecaria, & Saluiano præscribitur decem, vel viginti annis.*

22 *Obligationis natura, non mutatur ex mutatione personæ.*

23 *Præscriptio longi temporis est inducta odio creditoris negligentis, & fauore possidentis.*

14 *Negligentia creditoris conditionalis non potest considerari, nisi post purificatam conditionem.*

Præscriptio in contractu census, an prosit quoad fructus decurrendos.

QVÆSTIO CXVIII.

aliàs part. 3. cap. 1. qu. 8. art. 2.

EX conclusione firmata in præcedenti articulo non leuis suboritur difficultas. An præscriptio de qua loquuti fuimus, & quam concluſimus currere contra dominum census negligentem exigere annuas responsiones censuales per longum, & longissimum tempus prosit non solum quoad census præteritos, verum etiam quoad futuros, de qua in hoc articulo est differendum.

Et quoniam istius difficultatis resolutio videtur pendere à resolutione alterius, videlicet: an ad præscribendas annuas præstationes sufficiat vnica præscriptio pro omnibus annis, an verò tot requirantur præscriptiones quot sunt anni, ideò de illa est in primis videndum, circa quam tres reperio Scribentium opiniones.

1 Prima † est, quod indistinctè tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni siue præstatio sit facienda vigore obligationis orientis ex vltima voluntate, siue oriatur ex contractu inter viuos, quæ sententia fuit originalis Matt. Glosatoris, & *eam sequutus fuit* Fulgos. *cons.* 164. *n.* 1. Butr. *in cap. peruenit, num.* 27. *ext. de censib.* Capella Tolos. *decis.* 343. Boër. *qui testatur de communi dec.* 336. Boccac. *in suo tract. de censib. par.* 1, *n.* 67. *& magis communiter Vltramontani, teste* Guid. Papa *decis.* 406. *ad finem.*

2 Secunda † fuit opinio superiori ex diametro contraria originalis *Bulgari*, etiam *Glosatoris*, quod indistinctè sufficiat vnica præscriptio in omnibus præstationibus annuis, siue debeantur ex vltima voluntate, siue ex contractu inter viuos, quam amplexi sunt multi, quos refert Boer. *d. dec.* 336. *n.* 2. *& in propriis terminis* Federic. Martin. *in suo tract. de iure cens. cap.* 8. *num.* 147. 150. 157. *& seqq.*

3 Tertia † autem fuit sententia inter istas media distinguens debitum annuum ex vltima voluntate à debito annuo, & contractu inter viuos, scilicet, quod in debitis annuis orientibus ab vltima voluntate verior sit opinio Martini, quod tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni. quæ videtur fundata.

4 Primò † quia legatum annuũ licet pro primo anno sit purum, attamen pro sequentibus annis est conditionale, *l. si Stichum, §. stipulatio, ff. de verb. oblig.* In †

5 obligationibus autẽ, & debitis conditionalibus non incipit præscriptio nisi à die purificatæ conditionis, *l. cum notissimi, §. illud C. de præscr. trigin. vel quadrag. ann.* Corn. *cons.* 43. *n.* 7. *& seqq. lib.* 2. quam rationem amplectitur, & in ea conuenire omnes, dicit Gasp. Rod. *in suo tract. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 102.

6 Secundò, † quia in legatis annuis tot sunt legata quot sunt anni, *l. Senatus, §. fi. ff. de donat. causa mort.* & ideò legato in annuo non potest præscribi, nisi de anno in annum, & pro illis tantùm annis in quibus fuit cessatum in solutione per spatium triginta annorum.

7 In † præstationibus autem debitis ex contractu inter viuos quia vnica est obligatio, & stipulatio, *d. l. Se-*

8 *natus, §. fin. & d. §. stipulatio.* Quod vnica sufficiat † præscriptio tàm pro præteritis, quàm pro futuris præstationibus *cap. de quarta, ext. de præscr.* quam sententiam ita distinguentem tenuit, Glos. *in dict. l. cum notissimi, §. in his, verbo, cuiusque vers. tu dic tertio, C. de præscr. trigint. vel quadrag. ann. & ibi* Bart. *num.* 2. *& illam amplexi sunt* Cravet. *in suo tract. de antiq. tempor. par.* 4. *§. materia, sub num.* 36. Boer. *d. dec.* 336. *num.* 3. *& Scribentes communiter, in l. de pupillo, & §. si pluribus, ff. de noui oper. nunc. vbi* Alex. *n.* 6. dicit eam esse tutiorem quam sequuti etiam sunt, Signor. *cons.* 31. qui respondet contrariis, Abb. *in cap. auditis, n.* 36. *ext. de præscr.* Balb. *in suo tract. de præscr. in* 4. *part.* 4. *part. princip. q.* 4. *n.* 2. vbi alios congerit *sub num.* 3. *vers. Inde etiam* Cassan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 11. *Des censes, §.* 2. *num.* 34. *vers. sed quaro, & num.* 45. Follet. *in pract. cens. in verbo, huiusmodi, n.* 107. Aufre. *ad Capel. Tolos. dec.* 343. Ias. *cons.* 7. *num.* 5. *vers. & tenenda hanc lib.* 1. Gig. *in suo tract. de pension. q.* 83. *num.* 7. qui testatur de magis communi, prout etiam talem profitetur Anton. Gomez. *var. resol. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 55. vbi contrariis respondet Corn. *cons.* 181. *num.* 72. *vers. quod & tertio*, iunctis dictis ibi per eum *num.* 76. *lib.* 2. *& consil.* 22. *num.* 23. *lib.* 3. vbi dicit non esse locum disputationi, nec ab ista opinione in consulendo, & iudicando esse recedendum., Surd. *cons.* 302. *numer.* 8. *lib.* 3. Mar. Anton. *var. resolut. lib.* 2. *resolut.* 5. *num.* 9. & in propriis terminis eam sequitur, & magis communem profitetur, Decian. *cons.* 2. *num.* 39. *& seqq. lib.* 1. Qui licet hoc dicat in ratione dubitandi, in solutione tamen, contrariorum *num.* 190. *& seqq.* hanc opinionem non impugnat, sed aliter respondet, eandem sententiam respectu præscriptionis annui census amplectitur Andr. Gail. *pract. obser. lib.* 1. *concluſ.* 73. *num.* 1. *vbi multos allegat*, & Bernard. Greu. *in addit. numer.* 1. Mysinger. *singular. obser. centur.* 3. *obser.* 13. [Aretin. *consil.* 101. Eman. Rodriq. *in explicat. motus proprij* Pij V. *super form. creand. cens. in* 5. *condit.* Parlador. *lib.* 1. *rer. quotidian. cap.* 1. *§.* 12. *num.* 5. 7. *&* 41. *& §.* 15. *num.* 44. *ad fin.* Anton. Gomez. Iun. *in tract. de censib. ad mot. prop.* Pij V. *cap.* 5. *de extinctio. cens. n.* 3. Ioan. Gutierrez, *pro magis comm. cons.* 48. *sub num.* 13.] Stephan. Gratian. *post hæc scripta visu, Disceptat. Forens. tom.* 3. *cap.* 390. *num.* 3. *& tanquam veriorem, & frequentiorem sequitur* Felician. de Solis; *in suis Commentar. de censibus tomer.* 2. *lib.* 4. *cap. vnico, num.* 14. *in princip. & vers. nihilominus*, *& cum ea consueuit transire* Rota, *vt coram* Put. *dec.* 259. *lib.* 1. *& coram* Mohed. *dec.* 226. *quæ est* 4. *de præscript. & coram* Illustriss. Cardin. Mellino, 13. *Iunij*, 1603. *in illa Romana fructuum census, quæ est impressa post tract. decis.* 302. *in fine, & coram* R. P. D. meo Vbaldo, 22. *Iunij*, 1616. *in illa Romana Saluiani interdicti, quæ est ibidem. dec.* 303. *num.* 1. *& aliàs sæpè, &* cum illa tanquam magis communi Ego quoque libentissimè pertranseo, quidquid Federic. Martin. *in d. suo tract. de iure cens. cap.* 5. *n.* 84. *& seqq.* hanc distinctionem impugnare conatus sit. Illam tamen quo ad illud caput quod respicit debita annua ex contractu inter viuos ex mente Doctorum dupliciter limitandam esse censeo, & quidem primò, † vt non procedat quando debitum est in 9
sui origine, & à principio conditionale, quod sub conditione multiplicaretur, sed tantum habeat locum in iis debitis, pro quibus obligatio fuit orta, & purè facta tempore stipularionis, licet dilata sit exactio in diem, vel sub aliqua conditione purificanda suspensa per ea, quæ dicta sunt supra ex *l. cum notissimi, §. illud, C. de præscript. trig. quadr. ann.* Balb. *d. q.* 4. *in fine*, Aufr. *ad decis. Tolos.* 343. *n.* 5. Gasp. Roderic. *d. suo tract. de ann. reddit. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 101. *ad med. vers. sicut reditus annuus, & voluit* Rota *in vna Romana census de Cassarellis*, 9. *Decembris*, 1587. *coram* b. m. Gypsio, *quæ est post tractat. decis.* 230. *num.* 11.

Limit. secundò, † ex mente Ang. *in l. si Stichũ §. stipu-* 10
latio, an sin. ff. verb. oblig. qui dicit hanc esse suam nouam opinionem, per text. *in l. pluribus, §. sin. ff. eod. tit.* si tẽpore stipulationis fuerit adiectum aliquod verbũ distributiuum temporum per dictionem quandocumq; vel

similem

similem. Quia tunc censentur esse plures dispositiones, & ideò plures requiruntur præscriptiones: quam sententiam post Aug. *sequuti sunt* Ias. *in d. l. de pupillo, §. si pluribus, n. 4. ff. de noui oper. nunc.* Balb. *d. q. 4. num. 4.* Foller. *in d. suâ pract. cens. in verbo, huiusmodi, num. 105. ad fin.* Gigas *dictæ quæst. 83. num. 8.* Mohed. *d. decis. 226. numer. 1.* Ioan. Bapt. Bon. *de statu. Vrb. præscr. glos. 19. num. 220.*

11 Hæc † tamen limitatio intelligi debet, vt procedat dumtaxat, quando est facta expressa dinumeratio temporum, vt sentit Roderic. *dict. num. 101. ad fin. vers. iam si stipulatio*, puto pro primo, secundo, & tertio anno, & sic deinceps, secus si non sit facta dicta expressa, & specifica temporum dinumeratio, sed stipulatio fuerit concepta simpliciter per verba distributiua sub vnica præscriptione pro toto tempore, & distributiua sub vnica verborum structura, nam tunc sufficit vnica præscriptio pro toto tempore, & distributiuum nihil penitus operatur, vt ipsemet Aug. *in d. §. stipulatio*, omnes inclinare fatetur, & aliter intellecta hæc limitatio communiter à Scribentibus reiicitur *in dict. §. Stipulatio, & signanter ab* Alexan. *numer. 6. imò latè* Roman. *num. 14. cum duob. seqq.* Ias. *numer. 13.* Seisell. *num. 30.* quorum opinio comprobatur ex *d. l. pluribus*, vbi I.C. loquitur in casu in quo fuerat facta expressa, & specifica temporum dinumeratio, vt declarant Doct. *in d. §. Stipulatio, maximè* Ias. *d. num. 13. & ibi* Pancirol.

12 *ad Bart.* dicit, quod secundum iura nostra † distributio in tempora non inducit pluralitatem, nisi fiat expressa dinumeratio temporum, adducens pro hoc Bart. *in l. Centurio, numer. 26. ad fin. vers. quoniam secundum iura nostra, ff. de vulg. & pupill. & declarat etiam* Tob. Non. *in §. at si ita, num. 2. vers. non obstat, Inst. de verb. oblig.*

Limitat alio modo eandem conclusionem Federic.

13 Martin. *d. cap. 5. n. 101. & seqq.* † quando debitor annuæ præstationis, & annui redditus non negat se esse debitorem, immo hoc confitetur, sed vel ob inopiam, vel aliam causam non soluit; nam triginta annis nullam pensionem præstet, vnica tantum præstatio ea nimirum, quæ ante triginta annos cæpit deberi, præscriptione triginta annorum est sublata, remanente iure exigendi eas annuas pensiones, quæ à viginti nouem, viginti octo, viginti septem, viginti sex, & paucioribus anni cæperunt deberi quod pluribus nititur ibi comprobare, secus autem si debitor interpellatus, vt solueret negauit atque creditor triginta annos, ouibus amplius debitorem non interpellauit effluere passus est: eo enim casu vniuersum ius annuæ præstationis vnica præscriptione esse extinctum affirmat *ibi* Martin. *n. 94. cum pluribus seqq.* & septem fundamentis nititur id astruere. Quod etiam tenendum esse quando non apparet debitorem annui census fuisse interpellatum affirmat, si censum neget: nam eo quoque casu ab vniuerso iure census, etiam quo ad futuras præstationes præscriptione triginta annorum immunem, & liberum fieri dicit *ibi, num. 104.*

Cæterùm hæc Martini traditio mihi placere non potest ob malam debitoris fidem, insurgentem maximè ex interpellatione sibi facta, ob quam nullo tempore currit præscriptio, *cap. fin. de præscr. cap. possess. de reg. iur. lib. 6.* Quod sentiens ipse Feder. *cap. 5. n. 113.* declarat dicta per se procedere vel inspecto iure ciuili quod in præscriptione longissimi temporis triginta, vel quadraginta annorum bonam fidem non requirit, vel in iis casibus in quibus de iure canonico bona fides præsumitur quos recenset. Couar. *in d. cap. possessor. par. 2. §. 8.*

Transeundo itaque in hoc articulo principali cum hac tertia, & vltima opinione distinguente, secundum quam annuæ præstationes, & annua debita ex contractu puro vnica extinguuntur præscriptione etiam pro tempore futuro facilis videtur resolutio, propositæ principalis difficultatis; an in præscriptione iuris exigendi annuum censum sufficiat vnica præscriptio, an verò requirantur plures.

Cùm † enim in venditione census vnica sit obligatio soluendi annuas responsiones censuales futuris aduenientibus temporibus, sed sola illarum exactio differatur de anno in annum, vel de semestri in semestre, prout murabuntur, videtur quod dicta obligatio sit pura, & ortum trahat de tempore venditionis, vt † dici solet de obligatione ex hypotheca, quæ contrahitur ad fauorem locatoris super bonis conductoris pro solutione affictus pro omnibus annis pro quibus fuit facta locatio sub vnica verborum structura, & conceptione Natta, *cons. 584. n. 1. & seq. lib. 3.* Ias. *in l. diuortio, n. 37. ff. sol. matr.* Neguſ. *in suo tract. de pignor. & hypot. p. 5. memb. 1. n. 11. & seqq.* Menoch *cons. 381. n. 24. lib. 4.* Magon. *decis. Lucens. 69. numer. 15. & seq.* Rota *diuers. dec. 679. num. 7. & seqq. par. 1.* Et propterea videtur prima consideratione concludendum, † quod ad præscri- 16
bendum iuri exigendi annuum censum etiam respectu temporis futuri vnica sufficiat præscriptio, quæ incipiat à die qua primum fuit cessatum à solutione, Bald. *in d. l. cum acutissimi §. ex his, C. de præscript. 30. vel 40. ann.* Balb. *in d. q. 4. n. 2.* Foller. *in d. verbo, huiusmodi, num. 105.* Gig. *d. q. 83. num. 7. & pro communi*, Decian. *d. cons. 2. n. 39 & seqq. lib. 1.* Roder. *d. q. 17. n. 101. & sequitur* Aluar. Valasch. *consult. tom. 1. consult. 49. numer. 46. & seqq.*

Cæterùm † ab hac sententia retrahit me auctoritas Rotæ *non solùm coram* Put. *decis. 259. num. 2. & seqq. lib. 1. & coram* Mohed. *d. decis. 226.* ea ratione, quia licèt venditor census obligetur ab initio tempore stipulationis pro omnibus præstationibus & responsionibus omnium sequentium annorum, & possit ab initio conueniri etiam pro fructibus maturandis in futurum, non tamen potest exigi pro decurrendis, vt vnica solutione omnes soluat sed cogi debet de anno in annum, vel de semestri in semestre, prout tempore venditionis census inter partes conuentum fuerit. Et ideò cùm non valenti agere non currat præscriptio, vt dictum fuit; concludendum est, quod quo ad fructus census decurrendos, quorum soluendorum dies non venit, nec cessit, non possit dici completa præscriptio. Sed etiam *coram* b. m. Gypsio, *in illa Romana census de Caffarellis, 9. Decembris, 1587. quæ est in fine, tract. decis. 230. num. 12. & coram* Illustrissimo Cardinali Mellino, *13. Iunij, 1603. in illa Romana fructuum census, quæ est ibidem dec. 302. num. 1. & coram* R. P. D. meo Vbaldo, *13. Iunij, 1614. in vna Formatinsi census, quæ ibid. est decis. 304. num. 2.* [*& coram* Reuerendissimo D. Coccino Decano, *in Romana palatij, 30. Aprilis, 1627. decis. 487. num. 4. & seq. post tractat. vbi allegat dictam decisionem coram* Gypsio *in Romana census. de Caffarellis post tract. dec. 230.*] Ea ratione, quod † contractus censualis habeat in se conditionem [si census non redimatur, cùm] census sit redimibilis ad voluntatem, & arbitrium venditoris, & debitoris illius, & quod propterea ante declarationem dictæ voluntatis non possit dici nata actio. Pacif. *in suo tractat. de Salu. Interd. inspect. 2. cap. 2. n. 292.* secundum nouissimam impressionem [Quam rationem considerauerat Rota *coram* Mohed. *dec. 226. quæ est 4. de præscript. ad fin. ibi. illud idem procedit in contractibus conditionalibus præstationis annuæ.*] vnde nec possit etiam tractari de illius præscriptione quo ad census futuros, sed dumtaxat quo ad præteritos Bal. *cons. 316. n. 4. lib. 3.* Soc. iun. *cons. 80. n. 24. lib. 3.* qui in dicta decisione non fuerunt allegati. Licet autem quo ad præscribendum census præteritos sufficiat, respectu omnium, cursus triginta annorum cæptus à die, quo cessatum fuit in solutione, vt supra conclusum fuit; ius tamen petendi fructus census in futurum

19 futurum non potest dici sublatum, cum † contractus ipse censualis (ex quo ius illud exigendi, & obligatio soluendi oritur) non sit resolutus non facta per venditorem illius, vel eum, qui ad fructuum dicti census solutionem tenetur redemptione, vel aliter non extincto censu.

Et quamuis secundum opinionem, quam tenuit *Rota*, & nos ob illius auctoritatem amplectimur; hæc videantur procedere absque difficultate, si præscriptio obiiciatur à principali debitore census, vel ab eius vniuersali hærede, quorum respectu conditio impedit natinitatem actionis ante purificatam conditionem, vt dictum est, secus tamen dicendum videtur, si obiiciatur à tertio possessore conuento hypothecaria vel Saluiano interdicto, quibus simpliciter præscribitur lapsu 20 decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, *l. 1. & 2. Cod. si aduers. credit. præscr. oppon. & ibi* Gloss. *& communiter Scribentes*, Pacific. *d. cap. 1. n. 272.* Felician. *in dd. suis Commentar. de censib. tom. 1. lib. 3. c. 4. num. 12. & tom. 2. eod. lib. 3. & cap. 4. num. 18.* Mari. Antonin. *variar. resolut. lib. 2. resolut. 5. num. 2. & nos diximus supra part. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 9. nunc quæst. 98. & testata fuit sapius* Rota, *& maximè in illa Romana Salutiani Interdicti, 22. Iunij, 1616. coram* Reuerendiss. P. D. meo Vbaldo, *quæ est impressa post tract. dec. 303. num. 3.* prout in hac materia dictam distinctionem recipere videtur eadem Rota *tàm coram* b. m. Cardin. Mantica, *quàm coram* bon. mem. Iusto, *in decisionibus, quæ reperiuntur post* Pacific. *decis. 85. & 86. secundum eandem impressionem.*

21 Illa † tamen distinctio non videtur in proposito
22 amplectenda, tum † quia ex mutatione personæ non videtur quod mutari possit natura obligationis orientis ex contractu censuali, qui, vt diximus est conditionalis, & per consequens non potest contra eam nasci obligatio, nec inchoari præscriptio, nisi à die qua potuit agi, vt latè demonstratum fuit *dict. art. 9.* tum quia sumus in præscriptione longi temporis decem, vel vi-
23 ginti annorum, quæ † fuit introducta partim odio negligentis, partim fauore possidentis, vt dicit Balb. *in d. suo tract. de præscr. par. 2. q. 1. num. 1. & in propriis nostris terminis* Cassan. *ad consuetud. Burg. rubr. 11. Des censes,*
24 §. 12. *num. 41.* In † obligationibus autem conditionalibus non potest considerari negligentia creditoris, nisi à die qua purificata conditione, ipse potuit agere, vt dictum est, tum demum, quia contrariam sententiam communiter amplectantur Scribentes, vt post multos testatur Odd. *consil. 82. num. 39. & seqq. lib. 1.* refert in terminis nostris Felician. *dict. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 18. vers. ego tamen, & nos diximus supra dict. art. 9. num. 50. & seqq.* meritò, &c.

SVMMARIA.

1 *Censu redempto cessat omnis obligatio soluendi illum tam realis respectu rei suppositæ,*
2 *Quàm personalis respectu obligationis personalis.*
[*Redemptio census extinguit omnia eius vincula perinde ac si nunquam facta essent.*
Censu quomodocumque resoluto fructus illius licitè recipi non possunt.
Pretium census eo resoluto, remanet penes debitorem, tanquam simplex, & purum mutuum.
Fructuum ad acquisitionem in materia vsuraria non sufficit bona fides.
Fructus ex censu extincto non debentur.
Et quatenus soluantur repeti possunt.]
3 *Fideiussor census liberatur sequuta census extinctione.*
4 *Fideiussor censetur præstitus, secundum naturam contractus in quo accessit.*
6 *Etiam quod sit fideiussor euictionis.*
[*Dominus census si in causam extinctionis recipiat illius pretium cum obligatione de restituendo illud prioribus, & potioribus creditoribus debitoris census, remanet penitus extinctus census.*
Census non reuiuiscit si dominus census vigore suæ obligationis pretium, quod in extinctionem census receperat, restituat debitoribus creditoris census.
Limit. *si illud restituat ipsi debitori census pura quia titulus extinctionis reducatur ad non titulum.*
Dominus census coactus restituere pretium census creditoribus debitoris census, illud ex æquitate recuperat ab ipso debitore vna cum fructibus decursis ante extinctionem.]
7 *Census fundatus super censu, cessat redemptio primo censu.*
8. *Fructus census debentur pro ea rata pro qua census non fuit redemptus.*
9 *Dissidia census potest fieri in qualibet parte anni.*
10 *Censu redempto in medio anni quod fructus illius debeantur pro toto anno, voluit Bo[illegible]*
11 *Verior est sententia, quod debeatur pro rata temporis.*
12 *Pactum quod si redemptio census fiat soluto semestre dominus census non teneatur compensare fructus indebito perceptos cum forte est illicitum.*
13 *L. qui Romæ, in princip. ff. de verbor. obligat. Intellectus.*
14 *Foller. in sua pract. cens. reprehenditur.*
Defenditur, n. 16.
15 *Pactum quod sit inter emptorem, & venditorem census de illo non redimendo nisi lapso biennio est illicitum.*
17 *Dominus census recipiens sortem absque protestatione de non preiudicando sibi quo ad fructus non solutos, sibi non præiudicat.*
18 *Fructus census peti possunt iure actionis.*
19 *Vsuræ quæ peti possunt iure actionis non censentur remissæ per receptionem sortis.*
20 *Secus si peti possunt solum per Iudicis officium.*
21 *Fructus census ex contractu nullo adeò sunt indebiti, vt repeti possint, etiam extincto censu.*
22 *Fructus ex contractu censuali nullo, non possunt licitè recipi etiam à sponte soluentibus.*
23 *Fructus census indebitè soluti, qua actione repetantur.*
24 *Bona vsurarij non sunt hypothecata pro restitutione vsurarum.*
25 *Dominus census conuentus pro restitutione fructuum illius indebitè, & illicitè perceptorum, si licem sustineat, debet in expensis condemnari, non obstante eius errore.*
26 *Probabilis error excusat à condemnatione expensarum.*
27 *Dominus census qui recipit fructus census post illius extinctionem, nullo potest probabili errore excusari à condemnatione expensarum, si litem super restitutione illorum sustineat.*

De aliquibus, quæ ex census resolutione, & post illam consequuntur.

QVÆSTIO CXIX.

aliàs part. 3. cap. 2.

VIdimus supra in primo capite huius tertiæ partis principalis, quibus modis extinguitur, & resoluitur census, sequitur, vt pro complemento huius nostri Tractatus aliqua breuiter dicamus de iis, quæ ex huiusmodi extinctione, & resolutione, & post illam consequuntur, quorum pleraque collegimus ex iis,

quæ

quæ aliis in partibus huius Tractatus pertractata fuerunt.

1 Ex resolutione autem, † & extinctione census illud præcipuum sequitur, quod inde resultat omnimoda liberatio à quacumque obligatione soluendi censum tam reali respectu rei subiugatæ, quæ ab onere impositionis census remaneat penitùs liberata Bon. *in suo tract. de censib. art.* 81. *num.* 114. Boccac. *in simili suo tract. part.* 2. *num.* 115. *& dixit* Rota *coram* b.m. Cardinali, Blanchetto, 16. *Decembris*, 1594. *in illa Vrbeuetana census, quæ est impressa, post tract. dec.* 82. *coram* bo.me. Litta, 23. *Iunij*, 1600. *in illa Romana Saluiani Interd. quæ est ibidem dec.* 272. *num.* 3. *&* 5.

2 Quàm † personalis respectu obligationis personalis qua debitor census est obstrictus, nam ipsemet debitor census liberatur ab onere soluendi annuas responsiones censuales in futurum. Bon. *dict. tract. art.* 93. *numer.* 126. *& voluit* Ludouic. Valazq. *de Auend. de censib. Hispan. cap.* 102. *num.* 1. *ad fin. & dixit* Rota *coram* R.P.D. meo Dunozet, 10. *Iunij*, 1613. *in illa Romana pecuniaria, quæ est post tract. dec.* 270. *n.* 3. *vers. quo verò, & num. seqq.*

[Quæ conclusio est amplianda, vt procedat non solum quando census extinguitur per actum retrosimilem, de qua extinctione dictum fuit latè supra *in tract. hac* 3. *par. cap.* 1. *q.* 3. *per tot. & signanter, art.* 1. quia per census redemptionem extinguuntur omnia vincula perinde ac si nunquam facta fuissent, vt dicit Giurb. *dec. Regn. Sicil.* 79. *num.* 29. *part.* 1. *allegans ita in terminis respondentem* Casanat. *cons.* 8. *num.* 5. *& consil.* 9. *num.* 56. *& nos diximus supra hoc eod. cap. num.* 1. *vbi multas* Rotæ *decisiones retulimus, quibus addi possunt aliæ, & signanter in illa Romana fructuum dotis*, 14. *Maij*, 1612. *coram* R.P.D. Manzanedo, *quæ est post tract. dec.* 336. *num.* 1. *& in una Arimmensi census* 26. *Iunij* 1610. *coram* R.P.D. Remboldo, *quæ ibid. est dec.* 351. *num.* 1. *& in una Romana census coram* Bubalo 3. *Iulij*, 1589. *quæ est ibid. decis.* 356. *num.* 2. *& in una Farfensi pecuniaria* 25. *Maij*, 1618. *coram* R.P.D. Pamphilio; *quæ est ibid. dec.* 396. *numer.* 2. *& in ead. causa coram* R.P.D. Buratto, 27. *Iunij*, 1622. *quæ ibid. est dec.* 419. *num.* 2. *& in una Vrbeuetana censuum coram* R.P.D. Cauall. 9. *Iunij*, 1623. *quæ est ibid. dec.* 404. *num.* 1. *& coram* R.P.D. Dunozetto *in una Romana fructuum census* 19. *Nouembr.* 1614. *dec.* 505. *num.* 6. *post tract.*

Quod in tantum est verum, vt eo casu fructus dicti census nec debeantur quidem ratione interesse, resoluta enim obligatione quo ad sortem cessat quoque obligatio ad interesse tanquam illius accessorium Rota *Iannen. decis.* 61. *num* 1. *& dec.* 200. *num.* 5. *vt dixit* Rota *in d. Romana fructuum census coram* Dunozetto. *n.* 7.

Sed etiam si cessauerit cursus fructuum census ob aliquam aliam causam, prout ex multis causis aliis cessare demonstratum fuit supra *in tract: hac* 3. *par. cap.* 1. *per tot. & signanter quæst.* 3. *art.* 5. *& ibi in addit. num.* 19. *cum multis seqq.*

Et certum esse dixit Rota *coram* bo. me. Vbaldo *in Romana pretij viridarij* 2. *Decembris* 1622. *quæ est post tract. dec.* 546. *num.* 1. Quod censu extincto nulli debentur fructus, *& eadem* Rota *in una Ranennatensi censuum coram* R.P.D. Burano 1. *Iulij*, 1630. *quæ est ibidem dec.* 545. *n.* 2. dixit quod ex censu extincto, ex eo quod fundus ob inundationem aquarum erat effectus omnino infructuosus nulli debebantur fructus, & quatenus soluerentur poterant reperi.

Nam quomodocunque cesset cursus fructuum census, & proinde obligatio illos soluendi, si dominus census eos exigat, & recipiat; non potest illos licitè retinere. Nam illius pretium remanet penes debitorem tanquam simplex, & purum mutuum, ex quo nulli fructus deberi possint, vt sæpius dictum fuit iuxta illud Apostoli: *mutuum dantes nihil inde separantes.* Et cùm versemur in materia vsuraria, ad acquisitionem dictorum fructuum non prodest bona fides, vt post multos dixit Rota in illa Romana census de Mutinis coram b.m. Card. Sacrato, *quæ est post tract. dec.* 119. *n.* 1.]

Quod † quidem procedit non solùm respectu ipsiusmet debitoris census, verum etiam respectu fideiussoris, qui in contractu censuali accessit nam extincto, & resoluto censu amplius non tenetur, vt fuit dictum *supra hac ead. par.* 3. *cap.* 1. *q.* 7. *n.* 6. *& seq.* fideiussor enim † intelligitur præstitus secundum naturam contractus censualis, supra quo fuit adhibitus Rum. *post alios allegat cons.* 146. *num.* 5. *lib.* 1. & ideo sicut eo casu principalis imponens ad nihil aliud tenetur, quam ad restitutionem sortis erogatæ, & receptæ respectiuè pro pretio dicti census venditi, & censu redempto, vel aliter resoluto remanet penitùs liberatus, vt ibi diximus, eodem modo fideiussor ad aliud teneri non potest, sed remanere debet omnino liberatus, † cum non teneatur plus, quàm suus principalis *l. Grace, §. illud. ff. de fideiuss.* etiam † quod esset fideiussor euictionis Paris. *cons.* 11. *in princ. lib.* 4 & diximus *dict. q.* 7.

[Et ista conclusio est adeò vera, vt si creditor, & dominus census recipiat pecunias, prò illius extinctione, sed cum obligatione de restituendo illas creditoribus anterioribus, & potioribus ipsius debitoris census, quo casu census ipse remanet penitùs extinctus, & resolutus, *vt dixit* Rota *in una Romana census* 20. *Febr.* 1612. *coram* R.P.D. Pamphilio, *quæ est post tract. dec.* 411. *per tot. & in una Romana census, seu drogheriæ coram* R.P.D. Dunozetto, 14. *Decembris*, 1620. *quæ ibid. est decis.* 384. *n.* 3. *&* 4 si postea contingat quod iste molestetur à creditoribus, & cogatur illis pecunias illas in census extinctionem receptas restituere, licet possit agere primæua actione saltem ex æquitate, vt dixit Rota sæpius, & signanter *in d. Romana census, seu drogheria n.* 1. Attamen census ipse non reuiuiscit, ita vt in posterum currant, & debeantur fructus illius, sed æquitas operatur dumtaxat, vt is, qui pecunias acceptas restituit, possit recuperare sortem principalem census ab illius debitore, & consequi fructus antequam ipse pecunias extinctionem census reciperet decursas, vt dixit Rota, *in d. Romana census, seu drogheria n.* 4. & virtualiter repetiit in *eadem causa* coram eodem 8. *Martij*, 1621. *quæ ibidem est dec.* 384. *sub n.* 1. *& dixerat antea coram* R.P.D. Pamphilio *in illa Romana census* 20. *Februarij*, 1612. *quæ ibidem est dec.* 411. *n.* 3. *& seqq.*

Quod tamen non procederet si pecuniæ venirent restituendæ ipsi debitori census ex eo fortè, quod titulus, per quem census fuit extinctus, & pretium illius restitutum, reduceretur ad non titulum Nam eo casu quilibet reuertitur ad sua primæua iura, vt apparet ex resolutione facta in Rota *coram* R.P.D. Pirouan. *in una Romana pecuniaria* 20 *Iunij*, 1614. *quæ est post tract. dec.* 400. *num.* 15. *& seq.* Vbi cum fuisset subhastatus fundus censitus, & de illius pretio esset extinctus census, ad cuius manus dictus fundus peruenerat, fuisset condemnatus tanquam spoliator ad restitutionem fundi cum omnibus fructibus ab eo perceptis, & ipse conuerso ageret ad fructus census decursos, durante spolio. fuit per Rotam resolutum dictos fructus census deberi ea ratione, quia omnia redierant ad suum principium, & quilibet rediit ad sua primæua iura.]

Verum enimvero occasione huius conclusionis contingit de nonnullis dubitari, & quidem primò, an redempto, vel aliter resoluto censu super quo alius census impositus, & fundatus fuit (prout fundari, & creari posse deductum fuit *supra part.* 1. *cap.* 3. *q.* 2. *art.* 3. *nunc q.* 31.) cesset, & extinguatur etiam alter census super eo fundatus, & constitutus. Et † partem affirmatiuam veriorem esse existimo, ex quo census ille nouus remanet absque fundo, vt diximus in *simili sup. hac* 3. *part.* 1. *quæst.* 2. *art.* 1. *seu q.* 99. *num.* 22. de censu impositio super censu antiquo, quod peream si petit fundus antiqui census. Nam cùm remaneat absque fundo, necesse

est vt ipse quoque census super eo fundatus pareat. Et hanc eandem partem affirmatiuam non obscurè tenuit Ludou. Auend. *d. tract. cap. 54. num. 10.* qui dicit, debitorem huius noui census eo casu compellendum esse vel ad illum redimendum, vel ad fundandum, & constituendum illum super nouo fundo idoneo, & capace.

Secundò dubitatur, an si census pro parte redimatur, vel aliter resoluatur pro parte, debeantur fructus illius pro parte non redempta, & non resoluta. Quæ tamen dubitatio non magnam habet difficultatem, facilis enim est illius resolutio si repetamus ea quæ diximus *supra hac ead. part. 3. c. 1. q. 2. art. 1. nunc q. 103.* Ibi
8 †enim plenè deductum fuit redempta parte census ex partium consensu deberi fructus reliquæ partis non redemptæ maximè vbi expressè actum fuit quod pro reliqua parte census non redempta fructus debeantur.

Tertia offert sese nobis non iniucunda dubitatio oriens ex iis quæ notat Nau. *in suo Commentar. de vsur. n. 127. q. 41. & reassumit* Boccac. *d. suo tract. par. 2. num. 59.*
9 dum firmauit †quod disdicta & redemptio census potest fieri in qualibet parte anni, & quandocunque debitor censûs voluerit, quod videtur etiam fuisse de mente Pij V. *in sua Bulla super forma creandi cens. in vers. eum verò traditione pretij reditus extinguendus erit, &c.* & maximè in illis verbis *volumus nihilominus quandocumque reditum extingui posse &c.* quia licet census sit de sui natura perpetuus, est tamen redimibilis venditore volente, vt dixit Rot. *coram* b.m. Gypsio, 28. *Martij* 1588. *in vna Romana census de Caffarellis, quæ est impressa post tract. dec. 305. n. 2.* Modò contingit quod debitor census illum redimit non in fine anni (qui incipere debet à die factæ per eum venditionis eiusdem census sed in aliqua anni parte. Dubitatur an teneatur ad solutionem fructuum dicti census pro integro anno, an verò dumtaxat pro rata dicti anni, qua census durauit.

10 In qua † dubitatione licet prima consideratione videretur concludendum fructus census soluendos esse pro toto, & integro anno, argum. *l. qui Roma, in princ. ff. de verbor. oblig. & sentiunt* Bon. *in suo tract. art. 85. numer. 128. & nonnulli alij relati à* Felic. de Solis, *in suis Comment. de censibus com. 2. libr. 4. cap. vnico, n. 7. vers. prima, &* Gasp. Roderic. *in suo tract. de ann. reddit. libr. 2. quæst. 15. n. 76.*

11 Attamen † contrariam opinionem existimant veriorem plerique alij non solùm, quia eam in practica fernari testatur Cagnol. *in l. 2. n. 45. & 77. C. de pact. int. empt. & vend. & sequitur* Foller. *in sua Pract. Censuali, in verbo, instrumentum gratiæ, n. 69.* Sed etiam quia ita de iure sentiendum esse affirmant Couar. *var. resolut. lib. 1. cap. 15. n. 10.* Ludou. Molina, *in suo tract. de contract. part. 2. disp. 390. n. 4.* Fernand. Rebell. *in suo tract. de oblig. Iustit. lib. 1. q. 6. n. 23.* Io. Bapt. Costa, *in suo tract. de Ration. & considerat. Rotæ, q. 108. n. 1.* Federic. Mart. *in tract. de iure cens. cap. 6. n. 384. & alij multi, quos refert.* Felician. *d. cap. vnico, n. 7. vers. tertia opinio. Quibus addantur post hæc scripta vide.* Nicol. Intrigl. *sup. Bul. de censib. q. 74. num. 2.* Mart. Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 4. puncto vnico, n. 32. vers. addit.* Ludou. Auend. *d. c. 102. n. 3. ad fin.* vel quia in hoc contractu emitur ius ad pensionem annuam, & ideo est soluenda pro rata temporis anni, vt dicit Molina. *d. n. 4. paulò post princ. vers. ratio est.* Vel quia isti annui redditus non debentur ratione fructuum prædij subiugati; sed ratione pretij quo empti fuerunt vnde sunt dirimendi inter emptorem, & venditorem, *vt ex* Bal. *in c. cum* M. Ferrariensis, *col. 2. vers. nota quod nomine, n. 5. ext. de constitut. dicit.* Couar. *d. n. 10.* vbi *num. 11.* propter eandem rationem id extendit etiam ad annuos reditus fructuarios quod soluí debeant pro rata temporis, & non pro integro anno. Vel quia si census deberentur pro toto anno sequeretur quod dominus census frueretur pro integro anno reditibus ac pretio, quo pro absurdo reputat Felic. *d. vers. tertia opinio, in fine*, ibi expedi etiam solet. Et cum hac opinione transeundum omnino censeo, non solum quia est receptissima, & vsu frequentissima, ideoq; amplectenda in iudicando, & consulendo, verum etiam quia ita videtur sensisse Pius V. *in d. sua Bulla*, dū ibi disponit quod debitor census post duos menses à die factæ per ipsum disdictæ census, & denunciationis futuræ redemptionis illius, possit quandocumque censum illum redimere, nam ad effectum vt illa facultas redimendi sit debitori census proficua dicendum est, quod non solum à die factæ realis, & effectualis redemptionis census, sed immo ab vltima die dictorum duorum mensium disdictæ, facto legitimo deposito, secundum ea, quæ diximus *supra hac ead. par. 3. cap. 1. q. 3. art. 9. nunc q. 111.* liberetur ab onere soluendi annuam responsionem censualem pro tempore futuro, & sic quod non teneatur ad fructus census pro reliqua parte anni cepti tempore redemptionis, vel lapsus dictorum duorum mensium, sed dumtaxat pro rata dicti decursa vsque ad dictam diem, & cum hac sententia transit etiam Tiraq. *de retractu conuent. §. 5. Glos. 3.* Nau. *in d. suo Comment. de vsur. n. 126. q. 42.* Boccac. *d. suo tract. par. 2. n. 60. facit* Petegr. *in suo tract. de fideic. art. 49. num. 10. vers. aut constituta sunt, & alij multi, quos recenset* Felic. de Solis, *in d. vers. tertia opinio.*

[Quæ opinio videtur posse comprobari *ex resolutione facta in* Rot. *in illa Romana subhastationis* 10. *Maij*, 1613. *coram* b.m. Buratto, *dec. 467. par. 8. post tract.* vbi fuit dictum quod fructus census subhastati decursi ante subhastationem, & venditionem spectant ad venditorem non autem ad oblatorem, & licitatorem, *quod repetiit in eadem causa coram eod. 10. Nouemb. eiusd. ann. vt ibid. dec. 468. n. 2. & seqq.*]

Quam † sententiam adeò veram existimauit Rota 12
coram b.m. Cardinali Blanchetto, 24. *Mai*, 1596. *in illa Eugubina, seu Perusina census, quæ est impressa post tract. dec. 115. n. 4.* vt affirmauerit esse illicitum, & vsurarium pactum quod si census redimatur post factam solutionem semestris, non teneatur dominus census compensare cum sorte principali fructus census, quo recepit pro rata temporis.

Ad *l. qui Romæ* † in contrarium ponderatam respon- 13
det Couar. *d. cap. 15. n. 10.* Quod non potest adaptari casui nostro, in quo debitor census potest illum quandocumque redimere, nam in casu *d. l.* conuenerant inter se contrahentes, quod debitor non posset sortem restituere nisi lapso biennio, & nimirum si teneatur ad vsuras integri biennij, quamuis intra illud sortem restituat, quod pactum esse illicitum in contractu censuali demonstratum fuit, *supra par. 2. c. 1. q. 3. art. 7. sen q. 59.*

Et hinc † apparet quod in terminis *dictæ Bullæ Pij* 14
V. est omnino reprehendenda, & reiicienda limitatio, quam ad hanc conclusionem tradit Foller. *in d. verbo, instrumentum gratiæ, n. 59.* videlicet, quod ea non procedat, quando inter emptorem, & venditorem census esset inirum pactum de illo non redimendo, nisi lapso certo tempore: nam † tale pactum tanquam restringens facultatem redimendi, est de directo contra dispositionem dictæ Bullæ & non caret suspicione vsurarum, cum dicta facultas debeat esse libera, & non coarctata ad aliquod certum tempus, vt sæpius dictum fuit, & signanter *d. art. 7.*

Non † inficior tamen quod hoc dictum *Foller.* posset 15
fortè recipi iuxta terminos *d. l. qui Romæ* circumscripta dicta Bulla. cùm *d. l.* ita frequentissimè intelligi à Scribentibus affirmet Cou. *d. c. 15. n. 10.*

Quartus sese nobis offert scrupulus remouendus ad 16
hunc locum pertinens. An si dominus census quando reuendit illum recipiat pretium, & sortem principalem absque aliqua protestatione, & reseruatione fructuum iam illucusque decursorum, & non solutorum,

aliquod

aliquod sibi faciat præiudicium, quin possit postea dictos fructus, & pensiones decursas, & non solutas nouo iudicio consequi.

17 In qua † difficultate conclusiuè, & resolutiuè procedendo sentio per receptionem sortis simpliciter, & absque protestatione, & reseruatione facta nullum generari præiudicium domino census, quin petere possit fructus, vsque ad illum diem decursos, & non solutos: moueor eo potissimo, & solidissimo fundamento:

18 Quia † istæ annuæ responsiones censuales debentur principaliter, & per se, ex stipulatione, & partium conuentione non autem accessoriè, & in consequentiam, & ideo potest dominus census illas petere, exigere, & consequi per viam principalis actionis, vt dictum fuit

19 *supra par.2.c.2.q.5.per tot.* Quo † casu per receptionem sortis non censentur modo aliquo remissæ, & condonatæ responsiones iam maturæ, & creditor in tali casu recipiens sortem simpliciter, & absque aliqua protestatione, & reseruatione nullum sibi facit præiudicium, quò ad fructus, & pensionem iam debitas, licet

20 † secus si dicti fructus, & responsiones non deberentur principaliter, & per se ex stipulatione, & conuentione partium, sed accessoriè, & in consequentiam, & pro illis exigendis, & consequendis nulla competeret actio, sed esset recurrendum ad officium Iudicis: Quia dicto casu creditor recipiens sortem simpliciter absque protestatione, & reseruatione non posset postea dictas responsiones debitas recipere, sed censeretur illas debitori remisisse, & condonasse, *arg. l. centum Capuæ, in fine, & ibi* Ang. *solum. fin. vers. vlt. not. ff. de co, quod cert. loc. l. fin. vbi* Bart. *n.3.* Paul. de Castro, *n.2.* Ias. *n.1. & 5. ff. eod. tit.* Tob. Non. *cons.82.n.1.* Magon. *decis. Florent. 83.n.7.* Surd. *d. in suo tract. de alim. tit.1. quæst.45. num.62.* Hond. *cons.30.n.52. lib.1.*

Quinta subnecti potest dubitatio oriens ex iis, quæ dicta sunt *supra p.2.cap.2.q.4.art.7.* vbi conclusum fuit, quod ex contractu census nulliter, & illicitè constituti, non possunt fructus percipi, sed sunt imputandi in sortem, vel restituendi. An si ex tali censu fructus fuerint soluti, possint post census redemptionem, & ex-

21 tinctionem repeti. In qua † dubitatione breuiter, & conclusiuè agendo vera est pars affirmatiua, quod scilicet, dicti fructus tanquam soluti absque causa repeti omnino possint: quam firmauit Rota *coram* bon. m. Gypsio, *13. Februarij, 1595. in illa Vrbenetana census, quæ reperitur impressa post tract. decis. 12.n.3. & in eadem causa* coram eodem *die 2. Maij eiusdem anni, quæ est ibidem decis. 228. num.1. & per tot.* vbi *num.2.* subiicit *Rota,*

22 † quod ex contractu census impositi contra formam dictæ constitutionis *Pij V.* adeò sunt indebiti fructus, vt nec etiam à sponte soluentibus licitè percipi, & accipi possint.

Si quis † autem quærat qua actione fructus isti in- 23
debitè, & illicitè percepti, & recuperati possint, dicerem esse in primis animaduertendum, quod licet recipiens hos fructus teneatur ad illorum restitutionem, vt dictum est, pro hac tamen restitutione facienda non sunt obligata, & hypothecata eius bona, vt † in 24
fortiori concludunt *Doctores*, quod nec etiam sunt obligata bona vsurarij pro restitutione vsurarum, Io. And. Abb. *& communiter alij in cap. cum tu, in cap. sua, de vsur. & de communi testatur* Nauar. *in suo Manuali, cap.17.n.265. versalia verò &* Ant. Gamma, *decis. Lusitan.271. alias 272. incipit. Egit actor n.1.* & propterea non poterit agi contra tertios possessores bonorum domini census actione hypothecaria, vel remedio Saluiani interdicti sed agendum erit actione personali, contra ipsum vel eius hæredes, vt restituat, vel per conditionem sine causa, *arg. l.1. ff. de condit. sine causa, & non obscurè sensisse videtur* Rota *coram* b. m. Gypsio, *in illa Vrbeuetana census, 13. Februarij, 1595. quæ est post tract. loc. 12.n.3.* vel per conditionem indebiti, *c. debitores*, vbi omnes, *ext. de vsur. Specul. in tit. de action. seu petition. § sequitur videre, n.51.* ex quibus hoc sensit Rota *coram eod.* b.m. Gypsio, *die 2. Maij eiusdem anni, 1595. quæ est ibidem decis. 228. num.1.* [*& coram* R. P. D. meo Vbaldo Iuniore *in Rauennatensi censuum, 26. Februarij, 1631. quæ est post tract. decis. 540. num.2. vbi hunc locum nostri tractatus allegat.*] Cautiùs tamen erit, si libellus generaliter concipiatur super restitutione dictorum fructuum, iuxta formam traditam per Specul. *in rubr. de vsur. in princ.* quàm arctare se ad conditionem indebiti, vel sine causa, vt admonet, *idem* Specul. *sub. d.n. § 1. in fine.*

[In quo † iudicio non est dubitandum, quin domi- 25
nus census victus in expensis sit condemnandus, cum nullam iustam causam habeat sustinendi litem iuxta *l. properandum, §. sin autem alterutra, C. de Iudic. & ibi* Doct. *communiter.* Asin. *in sua prax. Iudic. §.32 c.2.n.1. qui multos allegat*, & hoc extendit, quod talis condemnatio expensarum fieri debeat, siue iustè, siue iniustè quis litigauerit, licet † enim ob probabilem errorem quis ab 26
expensarum refectione excusetur Bald. *cons.217. n.8. lib.2. refert* Asin. *d.c.2. limit.29.*

Iste † tamen dominus census litigando nullius sal- 27
tem probabilis erroris prætextu potest hanc suam restituendi fructus præfatos recusationem excusare, & defendere: cùm contra se habeat communem, & à nomine controuersam opinionem optimis fundatam rationibus, vt supra deductum fuit.]

Et per hæc ad laudem Omnipotentis Dei, eiúsque gloriosissimæ Matris, totiúsque Cælestis Curiæ est impositus finis huic nostro Tractatui de Censu Consignatiuo.

INTERPRETATIO, SEV GLOSSA

BVLLÆ PII QVINTI DE CENSIBVS.

AVTHORE

Io. BAPTISTA LEONELLIO I. C. Perusino multis additionibus ab eodem aucta.

PRÆLVDIA.

De diuisione Bullæ, illius summaria cognitione, & requisitis ad Censum.

ANTEQVAM descendam ad explicationem Bullæ Pij V. de Censibus, licet per modum *gloss.* procedere intendam, cõuenit in primis illam in suas partes diuidere more Interpretum, cum diuisio in scientiis animum legentis incitet, mentem intelligentis præparet, & memoriam artificiosè reformet, Gloss. *recept. super §. igitur in verſ. eaſdem inſtitutiones in proœm. Inſtit.* qua de re, vt ad rem me conferam, puto totam hanc Bullam diuidendam esse in sex partes: in Prima enim habetur intentio ipsius Summ. Pontificis, & eius causa: in Secunda explicatur forma, & qualitas contractus istius census, de quo in ea: in Tertia definitur quid iuris, si contractus iste fuerit celebratus sub alia forma: in Quarta habentur duæ declarationes ad formam, & qualitatem prædictam: in Quinta datur consilium de Censibus sub alia forma, ante hanc Bullam celebratis: in Sexta, & vltima habentur *clauſ. ſolitæ apponi in fin. cuiuſlibet Bullæ.* secunda ibi, hac igitur: tertia ibi, contractúsque sub alia forma; quarta ibi, hanc autem: quinta ibi, & licet: sexta, ibi non obstantibus.

Quo ad primam adnotandum est, quod ob mala, quæ oriebantur antea in celebratione contractus census in præsenti Constitutione Summus Pontifex intendit illis salutifero remedio prouidere, & formam census, illiúsque qualitates clarè decidendo explicare, cæterum, cum census plures sint species, *vt paſſim adnot. doct. & nos dicemus infra in gloſſ.* 1. non de quoliber censu hæc Bulla intelligi debet, sed solùm de illo, qui à Doct. *dicitur conſignatiuus, & titul.* oneroso acquisitiuus, cum constituatur in re, propria apud ipsum constituentem retenta, atque in alium *titul.* venditionis transfertur: quò ad secundam more interpretum esset hic figurandus casus; cæterùm breuitati studendo more *gloſ.* loco eius primo adnotare debemus, an contractus istius Census sit in vtroque foro licitus, & istius, & propterea fieri, & celebrari possit sine aliquo scrupulo: Sol. in foro fori casus videtur esse sine difficultate, *arg. cap. cum dilecti, c. cum cauſa de emption. l. 2. C. de reſcind. vend. & in iſtis loc. plenè per Doct.* in foro autem poli, & conscientiæ idem puto regulariter tenendum: primo per *can. hæc eſt fides, & ibi doct. 24. q. 1.* secundò, quia tunc contractus oneroſus est in isto foro seruandus, quando in eo sunt seruata, quæ sunt de substantia contractus, & de substantia iústitiæ *eiuſd. vt paſſim adnotant Canoniſtæ, & præſertim in cap. fin. de vſur.* & cùm duo ista requisita in theorica reperiantur ob formam huic contractui traditam, & in practica præsupponuntur obseruari merito, &c. sed cum plura veniant circa hoc *not. in glo. animaduertenda*, ideo vlterius non insistam. Dixi autem regulariter, quia cùm inter requisita ad instrumentum istius contractus quædam locum habeant solum in foro fori, vt suo loco dicemus meritò, &c. Secundò pro satisfactione multorum adnotandum est, quod requisita instrumenti, & contractus istius census per modum summæ sunt ista, videlicet. Primum, vt census iste non constituatur, nisi in re immobili, vel pro immobili habita. Secundum, quod talis res sit de eius natura fructifera. Tertium, quod sit certis finibus designata. Quartum quod acquiratur cum pecunia verè numerata. Quintum, quod istæ pecuniæ numeratio fiat præsentibus testibus, notario, & in actu celebrationis instrumenti, & non aliter. Sextum, quòd pretium in dicta pecunia constitutum sit iustum, & integrè solutum. Septimum, quod solutiones anticipatæ, nec fiant, nec in pactum deducantur. Octauum, quod conuentiones omnes ad casus fortuitos obligantes vltra naturam contractus non adhibeantur. Nonum, quod pactum auferens; aut restringens facultatem rem alienandi omnino damnetur. Decimum, quod dominus rei, super qua census est fundatus possit illam liberè, & sine solutione alicuius quantitatis quouis tit. alienare. Vndecimum, quod in casu alienationis rei præd. dominus census debeat aliis præferri. Duodecimum, quod dominus rei prædictæ volens rem prædictam alienare debeat alienationis conditiones domino census denunciare, & per menſem expectare. Decimumtertium, quod non apponantur pacta continentia morosum census debitorem teneri ad quodcunque interesse, aut aliquam pœnam. Decimumquartum, quòd pro censibus præteritis, vel futuris eorúmque solutione census super eadem, vel alia re, nec augeri, nec constitui de nouo possit. Decimumquintum, quod non adhibeantur etiam

etiam pacta obligantia ad solutionem diuersorum onerum vltra naturam contractus. Decimumsextum, quod re perempta in totum, vel pro parte, vel infructuosa facta census similiter in totum, vel pro parte petire debeat. Decimumseptimum, quod non obstante quauis præscriptione, seu pacto possit census pro eodem pretio extingui. Decimumoctauum, quod in casu extinctionis census pro eodem pretio dominus rei debeat per bimestre ante id denunciare ei, cui pretium est soluendum, & illud non soluendo, possit, postea intra annum ad soluendum cogi, & compelli. Decimumnonum, quod transactis dictis tribus temporibus quandocunque census veniret extinguendus pro eodem pretio semper obseruari debeat, quod in d. 18. requisito haberetur. Vigesimum, quod nec etiam pacta apponantur obligantia ad extinctionem census pro eodem pretio extra casum supra decisum. Vigesimumprimum, quod pretium census iam in esse constituti, quauis causa suadente nunquam augeri, nec diminui possit. Circa hæc requisita (quamuis breuiter, & per modum summæ relata) de duobus occurrit dubitari. Primò an tot sint numero, provt supra relata sunt cum Doctor. *circa num. eorum non conueniant, cum quidam plura, vt* Thomas Bonins. *quidam pauciora, vt* Nauar. *&* Redoan. & alij illa putent esse, nemo tamen reperitur, qui tot. ea constituat quot supra sunt adnotata. Sol. requisita ad aliquem contractum eiúsque instrumentum, diuersa ratione considerata possunt esse plura, & respectiuè pauciora: vnde vt supra dicebam, possent etiam reduci ad duo capita, videlicet ad naturam, contractus, & ad instantiam, seu virtutem eiusdem, & cum de hac re, infra in *gloss.* simus dicturi. Ideò in præsenti satis erit illud solum adnotare, quod in qualibet contrahentium conuentione, seu hominis de rebus suis dispositione tria (vt in iure sæpè, obseruare valui) considerantur, videlicet natura talis conuentionis, vel disputationis, instrumentum in quo illa venit explicanda, & virtus, quæ in ea continetur, hinc est, quod requisita alia respiciunt naturam talis dispositionis, & conuentionis, alia solemnitatem instrumenti, & alia qualitatem virtutis, hinc etiam cognoscitur contractus validus ab inualido, atque licitus ab illicito, & cum in præsenti non conueniat singula adnotare, ideo quantum spectat ad *gloss.* me remitto ad ea, quæ infra in *gloss.* fumus dicturi, & ita puto dubium esse solutum. Secundò dubitatum, & quæsitum fuit, an omnia requisita, vt supra relata istius contractus sint seruanda in foro conscientiæ. Sol. vltra id, quod supra adnotauimus, meo iudicio præter quintum requisitum, iudicarem reliqua omnia in isto foro esse seruanda, & ratio est quoniam videntur respicere debitum iustitiæ provt melius dicimus infra in *gloss.* ad quas me remitto. Puto tamen in præsenti illud addendum, quod hæc obseruantia dupliciter considerari potest, Primò quoad obligationem peccati: Secundò quo ad obligationem restitutionis: vnde ob inobseruantiam istorum requisitorum, licet communiter peccatum, quod in suo genere est (vt puto) mortale, quia cum hæc Bulla (vt de ea loquamur) sit constitutiua, & præceptiua, consequenter transgressio esset directè contra præceptum: *can. fin. 14. q. 1. facit 15. q. 1. in princ. per tot. &* Doct. *in cap. nam concupiscentiam de constitut. vbi præcipuè* Abb. *num. 2. & seq.* posset confirmari per communem *doctrin. Theolog.* qua cauetur constitutiones humanas esse seruandas in foro conscientiæ: quoad obligationem verò restitutionis meo iudicio opus est distinctione, qua per huiusmodi contractum, aut altera pars est grauata, & læsa aliquo modo in re, vel in iure suo, & tunc oritur obligatio ad restitutionem *iuxta doctrin.* D. Thom. 22. *q. 62. art. 1.* Sot. *lib. 4. de iustit. & iur. q. 6. art. 1. facit. cap. sæpè de restit. spoliat. cum vulgar.* aut talis læsio, & grauamen causatum non fuit, & tunc secus est dicendum, ac tenendum, quia secundum communem doctrinam restitutio est actus commutatiuæ iustitiæ, & consequenter vbi iustitia non est læsa, & contra eam aliquid non est factum, nec etiam restitutioni est locus merito, &c. Quò ad tertiam partem notandum est ex ea, quod in clausula ista non fuisset apposita in fine huius Bullæ contractus contra eam celebratus teneret, & valeret; licet transgressor peccasset: Doctor. *communiter in l. non dubium, C. de legibus, &c.* Vnde vigore istius clausul. non solum actus est nullus, sed etiam dicitur nullus ipso iure, *vt* Doctor. *adnot. in d. l. quoad quartam partem not.* ex ea, quod lex licet regulariter futuris negotiis det formam, aliquando tamen etiam præterita regulare debet, *c. fin. & ibi* Canonist. *communiter de const. Not.* secundò, quod leges non tantum debet negotiis formam dare, verùm etiam iam statuta aliquando declarare *l. leges la 3. & l. fin. C. de leg. & ibi* Doctor. *quoad quintam partem not.* quod sicut omnis lex reducitur ad duo capita, videlicet præceptum, & consilium, *cap. fin. 14. quæst. 1.* & ex hac Bulla clarissimè cognoscitur: ita quoque præceptum obligat ad peccatum, secus consilium: Abba. *& alij in cap. nam concupiscentiam de constitut. Quoad vltimam partem not.* quod maxima est vtilitas in fine cuiuslibet constitutionis apponere huiusmodi clausul. tum quia constitutio magis firma, & magis valida demonstratur, tum etiam quoniam manifestè cognoscitur, quænam sit prior, & quæ posterior cum de leg. humanis sæpè circa prioritatem ipsarum dubitetur; imò bonum esset omnes ipsarum circunstantias adnotare, *iuxta tradita à* Turrecrem. *super proœm. Decret. qu. 12. per tot. Quibus omnibus adnot.* & absolutis iuxta propositum: institutum sequitur nunc, vt veniamus ad tex. & eiusdem Bullæ expositionem, quam interpretari intendimus solùm per modum, & methodum *gloss.* cum breuitas interpretationem legentibus magis placere soleat, atque delectet.

ADDITIO.

De vtilitate, & modo consequendi pecuniam pro ciuium indigentiis.

OBseruo ex princ. istius Bullæ esse omnino necessarium in Repub. dari aliquem legitimum modum, quo ciues possint consequi pecuniam, vt eorum indigentiis statim prouidere valeat, experientia enim docet, ciues aliquando illa indigere, quam cum habere nequeant vendendo eorum bona coguntur propterea ea accipere ad vsuram, vel alio modo illicito, & cum id rendat non tantum in damnum Reip. cuius interest subditos esse diuites, *auth. vt fine quoque suffrag. §. consideranimus, §. fin. & ibi glos. in ver. malè Instit. de his, qui sunt sui, vel alien. iur.* verum etiam in detrimentum subditorum, & priuatorum; siquidem qui accipit indebitè damnificatur, & qui dat vsuram committit; quæ quidem mala eò magis debent euitari, quo tendunt etiam in detrimentum salutis æternæ, cum definiat Concil. Lateranen. *in cap. sæpè de restitut. spoliat.* par esse quoad salutem animæ inuadere, & retinere alienum, atque hac de causa videmus esse permissum prædictum contractum census, Societatem officiorum, & in nonnullis locis Montis, vt vocant pietatis, ac etiam cambia, & recambia, reali tamen, & non simulata; de qua quidem conclusione cum dubitari nequeat. Ideo vlterius procedendo, oportet nunc adnotare, qualis debeat esse modus, ad cuius cognitionem obseruo vlterius, quod Scipio Ammiratur inter eius discursus, quos composuit *super lib. Cornel.* Tacit. *lib. 3. discursu 8.* docet modum, quo Princeps possit habere copiam pecuniarum, ex cuius doctrina quantum facit ad quæstionem propositam puto inferendum, quod modus iste dabitur primò si Princeps voluerit prouidere per

Constitut.

Constitut. vt à Rep. tollatur otium, quod est causa omnium malorum vt passim habemus apud morales Philosophos, otiosi enim dissipant sua, & postea volunt inuadere aliena, & successiuè statuere, quod vnusquisque debeat operam dare alicui arti, cùm inde tollatur otium, tollatur occasio ad inimicitias, & acquirantur diuitiæ. Nec obstare debet *sent. in l. nobiliores, Cod. de commerc. & mercat. & per tot.* vbi prohibetur ne Nobiles exerceant mercimonium: ad hoc enim dicimus, quod sicut in Republ. reperiuntur nobiles, & plebei, *§. plebes autem instit. de iure naturali :* ita quoque plebei, ad hoc, vt commodius mercimoniis operam dare valeant, fuit promulgata d. lex nobiles autem possunt incumbere artibus liberalibus cum eis conueniant secundum eorum statum; quæ autem sint huiusmodi artes non est præsentis considerationis : de eis enim aliquid adnotauimus *in nostro tract. de Præceden. q.* 8. & sic quilibet posset euitare tam pestiferum malum. Secundò, si Ciues in omnibus familiaribus expensis custodierint parsimoniæ leges, siquidem sicut immoderato sumptu res magnæ dissipantur, ita parsimonia modicæ res familiares conseruantur, & multum augentur : quæ quidem remedia si non sufficerent, posset addi Tertiò, vt constituatur aliquis Mons Pietatis, vel alio nomine nominandus ad finem præd. vt videmus in nonnullis ciuitatibus politicè institutis, hinc fortasse legimus huiusmodi Montes nominari in iure Panes ciuiles *l. fin. §. fin. C. de iure dot.* ex quo enim omnes ciues nequeunt possidere bona terræ, & ex illius fructibus viuere valeant. Ideò etiam ob hanc causam videntur constituti, & ordinati huiusmodi Montes, & Panes, vt in nobilissima Ciuitate Iannensi obseruatur, cùm igitur ad eundem finem videatur ordinatus contractus iste, de quo agimus, hinc est, quod Sūmus Pontifex per dictā eius Bullam voluit ad talem formā illum reducere, vt in eius celebratione eo meliori modo vsura euitetur, quo iuxta prudētiam humanā euitari possit.

TEX.

Cum onus Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari Censum contractus.

GLOS. I.

De defensione, & diuisione Census.

EST doctrina communiter recepta in primis adnotari quid sit id, de quo sit habenda oratio *l. 1. ff. si cert. pet. l. 1. ff. de dolo. Instit. can. de iur. can. in princ. cum vulg.* hinc est, quòd in præsenti, vt eam obseruemus, prius scire debemus, quòd Census alius dicitur publicus, alius verò priuatus. De publico in vniuersali multa docet Benedict. Boni. Corronen. *in suo tract. de censib. ca. seu art. 2. & 3. per tot.* Ioan. Bapt. Lup. *in sua repet. super l. 2. §. 2. n. 52. vsque ad nn. 55. vers. census modo, C. de pact. inter empt.* & videtur intelligendus *tit. tam in ff. quàm in Decreta de Censib. &* Sot. *lib. 6. & de iust. & iur. quæst. 5. artic. 1. in princ.* Sol. *qu.* Census autem priuatus, de quo in præsenti Bulla tractatur, definitur *à* Sot. *in d. q. & art.* quòd si ius percipiendi pensionem, siue in fructibus, siue in pecunia, vel re aliqua vtili. Hanc definitionem approbat Ioann. Bapt. Lup. *in d. l. & §. n. 56. licet autem aliter definiatur à* Conrado *in suo tract. de contract. q. 27. in princ. & ab* Angel. *in sua summ. in verb. census, & à* Nauarr. *in suo commentar. de vsur. n. 69. & seq. vers. 22. &* à Thom. Boninsign. *in tract. de contract. tit. de censib. c. 1. n. 1.* quoniam tamen huiusmodi definitiones, quò ad substantiam non videntur admodum differre. Ideò vlterius procedendo, de voce census, non puto necessarium hic aliquid adnotare, sed remitto studiosum ad eundem Benedict. *in d. tract. art. 4. per tot.* licèt autem ex descriptione assignata, census vnam speciem videatur habere : Doctores tamen plures adnotant, vnde Sot. *in dict. quæst. & art.* dicit quòd census iste alius est reseruatiuus, qui constituitur, quādo quis dat alteri rem suam, & sibi reseruat censum *l. fin. C. de rer. permut.* alius dicitur consignatiuus, qui constituitur, quando quis retentis propriis bonis, consignat alteri certam pensionem; atque de isto propriè loquitur hæc Bulla. Item census secundùm aliam diuisionem, alius dicitur realis, quia constituitur super re v. g. super prædiis, alius verò est personalis, quia constituitur super persona. Item census iuxta aliam diuisionem, alius dicitur fructuarius, quia percipitur, & soluitur in tot fructibus, alius verò est pecuniarius, quoniam percipitur, & soluitur in pecunia. Item census adhuc, alius est certus, alius verò incertus, quia aliquando fructus, vel pecunia taxatur, aliquando verò secus: cum solùm quota ipsa declaretur. Rursus secundum aliam diuisionem, alius est perpetuus, alius temporalis. Item alter est ad certum tempus, puta ad 30. annos, alter verò ad tempus incertum, puta durante vita. Vltimò alius dicitur redimibilis, alius verò non redimibilis, quia aliquando redimi potest, & aliquando secus : *hæc* Sot. *easdem de Censu distinctiones videtur approbare* Lupus *in d. l. & §. à d. n. 56. cum pluribus seqq. & ante eos, illas nos docuit* Conrad. *in d. quæst. 72. vers. tertia suppositio.* An autem omnes istæ diuisiones sint de iure admittendæ, infra suis locis dicemus; licet autem contractus census regulariter iustus, & legitimus reputari debeat, tam per hanc Bullam, & alias Summorum Pontif. quam etiam per ea, quæ nos docent Doctor. *in loc. adduct. quib. add.* Couar. *lib. 3. variar. resol. cap. 7. n. 1. per plur. col.* Quando tamen huiusmodi regula limitari debeat, infra suis locis conuenit adnotare.

ADDITIO.

EX hac partic. habemus contractum census esse satis antiquum, quia celebrabatur etiam ante promulgationem istius bullæ, hinc not. officium legislatoris, etiam antiqua aliquando renouare, vt legimus obseruatum à Concil. Trident. quod renouauit multos antiquos Canones, & successiuè illos obseruari mandauit, nec obstat leges variari ob varietatem temporum, capit. non debet de consanguinitate, cum ibi adnot. ad hoc enim respondetur, quòd ob hanc temporum varietatem, etiam antiqua debent aliquando renouari, & custodiri, vt per d. Concil. habetur.

TEX.

Qui nondum non continentur intra limites à nostris Antecessoribus eisdem contractibus statutos.

GLOS. II.

De causa, & qualitate istius Bullæ.

CONtra si contractus censuum erant liciti per alias Summorum Pontificum Bullas, si tamen illæ seruatæ fuerint, ergo erat necessaria alia prouisio, & consequenter hæc Bulla in hac parte videtur superflua, Sol. causa alicuius nouæ Constitut. aliquando est multiplex, vt etiam adnot. super Bulla Societ. officior. vnde hæc nostra videtur necessaria, primò ad remouendum abusum fortasse introductum contra alias Summor. Pontific. Bullas : Secundò ad maiorem declarationem formæ quæ seruari debet in celebratione istius contractus : Tertiò ad remouenda quædam illicita pacta quæ insuper adhiberi solebant, vt in sequent. gloss. dicemus, & propterea obiectio videtur omnino cessare:

cessare: sicut enim Concil. Trident. multas Constitutiones promulgauit, non tamen per illas aliquid de nouo statuendo, sed iam statuta de iure communi, vel de iure extrauaganti renouando, ita etiam hoc idem videtur facere præsens hæc constitutio. Per doctrin. autem communiter traditam à Canonistis *super c. fin. de constit.* qua cauetur constitutionem aliam esse declaratiuam, & aliam constituiuam: hæc nostra potius videtur dicenda declaratiua, quam aliter; iudicarem tamen ipsam mixtam, esse reputandam.

ADDITIO.

QVanta sunt vtilitates præfationum in qualibet hominis dispositione vltra id, quod habetur in gloss. adnot. est Bar. *in tit. C. de nou. C. facien. n. 16.* Surd. *in sua dec. 288. n. 30. & seqq. & nouissimè* Menoch. *in suo tract. de præsumptionibus, lib. 6 præs. mpt. 2. per tot.*

TEX.

Verùm etiam quod deterius est contrarijs omnino pactionibus, propterea ardentem auaritiæ stimulum: Legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt.

GLOS. III.

De modo cognoscendi Contractum illicitum, & nullum.

GLoss. *super cap. pleriq. in vers. precepta, 14. q. 3.* docet quòd quatuor modis in Contractibus committitur fraus, videlicet de re ad rem, de persona ad personam, de contractu ad contractum, & de eodem contractu, ad eundem, modo tamen diuerso: hinc difficilè est cognoscere contractum simulatum; ex hac distinct. puto inferendum, quòd licet aliquando in lectura contractus nulla pœnitus appareat iniustitia; permedia tamen extra contractum desumpta cognoscitur illum esse illicitum; & propterea Ioan. Bapt. Lup. *in sua repet. super l. 2. §. 1. per tot. C. de pact. inter empt. & vendit.* adnotat diuersas coniecturas ad cognoscendum contractum illicitum: vt autem distinctè in præsenti aliquid adnot. puto dicendum, quòd quis dicitur lædere proximum aliquando inducendo illum ad donandum, vel ad testandum, vel ad testificandum, & huiusmodi census non pertinent ad rem propositam de istis tamen posset adnotari *text. in l. 2. ff. mand.* in huiusmodi enim casib. aliquando potest considerari peccatum tantum, & aliquando etiam obligatio ad restituendum, *iuxta adnot. à Canonist. in cap. fin. de simon.* Secundò proximus lædi potest per contractum onerosum, sicut est iste contractus census, & tunc talis contractus tripliciter considerari, & reperiri posset, videlicet vt est licitus, vt est illicitus, & vt est nullus: quilibet autem istorum ex eo cognoscitur, quia si sunt obseruata, quæ sunt de substantia contractus, sine dubio erit validus, secus aliter: Item si obseruata fuerint, quæ sunt de substantia iustitiæ contractus, erit iustus, & licitus, secus aliter: Item pacta, conditiones, modi, & causæ, quæ insuper in contractu adhibentur, quædam damnantur à lege, & à iure, & ista si adhibeantur, regulariter dicuntur vitiare, aliquando verò secus, atque de istis videndi sunt Can. *super c. fin. de pact. & in c. si. de cond. appos. cum add. in d. loc.* quædam verò sunt de iure permissa, sed sæpè contingit, quòd si apposita reperiuntur in aliquo contractu, ita quòd destruant naturam illius; sicuti exemplum habemus *in c. nauiganti, in princ. de vsuris, tunc dicuntur vitiare, vt in d. c. deducitur, secus aliter. istas distinct. adnot. ex ijs, quæ nos docent* Doctor. *& præcipuè* Bero. *super d. s. nauiganti, meritò.*

ADDITIO.

TRansgressio iuris duplex videtur, vna enim est simplex, altera verò cum contemptu, quando autem quis dicatur venire contra legem simpliciter, & quando ex contemptu, non videtur omnino clarum, recurrendum est propterea ad D. Thom. *22. quæst. 186. artic. 9. ad vltimum, ad* Siluestrum *in sua Summ. in verbo. de contemptu, atque ad hoc facit doctrin.* Abb. *in cap. nam concupiscentiam de constitution. at quomodo prouideri debeat, ne lex contemnatur dicimus dupliciter id contingere. Primò per modum legis, prout facit Summ. Pontifex per præsentem Bullam. Secundò per modum punitionis puniendo delinquentes, iuxt. illud Poëtæ dictum,* Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

TEX.

Non potuimus animarum (prout tenemur) saluti consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tàm graui morbo, letiferóque veneno salutari antidoto non mederi.

GLOS. IV.

De legibus seruandis in vno, vel altero foro.

OBseruo in iure quasdam constitutiones esse seruandas in foro fori tantum, quasdam in foro poli solum, quasdam in vtroque simul, & quasdam denique in neutro: primo modo sunt omnes illæ constitutiones quibus cauetur solemnitatem à iure traditam esse seruandam, vt contigit in alienatione rer. Ecclesiæ: *c. nulli de reb. Ecclesiis non alien. can. fine except. 12. q. 2. auth. hoc ius porrectum, C. de Sacros. Eccl. cum simil.* quæ solemnitates in foro conscientiæ non videntur necessariæ secundum vnam opinionem, quam puto veram Doct. *& præcipuè* Abbas *in c. quia plerique de immunita. & in c. cum esses de testam. vbi* Couar. *tenet opp.* In altero verò foro illæ sunt seruandæ, quæ in gratiam illius sunt promulgatæ, *vt est cap. Deus, de pœnitent. & remiss. & ad istum text.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. casu 391.* D. Thom. *in 3. part. Sum. quæst. 9. art. 7. item can. 1. de pœn. distin. 5. in can. 1. de pœnit. distin. 6. cum simil.* de vtroque autem foro habemus *text. in c. fin. de præscript.* & regulariter omnis lex humana, dummodo sit iusta. Sot. *lib. 1. de iust. & iur. q. 6. art. 4.* D. Thom. *1. 2. q. 96. art. 4. cum simil.* In neutro denique foro illæ leges non sunt seruandæ, quæ sunt iniustæ, *iuxt. doctr.* D. Th. *1. 2. q. 96. art. 4. communiter recept. vel sunt reuocatæ, & abrogatæ iuxta tamen ea, quæ nos communiter docent.* Doct. *in c. 1. de consc.* vnde iis præmissis, quæreret aliquis; qualis reputari debeat hæc Bulla, licet quæsitum propositum sit meo iudicio difficilis solutionis ob quæstionem de solemnitate iuris, de qua dicebam supra, responderi tamen potest, quod cum hæc Bulla duo videatur decidere, videlicet, quid requiratur ad substantiam iustitiæ istius contractus, secundò quid requiratur ad euitandas fraudes: sub primo respectu dicerem ipsam esse seruandam in vtroque foro licet principaliter in foro animæ: at secundo modo videtur seruanda in foro fori tantum, per ea, quæ supra adnotantur hoc tamen puto dicendum, iuxta iam dicta, & infra dicenda.

ADDITIO.

PRimum cuiuslibet legis ex iuxta dictum Prophet. Prohibere mala, & præcipere bona l. 2. in fin. ff. de legibus, vnde per præsentem Bullam contractus Censuu illegitimi dãnantur, atque iuxta illius formam permittuntur, hinc not. quod ex malis moribus oriuntur bonæ leges: puto vlterius adnotan.

adnotan. quod omnis contractus, aut est notoriè iustus, aut iniustus, aut dubius, in primo, & secundo casu est clarum quid sit de iure dicendum, per d.l. in tertio autem est facienda interpretatio ad hoc, & delictum emitetur, Menoch. *lib. 5. de præsumpt. 2. num. 6. & propterea in dubio præsumitur iustus idem author lib. 3. præsumpt. 38. per tot. cum ibi adduct.*

TEX.

Hac igitur nostra constitutione statuimus Censum, seu annuum redditum creari, constituiue, nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

GLOS. V.

De tribus conditionibus ad fundum Census requisitis.

IN hac particula Summus Pontifex adnotat super qua re Census constitui debeat: per Censum enim intelligere debemus non ius percipiendi pensionem; sed ipsammet pensionem, quæ nil aliud videtur significare, nisi quoddam vtile onus, super re aliqua impositum, quæ quidem res per hanc Constitutionem, & Bullam tres conditiones debet habere, videlicet, Primò, vt sit res immobilis, vel pro immobili habeatur: Secundò, vt sit de eius natura fructifera: Tertiò, vt nominatim sit certis finibus designata. Per primam conditionem videtur abrogatus contractus census personalis; licèt autem posset teneri oppositum, tamen ne limites gloss. transcendam me remitto ad ea, quæ docet Nanar. *in suo commentar. de vsur. n. 81. & seq.* Thom. Bonin. *in tract. de contract. tit. de censib. cap. 4.* Corrad. *in tract. de contractib. q. 74.* Sot. *lib. 6. de iust. & iur. q. 5. art. 1. concl. 4.* Ioan. de Medin. *in suo Cod. de contractib. & restitut. tit. de censib. quæst. 11. vers. sed quæreret aliquis.* Secundò per eandem conditionem census imponi non posset super aliqua alia re, vt sunt res se mouentes: item certi reditus quos quis aliquando habet, vt sunt in Vrbe reditus, Ripæ, & *simil. dicas tamen, prout docet idem* Ioan. à Medin. *in d. q. vers. sequitur amplius il 4.* Benedict. Bon. *in d. suo tract. de censib. art. 10. & sequent. hæc autem alia res, cùm possit esse diuersa, ideò vltra* Doctor. *adductos videndus est* Petrus Foller. *in sua cens. praxi. §. sine vers. census enim dici solet, n. 6. vsque ad num. 52.* vbi explicantur res, super quibus census imponi possunt. Per secundam conditionem notoriè constat, quòd excluduntur res, ex quibus fructus percipi nequeunt, vt hoc idem docet Ioan. de Med. *d. q. 11. vers. sequitur amplius il secundo.* Hoc soluitur etiam dubium, an videlicet constitui possit super proprietate fundi, in quo aliquis habet vsumfructum, vt videri potest apud Foller. *tractat. & §. supra citat. n. 44. 45.* & Benedict. Bon. *in d. tractat. art. 10.* Fructus autem isti cuius quantitatis debeant esse, *docet idem* Ioan. à Medin. *in d. q. vers. sequitur amplius il terzo:* causa autem istius conditionis, & requisiti adeò videtur clara, vt vanum esset clariorem reddere. Quæreret modo aliquis, an Census constitui posset super re, quæ licèt non sit fructifera, talis tamen per artem fieri potest. Solue. regulariter negar. videtur esse respondendum, cum interim census solui non possit: hæc tamen regula posset aliquando limitari secundum qualitatem rei, & contractus *argum. §. constituitur, & ibi* gloss. & Doctor. *Institution. de vsufruct. Vide tamen* Benedict. Bon. *in d. suo tract. art. 12. cum adduct. per eum.* Per tertiam denique conditionem dissoluitur quæstio, quæ erat inter Doctores, an videlicet census imponi possit super rebus incertis, vt videri potest apud Ioan. Bapt. Lup. *in d. sua repet. super l. 2. §. 2. n. 64. per tot. C. de pact. inter empt. & vendit.* si enim fundus ipsius Census posset esse incertus, & posset etiam constitui sine re, quod non est verum Foller. *in d. tract. & §. n. 50.* De hac autem conditione videndus est Nauarr. *in d. suo commentar. de vsur. n. 86.* hæc conditio ex eo videtur statuta à Pontifice, vt census exigui possit ad extinctionem fundi, sicuti vsufruct. *iuxt. l. quid, tamen ff. quib. mod. vsufruct. amit. §. fin. Institut. eod.* licèt autem Summus Pontifex præsupponat, quod res illa, super qua census constituitur, sit in dubio ipsius constituentis, dubitatur tamen, an etiam in rebus alterius constitui possit *per l. rem alienam ff. de contrahend. empt.* videtur affirmatiuè esse respondendum: cæterum soluendo, vel prout docet Corrad. *in d. suo tract. q. 78.* distinguendo videlicet an constituens possideat huiusmodi rem tanquam suam, vel non possideat, & tunc vel cum consensu possessoris, vel sine illo; vnde sequitur, quod secundum qualitatem casus contingentis aliquando constitui posset, & aliquando secus: sed quid iuris, si de facto constitutus esset census super fundo, qui nec est ipsius constituentis, hoc cum consensu ipsius Domini. id factum fuit: Sol. contractus erit nullus, & iniustus: nullus, quia caret, eo quod est de substantia contractus: iniustus, quia est contra ea, quæ sunt de iustitia *iuxt. adnot. supra in aliis gl. ad mentem* Doct. *super cap. nauiganti de vsur. vndè daretur ius repetendi pretium iuxt. l. dominum ff. de contrahen. empt.* prout infra suo loco etiam dicemus.

ADDITIO.

CIrca hanc particul. de duobus fuit aliquando in practica dubitatum. Primò cuius quantitatis fructuum debeat esse fundus Census. Secundò, qualis debeat esse illius certitudo. Quoad primum cùm nullibi habeatur decisum, vt hactenus videre valui, consequenter dicitur esse in arbitrio boni viri, argumento l. 1. ff. de iur. delib. & cum debeat esse tanta, vt illum sustineat, dubitatur an fundus cuius fructus sunt exemp. gr. decem possit sustinere censum pro illis decem, Sol. videtur difficilis, *tamen argumento Bullæ Pij IV. de societat. officior. & quod ibi adnot. in gloss. 14. puto affirmatiuè posse responderi, sicut enim Dominus officij potest transferre omnes fructus sui officij in alium, vt ibi cauetur, ita etiam hoc idem potest affirmari de censu. Quoad secundum obseruo* apud Doct. *vt cæteris omissis videri potest* apud Gomez. *in suo tract. de contractibus cap. de qualit. contract. quod incertitudo duplex est, vna enim ad certitudinem reduci nequit, & ista vitiat actum, altera verò ad certitudinem commodè reducitur, & tunc oppositum est tenendum, idque præcipuè contingit quando res est incerta, sed de certis, inxta §. incertis verò, cum seq. & ibi* Gloss. & Doctor. *instit. de leg. l. hæc venditio, §. 1. de contrah. empt. & illa consideratur, etiam quando fundus est dubius, ideo vide* Caroc. *in sua dec. casu 103.*

TEX.

Rursus nisi verè in pecunia numerata.

GLOS. VI.

De qualitate pecuniæ, & illius solutione quoad Censum creatum; & creandum attinet.

NEminem hactenus vidi, qui dubitet de isto contractu census, vt non sit emptionis, & venditionis, & propterea extrauagan. Martini V. & Calisti III. collocata sunt à compilatoribus *sub tit. de empt. & vendit.* vt legimus *in extrauagan. communib.* Hinc est, quod contractus iste celebrari debet cum pecunia numerata, quemadmodum est necessarium in contractu emptionis *§. 1. & 2. Instit. eod.* & cum pecunia ista in isto contractu sit, & dicatur pretium, non est opus hic de eius qualitate, natura, specificatione, taxatione, &

& solutione aliquid adnotare cum de omnibus istis plenè, & doctè pertractat, & multa nos docet Fabianus de Mont. *in suo tractat. de empt. & vend. q. 5. princ. vsque ad num. 46. vers. sequitur secunda pars.* Sed quoniam sæpè contingit in qualibet Ciuitate pecuniam reperiri auream, argenteam, & æream, atque contrahentes, nihil dicant de huiusmodi monetæ qualitate, propterea sæpè dubitatur provt in facto vidi, de qua moneta intellexerunt in solutione aliqua facienda. Sol. attenditur consuetudo. Ant. de But. *in cap. quanto, num. 13. de iureiur. atque ibi etiam alij Doctor.* cum ibi tractetur materia huiusmodi solutionum: sed quid iuris esset, si de facto census fuisset ab aliquo acquisitus, non cum pecunia, provt Bulla hic dicit, & determinat, sed cum aliqua alia re. Sol. puto distinguendum, quia aut quæst. est intelligenda de censu iam constituto in esse, vt e.g. Titius emit censum à Semproneo, & modò intendit illum cum aliqua re permutare, & sic videtur de iure id licitum esse *iuxt. tot. tit. ff. & C. ac etiam Decret. al. de rerum permut.* nisi tamen fraus interueniat, sicut enim vnicuique licitum est rem suam permutare cum alia, vt in d. iurib. cauetur, ita quoque debet esse licitum permutare censum: aut intelligitur de prima constitutione eiusdem, eiusque emptione, & tunc oppositum puto dicendum cum hoc casu hæc Bulla resistat, & sic verificatur *l. non dubium C. de legib. & ibi Doctor.* in casu enim isto diceretur commissa fraus de contractu, ad contractum, atque hæc solutio apparet etiam in practica, & in vtroque foro vera: quod autem dictum pretium tali casu interuenire debeat, nemo est, qui dubitet vt cæteris omissis videri potest *apud* Ioan. de Medin. *in d. C. quæst. 12. per tot.* & quoniam de eo plura infra sumus dicturi, ideò in præsenti illud solum adnotari debet, an totus contractus corruat, si pars pretij in alia resoluta, esset. Sol. affirmatiuè videtur esse respondendum, quia forma contractus est indiuisibilis, sicut obligatio meritò.

ADDITIO.

PEcunia ista potest considerari ex parte pretij, & ex parte ipsiusmet census: primò enim respectu, & sic ipsius emptoris, casus est clarus per hanc particul. & gl. in foro fori, sed limit. vt infra in gl. 9. secundò verò nullibi habetur quid iuris, & nos aliquid adnot. infra in gl. 19. vnde addendo hic argumento c. olim causam, & c. penul. de censib. Census etiam iste debet esse in pecunia numerata. In contrarium facit l. interdum ff. de verb. oblig. Fabian. de Monte *in suo tractat. de empt. q. 4. n. 46. vers. 16. quero omnino viden. vbi habetur fructus futuros posse vendi. Sol. prout in d. gloss. diximus ad quem me remitto.*

TEX.

Præsentibus testibus, ac notario, in actu celebrationis instrumenti.

GLOS. VII.

CLarissimè constat ex hac partic. quod istud requisitum est quædam solemnitas extrinseca, quæ an seruari debeat in vtroque foro: non videtur omnino clarum; solutio tamen eius dependet ab illa quæstione an videlicet solemnitates iuris sint seruandæ in foro conscientiæ, de qua, vt supra dicebam videndi sunt: Doctor. *& præcipuè* Conar. *in cap. cum esses de testam. & in cap. quia plerique, vbi præcipua* Abb. *de immunit. Eccles.* ego enim sæpè dixi opinionem negatiuam esse magis veram, quia huiusmodi solemnitates videntur inuentæ, & introductæ ad euitandas fraudes, quæ in isto foro locum non habent. Præterea intelligentia huius particul. duplex esse videtur, primò, vt emptor census præsentibus testibus, & notario soluat pretium, atque iste intellectus est verus, & in pract. obseruatur: secundò, vt præsentibus testibus, & notario emptor debeat non solum pretium soluere, sed etiam numerare, atq; sub isto intellectu hæc Bulla in hac parte non fuit vsu recepta, provt necessaria esse videbatur *inxt. tradit. per* Felin. Roland. à Vallè *cons. 99. vol. secundo, & probat. text. in canon. 3. §. leges, distinctione 4. hinc est*, quod fere nunquam pecunia numeratur præsentibus testibus, & notariis, sed solùm soluitur.

ADDITIO.

CVm venditor census confiteatur pecuniam recipere coram testibus, & postea alibi emptor illam numeret, hinc est quod sæpè committitur fraus cum d. emptor ostendat pecuniam coram notario, & testibus, & postea, vel illam non soluat, aut aliud pro alio pradat: & sic sæpè quæritur quid iuris. Sol. notarius scribendo hanc solutionem dicit pecuniam esse solutam aliquando ante presens instrumentum, aliquando præsentibus testibus, & aliquando simpliciter: primo casu est contra istam particul. ideo verificetur l. non dubium, & ibi Doctor. C. de legib. secundus est iuxta formam hic tradit. de tertio dubitatur in qua dubitatione placet interpretari instrumentum, vt sit legitimum. Primò quia contractus in dubio præsumuntur conformes iuri, Menoch. *lib. 3. de præsumpt. 38. secundo quomodo interpretatio semper fieri debet, vt euitetur delictum, idem* Menoch. *in d. tract. lib. 5. præsumpt. 2. num. præsertim 6. cum ibi adnot. contra quam præsumptionem cum admittantur probationes, ideo oppositum posset, & deberet probari per diuersas coniecturas, de quibus aliquid adnotemus in fine istarum gloss. vlterius quæritur an census iste possit celebrari iuxta hanc Bullam, sed manu alicuius priuatæ personæ, ponderando vers. istius particul. ac notarij negatiuè est respondendum, puto tamen ista distinguendum, quod si ista scriptura sit facta manu istius priuati tantum, verificatur motium, at si vlterius sit subscripta manu aliorum, & sit duorum, vel trium testium tunc puto dicendum, d. census posse celebrari per huiusmodi scripturam priuatam, iuxta l. scriptura C. qui potior in pignor.* & Abbat. *in c. 2. de fide instrument.* & Doctor. *in l. admonendi ff. de iurei. & rand.*

TEX.

Non autem prius recepto integro, iustóque pretio.

GLOS. VIII.

De pretio numerando integro, & iusto.

EX hac particula videtur soluta illa quæst. quam examinat Nauarr. *in d. suo comment. de vsur. num. 88. vers. est tamen quæst.* videlicet pretium solui debet præsentibus testibus, & notario, prout supra adnotaui, sequitur, quod census acquiri nequeat cum credito pecuniario, quod emptor habebat cum debitore, an autem hæc decisio sit similiter seruanda in foro conscientiæ, difficultatem habet, *vt adnot.* Nauarr. *videtur tamen affirmatiuè respon. proposito*, quod non adsit dolus, nec læsio venditoris: prout etiam iste Doctor. hoc idem videtur approbare, in foro enim isto non est prohibita compensatio, *vt adnot.* Thomas Boninsign. *in dict. suo tract. de contractib. tit. de Lud. cap. 11. &* Ioan. de Medin. *omnino videndus in d. suo C. quæst. 3. de causis liberantibus debitorem vers. 12.* causa est, vbi plenè declarat materiam compensationis, vnde ad hanc pretij solutionem tria requiruntur, primum, vt fiat in celebratione

contra

contractus: secundum, vt soluatur integrum: tertium, vt sit iustum quò ad primum iam diximus hic supra quid circa ipsum adnotari debeat, quibus addi potest, quod docet, Nauarr. *loco cit. n.* 89. Quò ad secundum per hoc videtur derogatum iuri communi quo cauetur, quod in emptione non requiratur pretij solutio dummodo aliter de eo satisfactum sit, *l. quod vendidi l. vere, ff. de contrahend. empt. §. vendita Instit. de rerum diuisione, cum similib.* Sed quid iuris, si de facto integrum pretium solutum non esset, vt sæpè contingit. Sol. ob contractus formam non seruatam saperet vsuram, venditori tamen competeret ius ad pretium eiusque interesse consequendum, *l. Iulianus §. ex vendito, ff. de action. empt. & ibi* Doctor. *facit l. curabit, cum sua materia, C. eod. &* Soc. *sen. in cons.* 88. *&* 130. *vol.* 4. plenè declarat ad quid teneatur emptor ob retardatam pretij solutionem. Sed vtrum peti posset contractum declarari nullum Sol. videtur affirmatiuè esse respondendum, ex quo infrà in hac Bulla habetur clausula irritans, & ibi dicemus his accidit, *l. non dubium, & ibi* Doctor. *C. de legib.* Quò ad tertium scire iustum pretium difficilis est solutionis, tum ex natura rei, tum etiam ob varias Doctorum opiniones, *vt videri potest apud* Ioann. Bapt. Lup. *in d. sua repet. super l. 2. §. 2. num. 64. C. de pact. inter empt.* Ioann. à Medin. *in d. q. 12. vers. ad secundum post princ.* Foller. *omninò adnotan. in d. sua pract. §. seu vers. vidistis enim superiori loco à princ. cum pluribus numeris seqq. regulariter enim videtur attendenda l. pretia rerum, ff. ad l. falcid.* Couar. *lib. 2. variar. resolut. ca. 3. in princ. & n. 4.* Doct. *præcipuè* Abb. *in cap. cum causa de testib. licet autem.* Regulariter id sit dicendum, in materia tamen proposita iustum pretium posset fortasse ex tali distinctione cognosci, quod aut repetitur declaratum à legitimo Superiori, & tunc vlterius non est quærendum, Soc. *lib. 6. de iustit. & iur. quæst. 2. art. 3.* aut non est à lege & legislatore definitum, & tunc licet regula supra *adnot.* seruari debeat, illàque constimantur per ea quæ nos docent Canonist. *in cap. 1. 2. de empt.* quoniam tamen pretium istud habet latitudinem cùm aliud sit rigorosum, aliud infimum, & aliud mediocrè, *vt docet* Sot. *in d. art.* atque difficile sit quodlibet istorum cognoscere. Ideo dicimus quod cum bonum constet ex tota causa *l. 1. ff. de orig. iur.* & bonum morale ex omnibus circunstantiis D. Tho. *1. 2. q. 18. art. 3. & propterea* Turrecrem. *super dist. 5. de pœnit. in princ. q. 1.* docet quod circunstantiæ aliquando diminuunt, & aggrauant peccatum, ex quo videtur de iure inferendum, quod d. pretij latitudo, eiusque gradus cognosci nequeant, nisi per obseruantiam dictarum circunstantiarum, hinc est etiam, quod iustum pretium ob varietatem istarum circunstantiarum continuo in practica variatur *iuxta tradit.* à Corrad. *in suo tract. de contract. q. 56. & glos. super c. cum causa in vers. ad alium in fin. de testib.* & ibi Doct. communiter, & ita ex his cognosci posset iustum pretium istius census, de quo plura docet in hac tamen materia etiam Couarr. *lib. 3. var. res. ca. 10. ferè per tot.* Titaq. *in tract. de retract. consan. §. 1. glos. 6. n. 17. 18. & seqq. &* Benedict. Bonius *in d. suo tract. art. 8. per tot.* ex hac Bulla in ista particula cessant hodie illæ quæst. quòd contrahentibus sit licitum seipsos decipere, & quod res tanti valet, quanti vendi potest, de quibus variis *in loc. per tractant.* Doctor. *præcipuè tamen* Corrad. *in dict. suo tract. de contract. q. 57. cum ibi adnot.*

ADDITIO.

DVo occurrunt dubia in practica circa hanc particulam, quorum primum est an Census teneat pro parte si solum pars pretij sit soluta realiter, secundum cuius quantitatis debeat esse Census pro quolibet centenario. Quoad primum oportet adnotare, an Census obligatio sit diuidua, vel indiuidua, pro cuius cognitione puto animaduertendum, quod licèt multa nos doceant doct. de indiuiduo in l. 4. §. certo ff. de verb. oblig. & in l. stipulatione non diuiditur, eo. in præsenti tamen sit satis, indiuiduum considerari natura, lege, & hominis dispositione: vnde quamuis census possit dici indiuiduus lege ponderando illud verb. integro, magis tamen placet, vt sit satis dispositione contrahentium argumento d. l. stipulationes non diuiduntur vers. idem puto, & Cran. *in cons.* 170. *n.* 6. *materialiter emit aliàs obligatio eiusque solutio est diuidua, vt patet, secus formaliter iuxta intentionem pred. & cum voluntas contrahentium sit omnino sequenda l. in conuentionalibus ff. eod. cum vulg. ideò non oportet vlterius procedere. Quoad secundum est adnot.* Couarr. *lib. 3. var. resol. c. 9. n. 4. 5. & 6. sed magis placet quod sicut Summus Pontif. per Bullam declarauit Ciuitates, & Communitates non teneri in casu census, nisi ad rationem septem pro quolibet centenario, ita etiam hoc idem puto obseruandum de censibus priuatorum: argumento l. quæ tota, ff. de rei vend. idque eo magis: quo consuetudine fuit id hic Perusiæ approbatum.*

TEX.

Solutione, quas vulgò anticipatas appellat fieri, aut in pactum deduci prohibemus.

GLOS. IX.

De prohibita anticipata solutione.

DVobus modis reperitur obligatus videlicet purè, in diem, & sub conditione *§. & omnis stipulatio, & ibi glos. & Doct. Inst. de verb. oblig.* vnde debitor census erit in diem, quia vendidit annuum censum: licet autem distinguantur census, in quibus annuum debitum solui debeat *in princ. vel in fin. anni, gl. super §. at si ita, in verb. annuos, & ibi* Doct. *Inst. eod. l. qui hoc anno, ff. de verb. oblig. vna cum* Bart. *& alij facit tot. tit. & C. quando dies lega. cedant.* in præsenti tamen materia videtur cessare omnis difficultas, quia census solui non debet antea, sed in fine, vel semestris vel anni, & cùm tempus illum soluendi à partibus definite foret, vel fiat in fine cuiusliber semestri illo transacto debitor diceretur constitutus in mora *l. magnam, C. de contrahen. stipul. c. pront de loc.* vnde si vult, vel moram, vel pœnam eius euitare, vel debet soluere, & tenetur ire ad domum creditoris Nicola. de Milis *in suo repertor. in ver. debitor tenetur; & ante eum* Bar. *in l. item illa n. 9. ff. de constit. pecun. vel debitum deponere* Bald. *in l. acceptam, & ibi etiam tex. C. de vsu.* Menoch. *omninò videndus in lib. 2. de arbitr. indic. casu 232. per tot.* ex hac particula habemus concluſ. quòd anticipata solutio nec fieri, nec in pactum deduci potest: dubitatur tamen primo, & quæritur quid iuris, si facta fuerit à debitore, sponte, & liberè nulla penitus præcedente conuentione, ad hanc particulam videtur negatiuè esse respondendum, quòd videlicet non teneat, sed Sol. distinguendo, quòd aut creditor habuit intentionem recipiendi huiusmodi anticipatas solutiones, & tunc distinguendum esset de primaria, vel secundaria intentione ipsius creditoris *iuxta glos. communiter recept. in cap. consuluit in ver. sperantes de vsuris:* tex. enim Bullæ, quando dicit, quòd anticipatæ solutiones fieri nequeant, ita intelligi debet, quòd emptor census non debet illum emere illa principali intentione, vt videlicet sibi fiant istæ anticipatæ solutiones, & hoc dicit *arg. d. text. & ibi gl. &* Doct. *in cap. fin. de Simon.* sicut enim Vsuræ, & Simoniæ peccatum committeretur ob intentionem depranatam, vt in d. locis cauetur, ita etiam hoc idem contingeret in præsenti casu, & ista videtur intelligentia Bullæ in ista particula: cæterum si de facto debitor faceret huiusmodi solutiones, ex

quò liberè essent factæ omnino tenerent *iuxta doct.* D. Thom. *communiter recept. 2.2. quæst. 78. art. 2.* Sot. *lib. 6. de iust. & iur. q. 1. art. 2.* & ego tanquam aduocatus in iudicio obtinui in quadam causa census criminaliter intentata: quod enim sponte soluitur, nulla lege cauetur, vt accipi nequeat: dubitatur secundo circa eand. conclus. & quæritur quid iuris, si de facto in isto contractu appositum esset pactum de solutionibus anticipatis faciendis, & successiuè illæ factæ essent. Sol. contractus saperet vsuram, & solutiones istæ idem significarent, cùm tale pactum causet vsuram, ex quo tenetur ad læsionem partis *iuxta* D. Thom. Sot. *& alios in locis supra citat.* & cum aliud sit vsura, & aliud peccatum vsuræ, ait adnotare Constantiæ *in d. cap. fin. de Simon.* Ideò in Bulla legitimus solutiones anticipatas non fieri ad euitandum peccatum, aut in pactum deduci ad euitandam vsuram, iuxta declarationem supra factam.

ADDITIO.

Quoniam superioribus mensis Rota Rom. *per duas decisiones definiuit, anticipatas solutiones in contractu factâ non causare censum illicitum, si illæ sponte factæ fuerint. Ideò ad removendum omne dubium: est animaduertendum, quod de huiusmodi anticipata aliquando fit mentio in instrumento, aliquando verò secus, & tunc diuersimodè id contingit, siquidem contrahentes per viam pacti illam deducunt, atque in tali casu, sicut est contra formam istius particulæ, ita etiam vitiat contractum iuxta pacta quæ contra C. de pactis l. non dubium, C. de legib. cum simil. aut deducitur per viam refutationis, vt vocant, quia debitor soluit, & creditor confitendo solutionem facit d. quietationem, & sic non vitiat, vt decisum fuit à d. Rota superiori anno, & ratio est, quia debitor licet habeat aliquando tempus ad soluendum, potest tamen huiusmodi iuri renunciare per l. penult. C. eod. de pact. & soluere statim, & sic cessat omne dubium.*

TEX.

Conuenientes directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui alias ex natura contractus non tenetur nullo modo valere volumus.

GLOS. X.

De periculo Census, & casibus fortuitis.

INtentio Pontificis in hac particula illa videtur esse videlicet definire, quod emptor Census debet se exponere casibus fortuitis, quia sicut periculum, & commodum rei venditæ postquam venditio perfecta fuerit pertinet ad emptorem *l. necessario, & per tot. ff. de periculo & commod. rei vend. cum vulg.* ita etiam hoc idem erat dicendum de venditione census, secundum tamen qualitatem contractus. Hinc not. primò, quod qualitas, quæ esset contra iustitiam contractus nulla via potest in pactum deduci, & ad hoc faciunt, quæ communiter adnotant Doctor. *super c. nauiganti de vsuris, explicando princ. illius decretal. Vnde in hoc verificatur regul. cum quid de regul. iur. in 6. not. 2.* quòd in hoc contractu casus fortuiti nequeunt deduci in pactum, licet aliter de iure id permittatur. Gomes. *in suo tractat. de contractib. cap. 3. n. 19. fere in fin.* & propterea tam venditor census, quàm eiusdem emptor ad illos fortuitos casus tenegetur, ad quos ex natura contractus esset obligatus: casus autem isti considerari possent, vel quoad censum ipsum, vel quoad fundum, in quo census est impositus, & constitutus, primo modo quæritur, an census propter sterilitatem debeat remitti ad similitudinem locationis *iuxta cap. propter sterilitatem de locato l. si merces, §. vis maior ff. eod. d. licet certis. C. eod. & in istis loc.* Doctor. Sol. videtur de iure esse respondendum, remissionem aliquam non esse faciendam quia in d. iuribus deciditur, & Doctores communiter admittunt, quod quando sterilitas compensari potest cum vbertate annorum, vel sequentium, vel præcedentium non est locus alicui remissioni, possent assignari aliæ rationes, sed breuitatis causa non videtur necessarium. At secundo respectu vel dubium est nullum, vel difficilis est solutionis, quando igitur dubitatur, & quæritur quid iuris si fundus census, vel pars eius pereat, ex quo dominium, & possessio illius remanent apud ipsum venditorem census, consequenter eiusdem videtur esse periculum, & damnum, nihilominus de iure congruentius responderi debet, quod huiusmodi damnum, & periculum pertineat ad emptorem census, quia Bulla, & Pontifex hoc videtur intellexisse in ista particul. Secundò, si census ex tali fundo desumi, & solui debet, & fundus amplius non adest, nec etiam census existere, & dari debet, posset hæc solutio commodè confirmari *per l. quid tamen, & per l. ager. ff. quib. mod. vsufruct. amitta. §. fin. Institut. eod. cum simul* Thom. Boninsign. *in d. suo tractat. d. tit. de censib. cap. 7.* atque hac etiam de causa supra videtur statutum, quod res, super qua census fundari debet certis finibus debeat esse descripta, quid autem intelligere debeamus per casus istos fortuitos, non videtur omnino clarum, videndus est tamen *text. & ibi* Doct. *in l. fistulas, §. fin. ff. de contrahend. empt. & l. quæ fortuitis C. de pignora. action.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. ind. casu 80. per tot. cum simil.*

ADDITIO.

Sicut consuetudo reperitur contra legem, secundum legem, præter legem, & supra legem Docto. *in c. fin. de consuetud. vbi* Henric. Boic. *ita etiam hoc idem affirmari potest de pactis, & conuentionib. vnde pactum contra legem omnino damnatur, vt diximus supra in addit. ad glos. 9. si fuerit secundum legem approbatur, vt si fuerit præter, vel supra est dubium, quid dicendum placeret tamen, quod huiusmodi pacto possint sustineri, nisi illis ius naturale, vel diuinum resistat: vlterius quædam pacta reperiuntur contra naturam contractus, & propterea vitiant illum, iuxta c. nauiganti cum ibi adnot. de vsuris, quædam verò sunt contra virtutem, ad quam talis contractus reduci debet, & sic id consideratur aliquando in foro poli, & aliquando in foro fori, vt adnot.* Doct. *in l. 2. C. de rescind. vendi. rursus pactum illicitum, & sic de iure damnatur ratione alicuius de septem circunstantiis, quæ sunt quis, quid, cur, quando, vbi, quomodo, quibus mediis. Sicut enim bonum morale constat ex illis; ita malum ex vnico defectu earum, & ad hoc facit c. non est satis, distin. 96. & distin. 29. cum simil.*

TEX.

Quemadmodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem Censui suppositam.

GLOS. XI.

De alienatione rei Censui suppositæ.

PRæsupponit Summus Pontifex, quod venditor Census remaneat, & Dominus, & possessor illius rei immobilis, in qua Census constitutus fuit, ex quo sequitur, quod debeat etiam reputari illius moderator, & arbiter, *iux. l. in re mandata, C. mand.* vnde pactum, quo

facultas alienandi huiusmodi rem tolleretur, vel diminueretur, iure quidem debet reputari illicitum si enim testator nequit prohibere alienationem hæredi, nisi cum causa, *inx. l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. & ibi* Doctor. *communiter*, multò minus ad instantiam emptoris illa prohiberi debet casu proposito, sed contra si de facto talis res esset à venditore Census alienata, ex quo ex illa non perciperet amplius censum soluere, quod videtur maximum inconueniens, quia vel emptori competeret ius repetendi pretium, & sic daretur occasio ad vsuram vel venditor soluere censum ex fructibus aliunde percepris, quæ quidem cùm sint contra Bullam merito, Sol. cùm hæc obiectionis solutio dependat meo iudicio ab intelligentia, & pretij, & valoris rei censui suppositæ; ideo præmittendum est quod valor, & pretium istius rei, præsuppositio isto onere est longè minoris quantitatis, quàm si esset libera quia si pactum de reuendendo est causa minoris pretij, & valoris, vt communiter admittunt Doctor. *& adnot. supra in glos.* 8. hoc idem, & multò magis est dicendum de isto onere census: ex quo sequitur quod talis rei emptor sicut minori pretio præsumitur emisse, ita quoque conueniri posset ad soluendum censum atque hoc idem videtur sentire Nauarr. *in d. suo comment. num. 114. & post eum* Thom. Boninf. *in d. suo tractat. & tit. cap.* 8. Couar. *omnino videndus lib. 3. cap. 7. num. 6. & in fin.* & cum emptori census diuersa competat actio, *ideo not. istum à* Doctor. *d. num. vsque ad fin. cap. Hinc not. vna cum* Noüar. *loco cit. num. 115.* quod quodcunque pact. possit diminuere d. libertatem alienandi semper debet reputari illicitum ex quo emptor per deducta non damnificatur in iure suo.

ADDITIO.

CONtra hanc particul. & glos. facit consuetudo quia quotidie videmus huiusmodi res alienari in damnum domini ipsius census, item facit doctr. Bart. *in l. nemo paciscendo, ff. de pactis* Sol. *negari nequit dominum rei census suppositæ remanere non tantum dominum, sed etiam possessorem: vnde tale pactum videtur contra naturam huiusmodi dominij & propterea illud regulariter damnatur, vt in d. loco cauetur: limit. tamen per d. doctrin.* Bart. *ibidem nec obstat prædict. consuetudo, quia intelligi debet iuxta tradit. ad l. rem alienam, ff. de contrahen. empt. & ibi etiam tex. Hinc not. pactum contra naturam contractus semper illum vitiat c. nauiganti cum ibi adnot. de vsuris, & sic licèt Dominus iste possit disponere de huiusmodi re, non tamen cum præiudicio Domini census.*

TEX.

Quia volumus rem ipsam semper, & liberè; ac sine solutione laudemij seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei.

GLOS. XII.

De libertate Domini in alienando fundum Census, & laudemij significato.

SEd contra si res Censui supposita in casu alienationis debet alienari liberè, & sine solutione alicuius laudemij, seu alterius rei quomodocunque nominetur, provt in hac particula deciditur, ergo falsum erit id, quod in superiori glos. adnotauimus, cùm talis res tanquam libera alienari non poterat, vt ibi dicebamus. Sol. hæc particula dupliciter intelligi potest. Primò quatenus significat liberam Domini potestatem volentis illam alienare; quæ cùm diminueretur, si Dominus teneretur soluere laudemium, vel quid simile; Ideo addita fuit hæc particula, atque hæc intelligentia videtur vera ponderando illa verba, quia volumus: quæ coniungunt hanc particulam cum superiori, & sic respicit d. potestatem alienandi. Secundò quod res ista tanquam libera alienari debeat, provt in obiectione dicitur atque hæc intelligentia non est modo aliquo sequenda, quia sequeretur illud inconueniens, quod in obiectione adducebatur. Confirmatur, quia minus valet res alicui oneri subiecta, quàm res libera, Couar. *libr. 3. var. resolut. cap. 10. num. 1. glos. not. super c. cum causa in vers. ad alium, ferè in fin. de testib. cum simil.* quid autem intelligere debeamus per laudemium, aut quinquagesimam non videtur dubium in iure peritus, *quia* Clar. *in §. emphyteusis q. 23.* Doctor. *super l. fin. C. de iur. emphyt. vbi præcipuè* Ioan. Corasi. *num. 20. & seqq. declarans verba tex. nisi quinquagesimam partem, &* Ioan. Ferra. *ferè in fin. vers. ad rei replicationem per duas pag. plenè declarant*, quod isti termini significant id, quod soluitur domino, quando consentit alienationi rei emphyteuticæ, *provt in d. l. fin. cauetur hinc not.* quod iste contractus maximè differt à contractu liuellar. & emphyteutico, *vt plenè docet* Couar. *lib. 3. var. resol. cap. 7. n. 1. per tot.* Boninsign. *loco cit. cap.* 8. licet autem regulariter isti duo contractus differant inter se, tamen in nonnullis conueniunt, & sunt simile, Foller. *in d. sua pract. censual. vers. fin.* qui incipit notatur in isto textu hinc habemus, quod nec à fisco, nec à creditoribus bona censui suppositi occupari possunt, in dubio autem, an contractus debeat reputari censualis, vel emphyteuticus examinat. Nauar. *in d. suo commen. num. 109. per tot. vndè ad eum est recurrendum.*

ADDITIO.

QValibus res in dubio præsumitur libera l. alterius C. de seruitut. & aqua, & ibi Doctor. *communiter, vnde Pontifex voluit etiam per hanc particul. talem liberationem conseruare, ex qua decision. infertur rem alicui seruituti, seu obligationi suppositam non posse constitui fundum census vt clarius dicemus infra in glos. 16.*

TEX.

Tàm inter viuos quàm in vltima voluntate alienari.

GLOS. XIII.

De alienationis significato, & quomodo hic accipiatur.

LIcèt alienatio significet actum, quo dominium alicuius rei in alium transfertur *l. 1. C. de fund. dot.* clarissimum est tamen tàm in iure, quàm apud Doctor. quod aliquando accipiatur largè, & aliquando strictè; de cuius quidem termini diuersis significatis plenè docet. Fabia. de Mont. *in suo tract. de empt. & vend. qu. 4. art. 22. per tot.* Rodoan. *in suo tract. de reb. Eccles. non alienan. in principio per plures com. &* §. 5. Doctor. *communiter in c. nulli eod. tit.* vnde in præsenti quæreret aliquis secundum quodnam significatum accipi debeat. Sol. largè videtur accipienda cum text. dicat tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate. Cur autem facta sit ista æquiparatio posset similiter dubitari. Sol. respondeti potest Primò, quia si censuarius retinet per adnot. supra in aliis glos. plenum dominium, & possessionem, plenè etiam disponere debebat merito. Secundò quia non erat maior ratio in vno, quam in altero modo, immo ead. & propterea verificabatur *l. à titio, ff. de verb. oblig. glos. super c. 4. de confir. vtil. cum simil.*

ADDI

ADDITIO.

Sicut omnis hominis dispositio de rebus suis datur inter vivos ita nominata, atque per aliquam ultimam voluntatem, argumento tex. in §. fin. instit. per quas person. nobis acquir. ita quoque Pontifex voluit per hanc particul. dominium fundi census remanere liberum respectu utriusque dispositionis, & sic ad libitum eius potest de illo disponere.

TEX.

Vbi autem vendenda sit, volumus Dominium Census aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones quibus vendenda sit, & per mensem expectari, &c.

GLOS. XIV.

Quid, & ad cuius fauorem obseruari debeat in alienatione fundi ipsius Census.

SI Censuarius intendit rem censui subiectam vendere ad commodum Domini ipsius census, tria hic statuuntur seruanda. Primò vt Dominus census præferatur omnibus aliis. Secundò vt eidem conditiones alienationis faciendæ denuncietur. Tertiò, quod Censuarius expectet per mensem. Quoad primum hæc decisio confirmari potest *iuxta tradi. per* Tiraquel. *in suo tractat. de retract. consanguin. in præfat. n. 13. cum plurib. seq.* & Fabian. de Mont. *in suo tractat. de empt. quæst. 3. art. 21. num. 45. & seq.* vbi examinatur, an teneat consuetudo, & statutum, quo disponitur rem forensi, vel extraneo non posse alienari, vnde idem à simili videtur dicendum in casu proposito, ad hoc accedit. Nauar. *in d. suo comment. num. 92.* Boninsign. *in d. tract. & tit. cap. 9.* sicut enim alienatio extra familiam sæpè prohibetur à testatore *iuxt. tradit à* Doctor. *communiter in l. filiusfamil. §. diui ff. de leg. 1.* & aliquando à consuetudine, vel statuto, *vt adnot. & explicat* Tiraquel. & Fabian. *in locis citat. & in tot. d. tract. & art.* ita quoque conuenienter idem in præsenti decisum fuit, causa autem huius decisionis illa videtur esse, quia res ista cùm sit censui supposita, & Domino Census obligata, vt supra adnot. in aliis, glos. conuenientius erat in casu alienationis quod iste esset præferendus merito, &c. an autem hoc beneficium competat hæredibus posset dubitari *per l. ait prator, §. hac verba ff. de negot. gest.* videtur negatiuè esse respondendum. Sol. tamen est in contrarium facienda *per c. constitutus de restit. in integr. & ibi* Henriq. Boic. Tiraq. *in d. suo tract. §. 1. glos. 9. n. 47. & seq.* Si enim aliter esset hæres, & defunctus non censerentur eadem persona, quod non est dicendum *auth. de iureiurand. à morien. præst.* Michaël. Cras. *in suo tract. de succes. §. hæreditas quæst. 12. in princ. nec obst. d. l. quia sicut census transit ad hæredes, & in hæredes, vt notorij est iuris, iux. tot. titul. C. de hered. action. Instit. de perpet. action. in prin. §. si verò, Instit. de rer. diuis. cum simil.* ita quoque census iure meritò, &c. posset ad hoc dubitari an hæc Sol. extendatur ad cessionarium, & sic successorem particularem. Sol. *negatiuè* Tiraq. *in d. suo tract. §. 12. 6. & in glos. 1. in prin. præsertim eius d. §. cum ibi plenè adduct.* ego tamen iudicarem opp. ex quo Dominus Census potest illum vendere, vt infra suo loco dicemus doctrina enim Tiraq. est vera fauore agnationis, qui in casu nostro non verificatur meritò. Quò ad secundum hoc requisitum dupliciter intelligi potest, Primò respectu voluntatis: ipsius alienare volentis, in cuius potestate est illam imponere conditionem, quæ ibi magis expediat *iuxta l. in re mandata, C. mandat.* Secundò respectu occasionis, quam habeat alienandi, cum sæpè contingat, quod vnus offerat pretium maius altero: primam intelligentiam puto magis veram, ex quo præsuppono, quod pretium à quocunque soluatur iustum solui debeat: quæritur modò ad quid sit facienda ista denunciatio. Sol. primo ad significandum Domino an velit emere, secundo ad constituendum principium mensis, per quem expectari debeat, *iuxta tradit. à* Tiraquel. *in d. suo tract. §. 36. glos. 1.* quia d. mensis debet currere à die factæ notificationis, *iux.* Doctr. istius Doctor. Conditiones autem talis alienationis, non oportet aliter adnot. cùm debeant esse provt alias de iure communi requiruntur, in vniuers. tamen recurrendum esset *ad* Gomez. *in suo tractat. de contractibus c. de qualitat. contract. per tot.* Quò ad tertium, quæreret aliquis, an primus dies istius mensis debeat connumerari; iudicarem negatiuè esse respondendum *ob reg. vulg.* quod dies termini non computetur in termino *l. 1. & ibi* Bart. *& alij ff. si quis cautio.* Iterum quæreret aliquis alius, an mensis iste debeat esse dierum vtilium. Sol. videtur dicendum, quod istud tempus debeat esse continuum, quia non assignatur ad aliquid faciendum in iudicio. Tempus vtile consideratur respectu iudicij, vt alibi adnotauimus meritò, &c. Quæritur tertiò an tempus istud currat impedito. Sol. negatiuè, quod videlicet non currat. Tiraq. *in d. suo tract. §. 12. glos. 2. per tot. facit c. sciscitatus, & ibi* Doctor. *de rescrip.* nec iuri enim, nec rationi conuenit, vt impedito ad aliquid agendum currat tempus dummodo impedimentum sit legitimum. His adnot. quæritur nunc, quid iuris si ista tria requisita non fuerint obseruata, & alienatio sit secuta. Sol. posset alienatio rescindi quia ius Domino census acquisitum per hanc Bullam, ne quid per priuatum tolli, *iuxta vulga. regul. id quod nostrum, ff. de reg. iur. & c. indultum eod. in 6. & ibi* Dyn. *de hac tamen re melius infra dicemus.* Sed in casu rescisionis, an pretium solutum restitui debeat. Sol. cum distin. quam breuitatis gratia, hic non refero, *iux. tradit. à* Tiraquel. *in d. §. 12. glos. 1. num. 6. cum plurib. seq.* regulariter tamen pretium istud restitui debet.

ADDITIO.

CVm text. dicat vendenda sit, dubitatur propterea an venditio accipiatur hic propriè, Sol. puto venditionem largè esse hic accipiendam, adeo quod comprehendat omnem contractum oneroſum, non autem lucratiuum, nec aliquam vltimam voluntatem idque ponderando illa verba per mensem expectari, per quæ denotatur Dominum census debere habere illud tempus, vt possit deliberare quia sibi magis expediat, quæ deliberatio in lucratiuis non requiritur, confirmatur ponderando alia verba, videlicet eique denunciari conditiones. Si hæc Sol. non placeat recurrere ad ea, quæ nos docet Fabian. de Monte *in suo tract. de empt. quæst. 2. ferè per tot. vbi copiosè declarat quid veniat appellatione venditionis.*

TEX.

Pacta continentia morosum Census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, seu aliquam eius partem amittere, aut aliud ius, ex eodem contractu, siue alinde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere, ex toto irrita sunt, & nulla.

GLOS. XV.

De pacto illicito, vt morosus debitor teneatur ad interesse cum suis ampliation.

CLarissimi est iuris, quod creditor potest paciſci cum debitore in casu moræ de damno. *iux. tradi.*

&

& D.Thom.2.2.*quæst.*8.*art.*2.*ad prim.*& Doctor.*in rub.* & *l.*1.*C.de sentent.* pro eo, quod interest, vbi præcipuè Dec. vnde per hanc Bullam in hac particul. ius commune videtur correctum Sol. pactum dupliciter fieri potest in casu moræ, primò vt debitor ob moram teneatur ad damnum,& interesse, secundò, vt declaratur damnum esse resarciendum iuxta conuentionem,atque hoc modo videtur damnatum à Bulla in præsenti, vel dicas secundò, quod hæc decisio non dicitur corrigere ius commune, cùm disponat in casu speciali, & hoc dico ob *doctrin.*Ioan.Bapt.Lup.*in l.curabit,*§.6.*n.*126.*C. de action. empt. cum ibi adduct.* habemus igitur in hac particul. regulam, quod pacta continentia morosum census debitorem,nullius sunt roboris. Quia ampliatur Primò in pacto de lucro cessante,quod de iure non tenet. *vt docet* D.Thom.*loco citat.*Sot.*lib.6.de iustit.& iur. quæst.*1.*artic.*3.*concluf.*4.*ex quo enim dicit* D.Thom. tale lucrum potest impediri ne habeatur. Ideò in pactum deduci nequit. Amplia. Secundò, vt non teneatur ad cambium, si enim hoc pactum de cambio teneret, posset creditor accipere pecuniam ad cambium ob moram debitoris, qui vigore pacti ad tale interesse teneretur, quod cùm sit contra debitum iniustitiæ per deducta, meritò de natura autem Cambij non oportet aliquid adnotare, sed recurrendum est ad Sot. *in d.lib.6. à qu.*8. *vsque ad fin.lib.& nouiss.ad* Thom.Boninsig.*in d.suo tract.tit.de cambiis.* Amplia. Tertiò vt debitor, nec etiam ad certas expensas obligari debeat,vt v.g si factæ essent in litigando, quæ per pactum essent declaratæ ob eandem rationem. Amplia. Quartò, quoad certa salaria, quia admisso, quod debitor ob eius moram ad similia teneatur,ista tamen à princ. non debebant per pactum, declarari,cùm per declarationem potuisset debitor grauari. Amplia. Quintò,vt expensæ,vel salaria,nec etiam accedente iuramento liquidari possent,quia daretur occasio,quod iuramentum esset iniquitatis,vinculum, ex quo tenderet in damnum partis, *contra cap.cum contingat de iureiurand. cap.*2.*de pact.in* 6. Iuramentum enim semper debet habere tres comites, videlicet iustitiam, veritatem,& iudicium.Sot. *lib.*8.*de iustit.& iur. quæst.*1. *art.*3.*cap.& si Christus* §.*Iacobus d.tit.de iureiuran.& ibi* Doctor. Amplia. Sextò in amissione rei censui subiect. vel partis eiusdem aliter enim pœna, seu interesse esset maius, quàm culpa ipsius moræ contra *l. Senatus ff. de accusat.* & creditor locupletaretur cum iactura debitoris contra *l.nam hoc natura,ff.de condict.indebit.merito, &c.* Amplia. Septimò ob eandem rationem, si vigore pacti debitor aliquod ius quomodocunque sibi acquisitum perderet,inde enim sequerentur eadem inconuenientia meritò, &c. Amplia. Octauò,si similiter per pactum in aliquam pœnam caderet, ex quo enim etiam in hoc verificatur eadem iuris decisio iuribus *vulg. supra citat. Sed contra hanc ampliat.facit,* §.*fin.institut. de verb. obligation.* Sol. ibi agebatur de q. mero facti, in præsenti verò agitur de mora respectu solutionis; sed contra, *si hac regul.l.cum ista ampliatio.* Debet omnino verificari, videtur inde inferendum, quod debitor morosus, non teneatur ad damnum, & interesse illorum, ob moram eius, quod esset contra Doctor.D.Thom. *in d.quæst.*78. *artic.*2. *& ibi* Caietan.*&* Sot.*libr.6.de iustit.& iure q.*1. *art.*3. *per tot.* Clarissimi enim est iuris, quod morosus teneatur ad interesse iuribus vulg. & nemo est, qui in decidendo contradicat. Sol. quod huiusmodi pacta in hac particul. damnantur à Pontifice deuitandas fraudes & occasiones committendi vsuras; voluit autem Summus Pontifex debitorem teneri ad damnum,& interesse causatum ob eius moram non per huiusmodi pacta, sed prout de iure communi ad id esset obligatus, & sic obiectio videtur cessare, & iura iuribus concordantur *iuxta c.cùm expediat de electio. in* 6. vnde in pactum videtur posse deduci, vt debitor ad illud interesse tenea-

tur in casu moræ; ad quod esset de iure obligatus, & suo loco, & tempore esset liquidatum, & ita regula supradicta posset limitari, prout etiam supra dicebamus.

ADDITIO.

*AN possit fieri pactum, vt morosus debitor teneatur ad certam interesse damni emergentis seu lucri cessantis? difficilis est qu.*Couar. *lib.*3.*variar. resolut.c.*4. *num.*5. *&* 6.*videtur tenere partem affirmatiuam esse magis veram,* Ioan. Bapt. Lup. *in sua repetit. ad l.curabit, C.de action. empt.*§.2.*num.*121.*vsque ad fin.*§.*idem videtur approbare,* Rebuff. *in l.*1. *C.de eo quod interest docet per reg. implication. & limitat.* Menoch. *lib.*2.*de arbitr.Iudic.casu* 119. 120.*videtur id reducere ad arbitrium Iudic. in præsenti autem particul. huiusmodi pactum damnatur, prout damnatum etiam fuit per aliam eiusdem Pontificis constitutionem, & Bullam, quid igitur dicendum puto hanc contrarietatem tolli posse cum distinct. ita videlicet, quod si illud interesse fuerit moderatum, adeo quod non sapiat vsuram tale pactum possit sustineri, secus aliter, vel si occasionem ad vsuram daret, & sic iura, & doctrinæ possunt conciliari ad inuicem iuxta c.cùm expediat de elect.in* 6.*c.super litteris de rescript. cum simil.salvo tamen.*

TEX.

Imo, & censum augeri.

GLOS. XVI.

De prohibito Census augmento.

SEd contra per *l.item si fundi,* §.*hinc vicinus,ff.de vsufruct.facit cons.*286. Nattæ *per tot.* sicut enim vsusfructus augetur per alluuionem, vt in d.locis cauetur, ita quoque hoc idem videbatur dicendum de Censu Sol. est maxima differentia inter censum, & vsumfructum, quia dominus fundi vsusfructus, est tantum dominus proprietatis at dominus fundi census retinet vtrumque id est proprietatem, & vsumfructum; vndę si census augeretur,id contingeret in damnum debitoris, sed not. quod istud augmentum ampliando decisionem etiam prohibetur sub tali respectu videlicet, si censuarius sit debitor census,anni,vel annorum præteritorum,& pro satisfactione vellet augere censum non permittitur, quia daretur occasio constituendi, & emendi censum cum alia re, quàm cum pecunia numerata, quod esset contra hanc Bullam, vt supra suo loco adnot.

ADDITIO.

*PRæmittendum est constitutum esse censum super certa re iuxta ea,quæ supra sunt adnot. suo loco, modò istud augmentum diuersimodè potest contingere, primò quod si d. census fuerit decem augeatur,vt sit ex gratia duodecim, & sic adnot. in glos. secundo quod super ead. re possit constitui nouus census, & ita similiter prohibetur cum res illa non sit libera, vt præsupponitur, & successiuè non potest iuxta formam istius Bullæ esse fundum alterius census; per deducta supra: potest tamen id limitari, siquidem præsupposito fundum esse duarum eminarum terræ, & in instrumento dicatur censum esse impositum super d.*2. *eminis, si satis terra recipiat incrementum ex grat. per alluuionem tunc illud augmentum sicut esset distinctum à d.fundo, ita super eo posset constitui nouus census: vnde descriptio fundi potest impedire, seu promittere huiusmodi augmentum secundum qualitatem eius, idque dependeat à voluntate contrahentium per iura alibi adduct. Ideo hic aliud non requiritur.*

TEX.

TEX.

Et nouum creari, super ead. vel alia.

GLOS. XVII.

De constituendo nouum Censum super ead. re.

SVper ead. alia re creari nouum Censum, ita intelligi debet, quod si crearetur cum censu iam debito, si fieri nequit, cum requiratur pecunia numerata, vt supra vidimus, & declarauimus; si verò crearetur cum pecunia numerata, tunc per ea, quæ supra vidimus super alia re non videtur dubium dummodo ea obseruarentur quæ in Bulla, & in Gloss. habentur, si verò crearetur super ead. re, tunc opus est distinctione, an videlicet res ista posset sustinere alium censum, quia dato quod posset, videtur similiter tenendum, quod etiam nouus Census insuper creari valeat, nec obstat, quod res censu subiecta diuersis esset obligata, quod non videtur conueniens pro ea, quæ diximus *suprà in gloss. præsertim* 11. *Sol.* quia obiectio videtur intelligenda pro rata huiusmodi rei, quia si secus esset, sequeretur, quod si quis haberet prædium notabilis quantitatis, & insuper constituisset censum 10. aureorum adeo obligasset totum prædium, vt illud, nec vendere nec alteri obligare posset, nisi domino cēsus, iuxta tamen ea, quæ vidimus, quod cùm repugnet iuri, & rationi, ex quo illa obligatio esset cum notabili lesione ipsius debitoris, vt ex qualitate facti videtur satis clarum meritò, &c. Notorium enim est in iure, quod contractus onerosus semper debet reputari licitus quando in eius celebratione fuerunt obseruata, quæ sunt de substantia contractus, & de substantia iustitiæ, vt supra sæpè adnot. His accedit, quod Census cùm significet onus super re impositum, si tale prædium posset huiusmodi aliud onus sustinere conseq. nouus census posset constitui, cùm inde nullum oriatur inconueniens.

ADDITIO.

DVo hic occurrunt dubia, vnum circa tex. in illis verbis, vel alia re aliud circa gloss. in qua affirmatur super ead. re. posse constitui nouum censum dummodo illa sit capax. Quoad primum dicimus quod hæc alia res aut dependet à fundo census, & sic super ea non potest constitui nouus deducta supra in aliis gloss. aut est penitus superata, & tunc si esset obligata pro censu in aliis rebus iam impositio obligatione generali, posset super ea constitui nouus census, secus si esset obligata obligatione speciali, & ratio est, quia licet de iure appellatione alienationis veniat hypotheca, c. nulli de reb. Eccles. non alienand. id tamen intelligitur quando illa esset specialis, vt ibidem declarat. Bero. *omnino videndum,* & Rodoan. *in tractat. eius d. tit. rubr. 1. §. item subuocab. vnde præd. alia res non admitteret census, quando illa esset hypothecata hypotheca speciali, secus aliter, nec propterea tollitur hypotheca generalis, quia per præd. restringitur, ita tamen quod credere possit illa vti quando aliter creditum consequi nequeat, iuxta conf.* Socin. *sen. 75. num. 6. vol. 4. & sic in iura concordantur, c. cùm expediat de elect. in 6. Quoad secundum puto respondendum cum ead. distinct. siquidem si totus d. fundus fuerit obligatus hypotheca speciali puto limendam esse gloss. secus si fuerit obligatus totus hypotheca generali per deducta, & cum id totum dependeat à qualitate contractus, & voluntate contrahentium. Ideo ad tenorem instrumenti esset recurrendum, vt obseruari in practica.*

TEX.

In fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ.

GLOS. XVIII.

De Census augmento, vel impositione ad fauorem tertij.

POterat hic dubitari, an Census valeat augeri vel de nouo creari super eadem, vel alia re ad commodum alicuius tertij pro censibus decursis, quia cum text. hic dicat ad fauorem, &c. Videtur inde inferendum ad fauorem alterius id fieri posse *arg. l. cum prætor, ff. de iudicijs* Sol. quod neque ad commodum tertij id fieri nequit, tum per ea; quæ vidimus supra, quando declarabamus Censum non posse creari, nisi cum pecunia numerata tum etiam ob identitatem rationis, *inx. l. à Titio, ff. de verb. obligat. cap. 4. vna cum gloss. de confirm. vtilit. ex quo enim lex accommodatur iis, quæ frequentius accidunt vulg. l. nam ad ea, ff. de legib.* Ideo in præsenti videntur addita ista verba in fauorem eiusdem, &c.

ADDITIO.

VT clarius intelligatur tex. & gloss. istius particul. est animaduertendum quod sicut augmentum Census, vel noua eius creatio super eadem, vel alia re prohibetur ad commodum proprium per ea, quæ diximus supra in gloss. & addition. ita etiam istud idem prohibetur ad fauorem alicuius tertij vt hic legimus quod autem posset quis censum super rebus suis ad fauorem alicuius, Pontifex in hac parte nil definiuit per hanc Bullam, sed ad dispositionem iuris se remisit, iuxta vulg. doctrin. de casu omisso, de quo hodie est adnotan. Mascard. *in d. sua tractat. de probation. conclus. 1136. part. 3. per tot. de iure communi id permittitur iuxta vulg. l. in re mandata, Cmandati, & ita in pract. obseruatur.*

TEX.

Pro Censibus temporis, vel præteriti, vel futuri omninò prohibemus.

GLOS. XIX.

An Census possit constitui vt soluatur tum alia re quàm cum pecunia.

TRia obseruo esse consideranda in isto contractu Census, quorum, Primum est fundus seu res super qua constitui potest ac debet. Secundum est pretium, quo acquiritur dum originaliter consideratur, & de istis duobus, quoniam supra in aliis gloss. diximus, quæ iuxta methodum gloss. erant dicenda, non conuenit in præsenti aliud adnotare. Tertium est ipsemet Census, qui pensionem significat, vt supra habetur in descriptione eius de hoc autem tertio, posset quis quærere an census id est pensio constitui valeat in alia re, quàm in pecunia numerata, si enim per arg. respondeti debet videtur dicendum, quod sicut Census acquiri nequit, nisi cum pecunia numerata, vt supra vidimus ita quoque in eadem pecunia solui debeat: Confirmatur, quia si census constitueretur in alia re, puto, vino tritico, oleo, & simil. sæpè contingeret pretium eius ob varietatem temporum effici minus iustum, provt euenisset hoc anno 1590. ob maxim. sterilitatem, quod non videtur de iure licitum, in contrarium tamen facit descriptio census, supra in prima gloss. relata, & per Doctor. *declarata merito, &c.* Nauarr. *in d. suo comment. n. 104.*

*n.*104.ad litteram examinat hoc quæsitum, & videtur hoc idem tenere,licet postea videatur variare; Thomas Boninsig.*in d. suo tract.tit.de Censib. cap.*2. *idem videtur sentire* Benedict. Boni. *in dicto suo tractatu de Censibus artic.*46. vnde, vt obseruare potui est communis opinio pro hac parte,quæ posset etiam ratione confirmari, quia ex quo Bulla circa hoc specialiter nihil prouidet, consequenter videtur reliquisse in dispositione iuris communis,& cum de iure communi quælibet possessio emi possit, merito &c.Sol. Hæc opinio videtur magis vera, tum per deducta,tum etiam, quoniam census cum sit ius percipiendi certam pensionem, non apparet maior ratio, qua dici debeat, quod talis pensio sit potius in pecunia,quàm in qualibet alia reseruanda: ad obiecta dicimus quòd non est eadem ratio in acquisitione, & solutione,quia census est res vendibilis,& iusto pretio vendi deber,cùm sit contractus emptionis, vt aliàs diximus, vnde, meritò ad confirmationem dicimus, quòd admissio aliquando verificari, quod in confirmatione dicitur,& potuisset hoc anno euenire,vt supra dicebamus,tunc posset etiam concedi remissio pensionis pro tota, nisi tamen, pensionarius, & censuarius posset damnum reparare cum annis,vel præteritis, vel futuris provt supra in alia glos.adnotauimus, atque hoc puto verum de iure communi, de consuetudine tamen aliud puto dicendum, quia vt obseruare potui,hæc Bulla, ita vsu recepta, & intellecta fuit, quod quemadmodum pretium, ita quoque census ipse pecunia constitui, emi,& solui debeat,licet postquam constitutus existat, nihil repugnet, vt in aliqua alia re iusta æstimatione æstimata,solui valeat,cum consuetudo sit optima, legũ & canonum interpretes: *c. cum dilectus de consuetud.l.si de interpretatione.ff.de legib.* Doctores *communiter in cap. fin.d.tit.de consuet.& in l.de quibus d.tit.de legibus.*

ADDITIO.

*Præsupposito debitorem census illum non soluisse, nec soluere dubitatur an creditor cum tali credito possit censum augere,vel nouum constituere: Sol. censum augere,vel nouum in eadem, vel alia re imponere est omnino prohibitum iuxta ea quæ diximus supra in gl.*16.17.18. *& in addit. ad illas: an autem possit emi aliquis alius census; disting. vltra id quod habetur supra in gl.*8. *& in aliis addition. aut iste alius census iam est constitutus, & tunc potest, cùm casus iste non sit decisus à præsenti Bulla, & sic tamen casus omissus remanet in dispositione iuris communis, iuxta doctr.relat.in addit.ad glos.*18.*de iure autem communi nullibi reperitur prohibitus meritò, &c.aut non præsupponitur talis, sed quod constituatur iuxta hanc Bullam, & cum d. credito ematur, & tunc iterum,ita oportet distinguere quod talis emptio aut consideratur in foro conscientiæ,& concurrentibus duobus requisitis videlicet quod creditum sit reale, & iustum, emptio ista est licita iuxta ea, quæ habetur in d. glos.*8. *& ratio est quia in foro isto attenditur veritas,atque secundum veritatem neutra pars laditur,vt præsupponitur, secus in foro fori,in quo vigorem istius Bulla requiritur verè, & realiter pecunia numerata, vt diximus supra atque forma non seruata contractus est nullus Doctor.in l.dubium, C.de legibus,& in cap. cum dilecta de rescript.*

TEX.

Sicut etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum, ad eum spectare,ad quem alias de iure,& ex natura contractus non spectarent.

GLOS. XX.

De solutione diuersorum onerum, eorúmque pacto.

PRo intelligentia huius particulæ præmittendum est, quòd quædam bona sunt subiecta certo oneri, cum ex fructibus ipsorum solui debeat ex gratia collecta ipsi Principi, vel aliquid simile Ciuitati *iux. tex. in l.fin.C. fin.cens.vel reliquis,& ibi* Doctor.Canonist.*communiter Decis. R.R. pro Tract.de Cens. clem. de censib.* quædam verò bona sunt ab huiusmodi oneribus libera. Hæc promissio quæritur, an inter censuarium,& dominum census posset fieri pactum de soluendo similia onera, per hanc Bullam in hac particul. negatiuè est respondendum; *idem affirmat* Nauarr. *in d.suo comment.de vsuris n.*132. *& post eum* Thomas Boninsig. *in d.tract. & tit.c.*12.*in contrarium verò est tex.in auth.sed,& periculum,secundum vnum intellectum,C.d.tit. fin.censu,&c.* Sol. provt in hac part.Bullæ legimus,quia ex quo onera sunt, & in iure reperiuntur diuersa *l.*1.*l. cui muneris l.honor* §.1.*l.munerum.ff.de munerib.& honor. cum similib.* & propterea secundum qualitatem casus contingentis, posset (dum de iure communi consideretur) spectare modò ad venditorem,& modò ad emptorem census,Ideo non erat conueniens in pactum id deducere,cùm inde altera pars,quàm facillimè potuisset lædi contra omne debitum iustitiæ:accedit etiam quod si huiusmodi pacta permitterentur daretur occasio committendi fraudem quod fieri nequit: *arg.c.per vestras in fin.de donat.inter vir.& vxor.facit c.cum ab omni in princ. de vit.& honestat.cleric. non obstat d.auth.* quia respectu conuentionum,quæ fieri possent inter particulares,videtur intelligenda *iuxta doctr.* Bald. *in l.*2. *n.*1.*vers. sed* Nicol.Garc.*C.eod.sine censu,&c.* si enim illud onus esset reale semper sequitur possessionem rei *d.l.fin.nisi in casu d.auth.* nec propterea censuarius in aliquo grauatur, quia à princ.debeat diligenter obseruare,an bona,super quibus intendebat censum imponere essent sufficientia ad illum sustinendum deducto quolibet onere,si tamen aliquod deducendum erat.

ADDITIO.

*Dicit tex.in l.*1.*& fin.ff.de munerib. & honorib.munera quædam esse realia,quæ patrimonialia ibi nominantur, & quædam personalia: & cum realia sequantur rem, & possessorem illius l.fin. C.sine censu, & ibi* Doctor. *Ideò si pacto aliter illa soluerentur illud esset contra ius, & sic illicitum per hanc particul. & per l.pacta, quæ contra C. de pact.not.tamen quod Pontifex in hac Bulla dedit regul. in damnando diuersa pacta licèt eam amplificasset non propterea omnia potuit comprehendere, hinc habui in practico quod quidam vendidit certa bona,cum pacto quod si emptor non soluerit pretium intra certum tempus debeat constituere censum ad rationem septem pro quolibet centenario, dicebam hoc pactum esse illicitum siquidem vigore eius census non erat constituendus cum sit contra formam præsentis Bullæ, vt constat per deduct. supra in aliis partic.nec etiam ratione interesse illa septem peti poterant per ea quæ diximus supra in addit.ad glos.*15.

TEX.

Postremo Census omnes in futurum creandos.

GLOS. XXI.

De lege respiciente futura, & quomodo præterita.

LEgimus *in cap.fin.de constit.* quòd leges,& constitutiones futuris negotiis donant formam,ad præterita verò non extenduntur nisi prouideant: idem legimus in *l.leges la* 2.*C.de legib.& in istis loc.* Doct.*præcipuè super d.cap.fin.& in l.non dubium C. eod.* vnde præsens particul. huius Bullæ videtur referenda ad omnia contenta in Bulla sed solùm ad vnum, vel alterum censum, qui infra dicitur: quoniam, quædam decisiones huius extrauagan. respiciunt tantùm futura, quædam verò etiam præterita, & præsentia, provt infra suis locis dicemus; in præsenti satis est adnotare, videlicet, quòd si decisio sit constitutiua tunc verum est, quod supra dicebamus, vt videlicet respiciat futura: si verò sit declaratiua, tunc non solum respicit futura, sed etiam præsentia, & præterita, vt adnotant Doctor. *in locis supra citatis, & præcipuè,* Abb. *in d. cap. fin. &*

Iaſ. *in d. l. non dubium vnde ad plenè cognoſcendum hanc diſt. & hanc ſummam ad* Doctor. *in d. loc.* eſt recurrendum: cùm non conueniat hic ſingula referre.

ADDITIO.

Cùm hæc particul. loquatur de cenſu futuro. Ideo in practica dubitatum fuit an ex hac Bulla præſumatur vſu recepta, vel potius debeat ab altera parte, & aqua probari illam eſſe talem. Sed eſt magis vera opinio legem præſumi vſu receptam. Alex. *conſ.* 152. *art.* 1. *col.* 1. Gozadin. *conſ.* 16. *n.* 16. Menoch. *lib.* 2. *de præſumpt. præſ.* 2. Felin. *inc.* 1. *verſ. nona lex de tregua, & pace, &* Roland. à Vall. *omnino videnda conſ.* 99. *vol.* 2. *vnde ille debet probare oppoſitum contra quem facit talis præſumpt.* Rol. *in d. conſ. n.* 39. *Idem* Menoch. *in d. tract. lib.* 1. *præſumpt.* 34. Maſcard. *in ſuo tract. de prob. q.* 17. *n.* 6. *& ſeq. & probat. l. ſiue poſſideris, C. de probat. & ratio eſt quia lex ſemper loquitur atque nunquam dicitur derogatum niſi per aliam legem, vel vſum diuerſum l. de quibus, & ibi* Doct. *ff. de legib.*

TEX.

Non ſolum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuoſa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire.

GLOS. XXII.

De fundo Cenſus facto infructuoſo in totum, vel pro parte.

IN hac particul. de duobus poteſt dubitari, primò, quando res aliqua dicatur perire in totum, vel pro parte; ſecundò, quando dicatur fieri infructuoſa. Quoad primum reſponderi poteſt *per §. fin. verſ. eo amplius Inſtit. de vſufruct. & ibi* Doctor. *l. repeti l. quid tamen, ff. quibus mod. vſufr. amittat. l. ſi cui Inſulæ, & ibi gloſ. ff. de vſufr. & c. cum ſimil.* vbi legimus, quod diuerſimodè res poteſt perire, vel infructuoſa reddi vt ex. gratia, incendio, terræmotu proprio vitio, inundatione, vel alia ſimil. cauſa, provt etiam ſupra in aliis gloſ. adnotauimus, vnde in hoc videtur ceſſare omnis difficultas. Quoad ſecundum augetur dubium *per l. domo ff. de pignor. act.* domo enim pignori data ſi extinguatur nihilominùs area eius remaneat obligata, ergo idem eſt dicendum in caſu propoſito: ſed dato rem eſſe extinctam, vel factam infructuoſam eſſet tamen concedenda repetitio pretij, *per l. domum emi, ff. de contrahend. empt.* ſicut enim res vendita, ſi non ſubſiſtit, datur conditio pretij, vt ibi cauetur: ita quoque idem videbatur dicendum in caſu propoſito, confirmatur, quia res fructuoſa conſideratur actu, & potentia, vt docet Nauarr. *in d. ſuo comment. ſæpè cit. n. mihi* 113. & quatenus minùs reddat: quæ à principio reddebat non propterea dicitur facta pro parte infructuoſa, *vt docet idem* Nauarr. *in eod. commentar. n.* 117. *cum ibi addutt.* Sol. ex quo cenſus ſignificat penſionem ſuper certis bonis impoſitam, vt ſupra ſuo loco adnotauimus: ſequitur inde, quòd maximam ſimilitudinem habeat cum vſufructu, & propterea ſicut vſusfructus aliquando extinguitur in totum, & aliquando pro parte per iura adducta, idque contingit ad extinctionem rei, in qua vſusfructus eſt fundatus, ita quoque idem videtur dicendum de cenſu: ad obiecta, *& primo ad d. l. domo reſpondet* Sylueſt. *in d. §. Inſtit.* quòd hæc diuerſitas contingit ob diuerſam naturam pignoris, & vſusfructus, quia pignus eſt quædam cautio acceſſoria, at vſusfructus eſt quoddam ius principale, meritò, &c. ad dictam verò leg. domum emi, dicimus, quòd aliud eſt conſiderare emptionem dum contrahitur, & aliud dum contracta eſt dicta enim l. verificatur de emptione contrahenda, provt verba ipſa demonſtrat, & confirmatur *per l. cum hæreditatem, ff. de hæred. vend.* in præſenti verò Bulla loquitur de cenſu iam celebrato, & contracto, quia ſicut perfecta emptione periculum ſpectat ad emptorem *l. 1. & ferè per tot. ff. de peric. & commodo rei vend. cum vulga.* ita quoque hoc idem videbatur dicendum de cenſu iam vendito, & venditione eius perfecta: ad confirmationem Nauarr. reſponderi poteſt argumento dd. initium, quòd hæc Bulla intelligi debeat, quando res, eſt peremptа, vel infructuoſa reddita, ita quod nec actu, nec potentia fructuoſa reddi valeat, ad vltimam confirmationem per ea, quæ ſupra in aliis gloſ. adnotauimus videtur eſſe reſpondendum, ex quo enim cenſuarius poſſet damnum modicum reparare per annos præcedentes, vel ſequentes non debet propterea aliquid remitti, eóque minus quo in iure parum, & nihil æquiparatur *l. minus ff. de verb. ſignif. l. ſcio ff. de reſtit. in integr. cum ſimil.* Hinc not. quòd rata hic non accipiatur pro qualibet portione, ſed pro illa, quæ eſſet notab. quantitatis, iſtud autem modicum videtur eſſe difficilis cognitionis, & propterea ad mentem Menoch. *lib.* 2. *de arbitr. indic. caſu* 145. videtur eſſe in arbitrio iudicis.

ADDITIO.

FVndus eiuſdem cenſus inundatus fuit ab aquis vnde actu factus fuit infructuoſus, ſecus potentia, quia per induſtriam, & notabiles impenſas poterat reduci ad culturam, & ſic dubitatum fuit an talis debitor teneatur ad ſolutionem cenſuum, gloſ. iſta cùm non videatur, in hoc omninò clara. Ideo caſum propoſitum melius conſiderando dicebam, quod aut id definiri debet quoad proprietatem cenſus, aut quoad fructum eiuſdem: primo modo donec dominus fundi remanet illius dominus, eodem iure dominus cenſus remaneret dominus eiuſdem ob eandem rationem, argumento l. quæ de tota, ff. de rei vendit. & §. præterea inſtit. de rer. diuiſion. at ſecundo reſpectu, quoniam fundus præſupponitur factus ſterilis, adeo quod ad culturam reduci nequeat, niſi cum notab. impenſa: ſequitur inde, quod ſicut dominus fundi ſenſit damnum, ita etiam eod. modo dominus cenſus partem illius ſentire tenetur, per ea, quæ habentur in gloſ. vnde cauſa ſterilitatis conſiderari debet, quæ ſicut poteſt habere rationem perpetui iuxta §. alia ſanè cauſa, inſtitut. de rer. diuiſio. & exemplum datum, atque rationem temporanei iuxta l. fiſtulas §. fin. ff. de contrahend. empt. ita quoque fructus præd. aliquando debent ſolui pro parte, & aliquando in totum.

TEX.

Sed etiam poſſe pro eodem pretio extingui.

GLOS. XXIII.

De extinctione cenſus cum pretio, vel alia re, in totum, vel pro parte.

HÆc deciſio eſt eiuſdem naturæ cum pacto de retrouendendo, & propterea quæ adnotatur à Doct. de iſto pacto, videntur etiam in præſenti verificanda, præter id, quod expreſsè cauetur infra in eadem Bulla, vnde not. quòd obligatio ad reuendendum, alia eſt conuentionalis de qua plenè tractant Doct. *in l. 2. C. de pact. in §. empt. in c. ad noſtram de empt.* Tiraquel. *in tract. de retract. conuention. &* Couar. *lib.* 3. *variar. reſolut. c.* 8. Alia verò eſt legalis, quia prouenit ab aliqua lege, quam plenè docet Tiraquell. *in tract. de rètract. conſang. per tot.* Fabian. de Monte *in tract. de empt. q.* 3. *artic.* 21. *n.* 45. *& ſeqq. eſt tex. & ibi* Henric. Boic. *in cap. conſtitutus de reſtit. in integr. quibus adde quæ adnot. ſupra in gloſ.* 14. *atque* Doctor. *explicantes hanc Bullam.* His adnot. de duobus præcipuè ſæpè dubitatum fuit circa hanc particul. Primò an dominus cenſus poſſet cogi ad reuendendum partem cenſus, & recipiendum partem pretij; Secundò, an iſte dominus poſſet talem cenſum aliis vendere minori, vel maiori pretio, cum in practica ſæpè huiuſmodi cenſus alienentur minori pretio, quàm à princ. ſint conſtituti. Quoad primum, ex quo in iure non habemus aliquid certi, videtur propterea eſſe difficilis ſolutionis: Nauarr. *in d. ſuo ſæpè citat. comment. n.* 101. *verſ.* 1. *quæſt. vſque ad n.* 104. *videtur tenere partem affirmatiuam* Ioan. Bapt. Lup. *in d. l.* 2. §. 2. *n.* 71. *C. de pact. inter empt. videtur ſentire oppoſitum, provt hoc idem approbat* Sot. *lib.* 6. *de inſtit. & iur. q.* 5. *art.* 3. *concluſ.* 4. *cum* Sot. *&* Lup. *conuenit* Thomas Boninſign. *in d. ſuo ſæpè citat. tract. de cenſibus*

censibus cap.4.n.9. vsque ad fin. cap. quæ opinio licèt videatur esse contra Bullam Martini V. post princip. in illis verbis in toto, vel in parte, si tamen regulariter esset respondendum, iudicarem, ipsam esse sequendam, & ratio est, quia iste dominus census damnificaretur si cogeretur recipere pretium minuratim, Bulla autem Martini id non determinat, sed videtur præsupponere conuentionem partium: dixi autem regulariter quia tres possunt considerari casus, videlicet, cùm contrahentes potuissent paciſci aliquando, vt pretium restituatur integrum: aliquando vt restituatur pro parte ab eis taxata, & aliquando remiserunt se ad dispositionem iuris, ex quo mihi dixerunt. In primo, & secundo casu iudicarem pacta esse licita, ex quo nec partes læduntur nec illa contra Bullam esse reperiuntur. In tertio verò putarem regul. supradictam adnotat. esse: ad hanc autem potestatem redimendi, bonorum erit addere, quod nos docet Sot. *in tot. d.artic.3.* & Boninsig. *in d.c.24. in princ.* & ista sint satis, quoad primum dubium. Ad secundum est adnotandum, quod eius solutio dependet à solutione illius quæst. videlicet, an nomen debitoris possit emi minori pretio, quàm sit creditum illud, quod legimus definitum à Nauarr. *in d.suo comment. num.112. vers. vndecima quæstio,* & *ante eum ab* Augustin. Bero. *super cap. in ciuitate, n.10. de vsuris*; Solutio autem est, quod emi, & vendi posset d. pretio, vnde idem puto dicendum in casu proposito ob indemnitatem rationis, confirmatur, quia huiusmodi nomina possunt etiam permutari, in solutum dari, & de eis aliis quoque modis disponi, vt passim adnotant Doctor. *in expositione titul. ff. & C. de hæred. & action. vend. meritò, &c.*

ADDITIO.

CEnsus consideratur dupliciter primò in creando, & constituendo illum, secundò postquam ille constitutus est in esse: primo modo est omnino seruanda forma præsentis Bullæ, quæ si seruata non fuerit contractus erit illicitus, & nullus, vt diximus supra, & infra quoque dicemus: ad secundo respectu, cum de eo in præsenti nil prouideatur, quoad ius disponendi. Ideo tanquam casus omissus remanet in dispositione iuris, per doctr. communem relat. à Mascard. *supra in alia glos. adnot. & propterea verificatur communis, regul. de qua l. in re mandata, C. mandati: hinc est quod potest extingui, & alienari in totum, & pro parte, cum pecunia, vel specie ad libitum contrahentium.*

TEX.

Non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabilis, imò centum, & plurimum annorum præscriptione.

GLOS. XXIV.

De præscriptione obligationis de retrouendendo.

PRæscriptio longissimi temporis tollit omne ius, quam quis illud comperat vigore pacti, statuti, & priuilegij, dummodo tamen sit 100. annorum Felin. *in rubr. de præscript. n.24.* Balb. *in tract. de præscript. part.2. tert. partis principia. quæst.6. n.21.* ex qua decision. videtur inferenda limitatio ad hanc Bullam in ista partic. quæ confirmari posset, quia de iure pactum de retrouendendo potest præscribi, quamuis esset cum potestate quandocunque venditori placeret, *vt plenè docet idem* Balb. *in d. tract. part.4. quint. part. principal. q.3. per tot. cum ibi adduct.* Cæterum, an hæc limitatio sit de iure in præsenti admittenda habet difficultatem, primò considerando illa verba, imo 100. & plurimum annorum, secundò idem videtur sentire Nauarr. *in d. suo sæpè cit. commen. num.97. vers. glos.15. in fin.* in hac difficultate videtur de iure dicendum, quòd ista præscriptio non habeat locum contra dispositionem huius Bullæ, quia ipsa prohibetur: clarissimi enim iuris est, quòd præscriptio est de iure humano. *Instit. de vsu capion. in princ.* Sot. *lib.4. de iust. & iur. qu.5. art.4. cum simil.* & propterea potuit à Summo Pontifice illa prohiberi, prout consideranda præd. prohibita fuit, nec obstant doctrin. in contrarium adduct. qui personæ inferiores Summo Pontifici non debent esse tantæ authoritatis, vt præscriptionem omninò tollere valeant, si quis autem plura intendit videre de præscriptione iuris redimendi vltra supra adducta, videat Couar. *lib.1. variar. resolut. cap.9. per tot.* & Ioan. Bapt. Lup. *in d.l.2. §.1. num.92. vsque ad fin. §. C. de pact. int. empt. & vend.* an autem sit facienda differentia inter præscriptionem 100. an. & præscriptionem immemorabilem provt ex partic. adnot. & declarat Nauarr. *loc. hic supra cit.* non videtur pertinere ad rem propositam, quia Summus Pontifex vsus fuit isto loquendi modo, vel ad maiorem rei declarationem, cum lex nullum dubium continere debeat, *cap. fin. de const.* vel ad remouendam omnem controuersiam de dominio prædict. & propterea Bulla quolibet modo considerata remanet clara, & sine difficultate.

ADDITIO.

CVm obligatio ista consideretur diuersimodè; hinc est, quod aliquando est licita, & aliquando secus; ex parte igitur emptoris, quod videlicet ipse teneatur reuendere, est de iure licita, & legimus in hac particul. & in iur. in glos. citat. ex parte autem venditoris, quod scilicet teneatur redimere est illicita, vt docet Augustin. Bero. *super cap. nostrum num.37. 42. de emption. ex quo enim emptor habet libertatem recuperandi suam pecuniam, aut fructus inde percipiendi. Ideo præsumptiuè videtur habuisse intentionem illam mutuandi ad certum lucrum, & ita obseruari etiam in practica: vlterius istud pactum potest etiam considerari, vt celebretur quod intra certum tempus, vnde sicut apparet diuersum, ita diuersum producit effectum, vt in d. cap. præsertim adnot. doct. & præcipuè* Bero. & Couar. *lib.3. variar. resol. cap.8. num.7.8. in casu autem licito, fuit aliquando dubitatum an occasione istius pacti res minus valeat. Sol. affirmatiuè* Couarr. *in d. tract. & lib.c.10. in princ. cum ibi adduct. vnde secundum qualitatem istius pacti oportet iudicare, contractum esse licitum, vel illicitum ex hoc capite.*

TEX.

Non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint.

GLOS. XXV.

De agente contra legem.

PEr hanc particul. longè melius meo iudicio demonstratur verum, quod in superiori proxima glos. conclusum fuit, atque hoc idem confirmari potest *per cap. cum quid, & ibi* Doctor. *de regul. iur. in 6.* si enim per viam salutem indirectam posset veniri contra prædictam facultatem redimendi censum, sine dubio daretur etiam occasio contra prouisionem totius istius Bullæ, quod cùm admitti aliquo modo nequeat, propterea sequitur idem, quod supra dicebamus. Sed quæreret aliquis, quomodo posset cognosci contrauentio casu, quo commissa esset. Sol. obseruo apud scribentes (licèt nemo expressè hoc dicat) quod quælibet lex, constitutio quatuor habet intellectus, quorum primus dicitur litteralis, secundus mentalis, tertius directus, & quartus inductiuus: Ex quibus inferendum puto, quod potest quis vnum intellectum approbare ad se defendendum, & alterum reiicere: hinc est *quod* Doctor. *super l. non dubium C. de legib. vbi* Bald. *num.1.* & Ial. *num.4.* adnot. an ille, qui venit contra verba legis debeat puniri, sicut ille, qui venit contra mentem, & Theolog. quærunt an liceat præter verba legis agere, vt videri potest *apud* D. Thom. *1.2. qu.96. art.6.* & Sot. *lib.v. de iust. & iur. qu.1. art.8.* & cum contrauentio, vt

plurimum fiat fraude, ideo adnotari debeat, quod fraus committitur aliquando de re ad rem; aliquando de contractu ad contractum; aliquando de persona ad personam, & aliquando de modo ad modum. Iaſ. *in d. l. non dubium n. 45. & gloſ. ſuper l. contra legem ff. de legib.* cognoſcitur verò per diuerſas coniecturas *iuxta l. dolum C. de dolo, l. continuus ff. de verb. oblig. cum ſimil.*

ADDITIO.

Licet ſit vulg. iuris concluſio, quod pacta contra leges conuenta non teneant l. pacta quæ contra C. de pactis l. dubium, C. de legib. dubitatur tamen in caſu de quo agimus de nonnullis pactis, vt ex. gratia, quod debitor cenſus debeat illum ſoluere ſi fundus factus ſit infructuoſus alia, ſed non potentia iuxta ea, quæ diximus ſupra in addit. ad gloſ. 22. ad hoc puto dicendum vltra ea, quæ ibi adnot. quod talis fundus aut reducitur ad culturam ex accidenti, & ſic tractu temporis, argumento tex. in §. alia ſanè cauſa Inſtit. eod. de rer. diuiſ. aut per induſtriam expenſas, & non aliter: in primo caſu poteſt ſuſtineri tale pactum, ſecus ſecundo, & ratio eſt, quia in primo caſu pars ſeu in nihil leditur, ſeu in modico, ſecus in ſecundo ob graues expenſas, & ad hoc facit tex. in c. propter ſterilitatem, & ibi Doctor. *de locat.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. Ind. caſu 76. &* Couar. *lib. pract. quæſt. c. 30. atque hæc omnia coniungenda ſunt cum iis, quæ diximus in d. addition. ad d. gloſ. 22.*

TEX.

Cum vera traditione pretij redditus extinguendus erit.

GLOS. XXVI.

De extinctione Cenſus cum ſolutione pretij.

NOn ſine cauſa legimus in præſenti particul. quod quando cenſus extingui debet cum traditione pretij, obſeruandum erit id, de quo in ſequenti gloſ. dicemus, primò enim Summus Pontifex voluit etiam prouidere indemnitati domini ipſius cenſus prout facit in ſequenti particul. & ibi dicemus; ſecundò cùm cenſus habeat ſimilitudinem cum vſufructu, licet habeat etiam diſſimilitudinem, vt ſatis clarè cognoſcitur ex ſupra in aliis gloſ. adnotatis: hinc eſt, quod quemadmodum vſusfructus extingui poteſt multis diuerſiſque modis *iux. tot. tit. ff. quemadmodum vſusfruct. amitt. & probat. tex. in §. fin. qui incipit finitur, inſtit. de vſufruct.* ita quoque hoc idem dicendum eſt de ipſo cenſu, & propterea adnot. ſupra quod aliquando extinguitur ad extinctionem fundi, in quo conſtitutus fuit, ex quo ſequitur, quod prouiſio Bullæ in ſequenti particul. non poteſt, nec debet verificari in quolibet caſu extinctionis cenſus, ſed ſolùm, quando extingueretur cum reſtitutione pretij: reliqui autem modi extinguendi cenſum, qui, & quales ſint non videtur neceſſarium hìc referre: explificatiuè tamen eſſet donatio teſtamentum, ſucceſſio, permutatio, & ſimiles alij, & ratio eſt quia ſicut huiuſmodi modis poteſt dominus alienare alia ſua bona *iuxta l. fin. ff. de legib.* Sebaſtian. Medices *in ſuo tractat. de legib. & ſtatut. part. 4. quæſt. 28. 29. 30.* ita quoque hoc idem eſt dicendum de cenſu iſto.

ADDITIO.

CEnſum poſſe extingui diuerſis modis clariſſimum eſt in iure, videlicet primo ex parte fundi illius iuxta ea quæ diximus ſupra ad particul. & gl. 22. ſecundo ex facto debitoris, ſi factus ſit non ſoluendo, limit. tamen quod tunc poſſet agi contra tertios poſſeſſores ſi ille à princ. legitimus fuerit: iuxta l. rem alienam ff. de contrahend. empt. Fabian. *in tract. de empt. qu. 4. verſ. quarto quæritur: tertio ex parte creditoris, debitoris, ſimil, ob diuerſos inter eos contractus conuenientes hæc enim particul. cum ſeqq. intelligitur, quando debitor valet cenſum extinguere parte inuita: ex quo creditor non poteſt cogi aliud pro alio accipere l. 1. ff. ſi cert. pet. l. eum à quo C. de ſolut. denique ex parte contractus, cum ille aliquando à princ. & aliquando poſtea reddatur nullus, ſeu iniuſtus, vt diximus ſup. & infra quoque dicemus.*

TEX.

Volumus per bimeſtre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit.

GLOS. XXVII.

De denunciatione facienda à volente extinguere Cenſum.

DEbet Cenſuarius denunciare domino cenſus, qualiter ipſe intendit eodem pretio redimere cenſum alias per ipſum venditum, atque per duos menſes expectare antequam celebretur contractus reuenditionis, idque ſtatutum hic legimus ea ratione, vt dominus cenſus poſſit d. termino durante determinare quid facere velit de d. pretio ſibi prox. reſtituendo, ſed quid iuris erit ſi nollet d. pretium recipere. Sol. cautela, eſt vt Cenſuarius illud deponat depoſito reali ad hoc, vt liberetur ab obligatione ſoluendi cenſum, atque legitimè denunciet ipſi domino: *iuxta l. acceptam, & ibi* Bald. *C. de vſuris* Menoch. *lib. 2. de arbitr. ind. caſu 232.* & Caſſan. *in conſ. 41. per tot.* ibi plenè explicatur oblatio realis ad hoc, vt debitor liberetur ab obligatione ſoluendi, ob moram creditoris in non recipiendo: de iſtò autem termino non occurrit hic aliud adnotare, niſi quis quæreret an poſſet prorogari, vel diminui cùm quiliber poſſet renunciari iuri ſuo *l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis.* Sol. indicarem negatiuè eſſe reſpondendum, primò quia docet Socin. *in ſuis regulis regul. mihi 419. limit. 2.* quòd ſolemnitati iuris renunciari nequit, & cum hæc particul. videatur continere partem ſolemnitatis requiſitæ ad contractum cenſus, merito, &c. ſecundo quia daretur inde occaſio celebrandi contractus cenſuum contra formam in hac Bulla traditam, quod de iure permitti non debet: *argumento cap. per veſtras in fin. de donat. inter virum: non obſtat d. l. ſi quis in conſcribendo,* qui limitari debet ad euitandas fraudes, vt conſtat per deducta.

ADDITIO.

QVoniam dominus cenſus aliquando cedit illum alteri, dubitatum fuit in pract. an Cenſuarius debeat id denunciare domino principali, vel ceſſionario. Sol. Ego ſoleo ita diſtinguere, quod ſi debitor cenſus in ſoluendo recognouit in creditorem ipſum ceſſionarium, tunc eidem tenetur id denunciare iuxta formam hìc tradit. tum quia in eum ſunt tranſlata iura iux. trad. à Iac. de Aren. *in ſuo tract. de ceſſionib. cap. 6. per tot. tum etiam quoniam ſtante conſenſu dict. ceſſionarij, atque debitoris, & creditoris ipſius cenſus dicitur facta nouatio, iuxta l. fin. C. de nouation.* Francus *in deciſ. Neapol. 15. &* Gozadin. *conſ. 38. ſecus autem puto tenendum, ſi d. ceſſionarius non fuerit recognitus in creditorem, & ratio eſt, quia cum ipſe retineat actionem directam, vt dicit* Iacob. *loc. cit. &* Doctor. *in l. fin. C. mand. illa adhuc videtur ſtare in ſuo robore, ex quo debitor non conſenſit.*

TEX.

Et poſt denunciam intra annum tamen, etiam ab inuito pretium repeti poſſe, &c.

GLOS. XXVIII.

De iure cogendi debitorem intra annum pro reſtitutione pretij.

COntra hanc particul. facit tot. tit. ff. quod quiſque iuris in alium ſtatuit, &c. ſicut enim bimeſtre cenſuarius expectare debet iuxta id, quod in ſuperiori gloſ. adnotauimus, ita quoque per iura adducta intra bimeſtre deberet cogi ad reſtituendum pretium, & ſic male videtur ſtatutum, vt intra annum, &c. Sol. vel dicas quod definire huiuſmodi terminum erat in mero arbitrio legiſlatoris, cum ſit tantum iuris poſitiui, & propterea nulla ratio in contrarium aliquid concludit: vel dicas ſecundo longiorem terminum fuiſſe conceſſum domino cenſus, quia non ita de facili poſſet habere occaſionem conuertendi illud pretium

in

in aliquod aliud eius commodum, vel dicas tertiò, quod si censuarius continuo habet libertatem redimendi censum, vt supra vidimus, non est inconueniens, vt dominus census habeat in casu isto commoditatem vnius anni ad repetendum dict. pretium: not. tamen, quod ista repetitio pretij non esset licita, si in præsenti permissa non fuisset: docent enim Doctor. quod ius rescindendi contractum emptionis, & venditionis aliquando est in potestate ipsius venditoris tantum, & tunc sine controuersia est de iure licitum siue sit de vendendo simpliciter, siue de restituendo rem emptam, *vt plenè docet* Ioan.Bapt.Lup. *in d.l.2.in præfat.n.24.& 25. per tot.C.de pact.inter empt.cum ibi adduct.* Couarr. *lib.3. var.resolut.cap.4.n.4.vers.his sanè* Tiraq. *in tract.connexion.in præfation.n.3.& seq.* siue competat ex dispositione iuris, vt contingit per hanc Bullam siue ex conuentione hominum, & fit per pactum, vt habetur in citatis locis, aliquando, fit ficut istud ius rescindendi est in potestate ipsius emptoris, & tunc si sibi competat ex dispositione iuris, provt legimus in hac particul. non videtur posse dubitari, cum iustum aliud sit naturale, & aliud à lege humana statutum, *cap. ius generale dist.1.* Sot. *lib.3.de iust.& iur.q.1.art.2.* si verò eid. competere vigore pacti, tunc aliud dicendum esset, cum illicitum à Doctor. reputetur, Abb. *in c.illo vol.n.6. post* Mesti. *de pignoribus* Ioan.Bapt.Lup. *in d.præfat. d.n.26. omnino videnda.cum adduct.in d.loc.* & ratio est, quia qualitas pacti denotat emptorem habuisse voluntatem potius mutandi cum lucro, quam emendi, & ideo dicit Abba. quod ipse tenetur ad restitutionem fructuum.

ADDITIO.

Doctor. *in cap.ad nostram de emption.adnotant illum contractum sapere vsuram, in quo emptor potest cogere venditorem ad restitutionem pretij, vt etiam vidimus supra in alia addition.cuius oppositum videtur per hanc particul. hic definitum*, Sol. *puto dispositionem iuris communis limitari per hanc part. ob causam per glos. adnot. dubitatur vlterius an ista denunciat. debeat esse iudicial.* Sol. *placet, vt sit iudicial. & ratio est quia cùm hæc Bulla sit facta ad euitandas fraudes, vt clarè constat ex iis, quæ diximus supra in aliis glos. longè facilius emittantur illæ per actum iudicialem, quàm per extra iudic. argumento cap. quoniam contra. de probat. cum ibi adduct.*

TEX.

Et vbi pretium nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quodcunque redditum extingui posse præuia tamen semper denuncia, de qua supra.

GLOS. XXIX.

De reiteratione denuncia de qua supra.

SI hæc particul. à Summo Pontifice addita non fuisset, quam facillimè dubitari potuisset an istud ius redimendi iuxta formam in hac Bulla traditam intelligi debeat concessum pro prima tantum vice *iuxta l. boues §. hoc sermone, ff. de verb. signific. dicendum est igitur, quod iste §.* per hanc Bullam in materia census immittetur, cum istud ius, adeo perpetuum intelligatur, vt possit reiterari, provt hic legimus, vnde not. quod potestas alicui concessa ad aliquid faciendum licet per d.§. intelligatur pro prima, & vnica vice, diuersimodè tamen limitatur, *vt docet* Tiraquel. *plenè in sua expositione super d.§.& Felin. omnino videnda. in cap.2. ferè per tot. de tregua. & pace*, est tamen animaduertendum, quod reiteratio, de qua in præsenti Bulla, & particul. permittitur dummodo fiat ead. forma hic data, & non aliter.

ADDITIO.

Hic potest dubitari de causa istius reiterationis, Sol. *illa videtur ead. cum ea, quæ supra demonstrauimus* Decis. R.R. pro Tract. de Cens. *dict. denunciam esse faciendam, & cum præcipuè causa, & ratio, in decidendo attendi debeat, iux. l. fin. ff. de hæred. instituend. c. si cautio. de fide instrument. cum simil. Ideo semper ad illius est recurrendum, & ad hoc facit etiam cap. intelligentia de verb. sign.*

TEX.

Et non obstantibus his, de quibus supra, idque obseruari mandamus, etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset.

GLOS. XXX.

De d. reiteratione facienda.

IN hac particul. melius declaratur, istam reiterationem, de qua adnotauimus in superiori glos. esse faciendam toties, quoties opus fuerit, seruatis tamen iis, quæ per hanc Bullam seruari debent, & sic ad maiorem declarationem additum fuit, quod hic legimus, dubitatur tamen, & quæritur, vnde est, quod in præsenti contextu habentur ista verba, & non obstantibus his de quibus supra, illa enim, quæ in superioribus particulis huius Bullæ habentur non videntur obstare decisioni, & prouisioni, quam in superiori proxima, & præsenti particula continetur, vnde meritò, &c. Sol. respondetur potest, quod licèt ea quæ in superioribus statuta sunt, non videantur modo aliquo obstare, si recto censu intellecta fuerint quoniam tamen inductiuè considerata potuissent videri contraria: Ideo ad remouendam omnem difficultatem videntur addita prædic. verba, & non obstantibus, &c.

ADDITIO.

QVoniam poterat dubitari an ista reiteratio esset simul vel sepè concedenda. Ideo addita fuit hæc particul. Hinc not. quod leges sunt exequendæ, ita, & taliter, vt mens legislatoris cum effectu adimpleatur, & ad hoc facit l.2. §. iuram. ff. de orig. iur. vnde in illo casu debet verè limitari, in quo mens legislatoris nequit verificari.

TEX.

Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam repeti posse omnium prohibemus.

GLOS. XXXI.

De pacto cogendi venditorem ad pretium restituendum.

SVpra *in glos.28. in fin. adnot.* quod potestas rescindendi contractum census, non debet esse apud emptorem, provt hoc idem legimus statutum in præsenti partic. nisi tamen in casu supra in aliis glos. explicato, quamuis autem Couarru. *lib.3. variar.resol.c.9.n.3. vers. primum quidem, &* Ioan. à Medin. *in suo C.de restit.tit.de censibus q.15. vers.* quæ de pacto redemptionis, videantur sentire oppositum, si tamen singula considerata fuerint, puto commodè posse conciliari, sed cum in præsenti sim glossator, & non commentator, non conuenit singula examinare: de ista autem facultate redimendi censum videndus est præcipuè Ioan. à Medina *in tota ista notab.q.15.* in qua inter cætera explicat etiam vnum adnotatione dignum in verb. inde alia oritur dubitatio, an videlicet pretium in casu redemptionis, & reuenditionis debeat esse idem, & eiusdem quantitatis, cuius fuit in ipsa emptione, & venditione, provt hoc idem declarat. Tiraq. *in suo tract.de contract. conuention. §.1. in glos.3. per tot.* regulariter enim tenendum est, quod debeat esse idem: quæ quidem regula in nonnullis casibus posset limitari, vt partim habetur in hac Bulla, & glos. in super factis, & in loc. hic supra citat. vnde non conuenit nunc vlterius insistere, & dum hæc particul. si aliqua indigeat declaratione ista habetur in aliis glos. Ideo ad alia me conferam.

ADDITIO.

Dicit tex. in cap. quod de reg. iur. in 6. quod quando aliquid vna via prohibetur alia non dicitur permissum, vnde prohibetur venditorem posse cogi ab emptore ad pretium restituendum, alia via non debet dici id permissum. Ideo hac partic. est intelligenda regulariter, quia si secus esset daretur occasio fœnerandi, quod autem ista regula possit aliquando limitari recurrendum est ad loco in gloss. citat.

TEX.

Contractúsque sub alia forma post hac celebrandos fœneratitios iudicamus.

GLOS. XXXII.

Quid iuris si forma Census non fuerit seruata.

CIrca hanc particul. de tribus posset dubitari, & quæri quid iuris; Primò cur tex. dicat sub alia forma: Secundò cur dicat post hac celebrandos: Tertiò, cur dicat fœneratitios iudicamus. Quoad primum, cum proprium sit formæ dare esse *l. Iulianus, ff. ad exhibendum*, & Pontifex hic dicat sub alia forma, videtur propterea, quod contenta in hac Bulla sint de forma istius contractus census. Sol. hæc forma dupliciter considerari potest quoad forum fori, & sic sine dubio, omnia sunt seruanda, & sunt de forma, tum quia Pontifex per hæc verba videtur hoc determinare, cum sint verba necessaria, *iuxta tradit. ab* Abb. *in cap. nam concupiscentiam, de constitut.* tum etiam, quia in hac particul. habet etiam clausul. irritantem de qua est *text. notabil. in clement. 1. de concessio. prabend.* & Staphil. *in suo tract.* de litteris gratiæ, & institit. in propria rub. istius clausul. Quoad forum conscientiæ, & sic non puto singula esse seruanda ex. gratia, quod fiat coram testibus, & notario; huiusmodi enim requisita extrinseca in isto foro non videntur necessaria: cùm solemnitates iuris, ex quo videntur introductæ ad euitandas fraudes in foro conscientiæ non requirantur secundum vnam opin. quam semper iudicaui veram, de qua pertractant Doctor. *in cap. cum esses de testament. vbi præcipuè* Couar. *in cap. quia plerique de immunitat. Eccles.* Quoad secundum non videtur necessarium hic aliud adnot. cum supra in gloss. 21. diximus proprium esse legis futuris negotiis dare formam, & propterea Summus Pontifex, & ibi, & hic declarauit mentem suam fuisse semper respicere futura, præter tamen id, de quo infra dicemus, & quoniam de hac re etiam sumus dicturi in aliis particul. Ideo ad Tertium dicimus, quod contractus (prout in iure obseruare potui) quidam sunt validi, & iusti, quidam sunt validi, sed iniusti, atque huiusmodi diuersæ sunt species, quidam denique sunt omnino inualidi, & nulli vnde hoc adnot. quæritur cur Pontifex dicat fœneratitios id est vsurarios. Sol. iniustitia, quæ sæpè committebatur circa contractum census, vt plurium respiciebat delictum vsuræ, & propterea Summus Pontifex iuri, & conscientiæ iudicauit conueniens, præsertim sub hoc respectu prouidere, & ideo sicut in hac Bulla data fuit forma ad celebrandum contractum census ad hoc, vt euitetur vsura, ita quoque fuit conueniens declarare, quod si contractus aliter celebrentur, potius fœneratitij quàm simpliciter illiciti, & iniusti essent reputandi, & si tex. videtur clarus, & sine difficultate.

ADDITIO.

DE forma seruanda videndi sunt Doctor. *in l. non dubium, C. de legib. & in cap. cum dilecta de rescript. hic potest dubitari, an actus sit nullus ipso iure ob formam non seruatam: ego sum solitus ita distinguere, quod actus sit nullus ipso iure, si moraliter fuerit consideratus, secus si naturaliter. Ideo requiritur sententia declaratoria, argumento cap. cum secundum leg. de hæret. in 6. de effectu autem nullitatis actus, videndus est* Tiraquell. *in l. si vnquam in verb. reuertantur, C. de reuocan. donat. & nos diximus in tractat. de subreptition. rescripto. q. 4. art. 10.*

TEX.

Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expressè vel tacitè contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari.

GLOS. XXXIII.

De pœna imponenda ob formam istius Bullæ non seruatam.

HIc Summus Pontifex non solum meliùs declarat, quod in superiori proxima particula determinauit, sed etiam addidit aliam pœnam, vltra declarationē, contractum esse fœneratitium, vnde in præsenti de tribus occurrit dubitari. Primò vnde est, quod transgressores huius Bullæ puniantur duplici pœna, videlicet, quod contractus fœneratitius, & quod à fisco vendicetur, quod in contrarium factum fuerit. Secundò, cur potiùs à fisco illud vendi, & parti non restitui debeat: Tertiò an illud remissum, vel dimissum intelligatur confiscatum ipso iure, & absque aliqua sententia. Quoad primum *per l. senatus, ff. de accusat.* malè videntur imponi hæ duæ pœnæ. Sol. hæc solutio dependet à solutione alterius *quæst. an videlicet annullatio actus sit pœna, de qua plenè tractant* Doct. *in l. non dubium vbi* Iaf. Bald. *& alij, C. de legibus, &* Canonist. *in cap. 2. de constitut. vbi præcipuè* Abba. *n. 5. cum adduct. ibi. vnde tenendo opin.* quod annullatio non sit pœna, sumus in claris, sed tenendo oppositum, dicimus id non esse inconueniens, quia pœna ista annullationis venit in consequentiam ob non seruatam formam, vel dicas secundo, quod ob grauitatem delicti istæ duæ pœnæ habent rationem vnius, &c. Ad secundum dicimus, quod in casu traditionis alicuius rei in aliquem, aliquando id continget sine aliqua turpitudine, & tunc pro solutione tenendum est, rem in casu restitutionis restituendam esse ei, à quo fuit data *iuxta tot. tit. ff. de cond. causa data, & ibi* Doct. *& præcipuè* Bart. aliquando verò id euenit cum turpitudine, quæ aliquando reperitur ex parte dantis, aliquando ex parte recipientis, & aliquando ex partes vtriusque *iuxta l. 1. & tot. ff. de condict. ob turp.* causam ob quam quidem distinct. habemus intelligentiam, huius Bullæ in ista partic. ex quo enim illud remissum, de quibus in tex. sunt contra mentem Pontificis, & debitum iustitiæ, & sic continent turpitudinem, non debebant parti restitui, sed ob transgressionem, & sic delictum commissum voluit à fisco vendicari, de hac autem restitutione facienda præsupposita turpitudine, vltra allegat. *videndus est* Nauar. *in suo Manual. c. 16. vers. seu, §. cui restituendum per tot.* Sot. *lib. 4. de iust. & iure q. 7. art. 1. Ad secundum argumentum.* Ioan. à Medin. *in C. de restitut. q. 2. vers. de eo, quod secundo loco quærebatur, per duas pag. &* Canonist. *in cap. quia plerique de immunit. Eccles. cum simil.* Ad tertium denique dicimus, quod hæc verba videntur præsupponere rem esse confiscatam ipso iure, & propterea fiscus potest illam tanquam sua vendicare non autem hoc sit verum habet difficultatem, cæterum per ea, quæ *nos docent* Canonist. *in cap. si diligenti, de foro competen. vbi præcipuè* Glos. Abb. *&* Tiraquell. *in l. si vnquam in vers. reuertantur, C. de reuocand. donation.* videtur tenendum d. rem ipso iure esse confiscatam, cum verba ipsa id demonstrent. Iudicarem tamen Fiscum non posse venire ad huiusmodi rei vendicationem nisi prius per sententiam declaratum esset contractum, seu promissum fuisset, & esse factum contra formam huius Bullæ, & hoc dico *per c. cum secundum leges de hæret. in 6.* Gabriel. *in suis conclus. tit. de malefic. conclus. 12. in princ. cum simil.*

ADDI

ADDITIO.

Circa hanc pœnam de duobus occurrit dubitari; primò an propter quamlib. Bulla particul. transgressionem pœna sit imponenda: secundò si fructus computari debeant in sortem, an pecunia, qua census emptus possit publicari. Quoad primum est vulg. conclusio in iure, omnino delicta esse punienda ob interesse reipubl. vt famæ, & ibi gl. not. in verb. impunita de sentent. excommunicat. cum ibi adnect. ex qua sequitur in casu proposito quod sicut census celebratus contra quamlib. particul. de præd. dicitur simulatus & contra Bullam simpliciter contractus, ita quoque illius pœna debet puniri. Quoad secundum de duob. potest dubitari an d. publicatio debeat verificari, primò si quid datum, vel promissum, seu remissum propter huiusmodi census, secundo an illa locum habeat in pretio eiusd. Pro solutione vtriusque puto præmittendum, omnium consensu, dare ad vsuram esse prohibitum iuxta tot. tit. de vsuris ob dictum Euangel. mutuum date nihil inde sperantes, relat. in cap. consuluit eod. & ibi in gloss. declaratum. D. Thom. 2. 2. *q.* 78. *art.* 1. *accipere autem in casu necessitatis est permissum, secus aliter idem* Doctor. *suprà in d. q. art.* 4. *Ex hoc infertur, quod si census celebretur contra formam istius Bulle, & ille, qui vendit id non faciat ob eius indigentias, ex quo malum commisit per istam doctrin. & propterea dicitur in delicto communicasse. Ideo dict. pecunia debet confiscari, cum vterque contrahentium dicatur deliquisse iuxta gloss. recept. in c. 1. in vers. pari pœna de offic. iud. delegat. secus autem quando venditor census vendit, & pecuniam accipit, vt prouideat suis indigentiis, tunc enim hæc Bulla debet limitari ad hoc, vt iura ad inuicem concilientur cap. cum expediat de elect. & ita consului contingentiam facti.*

TEX.

Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus.

GLOS. XXXIV.

Quomodo hæc constitutio respiciat Census præsentes.

IN hac particul. Summus Pontifex videtur prouidere casibus præsentibus, vt verba illa (Verum etiam increato) denotant: dubitari tamen posset, an hoc sit verum, primo quia dum de essentia legis requiratur promulgatio: D. Thom. 1. 2. *q.* 90. *art.* 4. Sot. *lib.* 1. *de inst. & iur. q.* 1. *art.* 4. Canonist. *communiter in cap. cognoscentes de constit.* sequitur inde, quòd casus si euenisset ante promulgationem diceretur præteritus, si verò postea videtur futurus; ergo casus præsens dari non potest: secundo considero verba, quocunque tempore alienando, &c. quæ cum respiciant tempus futurum meritò. Sol. hæc difficultas posset meo iudicio ita dissolui, quod census, (vt de eo loquamur) aut est iam celebratus, & in esse deductus ante promulgationem huius Bullæ, & tunc quid de eo definiat Summ. Pontifex, dicemus infra in part. & licet legem ipsam, &c. aut, & secundo loco est constitutus post d. promulgationem, & tunc si consideretur simpliciter, videtur casus præsens: Si verò consideretur respectu alienationis, de eo faciendæ, prout hic consideratur videtur esse casus futurus, at si simpliciter consideretur casus futurus erit meo iudicio reputandus, sed si hęc partic. respicit solum alienationem census, vnde est, quod text. dicit post promulgationem, &c. Sol. responderi potest, quod Bulla potuit esse promulgata, sed adhuc non vnicuique nota, & cognita per auth. vt post duos menses, & Doctor. in d. cap. cognoscentes, quia si statim post promulgationem, fuisset necessarium seruare hanc Bullã in creandis censibus, ista Particul. nihil penitus operaretur, quod non est dicendum *iuxta cap. relatum, & ibi gloss. not. de clericis non residentibus cum simil. merito, &c.*

ADDITIO.

Licèt sit clara iuris conclusio, quamlib. constitutionem in definiendo respicere futura Doctor. communiter in cap. fin. de constit. quoad præsentia tamen, & præterita placet hanc reg. adnotare, quod si per const. precedentia fit alteri ius acquisitum non debet per nouam illud tolli, per illam vulg. iur. reg. de iure acquisito non toll. de qua adnotand. est. Gabr. *in sui concluf. in proprio tit. hæc fortasse de causa* Abb. *in d. cap. fin. in fin. adnot. pœnam esse imponendam secundum constit. quæ vigebat tempore deligi, & non secundum aliam superuenientem.*

TEX.

Declarantes pretium semel censui constitutum, nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quo ad vltimo contrahentes minui, vel augeri.

GLOS. XXXV.

De prohibiti pretij census augmento, & decremento.

EST animaduertendum hic de qualitate, & quantitate pretij, vltra id, quod supra in aliis gloss. adnotauimus, quod pretium diuersa ratione, atque respectu, potest de facto, & de iure augeri, & respectiuè diminui, prout declarat Gloss. *not. super cap. cum causa, in vers. ad alium post* Medin. *& ibi* Doctor. *de test. facit doct.* Conrad. *in suo tractat. de contract. quæstion.* 56. *per tot.* vbi adnotantur qualitates, & circunstantiæ, quibus pretia rerum alterantur, & variantur, vnde dubitatur, & quæritur ex hoc, qua de causa pretium census ob temporum, & personarũ varietatem nequeat alterari, & variari, & præsertim ad commoditatem censuarij, cùm inde videtur cessare suspicio vsuræ, augetur difficultas, quã supra demonstrauimus, quòd dominus census potest illum vendere minori pretio meritò, &c. Sol. considerando singulas particul. huius Bullæ, videtur inde colligi posse, quòd Pontifex multa prohibuit, quam aliàs de iure communi fuissent licita, idque ea ratione factum esse potuit, vt videlicet tolleretur occasio committendi fraudes, & ideo legimus, quòd vnusquisque contrahentium ad illã remanet obligatus, prout aliàs de iure erit, vel esset, vnde hoc idem puto dicendum in casu proposito, & propterea dubium videtur solutum; huiusmodi autem augmentum, vel diminutio posset verificari non vigore pacti, sed prout de iure communi esset permissum, & non aliter iuxta ea, quæ supra in aliis gloss. adnot.

ADDITIO.

AB hanc particul. facit quod supra adnotauimus ad gloss. 16. 17. *&* 26. *quibus adde, quod contractus iste videtur indiuiduus, vt suprà diximus in addit. ad gloss.* 8. *vnde si pretium illud alteretur necessariò contractus diuideretur, quod non est dicendum, sed contra sæpè videmus census extingui pro parte. Sol. intelligentia istius part. forte esse illa est quod cum præsupponatur census* 7. *aureorum esse emptum pretio* 100. *ita quod illud si pretium iustum aduenientes quamuis circunstantiarum varietate, semper illud pretium debet dici iustum, nec obstat, quod census postquam constitutus est in esse, possit vendi minori pretio præd.* 100. *quia obiectio videtur vera vigore consuetudinis, qua passim videmus mercatores in vendendo huiusmodi nomina solitos esse illa dimidere, vt docet* F. Tho. Bonifig. *in suo tract. del tagliare le dette, & in alio de contract. An*

autem id liceat circumscripta consuetudine est dubium, cum cessionarius recipiat à debitore d. septem, & in casu extinctionis census reciperet d. 100. placeret d. pretium non esse diminuendum nisi ratione damni ob d. rationem, vt suprà relatam.

TEX.

Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma pervenerunt census, hortamur in domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subiciant, & animarum salutis consulant.

GLOS. XXXVI.

Quid iuris de contractibus ante hanc Bullam celebratis.

IN hac particul. duo facit Summus Pontifex, primò clarius demonstrat, hãc Bullam non extendi ad casus præteritos, & ad census iam celebratos, sed solùm ad census in futurum celebrandos, vnde in hac parte vltra id, quòd suprà in aliis gloss. adnot. non occurrit aliud adnotare: secundò determinat, quid obseruari conueniat de censibus ante hanc Bullam celebratis, qui quidem si fortasse celebrati fuissent iuxta formam hic traditam non occurrit aliquid aliud, cum vndique essent legitimi: si verò aliàs, & sub alia forma celebrati essent, tunc Summus Pontifex dat. in præsenti consilium, quòd vtile esset pro salute animarum, & propterea subditi, & fideles de necessitate salutis non tenentur talem exhortationem obseruare *per cap. fin. 14. quæst. 1.* Abb. *in cap. nam concupiscentiam de constitut. cum ibi adduct. num. 4. post princ.* De tribus tamen posset in hac parte dubitari, primò si contractus censuum ante hanc Bullam celebrati essent liciti, frustra videtur datum hoc consilium: secundò, quid iuris erit, si hoc consilium non fuerit obseruatum: tertiò cur Summ. Pontifex mandat dictos contractus subiici censuræ potius bonorum religiosorum, quam iuristarum. Quoad primum responderi potest, quòd contractus licitus potest dupliciter considerari, primò, quoad forum fori; secundò quo ad forum conscientiæ, modo ex quo potuisset, seu posset contingere, aliquem contractum census fuisse, vel esse licitum de iure communi, quo ad forum fori, & non quo ad forum poli; ideo fuit conueniens dare huiusmodi consilium, si enim talis contractus vndique fuisset illicitus, hoc consilium nullo modo fuisset necessarium; hæc declaratio confirmatur vera per id, quod habetur in princ. eiusdem Bullæ, in illa præsertim partic. non possumus animarum (prout tenemur) saluti, &c. cum ibi adnot. Ad secundum datur responsum, per id quod diximus suprà, ex quo enim consilium, & voluntatis, vt in cit. loc. habetur, propterea transgressor non videtur teneri ad aliquid, nisi tamen dicamus, ipsum teneri ad peccatum veniale, si transgressio sit sine contemptu, quia transgressor iste nõn facit contra, sed præter mentem ipsius legislatoris, atque hoc puto dicendum *iuxta Doct. recept.* D. Thom. 1. 2. *quæst.* 72. *artic.* 5. Ad tertium puto in primis animaduertendum, quod per religiosos in præsenti intelligere debemus Theologos; quia communiter accidentibus sunt religiosi, cum Theologia conueniat clèricis, & religiosis *cap. fin. & ibi* Doctores, *ne cleric. si immisce. negot. secul.* vnde hoc præmisso puto respondendum, quoad cum sit q. inter Doctor. an definire casus conscientiæ pertineat ad Iuristam, vel ad Theologum de qua plenè tractat. Conrad. *in suo tractat. de contract. in proœmio, & melius in q.* 49. *per tot.* & quæstio ista cum distinct. soluitur, simpliciter tamen si fuerit considerata eius solutio ad mentem Pij V. Authoris istius Bullæ, illa videtur esse, quòd id pertineat ad Theologos, & propterea talem opinionem sequutus dixit in præsenti, quod d. contractus subiiciant censuræ bonorum religiosorum vnde meritò, &c.

ADDITIO.

COniungendo hanc particulam cum ijs, quæ habetur in c. fin. de constit. obseruo quod præteritis, vel præsentibus negotiis tripliciter prouidetur saltem regulariter, videlicet primò per modum consilij, secundò per modum declarationis, tertiò per modum constitutionis, & cum consilium sapiat aliquando præceptum, ideo not. gloss. fin. in c. ad aures de etat. & qualitat. ord. not. vlterius quando sit recurrendum ad peritos, qui argumento istius text. debent esse talis professionis, qualis est casus occurrens, & ad hoc facit etiam tex. in l. 1. ff. de ventre inspiciend. & c. vlt. & penult. de frig. & maleficia. cum similib.

TEX.

Non obstantibus quibuscunque constit. & ordinationibus Apostolicis statutis, & consuetudinibus, necnon priuilegijs, & litteris etiam per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores, nostros, ac etiam nos sub quibuscunque tenoribus, & formis, &c. vsque ad vers. Datum Romæ.

GLOS. XXXVII.

De clausula non obstantibus, & an hæc Bulla liget omnes fideles.

HÆc particula videtur omnino superflua *per cap. 1. de constit. in 6.* vbi legimus iura alia dicuntur esse in scrinio pectoris ipsius Principis. Sol. ista particul. apposita fuit de stylo, cùm in qualibet constit. hisce temporibus apponatur, vt dicas secundo, appositam fuisse ratione, & respectu constit. particul. quæ cùm sint quid facti, præsumuntur ignorari, *vt in eod. c. legimus*, vel dic tertio, quod ista particula fortasse respicit, etiam constitut. Principum secularium: quia hæc Bulla videtur ligare omnes fideles, & Christianos, sed not. quod an hæc tertia solutio sit vera, non videtur omnino clarum, & propterea puto animaduertendum: quod considerando *omnes, & singul. constit. Ecclesiast. item omnia adnot. à* Canonist. *super c. 1. de constit.* duo genera istarum constitutionum reperiuntur, quædam enim respiciunt solum vtilitatem status Ecclesiæ, atque istæ non ligant omnes fideles, sed illos, qui Ecclesiæ sunt subditi quædam verò respiciunt omnes fideles, & Christianos, & consequenter omnes simpliciter ligant, id autem cognosci potest, quia talis constitutio, aliquando respicit principaliter salutem animæ, prout est hæc Bulla nostra, & tunc sine dubio omnes ligantur, & ad hoc facit *cap. nouit. de iud. & ibi Doctor.* aliquando verò respicit statum Reipubl. Christianæ, & tunc idem est dicendum. Hinc est quod Doctor. communiter tenent, quod Christiani, vt Christiani subiiciuntur iuri can. *est gloss. super §. 1. Institution. can. de iur. canon. in ver.* ciuium actiones, & ita ex his vera remanet d. tertia solut. De ista autem particula non obstantibus, non occurrit hic aliquid aliud adnot. quia in materia constit. plenè de ea tractatur *in d. c. 1. de const. in 6.* & nos alibi quoque adnotauimus, & propterea in præsenti non oportet vlterius insistere.

ADDITIO.

CONstitutiones omnes Pontificiæ ad tres species possunt reduci, cùm quædam sint adeo vniuersales, vt respiciant, & ligent omnes fideles, sicut Pontifex est caput in

vniuer-

vniuersa Ecclesia Dei, cap. ad honorem de vsu pallij Doct. in cap. nouit. de iudic. quadam generales, promulgata solum propter bonum totius istius status eiusdem Ecclesia quadam denique singulares respicientes certa loca, atque ad hanc distinctionem faciunt, quæ adnot. Doct. in cap. 1. de constit. in 6. quomodo autem sic distincte cognoscantur, placet adnotare, quod sicut constit. dependet in essendo à suis causis, & circunstantijs c. erit distinct. 4. cap. non debet de consang. Caiet. *in sua summ. in ver. lex, & vt nos alibi diximus, ita iuxta doctrinam Philosophi in cognoscendo.*

TEX.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1568. 14. Februarij Pontificatus nostri Anno IV.

GLOS. XXXVIII.

De cognitione iuris per eius circunstantias.

QVoniam leges variantur, secundum varietatem temporum *cap. non debet de consanguinitate.* Ideo vtile esset in qualibet constitut. clausul. istam apponere, quia cùm inde cognoscantur circunstantiæ ipsarum, consequenter illæ quoque melius, & clarius intelliguntur de ista clausula est text. *in cap. datum, ibi* Doctor. *de reg. iur. in 6.* & nos etiam alibi de ea diximus, vnde non puto necessarium, nec etiam in præsenti vlterius insistere. Et ita per hæc sint absolutæ *gloss. super ista Bulla de Censib.* singula tamen sint dicta, & adnot. meo iudicio, & semper salua saniori, & meliori sententia, & præsertim S.R. Ecclesiæ, cui in omnibus me subiectum esse profiteor.

ADDITIO.

COgnitio omnium circunstantiarum ipsarum legum, & constitut. non tantum est necessaria ad intelligentiam earum, cùm cognitio sit adæquatio rerum ad intellectum, vt Philosophi nos docent, verum ad earundem conciliationem, cum sæpissimè opera sunt etiam ad inuicem contraria, atque hac de causa Specul. *in suo spec. in tit. de disputat.* atque ad mentem eius Ioan. de Turrecrem. *in proœ. lib. Decret. q. 12. docent septem regul. desumptas à d. circunstantiis per quas leges, & iura conciliantur. Ideo similis clausul. in qualibet alia lege, & constitutione esset non tantum vtilis verum etiam admodum necessaria.*

ADDITIO.

Quomodo contractus Census contra hanc Bullam celebretur, atque cognoscatur, & an aliqua via si illicitus fuerit corroboretur.

NEmini in iure perito est dubium omnem contractum reduci ad hanc diuisionem, vt consideretur aut ratione scripturæ illius, quæ communi vocabulo instrumentum nominatur, aut ratione propriæ naturæ: primo licèt talis scriptura alia sit publica, & alia priuata, quando tamen illa sit legitima, & quando illegitima, non oportet hîc aliquid adnotare, cum de requisitis earum copiosè, distinctè, & per capita pertractent Doctores *in c. 1. & 2. de fide instrument. vbi* Abbas, *& in l. admonendi, ff. de iureiur. & ibi* Bart. *vbi nos docent id totum, quod desiderari potest ad rei propositæ intelligentiam, at secundo respectu cum omnis contractus sit aliquando validus, & legitimus, aliquando verò nullus, & iniustus, & simulatus, vt passim in iure, apud* Doct. *& in pract. videmus. Ideo de eo quadam oportet adnotare, & cùm illius nullitas, seu iniustitia cognoscatur, aliquando ex lectura scripturæ insuper factæ, aliquando verò ex legitimis coniecturis, de quibus videndus est* Ioseph. Ludouic. *in sua communi conclus. 51. per tot.* Menoch. *lib. 3. de præsumpt. præsumpt. 122. per tot. &* Mascard. *in suo tract. de probat. concl. 438. cum pluribus seqq. vsque ad concl. 448. hinc est quod vt modi talem contractum contrahendi, ac cognoscendi ad aliquam methodum reducantur. Primò ad eius requisita placet eos reducere, de quibus videnda est gloss. summe vbi distinctè, & compendiosè habeantur, sicut enim contractus iste constat ex illis si fuerit legitimus, ita quoque ob vnicum illorum defectum redditur suspectus, & simulatus. Secundò ad septem rerum circunstantias puto reducendos, qua de re descendendo ad earum explicationem, Primò à circunstantia.* Quis, *infertur, quod contrahentes, vel alter eorum aliquando est inhabilis ad contrahendum, vt sunt minores iuxta l. 1. & l. magis puto, ff. de rebus eorum, vt sunt etiam illi, qui quàm facillimè decipi possunt cap. cùm dilectus de his, quæ vi, metusve causa, cum ibi adnot. & vt sunt denique suspecti ad decipiendum alios cap. illos in fin. de pignor. vnde sicut contractus potest esse ex hoc cap. suspectus, cum in eo persona præsupponatur habilis, & re vera non sit talis, ita quoque eius simulatio inde cognoscitur. Secunda circunstantia dicitur.* Quid, *qua tripliciter in re, proposita consideratur, primo vt denotat fundum ipsius Census, secundo ipsummet Census, tertiò pretium illius. Primo modo simulatio committitur si dominus dicat fundum esse suum, & non sit, ex multiplici enim capite verificatur de iure aliquem esse, vel non esse dominum alicui rei, §. 1. & in princ. Institut. de inutil. stipulat. facit §. non solum, §. sed, & si rem, §. si eadem res cum pluribus seqq. Institut. de leg. cum simil. & quatenus à princ. ex hoc eadem non detur simulatio potest tamen contractus fieri suspectus si facto domini fundus pereat iuxt. §. si res legata eodem rursus eadem res potest esse certa, seu incerta, iuxta ea, quæ diximus supra in addit. ad gloss. 5. item potest esse modicæ quantitatis, ita quod censum impositum sustinere nequeat argumento l. fin. C. quemadmod. Ciu. mun. lib. 10. l. 2. de anno, & trib. eodem, & l. 3. §. Præses prouinciæ, ff. de mun. & honor. cum simil. & in istis loc. gloss. Secundo sicut Census iste potest esse in pecunia, & in alia re, item in maiori, vel in minori quantitate, ita simulatio inde committi, & cognosci potest, de qua re quoniam diximus supra tàm in gloss. quam in addit. ad eas. Ideo in præsenti non oportet aliud adnotare: Tertiò respectu pretium potest esse sicut debet in pecunia, item in alia re, item in credito, & propterea ex hoc capit. non tantum potest committi simulatio, verùm etiam sæpissimè committitur, & cùm hæc omnia etiam supra sint adnot in gloss. & addit. ad eas, ideo vlterius nunc procedendo sequitur. Tertia circunstantia, quæ dicitur,* Cur, *ex qua consideratur causa, propter quam celebratur contractus iste, si enim ex parte venditoris Census non vendiderit illum ad finem prouidendi suis indigentiis, & sic ob causam licitam dicitur dedisse occasionem delinquendi, & communicasse in delicto, vnde in tali casu etiam fiscus possit prætendere iuxta ea, quæ diximus supra in addit. ad gloss. 33. ex parte verò emptoris, potius peccatum quàm delictum ex hoc cap. potest considerari, & sic non simulatio, sed simulationis suspicio videtur orta, præditam causam tantum considerando vlterius. Quarto loco considèranda est Circunstantia, quæ vocatur* Quomodo, *ex qua cùm formam contractus habeamus, potest illa considerari in foro fori, & in foro poli, sub vtroque respectu debemus animaduertere, & primo quòd in hac Bulla quædam definiuntur, quæ respiciunt forum fori tántum, quædam verò vtrumque. Vlterius hæc forma cùm possit respicere instrumentum, & contractus eiusdem census: quòd ad instrumentum, si contrahentes deficiunt in aliquo de requisitis, de quibus adnot. supra loca vbi explicantur, redditur propterea suspectus etiam contractus, cùm ab vno ad aliud sæpè fiat illatio, licet autem instrumentum in dubio præsumatur verum,* Mascard. *in dicto suo tract. concl. 905. ex quo tamen de multis circa illud sæpè dubitatur. Ideo recurrendum est hodie ad eum Authorem in concl. ibid. seq.*

at si dicta forma respiciat contractum, tunc illa adhuc considerantur quoad substantialia, accidentalia, & naturalia Bart. *in l. vbi ita donatur, ff. de don. caus. mor.* Bald. *in l. 1. C. commoda.* Bert. *in cap. nauiganti, num. 30. de usur. sed melius est ita distinguere, vt quædam considerentur de ratione, & natura contractus quatenus specie distinguitur ab alio contractu, quædam verò de ratione virtutis ad quam reducitur, à qua sicut cognoscitur iniustus, ita etiam simulatus. Quinta sequitur circunstantia quæ dicitur,* Quando; *celebratur enim contractus aliquando in tempore prohibito, & propterea infertur suspicio simulationis, hinc est quos penes me ex hoc cap. semper fuit suspectus contractus ille, in quo minor obligatur ad aliquid si eodem tempore sit sibi datus curator, inde enim infertur, quod sicut celeritas aliquando desideratur: l. prima ff. de damno infect. ita aliquando damnatur, vt adnot. ibi gloss. & sic suspicionem causat, atque inde cognoscitur. Sexta circunstantia dicitur,* Vbi; *quæ in materia proposita ideo causat aliquando contractum simulatum quia locus ad contrahendum est suspectus cap. cum R. & ibi* Doctor. *de offic. iudic. delegat.* Menoch. *lib. 2. de arbitr. iudic. casu 468. cum ibi adduct. vnde ad hanc, & præcedentem circunstantiam, facit istud dictum Sacræ pag.* Qui facit malum, odit lucem, *ex quo enim contrahentes debent gaudere plena libertate in contrahendo, hinc est, quod qualitas loci, vbi contractus, celebratur sæpè reddit illum suspectum. Septima, & vltima circunstantia nominata,* Quibus mediis; *ea ratione demonstrat illud idem, quia contrahentes liberè contrahunt, aliquando dolo, & aliquando ignoranter: argumento cap. super litteris cum ibi adnot. de rescript. quibus addi potest, quod alter eorum aliquando metu, vel vi inducit partem ad contrahendum: de ignorantia enim, & dolo; quibus talis contractus celebratur, vel præsupponatur celebratus, non oportet hic aliquid adnotare, cum de hisce mediis dixerim in tract. de subrept. præscript. q. 9. & 10. de metu autem, & violentia sit satis adnot.* Mascard. *in dict. suo tract. concluf. 1051. 1054. & 1409. sicut enim qualitas medij ad contrahendum est aliquando licita, & aliquando illicita, ita etiam contractus inde celebratus dicitur, & cognoscitur, & ita ex ijs, omnibus habemus (ni fallor) certam regulam, qua contractus iste celebratur illicitus, & vt talis cognoscitur, ad hæc omnia puto nunc addendum, quod quamuis contractus fuerit à princ. legitimus, & iustus, si postea efficiatur illicitus, & iniustus, quæreret aliquis quid iuris, cui quæsito puto respondendum quod si id contingit casu, & sine culpa contrahentium placet adnotare, quod diximus suprà in gloss. 22. & addit ad eam, aut facto, & culpa alterius eorum, & sic placet observare, quod nos docent* Doctor. *ad §. si res legata, relat. suprain declaratione 2. circunstantia. Præsupposito autem contractum esse illicitum, & contra formam istius Bullæ celebratum, dubitatur modò, an aliqua via possit ita emendari, vt fiat legitimus, pro parte affirmatiua facit Bulla Gregor. XIII. qua confirmatus fuit quidam contractus census Castri Sigilli agri Perusini. In contrarium facit communis reg. id quod nostrum, ff. de regul. iur. pro sol. puto animadvertendum, quod cum contractus iste habeat esse à iure positiuo vigore istius Bullæ, ex quo ante eum talis forma non habebatur, inferendum est solutionem non posse dari ex parte contractus; nec ex parte Pontificis solum, quia oportet examinari illam iuris quæstionem an Princeps possit tollere ius alterius, quod non conuenit in præsenti: vnde concludo ex parte contrahentium principaliter esse desumendum, quid tenere debeamus: & sic aut contrahentes mutuo consensu volunt emendare illud malum, quod in tali contractu præsupponitur reperiri, & tunc sumus in claris, quia sicut contractus recipiunt legem à voluntate contrahentium, l. in conuention. ff. de verbor. obligat. l. 1. §. si conuenerit, ff. deposit. cum simil. ita etiam ab eisdem potest emendari, aut alter eorum vellet id facere parte inuita per recursum ad Principem iuxt. doctr.* Bart. *in l. si quos, C. de decurion. lib. 10. qui docet Principem posse confirmare aliquem contractum, facit tot. tit. de confirmat. & tunc vlterius oportet ita distinguere, quod cùm duplex reperiatur ius, videlicet in re, & ad rem, cap. penultimo, & antepenultimo de prabend. in 6. l. quoties, Cod. de rei vendic.* Lud. Molin. *in secundo suo tract. de iust. quæst. 1. sequitur inde, quod qui petit confirmari istum contractum, aut id petit respectu iuris, quod altera pars habet in re, aut respectu alterius iuris: primo modo non potest, nec debet à Principe obtinere, secus secundo, & ratio est, quia primum non potest de iure tolli, secus secundum, vt in dict. loc. habetur, & Princeps de iure ordinario intendit obseruare reg. etiam Canc. Apostol. de iure acquisito non toll. de qua cæteris omissis est adnot.* Gabr. *in suis conclus. in propriis titul. per plures conclusiones. Dixi de iure ordinario, quia de plenitudine potestatis non intendo hic aliquid definire: me remitto tamen pro clariori intelligentia ad ea, quæ nos docent.* Canonist. *in cap. ex parte il 2. de offic. deleg. & Bart. in prima constitut. ff. num. 3. 4. & seq. & ibi alij. Atque ista sint satis pro explicatione, cap. propositi, salvo tamen in omnibus meliori iudicio, & præcipuè Sedis Apostolicæ.*

FINIS.

DISPV

DISPVTATIONES DE CENSIBVS.

LVDOVICI MOLINÆ Societatis IESV, *Desumptæ ex eius Tractatu de Contractibus.*

Census quid, & de reseruatiuo Censu.

DISPVTATIO CCCLXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Census vnde dictus.*
2 *Census reseruatus quid.*
3 *Censualis contractus in quibus differat ab emphyteusi.*
4 *Census soluitur de re propria pensio verò de aliena.*
5 *Pactum seu conditio apposita in contractu censuali, quod debitore non soluente intra certum tempus, incidat in commissum, quo casu valeat.*
6 *Censualis contractus in dubio an iudicandus sit potius, quam emphyteuticus.*
7 *Censualis contractus circa res temporales rarus.*
8 *Censualis contractus reseruatiuus, quomodo iudicandus.*

QVONIAM contractus censualis maxima ex parte est velut pars quædam emptioni, & venditioni subiecta, vt ex dicendis patebit, post tractationem de emptione, & venditione in genere: de Contractu Censuali est disserendum.

1. Vt † verò à nomine ordiamur, à censendo, hoc est æstimando, dictus est Census; æstimatio quippe bonorum cuiusque quæ fiebat, vt iuxta illorum quantitatem, ac valorem tributum imponeretur, Census dictus est, vt habetur *l. forma, l. vitia. l. per discursum, ff. de censib. l. 2. & 3. Cod. de Censib. lib. 11. & alijs iurib. quæ, inter alios, citant,* Couarr. *3. var. resol. cap. 7. num. 1. &* Aluar. Valasc. *de iure emphyteutico, q. 32. num. 1.* Inde nomen accommodatum est ad significandum, tunc facultates, ac bona cuiusque eò quod censeri, ac æstimari consueuerint, vt intelligeretur, quantum quisque subuenire in bello Reipublicæ posset vel etiam ad tributum imponendum: tùm etiam ad significandum tributum ipsum, quod ex eis soluebatur. Atque in hac vltima significatione sumitur Census *l. 2. C. sine censu, vel reliquis, &c.* Inde verò extensum est nomen ad ea etiam tributa significanda, quæ per capita imponebantur præsertim in subiectionis, ac dominij iurisdictionis recognitionem: quo pacto sumitur *Matth. 22.* quando interrogatus fuit Christus; *licet Censum dare Cæsari, an non;* Sumitur etiam latiùs Census iure Canonico pro eo quod annuatim præstatur alicui, etiam inferiori à principe, ratione subiectionis, fundationis, aut alterius iustæ causæ, *vt* Aluar. Valasc. *vbi suprà num. 6. atque ex toto tit.* extra de Censibus, & de aliis iuribus confirmat. Vbi cum Panorm. & aliis subiungit, cùm eiusmodi census ex variis causis solui possit, esto quis probet sibi deberi atque præstari semper fuisse solitum, nisi causam in particulari probet, vndè fuerit debitum, non conuincere, sibi in subiectionis signum, aut ex alia particulari causa deberi. Addit cum Oralora sumi etiam Censum generalissimè, pro quocunque onere alicui imposito. In nulla tamen harum significatione est nobis hoc loco sermo de Censibus: tametsi à penultima ortum habuerint acceptiones Census de quibus dicemus.

Vt disp. 372. dicebamus, & † colligitur *ex cap.* 2. *constitutus de relig. domibus atque affirmant gloss. penult. & cum ea* Panorm. *an.* 18. Couar. *3. var. resol. cap. 7. num. 1.* Anton. Gom. *ad l. 68.* Taur. *num. 2.* Cont. *de contract. q. 72.* Ioan. Medin. *de vsur. q. 1. de Censibus,* Sotus *6. iustitia, quæst. 5. art. 1.* Aluar. Valasc. *q. 32. citat. num. 7.* Lassarte *de decim. vend. c. 10. num. 3. & num. 45.* & plerique alij, quos citant, contractus censualis de iure canonico est, quando aliquid conceditur alicui quoad id omne, quod conferens poterat concedere reseruata sibi annua, aut menstrua, vel alia simili pensione quam accipiens soluere teneatur, vel ex fructibus, vel in aliquo æquiualenti, vt in pecunia, aut in aliqua re. Atque eiusmodi contractus sequens est in spiritualibus, vt cum beneficium, reseruata pensione annua, conceditur, de eoque est sermo *cap. constitutus citato.* Celebrari etiam potest in rebus temporalibus, vt in prædij concessione sub annua, aut menstrua pensione. Solet verò in eiusmodi contractu reseruari modica pensio in memoriam antiqui dominij, ac beneficij collati, atque in alios fines: tametsi minor reseruari soleat, quando conceditur spirituale quàm quando temporalis aliquod confertur, nisi simul in recompensationem pro obsequiis præstitis, aut in aliud simile, prædium aliquod concedatur. Quia ergo per eum contractum conceditur ius omne, quod conferens potest concedere, pensione illa dumtaxat reseruata, consequens est vt per illum, non solum vtile dominium, vt in contractu emphyteutico, sed etiam directum, conferatur. Quia verò pensio soluenda, Census iure canonico, iuxta penultimam Census significationem paulò antea explicatam, nuncupatur, inde effectum est, vt ius illam quotannis, aut singulis mensibus, accipiendi, quod in re concessa reseruatur, Census dicatur, atque ab eo contractus, quo res conceditur, & pensio reseruatur, censualis appelletur. Eiusmodi autem Census,

censua

cenſualiſque contractus reſeruatiuus dicitur ad differentiam alterius, qui Conſignatiuus appellatur, de quo diſputationibus ſequentibus erit ſermo. Dicitur verò reſeruatiuus, quia ex re ipſa, quæ confertur reſeruat concedens ſibi, vel alteri, cum cenſum, nihil accipiendo in recompenſationem eius, quod ex ea re concedit, eaque de cauſa hic contractus locum habet in ſpiritualibus abſque ſimoniæ vitio, vt Panorm. *notat cap. conſtitutus citat num.* 12. atque ex ipſomet textu eſt manifeſtum.

3. Differt † contractus hic cenſualis ab emphyteuſi, *vt notant gloſſ.* Panorm. *& alij Doctores citati.* Primò, quia per contractum emphyteuticum transfertur ſolum vtile dominium, & directum manet apud concedentem, vt diſput. 10. ex parte dictum eſt, & copioſius infra ſuo loco dicetur: per hunc verò cenſualem contractum, etiam directum dominium transfertur. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. qu.* 32. *num.* 27. diſcrimen etiam conſtituat quod emphyteuta ſolum poſſideat naturaliter, & proprietarius ciuiliter: qui verò ex cenſuali contractu, de quo loquimur, rem poſſideat, ciuiliter, ac naturaliter rem poſſideat autem diſp. 12. diximus quoad propsieratem, dominum directum poſſidere, ciuiliter per ſe ipſum, & naturaliter per emphyteutam, atque adeo emphyteutam ſolum naturaliter poſſidere proprietatem nomine directi dominij cæterùm dominij vtilis emphyteutam habere ſimul poſſeſſionem ciuilem, & naturalem.

Iuxta diſcrimen traditum (vt cum Enerardo docent, Aluar. Valaſc. *num. citato*, & Iulius Clar. 4. *lib. ſentent. §. emphyteuſis quomodo* 1.) dicitur conſueuit nos † cenſum ſoluere de re noſtra, penſionem verò de aliena, quia ſcilicet res, vnde emphyteuta penſionem ſoluit, ad alium quod ad proprietatem ſpectat: cum Panorm. *verò, cap. conſtitutus citato*; admonent iidem authores quamuis, quod ex re cenſuali ſoluitur conſueuerit appellari, & quod ex re emphyteutica, penſio, ac canon. interdum tamen confundi vocabula; imo aliquando contractum cenſualem appellari emphyteuſim, & emphyteuticum cenſualem, cùm tamen hi duo contractus longè diuerſi in ſe ſint: *vnde* Aluar. Valaſc. *ibi, num.* 28. *poſt* Panorm. *cap. conſtitutus citato*, Bart. & communem Doctorum ſententiam, quam refert & ſubiungit, licèt in inueſtitura, ac celebratione contractus dicatur, concedi aliquid in emphyteuſim cum tranſlatione iuris omnis, quod concedens in ea re habet, atque vocabulum emphyteuſis ſæpè in inſtrumento contractus repetatur nunquamque de cenſu fiat mentio, contractum iudicandum eſſe cenſualem, & non emphyteuticum, eo quod in contractibus potius attendi debeat ad id, quod fit, quam ad nomina quibus contrahentes vtuntur. E contra verò, ſi in celebratione contractus dicatur, concedi rem ad cenſum perpetuum cum reſeruatione dominij directi contractum propter eandem rationem iudicandum eſſe emphyteuticum, & non cenſualem.

Secundò differunt, quod in emphyteuſi, ſi penſio ab emphyteuta biennio, aut triennio, non ſoluatur incidit in commiſſum, id eſt amittit vtile dominium proprietario vt infra ſuo loco dicetur: in contractu verò cenſuali eſto, qui cenſum teneretur ſoluere, per multos annos eum non ſoluat: non propterea incidit in commiſſum, ſed ſolum tenetur ſoluere penſiones non ſolutas. Ita colligitur apertè *ex cap. conſtitutus, de reli. dom.* & aſſirmant gloſſ. ibi Panorm. & communis Doctorum ſententia, quam Doctores hactenus citati referunt, ac ſequuntur. Ratio iuxta Panor. & alios, eſt quoniam in contractu emphyteutico res manet quoad dominium directum apud illam concedentem in emphyteuſim, & ex præſcriptione iuris cenſetur eam concedere quoad dominium vtile quaſi ſub conditione dummodo emphyteuta intra id tempus non omittat penſionem ſoluere, in contractu verò cenſuali res plenè, ac perfectè eius efficitur, cui in cenſum conceditur, quique de cauſa voluit ius, vt ſi cenſuarius penſiones ſoluere omitteret, non incideret in commiſſum, ſed ſolum cogeretur eas ſoluere.

Dubium eſt, vtrum ſi in contractu cenſuali lex pactum, ſeu † conditio apponatur, quod cenſus, debitore illum non ſoluente intra certum tempus, incidat in commiſſum valida ſit talis conditio, ſeu pactum. Dicendúmque eſt, ſi cenſus reſeruatiuus ſit, de quo nunc loquimur, validam eſſe non minus, quam in emphyteuſi. Atque in hoc caſu amplectenda eſt, *l.* 68. Taur. *quæ hodie eſt l. 1. tit. 15. lib. 5. noua collect. & id ſtatuit.* Neque refragatur motus proprius Pij Quinti circa creationem cenſuum quoniam in eo ſolum eſt ſermo de cenſibus conſignatiuis. Idem etiam affirmant Couar. 3. *var. reſ. cap.* 7. *num.* 1. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 5. *cap.* 31. *num.* 10. *& lib.* 2. *de pract. qq. quæſt.* 268. *num.* 10. Aluar. Valaſc. *de iure emphyt. q.* 32. *num.* 31. *& alij quos citant.* Ratio eſt quoniam, cum in hoc contractu res concedatur quoad dominium & proprietatem reſeruato cenſu, poteſt iuſtè, qui rem ita concedit non aliter velle iam concedere, quoad vtrumque dominium, quàm ſub eo pacto, & conditione, quod ſi Cenſus intra tantum tempus ei non ſoluatur, res quoad vtrumque dominium ad ipſum redeat non ſecus ac, qui rem in emphyteuſim tradit, poteſt iuſtè non aliter velle illam concedere quoad dominium vtile, quàm ſub ſimili conditione. Meritò autem Gutier. *vbi ſuprà aduerſus* Couar. affirmat, habere hoc locum, etiam ſi res ſub Cenſu reſeruatiuo redimibili tradita ſit, quoniam militat eadem ratio Aluar. Valaſc. *num. citato refert ex* Roland. communem opinionem affirmare, idem dicendum eſſe, ſi debitor cenſus ſub iureiurando promiſit, ſe ſoluturum cenſum intra tantum tempus, neque ſtet promiſſis. Addit verò Aluar. Valaſc. id non procedere ſine dubio. Ego ſanè arbitror falſum eſſe: iurium quippe efficit, vt periurus ſit, qui non ſtat promiſſis, non verò, vt in commiſſum incidat, quando, ſecluſo iuramento promiſſis non ſtando, in id non incideret. Vtrum autem hæc eadem locum etiam habeant in cenſu conſignatiuo inferius ſuo loco, exponendo Bullam Bij Quinti dicetur.

Dubium. §.

Deciſ.

Tertiò differunt iidem contractus quoniam emphyteuta non poteſt vendere rem emphyteuticam irrequiſito domino, alioquin cadet in commiſſum, & præterea ex pretio tenetur ſoluere proprietario laudemium, vt vtrumque ſuo loco patebit debitor verò eiuſmodi cenſus vendere rem cenſualem poteſt irrequiſito domino, cui cenſus debetur, neque ex pretio tenetur illi ſoluere laudemium. Ita communis ſententia, quam inter alios, Aluar. Valaſc. *vbi ſuprà num.* 32. *refert, ac ſequitur.*

Dubium eſt, ſi de † contractu aliquo dubitetur, num emphyteuticus ſit, an cenſualis, quia ex clauſulis illius non colligitur vnum potius, quàm aliud, aut quia conſtat ſoluram ſemper fuiſſe penſionem, 6.

sionem, & ignoratur, ex qua earn, aut titulo, vtrum iudicandus potius sit censualis, an em-
Decis. phyteuticus. Ad hoc dicendum est, ex circunstantiis aliis concurrentibus, vt si emphyteusis consueta sit in ea regione, & non reseruatiuus census, atque ex aliis eiusmodi arbitrandum esse, quis potius contractus illi sit præsumendus, & talis erit iudicandus, qualem potius eiusmodi circunstantiæ persuaserint. *Ita* Aluar. Valasc. *vbi suprà numero 35.* Quando autem neque circunstantiæ propendere effecerint in vnam, potius, quàm in alteram partem, Iulius Clar. §. *emphyteusis quæstion.* 1. ait communem opinionem esse, iudicandum potius esse in emphyteusim, in concedentis fauorem quam censum: Couarr. *verò 3. variar. resolut. cap. 7. numero 1. &* Aluar. Valasc. *affirmant communem sententiam esse*, potius in fauorem possidentis iudicandum esse censum quam etiam sententiam ipsi amplectuntur, atque amplectitur. Nauarr. *in comment. capit.* 114. *quæstion.* 3. *numero* 109. eáque nobis probatur. Quoniam in dubio melior est conditio possidentis, neque plus grauaminis est illi iniungendum, quam verisimiliter eum habere constet. Conueniunt verò tres Doctores citati idem dicendum esse, siue, qui rem tradit. Ecclesia sit, siue priuatus idque aduersus quosdam, qui censuerunt in Ecclesiæ fauorem esse in eo euentu iudicandum.

7. Contractus † censualis hactenus explicatus, neque frequens hodie est circa res temporales, sed admodum rarus, neque est de quo potissimum ager, hoc loco intendimus neque denique pars est emptionis, & venditionis. Quando enim prædium aliquod pleno iure alicui conceditur, reseruata in eo solum annua, aut menstrua pensione, perspicuum est non interuenire pensionis emptionem, sed donationem rei quoad reliqua, si valor pensionis non sit tantus quantus est valor totius prædij, coniuncta cum iure, quod donans in eo prædio sibi reseruat: aut est contractus innominatus, do, vt des, vel certè, vt disputatione sequenti explanabitur, est contractus, quo confertur vnum, & reseruatur aliud, vnius & eiusdem rei. Quod si quis tradat alicui prædium pro copia aliqua pecuniæ, & simul pro annua pensione ex eo prædio reddenda, non erit etiam pensionis emptio contractus mixtus ex venditione prædij pro ea pecunia, & ex contractu innominato, do idem prædium quoad id, quod plus valet, quàm pretium pecuniæ, vt mihi ex illo des tantam annuam pensionem. Si
8. quis † item emeret aut permutatione ab aliquo comparet prædium quod postea eidem pleno iure pro annua pensione concederet, *vt Genes. 47.* fecit Ioseph cum Ægyptiis, quando in permutatione pro tritico comparauit prædia omnia Ægyptiorum Pharaoni, quæ postea eiusdem Ægyptiis pro annua pensione concessit, non esset tunc emptio annuæ pensionis, sed interuenirent ibi duo contractus vnus emptionis aut permutationis rei pro prædio, & alter, concessionis eiusdem prædij reseruando ex illo annuam pensionem atque adeo reseruatiuus census.

Decis. R.R. pro Tract. de Cens.

Vtrum ex Censu reseruatiuo Alcauala Gabella debeatur.

DISPVTATIO CCCLXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Alcauala, seu Gabella quando debeatur ex contractu censuali reseruatiuo.*
2 *Item quando, & cui gabellario sit soluenda, quando prædium daretur, pro annuo censu decem aureorum cum facultate illum redimendi certo aliquo pretio.*
3 *Gabella an debeatur de censu redimibili, & quando, & cui gabellario.*
4 *Pactum nudum de retronendendo in fauorem venditoris vestitum coherentia contractus parit actionem præscriptis verbis contra emptorem, vt stet illi pacto.*

QVando in contractu Census reseruatiui nullus alius admiscetur contractus, vt si prædium tradatur quoad vtile, & directum dominium pro annuo censu decem, verbi gratia, aureorum, dubium est, vtrum † ex illo Alcauala debeatur. Suaderi autem potest, non solum deberi, sed etiam duplam illam deberi; quoniam de iure Castellæ, & Lusitaniæ, dupla deberur ex permutatione contractúve, do, vt des, *vt patet l. 2. tit. 17. lib. 9. nouæ collect.* & ex articulis si se in Lusitania, at verò contractus Census reseruatiui videtur esse permutatio prædij, v. g. quod in censum datur pro censu ipso hoc est, pro iure accipiendi ex eo prædio annuam pensionem; dicendum tamen est cum Lassart. *de decim. vend. cap. 20. à num. 52.* ex illo contractu nullam gabellam deberi. Ratio est quoniam non est permutatio contractúsve, do vt des, ad quem contractum duæ distinctæ res necessariæ sunt, quæ à contrahentibus tradantur ad inuicem, vna in commutationem pro alia, quod in contractu, de quo disputamus, non cernitur, etenim quando Petrus in censum reseruatiuum decem aureorum quotannis, prædium suum tradit Ioanni solum ibi innititur prædium, quod Petrus tradit, & nihil, quod ex parte Ioannis retribuatur, sed Petrus sibi ex eo prædio reseruat ius accipiendi de fructibus illius decem aureos, quod ius velut pars quædam est integri iuris, ac pleni dominij eiusdem prædij, aureique illi tanquam aliquid prædij, ab illo videlicet formaliter, aut virtute dimanans; accipiuntur relicto solum Ioanni onere colendi, atque administrandi prædium soluendique ex illo decem annuos aureos. Neque Ioannes, post acceptum prædium quoad integrum, ac plenum dominium, tribuit Petro ius illud, sed Petrus ipse est, qui dum prædium tribuit quoad reliqua, sibi reseruat ius illud, ita vt nunquam tradiderit id Ioanni, in quo plenè nulla cernitur permutatio, contractúsve, do vt des: sed, vt expresè habetur *l. vltim. Cod. de rerum permut.* quæ de hoc ipso contractu agit, est tribuentem prædium legem in re sua propria præscribere, dum illam tribuit, réque quoad reliqua accipientis efficit: quare, vt ibidem hærede; est pactum quoddam nudum, mutuo vtriusque contrahentium consensu celebratum collationis rei quoad reliqua, ac reseruationis iuris illius, cum onere ex parte illam accipientis, ac obligatione illud implendi,

vestitúmque eiusdem rei traditione, ex quo pacto traditione vestito actio præscriptis verbis aduersus accipientem successoréſque illius in eadem re, competit ad eam obligationem implendam, vt eadem lege expressè hæredè.

Quando in censuali contractu reseruatiuo venditio admisceretur, vt quia traderetur prædium pro certa quadam pecunia cum reseruatione annuæ pensionis, tunc ex pecunia ita in pretium accepta Alcauala à venditore deberetur in hoc Castellæ Regno: in Lusitania verò dimidium deberetur à venditore, & alterum dimidium ab emptore. Quando verò permutatio admisceretur, vt quia traderetur prædium pro re alia, quæ non esset pretium, & pro annua pensione, tunc ex valore rei, quæ simul cum annua pensione daretur pro prædio, deberetur vna Alcauala, & ex valore prædij, quatenus præcisè respondet, non quidem pensioni, sed rei illi, quæ vna cum pensione daretur in commutationem pro prædio deberetur Alcauala alia: *consentit.* Lassarte *vbi supra à n.* 73.

2. Præcipua † verò difficultas est, quando prædium daretur, verbi gratia, pro annuo censu decem aureorum, cum facultate illum redimendi certo aliquo pretio, an tunc Alcauala deberetur, & quando, & cui gabellario sit soluenda. Quo loco examinandi ad hunc effectum sunt duo illi contractus, de quibus *in calce disput.* 372. dictum est.

Primus est, quando prædium venditur centum aureis, cum pacto, vt interim dum non soluuntur, persoluatur annuus census decem aureorum in eodem prædio constitutus: atque eiusdem centum aureis redimibilis. Ex hoc autem contractu proculdubio dicendum est duplicem gabellam deberi. Vnam, ex primo illo contractu venditionis prædij illius pro illis centum aureis quæ est vera venditio statim mutuo contrahentium consensu perfecta, ac proinde gabella illa statim debetur, in hoc quidem Regno à solo prædij venditore, in Lusitania verò dimidium à venditore. Debetur verò gabellario, ac domino, qui tunc fuerint tempore celebrati contractus. Alia verò gabella debetur ex census venditione centum illis aureis, & debetur, non tempore redemptionis; neque ex redemptione, quoniam illa est dissolutio prioris contractus ex pacto de retrouendendo in eo appositio, sed debetur ex venditione ipsa census centum illis aureis à principio facta, atque adeo debetur gabellario, qui tunc erat, in hoc quidem Regno debetur à solo venditore census, qui proximè fuerat emptor prædij, in Lusitania verò dimidium debetur ab vno, & dimidium ab alio. Ratio horum est, quoniam constitutio illa annui census decem aureorum interim dum centum aurei, pro quibus prædium fuit venditum, non soluerentur, fuit vera emptio, & venditio census illius distincta à prædij venditione, ex qua census venditione, sua peculiaris gabella debetur, iuxta ea, quæ disputationibus sequentibus dicenda sunt. Atque in his consentit Lassart. *de decim. vendit. cap.* 10. *à num.* 47.

Nonnulla tamen obserua. Primum est. Tunc Censum non esse reseruatiuum de quo disputatione præcedente habitus est sermo, sed consignatiuum, de quo sequentibus disputationibus dicetur. Qui enim prædium centum aureis vendidit integrum pro centum aureis illud vendidit, nihil sibi reseruando, quia tamen aurei illi non erant soluendi statim illis, interim dum non soluerentur, ac redimeretur census, venditor prædij emit in eodem prædio censum illum, atque ita est census à prædij emptore illi concessus, & consignatus in eodem prædio centum aureis empto, interim dum eos illi non solueret.

Secundum. Pretium huius census, in exemplo proposito, ad rationem decem pro vno, esse iniustum in hoc Regno, vtpotè non attingens ad pretium census consignatiui redimibilis *in eo. l. 6. tit.* 15. *nouæ collect.* taxatum, vt cum minimum sit ad rationem quatuordecim pro vno.

Tertium. Eundem censum hodie esse ipso iure nullum, præsumíque vsurarium, vbicunque ea in parte recepta fuerit Bulla Pij V. quæ statuit, census consignatiuos redimibiles aliter emptos, quàm pecunia numerata, atque coram tabellione soluta nullos ipso iure esse, reputandósque præsumptione iuris, & de iure, vsurarios.

Secundus contractus est, quando prædium datur in reseruatiuum annuum censum decem aureorum redimibilem centum quinquaginta aureis, verbi gratia. Quo loco in primis obserua, reseruatiuum hunc censum, neque esse de numero eorum, de quibus Pius V. in sua Bulla loquitur, vtpote de quo nunquam fuit dubitatum, an illicitus sit, quippe in quo nulla sit effigies vsuræ, neque item esse de numero eorum quibus *lege 6. Castella citata*, taxatum est pretium emptionis, aut redemptionis, vt cum minimum sit ad rationem quatuordecim pro vno. Eiusmodi enim census (nisi maior à principio constituatur propter facultatem illum redimendi, quæ in ipsa prima census constitutione concedatur) certè longè plus valet, quàm ad rationem quatuordecim pro vno est enim ex se perpetuus, atque irredimibilis, ac proinde, si ex interuallo, post celebratum primum reseruatiui census contractum, de redemptione illius agatur, longè maius pretium esse debet illius, quàm ad rationem quatuordecim pro vno. Quo fit, vt in hoc Regno, vt pretium redemptionis huiusce census iustum sit, excedere debeat pretium ad rationem quatuordecim pro vno, nisi à principio tantus constitutus sit propter facultatem illum redimendi, quæ simul concedebatur, vt ad rationem quatuordecim pro vno constitutus censeretur, ac tunc redemptio non minor in hoc Regno vt iusta sit esse poterit, quàm ad rationem, quatuordecim pro vno.

De hoc ergo † censu ita redimibili est non parua difficultas, an gabella debeatur, & quando, & cui gabellario ea debeatur: Couar. 3. *variare. solut. cap.* 11. quamuis de gabella, quæ ex contractu proposito debeatur, non disputet, sed de retractu, eo quod in eo contractu locum habet, censet tamen duas emptiones, & venditiones in eo contractu cerni. Vnam, prædij illius pro pretio, quo census redimi conceditur, hoc est, pro centum quinquaginta aureis, vt in exemplo à nobis proposito, licet ipse alio vtatur alteram, census illius pro eiusdem centum quinquaginta aureis, quibus redimi conceditur. Hinc meritò Lassart. *de decim. vend. cap.* 10. *num.* 46. *infert.* iuxta hanc sententiam, duplicem gabellam deberi. Vnam à venditore prædij in hoc Regno ex ipsa prædij venditione, & alteram ab emptore prædij ex venditione census illo eodem pretio, quo prædium fuit venditum ex redemptione verò census, quoniam est distractus secundæ venditionis, nulla alia debetur.

3.

Lassar.

Lassar. *loco citato, num.* 50 *refert.* Auendanij sententiam asserentis, ex contractu proposito vnam duntaxat gabellam deberi ex facultate census redimendi, in qua sola venditionem agnoscit: eam verò gabellam deberi venditore prædij statim, ac contractus fuit celebratus, ac deberi gabellario; qui tunc erat ex redemptione autem census, quæ postea fit, nullam gabellam deberi.

Idem Lassarte *ibidem, numero* 51. *refert*, praxim quotidianam, in multis Regni locis seruatam esse, vt ex eo contractu vnica gabella debeatur soluenda à prædij venditore, non quidem tempore celebrati contractus, neque gabellario, qui tunc erat, sed soluenda tempore redemptionis census, & gabellario: ac domino, qui tunc fuerint. Quæ planè consuetudo, non solum tanquam legitima legum interpres cum eodem Lassarte est amplectenda, sed tanquam ipsissima rei veritas.

Quod vt intelligatur obseruandum est. Ex contractu, traditioneque prædij in reseruatiuum annuum censum decem aut eorum nullam gabellam deberi, vt supra ostensum est, eo quod contractus ille, neque emptio aut venditio sit, neque permutatio, aut contractus, do, vt des, vt sufficienter est comprobatum. Tota autem difficultas est, de facultate illa redimendi eum censum aureis centum quinquaginta eidem contractui adiecta, seu pacto quod quandocunque accipiens prædium in eum reseruatiuum censum, tradiderit centum quinquaginta illos aureos, redimatur atque extinguatur census, vtrum ex illo gabella debeatur, an potius ex ipsa redemptione, quasi redemptio illa emptio sit census illius, non verò pactum illud. Auendanus, & alij existimarunt, pactum illud esse emptionem, & venditionem, & cum contractus emptionis, & venditionis mutuo consensu perficiatur ad effectum, vt gabella debeatur, non verò traditione prerij, & acceptione mercis consequenter. Auendanus asseruit, gabellam, non tempore redemptionis census, & gabellario, qui tunc esset, deberi, sed statim à principio initi illius pacti deberi, & gabellario, qui tunc fuit. Prætermissa verò longa disputatione Lassarti vbi supra, quæ plane rei punctum attingere non videtur breuiter dicendum est: Facultatem illam, ac pactum non esse contractum, neque purum, neque conditionalem, emptionis, & venditionis census illius centum quinquaginta illis aureis, sed pactum nudum adiectum contractui censuali in fauorem accipientis prædium in censum, vestitúmque cohærentia eiusdem censualis contractus, ac proinde ex illo oriri actionem præscriptis verbis ad cogendum eum, qui in censum tradidit prædium, vt quandocunque traditi ei fuerint centum illi quinquaginta aurei, census redimatur: sicut † quando venditioni pactum, alioquin nudum 4.
de retrouendendo in fauorem venditoris apponitur, vestium cohærentia eiusdem contractus conceditur venditori actio præscriptis verbis ad cogendum emptorem, vt stet illi pacto, vt expressè habetur *l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, perspicuúmque est ex dictis disputatione 255. conceditur etiam l. illa 2. actio ex vendito:* quoniam cum pactum illud de retrouendendo cohærentia venditionis sit vestitum, réque illa fuerit vendita cum grauamine illius pacti in fauorem venditoris, actio etiam ex vendito cum eodem grauamine venditori competit, vt dissoluatur contractus. Atque ex his intelliges dispositionem hac in parte illius legis, quæ multis est subobscura. Qua tamen in re proposita nulla præcesserat emptio census illius, vt redemptio, eiusdem census, quæ vi pacti illius postea sequitur, resolutio esset prioris contractus venditionis, vt in pacto de retrouendendo cernitur; consequens est vt redemptio, quæ in re proposita sit, vera sit emptio census illius centum illis quinquaginta aureis vt extinguatur in eo, cui antea debeatur; & consolidetur cum prædio, atque id sit, ad quod per id pactum se adstrinxit; qui prædium in censum tradidit. Quia ergo redemptio hæc est vera emptio & venditio, & non resolutio prioris alicuius venditionis, consequens est, vt ex illa gabellario, qui tunc fuerit, debeatur gabella, vt praxis recepta habet, esto ex resolutione venditionis, quæ ex pacto de retrouendendo fit nulla gabella debeatur.

Ex dictis patet, si census reseruatiuus sine pacto redemptionis constituatur, & postea ex partium conuentione redimatur, deberi gabellam ex tali redemptione gabellario, qui tunc fuerit, eo quod sit vera emptio, & venditio census illius. Si item postquam in prædium in censum reseruatiuum, ac redimibile acceptum est, conueniatur inter contrahentes, vt res ad pristinum statum redeat, nullam deberi gabellam, quoniam id neque permutatio, neque emptio aut venditio est. Si tamen possidens prædium vendat illud, aut permutet, debetur gabella, simplex quidem ex venditione, & bina ex permutatione: Idem dic, si census vendatur, aut permutetur.

Census consignatiuus quid, & quotuplex sit.

DISPVTATIO CCCLXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Census consignationis quid, &* num. seq. *per totum.*
2 *Censualis contractus quando dicatur emptio.*
3 *Pensio redditus, & census duobus modis accipitur.*
4 *Censui reali quid correspondeat, & quid personali.*
5 *Census personalis duplex.*
6 *Census realis quid, & in quod differat à personali cum hypotheca.*
7 *Census realis si collocatur in aliquibus prædiis determinatis, an prædiis peremptis, dicatur etiam census peremptus.*
8 *Census constitutus in certis prædiis determinatis, habet se ad instar seruitutis.*
9 *Census integrè potest exigi à quocunque possidente partem rerum censui subiectarum.*
10 *Census pensio, ac redditus inter bona immobilia computantur.*
11 *Census si in pecunia soluatur, potest vendi, aliàs erit permutatio, aut alius contractus innominatus.*
Et quid in Castella, & Lusitania seruatur.
12 *Censuista quid, & quid censuarius.*

13 *Census tam realis, quàm personalis, quotuplex.*
14 *Census vitalitius quid.*

1. ALter † census est, quid idcirco consignatiuus dicitur, quod consignetur, constituatur, ac exhibeatur in rebus eius, qui illum concedit, manente domnio earundem rerum tàm veili, quàm directo, ipsomet concedente. Si autem pro pretio (vt regulariter fieri solet) concedatur, est vera emptio & venditio, vt videbimus. Atque hoc modo spectatus cõtractus censualis est veluti pars emptioni, & venditioni subiecta: estque potissimum de eo nobis hoc loco sermo. Dixi, si pretio concedatur: quoniam potest concedi variis aliis titulis, vt permutatione, donatione in recompensationem pro opere, aut obsequiis, variisque aliis modis, & tunc concessio, pro tituli ratione, variam naturam sortietur. Potissimum autem dicemus de emptione, & venditione census, non solum quia hic titulus frequentissimus est, sed etiam quoniam, explicato hoc contractu, facile intelligitur, quid dicendum sit de censibus aliis titulis comparatis.

2. Contractus † censualis hoc modo sumptus est emptio, qua quis super bona, aut personam, certa pecunia emit ius accipiendi annuum menstruum, aut alium similem redditum, siue in pecunia, siue in quacunque alia re, manente venditore reditus domino suorum bonorum, vt antea erat: id quod Gutier. 2. *de pract. qq. q.* 168. *cum aliis, quos citat, & Doct. communiter affirmant.* Iamin. *disput.* 372. *cum* Conar. *& aliis*, diximus, curandum non esse, quod rabelliones in hoc Regno ex imperitia, & contra naturam contractus dicant, venditorem census concedere dominium directum rei, super quam census collocatur, emptori, illudque in eum transferre. Dicitur verò contractus hic censualis à reditu, quo illo emitur: & qui statutis temporibus est soluendus: is, enim reditus dicitur census in penultima vocabuli census significatione *disput.* 381. explicata.

Hoc loco est obseruandum, reditum emptum soluendum esse in pecunia, nihil omnino impedire, quod censualis contractus vera sit emptio, &
3. venditio. Id † quod facilè intelliges, si attendas, reditum, pensionem, censuum, & similia: duobus modis vsurpari. Vno, materialiter pro reb. quæ quotannis, aut aliis statutis temporibus soluuntur. Hoc modo reditus pensio, & census; sunt pecunia, triticum, & alia, quæ temporibus illis persoluuntur. Dicuntur verò reditus à redeundo, quia scilicet à tempore in tempus soluenda redeunt. Altero modo vsurpantur, non materialiter pro rebus, quæ soluuntur, sed formaliter pro iure, vt à tempore in tempus soluantur. Atque in hac significatione dicere consueuimus, Petrus habet censum in tali prædio Ioannis, id est, ius vt ex illo tantum pecuniæ, aut fructuum ei persoluantur, quasi prædium illud ad id sit obligatum. Dicere etiam consueuimus; Petrus habet tantam pensionem in beneficio Ioannis, hoc est, ius vt ex illo tantum quotannis ei persoluatur. In hac significatione, census pensio, & reditus, dicuntur res incorporales. Ius quippe illud, quod ea vocabula formaliter significant, non aliud est quam respectus quidam rationis in eo cui pensio reditus, aut census, debetur, qui proinde respectus cum rebus incorporalibus annumeratur, eo quod non sit res, quæ palpari, manibúsque tractari possit vt palpantur, ac tractantur res corporales. Lege, quæ *disputat.* 2. *& sequentibus*, dicta sunt. Porrò eiusmodi iuri, tanquam correlatiuum; respondet obligatio, ac debitum, ius enim est ad aliquid, quod aliquo modo eo iure debetur. Ex parte autem eius, qui illud debet, respondet obligatio illius ad tale debitum. Quod, si ita ex aliqua re debeatur, quod res illa ad id sit obligata, respondet etiam obligatio realis ex parte talis rei. Quo
† fit, vt censuali reali, hoc est iuri ad annuam 4.
aut menstruam pensionem ex re alicuius, qui eum censum in illa vendidit, triplex partiale correlatiuum respondeat. Primum est, res ipsa, quæ debetur, quatenus ita debetur, vt pecunia, vel triticum quorannis soluendum. Secundum est, obligatio rei, vnde id debetur quæ pro eo debito est adstricta: eaque obligatio realis, dicitur eo quod sit obligatio ipsiusmet rei ad quemcunque pertranseat, & ius comparatione illius dicitur ius reale, quia est ius in re, hoc est, habens correspondentem sibi obligationem rei ad id, quod ex ipsa debetur. Tertium verè partiale correlatiuum est obligatio hominis, qui censum ex tali re debet. Atque hæc obligatio est personalis, semper enim cum obligatione reali coniuncta est obligatio personalis eius, cuius est res illa, quæ obligationem habet realem tenetur enim, vt minimum tradere rem ad solutionem, saltem in defectum alterius, qui debitum soluat. Quando autem census est merè personalis, hoc est ius, vt alius annuam, aut menstruam pensionem soluat, nulla alia re ad id obligata, tunc iuri illi solum respondet duplex partiale correlatiuum. Videlicet res, quæ debetur, quatenus ita debetur, puta pecunia, triticum; aut aliquid simile, statutis temporibus soluendum, & personalis obligatio eius, qui illam debet.

Dixi, quando census est merè personalis, quoniam 5.
† census simpliciter, & absolutè personalis duplex est. Quidam merè personalis, quia videlicet nulla ei correspondet obligatio realis, eo quod nulla alia res sit ei obligata, quàm persona. Et quidam non merè personalis, quando scilicet pro eo censu, vltra personam, est aliquid obligatum, non quidem tanquam res, in qua, & ex qua debeatur, sed tanquam hypotheca ad census, illiusque solutionis assecurationem. Talis enim census simpliciter est personalis illi tamen respondet obligatio ad ipsum realis, ita videlicet; vt in euentu, quod debitor census illum non soluat, neque sint alia bona illius, vnde soluatur, res hypothecata obnoxia maneat, vt ex ipsa soluatur, ad cuiuscunque manus, aut dominium illa deueneat.

† constat, Censum realem solum eum 6.
esse, qui ita est collocatus in aliqua re, vt in illa, atque ex illa debeatur. Neque est paruum discrimen inter censum realem, & personalem censum cum hypotheca ad illius assecurationem. Quando enim census est realis, pertinere, in qua erat collocatus perit census, quia solum in illa, & ex illa debebatur, quasi emptor census, emendo ita illum, emerit in re illa partem iuris ad fructus ex maiori iure, quod in re illa dominus illius habebat. At verò, quando census est personalis cum hypotheca per iure hypotheca, non perit census quia census collocatus non erat in hypotheca, sed in persona eius; à quo census erat emptus eáque de causa solum perit assecuratio illa tradita, ex qua census erat soluendus, ad cuiuscunque manus res illa deueniret, in euentu, quod debitor

census

census non haberet alia bona, vnde posset soluere censum.

Cum hoc discrimine coniunctum est hoc aliud. Quod, quando census est realis, ille est debitor census ad quem transit res, in qua census est collocatus, quia in illa, & ex illa debetur. Quando verò census est personalis cum hypotheca, transeunte hypotheca ad alium, is, ad quem transit, non est debitor census, sed debitor est persona, in qua census fuit collocatus, & hæredes illius. hypotheca verò solum manet obnoxia solutioni eius census in euentu, quod persona, quæ censum debet, imporens effecta sit ad census solutionem, ita quod bona non debeat, vnde soluatur, interim enim dum bona habet, vnde solui possit, prius fieri debet exequutio in bonis illius, quàm in hypotheca, *iuxta auth. hoc si debitor. Cod. de pign.*

Ex his liquet, quamuis censui reali, & censui personali cum hypotheca, respondeat obligatio realis diuersimodè tamen respondere. Censui enim reali respondetur ex natura ipsiusmet census, & contractus censualis, atque ita tamen det, vt ex re in qua collocatus est census, sit soluenda pensio, ad quemcunque ea res deueniat. Censui verò personali cum hypotheca, non respondet obligatio realis vi census, ac vi censualis contractus, sed vi alterius contractus superadditi ad maiorem census securitatem, quò bona aliqua in contractus securitatem hypothecantur. Præterea non respondet obligatio realis, quasi in re, & ex re hypothecata pensio debeatur, sed quia res hypothecata manet obligata in defectum, tàm eius qui censum debet, quàm aliorum bonorum eiusdem, vt pensio ex ipsa soluatur. Atque hac de causa, cùm dixissem supra semper cum obligatione reali esse coniunctam obligationem personalem eius cuius est res, quæ obligationem habet realem, addidi, quia cum minimum teneatur tradere rem ad solutionem saltem in defectum alterius qui debitum soluat.

Couarruu. 3. *variar. resolut. cap.* 7. in aliquibus à doctrina hactenus à nobis tradita discrepat. In primis in calce *num.* 5. *& num.* 6. asseuerat, quando
7. † realis cēsus collocatur in aliquo, vt in aliquibus prædiis determinatis collocatur; prædia illa solum habere rationem hypothecæ: verum tamen irregularis, ac magis arctæ, quæ proinde non sequatur omnino leges aliorum pignorum, & hypothecarum.

Hinc primò vult, si res, in quibus census realis est collocatus, transeant ad tertium possessorem, qui hæres venditoris census non sit, competere ei, cui census debetur, actionem aduersus illum, vt inde censum soluat séque debitorem census ex eo prædio aut prædiis recognoscat, nihil prius exigendo à census venditore, aut ab hæredibus illius. Atque in hoc, inquit, hypotheca hæc arctior est, nec sequitur leges aliarum hypothecarum? Esto enim res aliæ communiter hypothecatæ ad tertium possessorem pertranseant, nulla aduersus tertium possessorem competit actio, vt ex illis debitum soluat, nisi prius exequutio fiat in bonis principalis debitoris, & fideiussorum illius & quando nulla bona illorum reperta fuerint, ex quibus debitum soluatur, tunc exequutio fieri potest in hypothecis, & non antea, vt ex authentica, hoc si debitor, *C. de pignor. dictum est.*

Secundò ibidem *numero* 7. vult. Si census centum aureorum collocatus sit in tribus prædiis, verbi gratia, quæ ad res distinctos possessores transeant, non posse singulos possessores conueniri pro integro censu, neque cogi, vt singuli debitum integri census recognoscant, sed solum posse conueniri pro parte census, iuxta proportionem valoris cuiusque prædij ad aliqua prædia. In quo etiam inquit, hypotheca rerum, in quibus collocatus est census, non sequitur leges aliarum communium hypothecarum. Quando enim hypothecæ erant subiectæ pro aliquo debito, neque debitor, & fideiussores illius habent, vnde soluant ex singulis rebus hypothecæ subiectis exigi potest integrum debitum, nihil exigendo à possessoribus aliarum, *vt iuxta leg. Moschis, ff. de iure fisci, tradunt* Bartol. *& communis Doctor. sententia*: tametsi quidam reclament.

Tertiò *numero* 6. citato vult. Quando census collocatus fuit, in aliquibus determinatis prædiis illáque, ad alios possessores transierunt posse eum, cui census debetur, prætermissis possessoribus, agere ad solutionem census aduersus primum venditorem, & hæredes illius. Arbitratur enim, quando census est realis non solum ex illo oriri obligationem realem, ratione cuius actio detur aduersus personam possidentem res, in quibus census est collocatus, sed etiam oriri simul ex illo obligationem personalem ex parte venditoris census ad cum soluendum; quæ alienatis prædiis, manet in ipso, & transit in hæredes ipsius. Atque in hoc ait conuenire hypothecam rerum, in quibus census realis est collocatus, cum cæteris communibus hypothecis. Ex eo quippe, quod communes hypothecæ in tertium possessorem transeant, non desinit principalis, ac primus debitor manere obligatus ad debitum.

Contrarium his omnibus meritò affirmant Al- *Decis.*
uar. Valasc. *de iure emphyteutico, quæst.* 32. *num.* 13. *&* Lassar. *de decim. vend. cap.* 10. *numero* 14. Atque in primis falsum, ac commentitium, est fundamentum illud, cui *Couarr.* nititur, nempe res, in quibus census realis collocatur, habere rationem hypothecæ. Neque enim id sonat forma contractus, neque vllum fundamentum habet in iure quod id hypotheca extraordinaria sit, qualem *Couarr. &* alij confingunt.

Quin † potius census illo modo constitutus, 8.
habet se instar seruitutis prædio affixæ, in quo census est collocatus, vt rectè. Aluarez Valasc. *vbi suprà ait.* Sicut autem, pereunte prædio, in quo est seruitus, perit seruitus, quæ illi erat quasi affixa transeuntéque prædio in tertium possessorem, seruitus committatur prædium, neque vlla actio ob seruiturem competit aduersus primum, qui illum concessit, aut hæredes illius nisi fortè prædium euincatur, sed actio solum competit aduersus possessorem, ita res omnino habet in censu reali. Atque in hoc vltra Doctores citatos, conueniunt Conrad. *de contractibus, q.* 83. *concl.* 12. *ac alibi sæpè*, Medin. *qu. vlt. de vsur.* Gabr. *in* 8. *dist.* 15. *q.* 12. Nauar. *in comment. c.* 1. 14. *q.* 3. *n.* 76. *& 77. & alij communiter.*

Cur autem census realis seruitus dici nequeat *disputat.* 11. dictum est negandum tamen non est, esse instar seruitutis personalis. Quemadmodum autem censualis contractus, de quo loquimur, agnitus non fuit, iure ciuili Digestorum, aut Codicis ità mirum non est de hac quasi seruitute mentionem iure ciuili factam non fuisse.

Potest autem confirmari, pereunte re, in qua census est collocatus, perire censum, neque deinceps deberi. Quoniam venditio census merè realis non aliud est, quam venditio partis iuris prædij, in quo collocatur, vt explicatum est, pereunte autem re, perit pars iuris in ea.

Hinc constat falsum esse, quod Couar. ait videlicet, vt pereuntibus rebus in quibus census realis est collocatus, census eo ipso pereat, necesse esse, id exprimi in contractu. Cùm enim census realis, id ex natura, rei habeat sanè necesse non est exprimi in contractu. Id quod apertè constat ex extranaganti Martini V. *versic. sed ad hoc*, & Calixti III. *versic. sed ijdem ementes*, quæ inter communes sub titulo de emptione, & venditione habentur, vbi cum de eiusmodi censu sermo haberetur dicitur: pereuntibus possessionibus, in quibus census erat constitutus, nullam competere actionem emptoribus census ad recuperationem pecuniæ, quia videlicet ipsis peribat census emptus vnà cum prædiis, in quibus erat collocatus. Idem apertius statuit Pius V. in Bulla creationis censuum, vbi constituit pereunte re super quam census collocaretur, aut infructuosa reddita, in totum, aut in parte, censum quoque pro rata perire.

9. Constat † deinde, licèt verum sit, transeuntibus rebus super quas census realis est collocatus, ad alios possessores, competere censuario actionem aduersus illos, vt censum soluant, ac recognoscãt; falsum tamẽ esse, non posse exigere integrum censum à quocunq; possidente partem illarum rerum. Contrarium quippè esse verum, vsuque in Hispaniis esse receptum, affirmant Aluar. Valasc. & Lasarte *vbi suprà*, & *sequitur* Nauarr. *in commentar. cap. 1. 14. quæst. 3. num. 114.* Couar. *quæ ipse fatetur vsu esse receptum.*

Ratio autem est quoniam ea videtur fuisse mens celebrantium contractum census realis, vt scilicet vnaquæque earum rerum obligata esset pro toto censu more hypothecarum: & quoniam emptor census non aliter vellet celebrare contractum, exponendo se discrimini, vt si res illæ ad diuersos transirent possessores, cogeretur à singulis exigere partem census cum magno suo labore, & detrimento: cum autem contractus celebrari censeantur iuxta loci consuetudinem; sanè, esto in contractu nihil sit expressum, iudicandum est eam in Hispaniis fuisse contrahentium mentem.

Illud etiam constat esse falsum, nempè, transeuntibus rebus, super quas census est collocatus ad alios possessores, actionem competere emptori census aduersus venditorem census, & hæredes illius, vt ex dictis constat. Excipitur, nisi res euincatur: tunc enim sicut possessoribus tenerentur primus venditor, & hæredes illius, de euictione vnusquisque hæredum pro rata partis, in qua hæres venditoris existeret: sic quoque possessori census tenerentur de censu vnà cum rebus illis euicto, vt Doctores *citati*, & Nauarr. *num. 77.* citato affirmant.

10. Regrediamur nunc ad id quod explanabamus, atque postremò obserua. Censum, † pensionem ad reditum pro iure ad rem statutis temporibus soluendum, computari inter immobilia bona, esto res, quæ soluuntur, mobiles sint: *ita habetur in Clem. exiui de paradiso, §. cémque annui reditus, de verborum significat.* cuius verba sunt. *Cémque annui reditus inter immobilia censeantur à iure.* Quo loco, annui reditus non sumuntur pro rebus quæ soluuntur, constat enim illas res mobiles esse, sed pro iure vt soluantur. Porrò annui reditus commune quippiam est ad censum, ac pensionem: omnis quippè census, ac pensio reditus sunt.

Ex dictis facilè iam intelligitur contractum censualem, de quo loquimur, esse veram emptionem, † & venditionem, nihil impediente quod census 11.
emptus, in pecunia sit soluendus. In eo enim contractu cernitur in primis pretium, hoc est, pecunia, quæ pro censu datur. Deinde cernitur merx, vtà pecunia, ac pretio distinguitur. Quod, enim immediatè, ac proximè emitur, non est pecunia, aut quæcunque alia res mobilis soluenda statutis temporibus sed est ius vt illa soluatur, cum obligatione ex parte personæ vendentis censum, aut simul rei, in qua censum vendit, vt soluatur: vt enim concedat tale ius suscipiátque in se, atque in re sua, eam obligationem, datur illi pretium, idque est, quod ab eo emitur.

Quod si pro censu non detur pecunia, sed equus, prædium obsequia, præstanda, aut aliud simile, tunc contractus non erit emptio, ac venditio; sed permutatio rei pro censu, aut contractus alius innominatus, do vt facias, vel facio vt des. Potest etiam census constitui, donatione, vt in principio huius disputationis dicebamus. Vt si res in possessione aliqua, vel in iuribus, quæ in ciuitate aliqua sibi debentur concedat aliquem censum. Si verò illum concedat pro obsequiis præstitis, potius est contractus, do vt facias, aut quia fecisti, quàm donatio. Quod si plus Princeps tribuat, quàm mererentur obsequia, erit contractus mixtus ex donatione, & innominato contractu, do quia fecisti.

In hoc Regno quando Rex, vel dono, vel in *In Castella.*
recompensationem pro obsequiis, & seruitij, vel pro pretio, concedit alicui *annuum reditum* in iuribus, ac redditibus sibi debitis in salinis, ciuitate, oppido, vel re alia simili reditus ita concessi siue perpetui, atque irredimibiles sint, siue redimibiles, aut ad vitam, vel ad vitas alicuius concessi, peculiari nomine appellantur *iuros*. Cæteri autem similes reditus census dicuntur, *vt constat ex l. 6. titul. 15. & l. 9. 17. & 20. titul. 10. lib. 5. noua collect. & communi vsu loquentium.* Atque hæc omnia hoc loco, & in sequentibus disputationibus, nomine census comprehendimus. In Lusitania verò, qui à Rege, aut à Magnatibus, emunt similes reditus in annuis illorum redditibus, emere dicuntur *iuros*, etiam si cum pacto de retrouendendo illos emant.

Quando autem Rex aliquid dono dat, vel in *In Lusitania.*
suis propriis reditibus, vel quia donat oppidum, *num.*
aut titulum Marchionatus, Comitis, Ducis, aut alium similem, si in perpetuum id alicui donet sibi, & suis successoribus, dicitur id donare de *iure*. Si verò id donet ad vitam alicuius, aut aliquorum, aut tempore alio limitato, non dicitur concedere id *de iure*, sed *de merce*. Quando item donat reditus aliquos ad vitam alicuius, aut aliquorum, aut pro obsequiis, vel pretio aliquo illos concedit, dicitur conferre *tenca*.

Illud circa priorem partem in titulo huius dispositionis propositam, quoad modum loquendi Doctorum postremò obserua. Quosdam † 12.
appellare censuistam illum, cui census debetur: eum verò, qui illum debet, appellare censuarium.

Quod attinet ad posteriorem partem in titulo disputationis propositam. Census † diuiditur 13.
primò, ex parte rei, in qua collocatur, realem, &
perso

personalem. Personale possumus subdinidere, in merè personalem qualis est, qui neque hypothecæ ad ipsius securitatem innititur, & in non merè personalem, qualis est, qui solùm quidem in persona est collocatus, innixus tamen est hypothecæ ad ipsius maiorem securitatem. Merè autem personalis ratò, aut nunquam, emitur, ob modicam illius securitatem.

Ex parte verò rei soluendæ diuiditur, in fructuarium, qui scilicet in fructibus vt à pecunia distinguunt, soluitur, vt in tritico, oleo, vino, &c. & in pecuniarum, qui in pecunia soluitur. In hoc autem Castellæ Regno *l. 4. tit. 15. lib. 5 nouæ collect.* prohibitus est census redimibilis, qui in re alia sit soluendus, quàm in pecunia, simúlque sancitum est, vt census redimibiles ante illam legem constituti in aliis rebus soluendi, redigerentur ad pecuniarios ad rationem vnius pro quatuordecim, ita videlicet, vt iuxta pretium datum, soluerentur deinceps in pecunia ad rationem vnius pro quatuordecim. In Lusitania verò satis frequentes sunt census redimibiles non pecuniarij, qui in tritico soluantur: solénteque emi pretio viliſſimo, attento pretio maximo tritici in eo Regno his nostris temporibus adeo vt neque ad rationem nonem pro vno emantur: dignumque profectò esset, vt vel prohiberentur, vel moderamen aliquod adhiberetur, ne agricolæ, qui necessitate pressi, pecunias in eum censum accipiunt, iniustè opprimerentur.

Deinde ex parte rei soluendæ diuiditur etiam in eum, qui soluendus est in quantitate certa quoad latitudinem, vt quando soluendi quotannis sunt tot modij tritici, tot mensuræ vini tantæ pecuniæ quantitas; & in eum, qui soluendus est in quota aliqua certa, incerta autem quoad latitudinem, vt quando soluenda est quæsta, aut quinta pars fructuum alicuius prædij, vel alia similis: talis autem erat census à Iosepho institutus, vt scilicet quintam partem fructuum soluerent Ægypti Pharaoni. Hæc tamen diuisio locum habet in censu reseruatiuo, de quo duobus disputationibus præcedentibus habitus est sermo: non verò in consignatiuo, de quo nunc loquimur.

Præterea census ex parte temporis diuiditur primò, in eum, qui soluendus est quot annis, & in eum, qui soluendus est singulis mensibus, aut aliis statutis temporibus.

Deinde ex parte durationis diuiditur in perpetuum, & temporalem. Perpetuus secatur, in irredimibilem, qui simpliciter est perpetuus, eoque nomine vulgariter ab Hispanis vocatur: & redimibilem, qui scilicet sit cum pacto de retrouendendo, quæ Hispani *censo al quitar* appellant. Temporalis diuiditur, in eum, qui certo annorum numero durat, vt ad decem, viginti, aut triginta annos: & in eum, qui durat numero incerto, qualis est, qui in totam vitam ementis, aut vendentis, vel cuiusdam tertij emitur.

14. Atque hic vitalitium nuncupatur, vel à vita; quia in vitam alicuius durat: vel à victu, quia illo emi solent reditus in annuum victum. Temporalis etiam census fieri potest cum pacto de retrouendendo, aut sine eo. Omnes diuersiones à principio huius secundæ partis disputationis, præter primam, accommodari etiam possunt censui reseruatiuo.

An ex contractu census consignatiui Alcaualæ gabella debeatur.

DISPVTATIO CCCLXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Gabella Alcauale an debeatur ex contractu census consignatiui, & quando.*
2 *Gabella duplex quo casu debeatur, &* n. seq.
3 *Gabella non debetur ex retrouenditione facta virtute pacti de retrouendendo appositi in prima venditione.*
4 *Gabella an debeatur ex tota summa rei venditæ cum onere census, an verò eo detracto.*
5 *Gabellarius an teneatur restituere gabellam ei solutam ex venditione rei tanquam liberæ, quæ tamen onus census habebat.*
6 *Gabella ex vitalitij venditione debetur.*

CVm disputatione præcedente ostensum sit, quando pecunia pro censu consignatiuo dátur, veram interuenire emptionem, & venditionem census, consequens † profecto est, vt ex illo gabella Alcaualæ debeatur statim, ac perfectus, celebratúsque fuerit contractus, etiam antequam pretium tradatur. 1.

Nisi dicas, post Bullam Pij V. vbi illa recepta ea in parte fuerit, non prius censeri celebratum contractum censualem cum pacto de retrouendendo, quàm pecunia coram tabellione numerata sit. Debetur verò gabellario, qui tunc fuerit. Et debetur in hoc Regno à solo venditore census, vt hæc omnia cum aliis, quos refert, *affirmat* Lassar. *de decim. vend. cap. 19. à num. 4.* In Lusitana verò dimidium debetur ab emptore, & dimidium à venditore. Ad venditorem præterea spectat soluere pretium instrumenti, quod ea de re conficitur, eo quòd, vt Tiraquell. ait, ad eum, qui se obligat, pertinet, soluere instrumentum, quod conficitur. *Ita cum* Picarto *affirmat* Lassarte *vbi supra in calce num. 7.* Fortasse autem cum contractus incommodum vtriusque celebretur, spectabit soluere dimidium ad emptorem. Et fortè id vsu est receptum.

Quòd si is, qui censum iam semel emptum possidet, alicui alteri eum vendat, iterum ex venditione debetur gabella, soluenda tota in hoc Regno à secundo loco venditore: in Lusitania verò partim ab emptore, & partim à venditore. Soluenda tamen est gabellario, qui fuerit eius loci, in quo fuerint res censui suppositæ: cui etiam soluitur gabella primæ venditionis census, vt mox dicemus: *ita* Lassar. *vbi supra num. 8. cum aliis quos refert.*

Quod † si census semel constitutus, à possessore permutetur pro alia re, vt pro tritico, mancipio, domo, aut alia simili re, quæ prætium non sit, debebitur duplex gabella, iuxta ea quæ de permutationibus dicta sunt: *ita* Lassar. *vbi supr. num. 9.* Idem erit de prima constitutione census, si permutatione fiat, & hodie census cum pacto de retrouendendo post Bullam Pij V. permutatione constitui possit, & non sola pecunia statim coram tabellione numerata. Porrò gabella vna debebitur gabellario, qui fuerit loci, in quo fuerit res, quæ censui subiiciuntur: alia verò gabellario loci, vbi fuerint res, quæ pro censu permutantur. 2.

Si autem † census emptus à principio fuit cum 3.

pacto de retrouendendo eodem prætio, quo fuit emptus; vt communiter fit, & postea pretio illo redimatur, non debetur ex redemptione noua gabella: eo quod vt supra, quando de venditione cum pacto de retrouendendo habitus est sermo, dictum est, id non sit nouus contractus, sed resolutio prioris ex pacto appositi priori.

Si verò sine pacto de retrouendendo fuit à principio emptus, postea autem ex conuentione partium redimatur eodem pretio, quo fuit emptus, debetur noua gabella quia id non est resolutio prioris contractus ex pacto in eo appositi, sed contractus nouus emptionis, & venditionis, vt ex dictis loco citato constat.

Si autem à principio emptus fuit pecunia, appositúmque fuit pactum, vt redimeretur prædio aliquo eiusdem valoris cum pretio illo, aut pretio diuerso, siue maiori, siue minori, tunc noua gabella debetur, eáque, dupla, si redemptio fieret prædio, aut realia, quæ non esset pecunia: quoniam esset tunc permutatio. Idem intelligo si à principio interuenisset pactum, vt census redimeretur pretio, quo fuit emptus, & posteà, ex partium conuentione, redimeretur, re quæ non esset pecunia; nam tunc non esset resolutio prioris contractus sed nouus contractus permutationis.

In his consentiunt Lassar. *de decim. vend. c.* 10. *num.* 10. *& duobus seqq. & alij, quos citat* Lassarte *ibid. num.* 13. subiungit, secus rem habere, si venditor censum redimat cessione alicuius ex rebus, in quibus locis collocatus fuerat census ex conuentione inter ipsum, & emptorem temporis progressu factam, sicque res alias, in quibus census fuerat collocatus à censu liberet: arbitrantur enim nullam tunc deberi gabellam. Idem velle videtur, etiamsi censum redimat cessione alicuius rei, quæ hypothecæ erat subiecta in census securitatem. An verò vtraque doctrina vera sit, mihi non est omnino exploratum, illum legito, potiúsque in contrarium propendeo.

Quando census realis emitur super res in diuersis locis collocatas, in quibus sunt diuersi gabellarij, tunc gabella census debetur diuersis illis gabellariis pro rata valoris rei, quæ est in vnoquoque illorum locorum, ad valorem cæterarum rerũ. Vt si census ematur mille quadringentis aureis, & collocetur super bona existentia in diuersis locis, quæ omnia quatuor mille aureis æstimentur, prædiúmque existens in vno loco æstimetur mille aureis quarta pars gabellæ ex illo censu soluenda erit gabellario loci illius, & ita de reliquis partib. iuxta proportionem valoris prædiorum. Quo fit, vt venditor illius census conueniri propter gabellam possit coram diuersis iudicibus eorum locorum, in quibus res illæ sint collocatæ: *ita* Lassar. *de decim. vend. cap.* 4 *num.* 31. *& cap.* 10. *n.* 15. cum aliis, quos citat, affirmátque in Castella ita esse receptum.

4. *Dubium.* Dubium est si quis † centum quadraginta aureis vendidit censum in aliquo suo prædio posteáque prædium cuidam tertio vendat trecentis aureis, ea lege, vt sibi persoluat centum sexaginta aureos, & loco aliorum centum quadraginta, agnoscat, ac soluat census super id prædium collocatum, num gabella debeatur ex omnibus trecentis aureis, an solum ex centum sexaginta.

Decis. Ad quod dicendum est cum Lassar. *cap.* 10. *citato num.* 16. *& aliis*, quos citat, deberi ex solis centum sexaginta, quoniam in rei veritate solum venditur prædium cum illo grauamine census, quod in se habet, centum illis sexaginta aureis, transfertúrque grauamen census, vnà cum prædio, in quo est, in emptorem prædij: ex translatione autem prædij cum illo grauamine, æstimato reliqua parte pretij, gabella non debetur.

Quod si census esset personalis, prædiúmque suppositum esset speciali hypothecæ in securitatem illius census, tunc, si prædium illud trecentis aureis venderetur, deberetur gabella ex toto pretio, *vt idem* Lassar. *rectè ibidem addit.* Qui etiam cum Fabro benè addit, si quis vendat prædium mille aureis quingentis sibi soluendis, & aliis quingentis soluendis creditoribus suis, ex vtriusque gabellam deberi.

Dubium † deinde est, si venditor rem, super quam census erat collocatus, vendat tanquam liberam, posteaque emptor comperiat habere onus census, agátque actione quanto minoris aduersus venditorem, cogatúrque venditor iudicis sententia partem pretij restituere: eo quòd res cum eo onere non tantum valeret, nã ex parte pretij quam restituit, gabellam debeat, vel non, sed si illam soluerat, teneatur gabellarius eam ipsi restituere. Lassarte *vbi supra n.* 37. deberi affirmat. Contrarium tamen arbitror esse verum, iuxta ea, quæ in simili quodam alio euentu *disputat.* 349. aduersus eundem auctorem diximus. Neque enim gabella debetur, nisi ex pretio rei iusto, vt ibi dictum est. Erit verò tunc maximè hæc nostra sententia amplectenda, quando venditor bona fide rem tanquam liberam vendidit, ignorans illam censui esse subiectam. 5. *Dubium.* *Decis.*

An verò ex † vitalitij venditione gabella debeatur, reuocari in dubium potest propter Illustrissimum Præsulem D. Franciscum Sarmiento, qui *lib.* 7. *select. interpret. c.* 1. *n.* 40. censet, eum contractum non esse venditionem, sed aleatorium quendam contractum, vt assecurationis, sortium, aut ludi, ex quo constat gabellam non deberi: eo quod neque venditio, neque permutatio sit. Procul dubio tamen dicendum est cum Lassar. *vbi supra num.* 38. & cum aliis, quos citat, venditionem esse, vt ex dictis disputatione præcedente satis est perspicuum, ac proinde ex illo gabellam deberi. 6. *Dubium.* *Decis.*

Illud postremò cum Lassar. *vbi supra, num.* 76. obserua praxim in hoc Regno obtinuisse, vt ex venditione, aut permutatione censuum qui in hoc Regno, iuxta ea, quæ in calce disputationis præcedentis dicta sunt, *iuros* appellantur gabella non debeatur: Et quamuis nulla sufficiens ratio reddi posse videatur, cur de rigore iuris, quando possessor illum vendit, aut pro alia re permutat, gabellam non debeat, fortasse in fauore donationum regiarum, & vt homines plus afficiantur ad seruiendum Regi, atque ad emendum eiusmodi census, seu iura, quando illa vendit, id introductum est.

Vtrum Census realis, tàm redimibilis, quàm irredimibilis, licitus sit.

DISPVTATIO CCCLXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Censualis contractus realis cum pacto de retrouendendo similis contractui vsurario.*
Et quando intelligatur, n. 14.

2 *Emptio cum pacto de retrouendendo, & pretio diminuto, vsuraria iudicatur.*

3 *Census*

3 *Census si in pecunia soluatur, non videtur differre à mutuo, quo vltra sortem aliquid pecuniæ soluitur.*

Intellige tamen, vt num. 17.

4 *Æqualitas in contractu censuali non inuenitur, & ob id iniustus.*

Et quomodo id intelligatur, n. 18.

5 *Censualis contractus, an pariat mala, &* n. 19.

6 *Census realis quomodo licitus.*

7 *Emptio, & venditio verè in contractu censuali interuenit.*

8 *Emptio census realis licita, quando pretium pro loci consuetudine est commensuratum.*

9 *Emptio seruitutis quomodo licita.*

10 *Census realis quid, & an idem sit cum seruitute.*

11 *Emptio, venditio census realis quibus circumstantiis licita.*

12 *Censualis contractus an licitus, quando est in pecunia soluenda, vel fructibus, qui non percipiuntur ex agro.*

13 *Census realis si ematur soluendus quotannis, sine prædium: in quo est collocatus, fructus eo anno ferat, sine non quot modis licitus sit.*

15 *Pretium iustum census realis irredimibilis, quale censendum.*

16 *Pretium iustum census realis redimibilis, quomodo taxandum.*

1. PArs, quæ negat, suaderi potest. Primò, quoniam datur † contractus vsurarius similis omninò contractui censuali cum pacto de retrouendendo: ergo contractus census realis cum pacto de retrouendendo est vsurarius, ac proinde illicitus. Antecedens probatur, quia, si Petrus mutuo det Ioann. centum aureos ea lege, vt interim dum eos non soluerit: Petrus accipiat de fructibus alicuius prædij Ioann. certam annuam quantitatem prædiumque obligatum sit Petro capitali, contractus est vsurarius, tenetúrque mutuans computare quantitatem illam annuam percepram in sortem, vt omnes confitentur, & constat ex dictis *disp.* 320. Huic autem contractui similis est contractus censualis, quo Petrus dat centum aureos Ioanni in pretium æqualis annuæ pensionis, quæ ex prædio aliquo teneatur ei soluere, ita vt ad quemcunque transeant prædium deferat secum illud onus, vt ex ipso pensio soluatur, adhibitóque pacto de retrouendendo, quod scilicet quando redditi fuerint illi centum aurei, aboleatur ea obligatio, & nihilominus pensiones acceptæ computandæ non sint in sortem: ergo antecedens propositum est verum, nullum enim discrimen inter vnum, & alterum contractum, tradi potest præsertim cum personæ contrahentes sint eædem, pecunia data eadem, & pensio soluenda, quousque sors principalis, reddatur æqualis, idemque sit vtrobique prædium obligatum, ex quo pensio sit soluenda, neque in re vlla videatur esse diuersitas, sed solum in vocabulis, quatenus in primo contractu pecunia dicitur mutuo dari, in secundò verò dicitur dari in pretium census cum pacto de retrouendendo, in quo non videtur interuenire vera emptio, & venditio, sed mutuum pro certa annua pensione, nomine emptionis palliatum, atque adeò videtur interuenire vera vsura.

Secundò, aliquibus in locis census irredimibilis; emitur ad rationem triginta, viginti quinque aut viginti pro vno eisdem verò in locis census redimibilis, hoc est cum pacto de retrouendendo, emitur ad rationem quatuordecim, vel duodecim, etiam decem, pro vno quotannis soluendo, in quo venditor defraudari videtur infra dimidium iusti pretij: sed † quando aliquid emitur cum pacto de retrouendendo, & pretium est diminutum, reprobatur contractus, vsuriusque iudicatur, vt constat *ex c. ad nostram, de empr. & vend. & de* Lusit. *ord. lib. 4 tit. 14. §. 2. & tit. 2. §. 1.* ergo contractus censualis redimibilis illo modo celebratus est illicitus. 2.

Tertiò, quoniam in contractu censuali, præsertim † si census in pecunia sit soluendus, non videtur interuenire alius contractus, quam mutui, quo datur simul pecunia aliqua, vt per partes à tempore in tempus soluatur cum incremento vltra sortem, id autem est vsura vt ex vsuræ definitione, & ex iis, quæ in materia de vsura dicta sunt, liquet; ergo censualis contractus est illicitus. Maior probatur. Tum quia extrema illius contractus non aliud sunt, quàm pecunia pro partes soluenda cum incremento. Tum etiam quoniam, si contractus ille esset emptio, & venditio, vel, quod venderetur, esset fundus, super quem collocatur census, vel pecunia soluenda quotannis, vel ius vt illa soluatur. Non fundus, quia manet eius, qui censum vendit tam quoad directum, quàm quoad vtile dominium. Neque item pecunia: quia pecunia, qua talis, vendi non potest; eò quod pretium & mensura quoad valorem, sit rerum venialium, neque mercis rationem habeat: ad emptionem autem, & venditionem necesse est interueniant simul pretium, & merx. vt in materia de emptione & venditione dictum est. Neque denique venditur ius, vt pecunia soluatur: quoniam, cum ius illud sit ens rationis, atque adeo nullius in se valoris, contractus esset iniustus, si pro eo tantum pecuniæ acciperetur. 3.

Quartò, vt contractus sit iustus, requiritur æqualitatis inter, id quod datur, & id, quod pro eo accipitur, hæc † autem in censuali contractu non inuenitur, ergo est illicitus. Maior perspicua est. Minor vero probatur. Quoniam pecunia in pretium census data, finita, ac limitata est, puta centum quadraginta pro decem quotannis, ad rationem quatuordecim pro vno, sit census redimibilis, aut centum quinquaginta pro quinque quotannis, ad rationem triginta pro vno, si census irredimibilis sit; vel aliquid minus, si irredimibilis census minori pretio ematur: id autem, quod pro eo pretio in censu redimibili est reddendum, est longè plus intra sexdecim annuos, & insuper debetur integra sors, aut progrediendum est ad pensiones soluendas in perpetuum: quod verò in censu irredimibili intra quadraginta annos reddendum est pro pretio, longè maius est, qua pretium acceptum, & insuper soluendæ restant pensiones in perpetuum pro eodem pretio, ergo in contractu censuali non cernitur æqualitas inter id, quod datur, & id, quod pro eo accipitur, ac proinde, esto admittatur esse contractum emptionis, & venditionis: iniustus erit talis contractus. Quòd si dicas, in eo non emi pensiones materialiter sumptas, quæ sunt maiores toto eo tempore, quàm pretium datum, sed emi ius ad illas accipiendas. Contra, quia ius ad accipiendum aliquid in futurum, non minus valet, quam res ipsa accipienda ad quam est tale ius, vt *disp.* 361. ostensum est: ergo, si inter pretium, & pensiones illas materialiter sumptas, cernitur inæqualitas in valore, cernetur etiam inter idem pretium, & ius ad pensiones. 4.

Quintò, si contractus census redimibilis, & irredimibilis iusti essent, in eisque seruaretur æqualitas inter pretium, & mercem, deberet esse eadem

propor-

proportio pretij census temporalis ad pretium census perpetui (posito quod in vtroque æqualis pensio quotannis sit soluenda) quæ est census perpetui, ad temporalem, quoad durationem, & quæ est aggregari pensionum soluendarum in vno censu, ad pensiones soluendas in alio, aut iuris ad pensiones soluendas in vno in perpetuum, ad ius ad pensiones soluendas ad tempus in alio, pro iuribus quippe ad pensiones, & pro ipsis pensionibus soluitur in vnoquoque eorum pretium: sed nulla est proportio quoad durationem census perpetui ad censum temporalem, neque item est proportio inter pensiones soluendas in censu perpetuo ad pensiones soluendas in temporali, eo quòd illæ sint infinitæ, & hæ finitæ, eadémque ratione nulla est proportio iuris ad pensiones infinitas ad ius ad pensiones finitas, quæ iura censibus illis emuntur. Cùm ergo census finitus temporalis iustè pretio finito ematur, consequens est, vt census perpetuus infinitus, nullo finito pretio iustè emi possit: alioquin daretur proprio iusti pretij census temporalis, ad pretium iustum census perpetui, cum tamen inter ipsos census seu merces emptas nulla esset proportio.

5. Postremò, ex † censuali contractu multa mala sequuntur: ergo illicitus est is contractus. Antecedens probatur, quoniam in primis, qui eos census emunt, viuere volunt de alieno sudore, cum suo proprio otio: vnde vlterius sequitur, quod terras non colant; neque exerceant negotiationes alias Reipublicæ viles. Deinde via præcluditur exercendæ charitati in mutuis, dum poscenti mutuum protinus, qui pecunias habet, offerat, vt censum vendat. Præterea, qui census vendunt, depauperantur valdè, grauando bona sua annuis redditibus quos soluunt.

Henricus Gand. *quodlib.* 8. *q.* 24. *legendus etiam est quodlib.* 1. *quæst.* 39. Salyc. *in auth. ad hæc C. de vsur.* & Greg. Arimenensis *à Salyceto relatus*, illicitam, atque vsurariam esse censent emptionem annuorum reddituum, qui de nouo constituantur, esto in prædio aliquo constituantur, ex quo soluendi sint; modo tamen superetur tales redditus, etiam per temporum interualla recipiendos, tandem excessuros pecuniam pro eis datam. Quoniam inquiunt, in emptione eorum reddituum virtute datur mutuo pecunia, vt cum incremento per partes restituatur: constitutio verò eorum in prædio, ad nihil aliud inseruiat, quam vt prædium se habeat vt pignus, aut hypotheca. Quo fit longè maiori cum ratione ex horum autorum sententia vsurarius contractus sit si redditus pecuniarij emantur, nec constituantur in aliquo prædio, sed census sit personalis.

Si tamen inquiunt, eiusmodi redditus iam antea essent licitè constituti, vt donatione domini prædij, qui aliqui ex eo prædio annuum redditum donasset, aut licitè constituti essent redditus à subditis Regi debiti, vel aliqua alia ratione, tunc dicunt, licitè quendam tertium emere posse eiusmodi redditus, eo quod tunc reuera inueniatur verum ius, emptioni præexistens, quod tanquam merx pretio ematur, ac proinde vsura non interueniat. Ad eandem sententiam videntur accedere Innoc. & Ioann. Andr. *cap. cum ciuitate de vsur.* Tametsi non perspicuè contrariam reprobent opinionem.

6. Sententia contraria, verè scilicet † intercedere emptionem, & venditionem in contractu censuali, licitúmque esse, quando est census realis, modo pretium commensuratum sit censui iuxta loci consuetudinem, quia videlicet ita communiter census inibi emi consueuerunt, est communis doct. & amplectenda: eam affirmant Conrad. *de contract. à qu.* 73. *præsertim* 79. & 82. Ioan. Medin. *de vsur. in qq. de Censibus q.* 2. & *q. vlt. quæ est de censu redimibili*, Sotus 6. *de iust. q.* 5. *art.* 1. & 3. Couar. 3. *variar. resol. c.* 7. Gab. *in* 4. *dist.* 15. *q.* 12. Maior. *ibid. q.* 43. & 44. Panorm. *cap. in ciuitate de vsur. & alij interpretes Iuris Canonici ibidem communiter*, *idem* Panorm. *in suis qq. q.* 5. Nauarr. *in c.* 14. *quæst.* 3. *à num.* 69. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *num.* 8. & 9. Ant. Gom. *in l.* 68. Taur. *num.* 2. Gregor. Lopez *l.* 28. *tit.* 8. *part.* 5. *verba à censo*, Sylueст. *verb. vsur.* 2. *quæst.* 12. & *alij, quos referunt.*

In primis † autem, quod in eo contractu verè 7.
interueniat emptio, & venditio, *disp.* 383. ostensum est: quippe cum in eo vera merx reperiatur, nempe ius, quod pro pretio venditor census tribuit, atque obligatio, quam in suis rebus suscipit ad annuam pensionem quæ sunt immediatum obiectum, quod emitur; ac reperiat pretium pecunia videlicet, quæ pro eo censu datur. Quamuis autem obiectum immediatum emptionis census non esset ius, & obligatio illa ad pensiones materialiter sumptas, sed pensiones ipsæ negari non posset, quando census esset fructuarius, cerni in eo censuali contractu veram emptionem, & venditionem, eo quod fructus illi pensionum verè haberent rationem mercis. Neque id impediret, quòd nundum existerent: quandoquidem, quod est in spe: vt fructus vineæ, pisces, qui ex iacturetis sperantur, partus futurus, & alia huiusmodi, vendi possunt, vt *disputat.* 340. ostensum est.

Deinde licitam † esse emptionem census realis 8.
quando pretium, pro loci consuetudine, est commensuratum, probatur. Primò, quoniam licitum est alio titulo constituere censum realem, vt ij, cum quibus disputamus, affirmant nempe donatione, qua quis in agro suo concedat puellæ, vt nubat, vel alicui alteri, annuos redditus, aut lata lege iusta, vt ex vnoquoque agro tantum soluatur, vel in tributum, vel pro expensis faciendis in aquæductu, vnde agri illi ligentur: ergo licitum etiam erit constituere illum titulo emptionis: quippe cum is census pretio sit æstimabilis, neque minus sit virtute in agro illo, atque in dominio illius vt titulo emptionis constituatur, quàm vt constituatur quocunque alio, neque plus valeat, postquam est iam constitutus alio titulo, quàm valeat, vt de nouo titulo emptionis constituatur: quare sicut Doctores, cum quibus disputamus, concedunt postquam semel constitutus est alio titulo posse licitè emi: ita concedere tenentur illo eodem pretio posse licitè emi, vt de nouo constituatur: præsertim quia, vt dictum est, necesse non sit ad emptionem, quod merx emptioni præexistat.

Secundò, vt ex se perspicuum, communisque 9.
vsus testatur, licita est † emptio seruitutis, quæ de nouo in prædio aliquo constituatur, vt itineris per agrum alienum, stillicidij, altius non tollendi, & similium, de quibus à disp. 11. explanatum est, esse iura realia in rebus quibus conceduntur cum obligatione reali in prædiis in quibus conceduntur. Item, vt hærede *l. necessariò §. vlt. ff. de peric. & commod. rei vend.* licita est emptio vsus-fructus agri alicuius, quam de nouo concedatur: is verò vsusfructus de nouo concessus, non est aliud, quam ius percipiendi fructus illius agri, manente in alio proprietate, postquam autem est concessus, dicitur vsufructus formalis ad differentiam

eius, qui antea erat in proprietario cum dominio directo coniunctus, qui dicitur vsusfructus causalis, vt *disput.7.* visum est; ergo licita simili modo est emptio alicuius census realis, qui de nouo
10. constituatur, quippe † cùm nihil aliud sit, quàm ius accipiendi ex agro, in quo constituitur, certam partem fructuum.

Consequentia patet, quoniam eiusmodi census non est aliud, quàm pars quædam iuris in eo agro ex iure maiori, quod proprietarius in eo habebat, sicut etiam vsusfructus, & aliæ seruitutes, non sunt aliud, quam partes quædam iuris, quod proprietarius habebat, quas à se abdicat, & transfert in eum, cui vsumfructum, aut aliam seruitutem concedit. Et quamuis in his omnibus non transferatur idem numero ius, quod erat in venditore; eo quod accidens migrare non possit à subiecto in subiectum; conceditur tamen emptori ius ad idem obiectum, cum obligatione rei iuri illi correspondente, percunte in venditore iure ad illud idem, quod antea in ipso erat, simulque percunte in re obligatione, quæ iuri illi respondebat.

Tertiò (atque argumentum hoc probat, licitam esse emptionem census realis perpetui prætio finito) vt ex se liquet, vsque communis vbique testatur, licita est emptio pretio finito prædij alicuius quoad plenum dominium, atque integrum ius illo, nihil impediente, quod fructus ex eo prædio percipiendi, in perpetuum eo ipso attineant ad emptorem, ratio autem est, quoniam valor eorum, vt sunt ita in potentia prædij, non efficit prædium valoris infiniti, sed emptio census realis perpetui in aliquo prædio, non est aliud, quàm emptio partis iuris ad fructus quod proprietarius habeat, vt in præcedente argumento explicatum probatúmque, ergo iustè fit minori pretio, quàm emeretur idem prædium pleno iure, atque adeo iustè fit pretio finito.

Quartò hoc ipsum probatur ex definitione Martini V. *in extrauag. 1. & Calixti III. in extrauag. 2. inter communes de empt. & vend.* quibus
11. definierunt, contractum † emptionis, & venditionis census realis, adhibitis quibusdam circunstantiis ibi expressis, iustum, ac licitum esse. Quamuis autem ibi solum fiat mentio de contractu census realis cum pacto de retrouendendo, de quo solo interrogati fuerunt Summi illi Pontifices, & de quo multi tunc dubitabant, an esset licitus; argumento tamen à maiori ad minus, inde colligitur, licitum etiam esse contractum emptionis census realis irredimibilis, modò pretium pro eo solutum sit censui commensuratum; quandoquidem plus semper fuerit dubitatum de contractu censuali redimibili, an esset licitus, quàm de irredimibili; eo quod maiorem effigiem contractus vsurarij habeat emptio census redimibilis, quam irredimibilis. Idem confirmatur ex Bulla Pij V. circa finem creandi census, vbi etiam approbatur census realis redimibilis.

Quintò idem probatur definitionibus iuris ciuilis: Lege enim vltima, *C. de rerum permutatio.* Approbatur contractus, quo quis bona sua concedit alicui cum pacto, vt accipiens teneatur singulis mensibus, & annis, soluere certum quid concedenti bona illa. Ea tamen in lege potius videtur approbari census reseruatiuus, quàm conseruatiuus, de quo nunc loquimur.

Præterea in auth. si qui obligata §. si autem, versic. licebit, tutoribus, & curatoribus præcipitur vt de pecunia minorum illis emant annuos redditus: in quo præcepto approbari videtur contractus censualis: nullus verò censualis contractus magis licitus apparet quam is de quo loquimur. Quandam aliam Cæsarum nouellam constitutionem referunt Couar. *3. var. resol. cap. 7. num. 2.* & alij, quæ in communibus codicibus non habetur, atque enim apertius contractus censualis approbatur. Cæterum in antiquo iure, non solum digestorum, sed etiam codicis, nulla mentio de censu reseruatiuo habetur.

Hactenus dicta vt minimum probant, licitum esse talem contractum censualem, quando ex fructibus quorum prædium, in quo ex collocatus, ferax est. Dubium † verò est, num similiter licitus sit, quando est pecuniarius, quatenus videlicet, licèt immediatè ferax non sit pecuniæ, est tamen ferax aliorum fructuum qui pecunia æstimantur, & ex quibus confici potest pecunia, ideóque iungitur, vt census in pecunia soluatur. Item dubium est, vtrum licitus sit census realis quando est quidem soluendus in fructibus, sed quorum prædium non est ferax. Vt si super oliuetum constituatur census tot mensuram vini, aut super vineam tot mensuratum tritici. *Dubium.* 12.

Quicquid autem pauci dixerint, proculdubio est dicendum, eum contractum ex natura rei esse licitum: *ita affirmant* Doctor. *communiter*, Cont. *de contractib. quæst. 75. & 79.* Ioan. Medin. *de vsur. qu. 1. de censib. & fusius quæst. 2.* Couar. *2. var. resol. c. 7. n. 2.* Sotus *6. de iustit. quæst. 5. art. 1. conclus. 3.* Minor. *in 4. dist. 15. qu. 42.* Gab. *ibid. qu. 12. conclus. prima, & sequentib.* Aluar. Valasc. *de iure emphyt. quæst. 32. num. 9.* Panormit. *c. in ciuitate de vsur. & qu. 5. citata, num. vlt.* Syluest. *vsur. 2. quæst. 12. pronunciat. 4. & alij*; probari autem non potest. *Dicis.*

Primò, quoniam postquam census fructuarius licitè est emptus, & collocatus in aliquo prædio, licitus est contractus permutationis, quo debitor illius census velit potius se adstringere ad soluendum valorem illius in pecunia, aut in aliquibus aliis fructibus quorum prædium ferax non sit, & qui, plus minus sperentur quotannis eundem valorem habituri: ergo licitus fuit à principio contractus, quo census in eodem prædio emeretur in pecunia, aut in fructibus quorum prædium non esset ferax: Consequentia perspicua est: quoniam ex coniunctione duorum illorum contractuum, seu potius ex eo, quod permutatio illa solum virtute interueniat à principio in contractu, quo pecuniarius census emitur, aut soluendus in fructibus quorum prædium non sit ferax nullum sequitur absurdum. Antecedens verò similiter est manifestum, quoniam commutatio pro æquiualenti ex se est licita quando res tales non sunt; quæ prohibitæ sunt commutari.

Secundò æqualis est valor census pecuniarij, & census fructuarij, quando pensiones æquales sunt in valore, eodémque modo subiacent periculo solutionis: ergo sicut iusta est emptio census fructuarij in prædio aliquo pro aliquo pretio: ita iusta erit emptio æqualis pecuniæ pensionis quoad valorem in eodem prædio pro eodem pretio. Consequentia est notissima, & antecedens similiter, quoniam valor census attenditur penes valorem pensionis, posita æqualitate periculi, & posito cætera esse patia.

Tertiò idem apertissimè probatur, adeo vt locus dubitandi non relinquatur, quoniam census qui extrauagantibus, Martini V. & Calixti III. approbantur, pecuniarij erant, vt legenti eas extrauagantes liquidò constabit.

Præterea,

Præterea, multi eorum constituti erant super domos, vt ex vtraque extrauaganti liquet: in domo autem non alius census constitui potest, quàm pecuniarius, aut in aliis fructibus, quorum domus non sit ferax.

Quartò quoniam pecuniaria pensio certa est, & inuariabilis, quoad valorem, atque adeo aptior, vt iuxta illam valor, ac pretium census melius constituatur absque iniustitiæ, & deceptionis periculo: pensiones verò in fructibus inconstantes admodum sunt quoad valorem, cùm tritici mensura vno anno valeat quatuor, & alio viginti, & ita de aliis fructibus prout vno tempore fuerit maior eorum abundantia, vel penuria, quàm alio, atque adeo ineptior est, vt iuxta illam valor, ac pretium census constituatur: id quod in causa fuit, vt meritò in hoc Castellæ Regno *l.4. tit.15. lib.5. nouæ collect.* prohiberentur census omnes fructuarij cum pacto de retrouendendo solique pecuniarij permitterentur, vt *disput. 383.* visum est: ergo licitus est census pecuniarius.

Postremo confirmatur, quoniam, vt ij cum quibus disputamus, confitentur, si pecuniarius census licitè à principio sit constitutus in aliquo prædio tit. donationis, aut aliquo alio, potest postea licitè emi, & vendi pro pecunia: ergo pari ratione potuit à principio pro pecunia in eodem prædio licitè constitui.

13. Dubium deinde est, licitus ne sit censualis contractus, quo † census realis ematur soluendus quotannis, siue prædium, in quo est collocatus, fructus eo anno ferat, siue non. Respondendum autem est, licitum ex natura rei esse eum contractum, saltem quando prædium adeo est fructiferum, vt ex fructibus vnius anni compensari possit pensio soluenda, in alio anno, in quo fructum non fert, itavt collectio pensionum plurium annorum, non excedat collectionem omnium fructuum, qui illis omnibus annis percipiuntur. Intelligo autem responsionem hanc, quando pretium pro pensione ita collocata in aliquo prædio est iustum, & commensuratum iuri ad eam pensionem recipiendam.

Atque in primis, qui arbitrantur licitum esse censum personalem, atque adeo licitum esse censum mixtum ex personali, & reali, ita, vt pereunte re, in qua collocatus est census, adhuc persona ad censum teneatur (de qua re disputatione sequenti erit sermo) facilè admittent nostram responsionem, etiam sine restrictione sub formidine in ea apposita: census enim in eo euentu cum minimum erit mixtus ex reali, & personali licitis. Probatur nihilominus, etiam apud eos, qui negant personalem censum licitum esse.

Primò, quoniam licitus est hic contractus emo à te tantam annuam pensionem ex agro tuo tanto pretio, ea lege, vt si aliquo anno fructus non tulerit, aut non tuleris sufficientes ad integram pensionem, in sequentibus annis, ex fructibus, quos tulerit teneatis mihi resarcire, quantum defuit in præcedentibus ad illam annuam pensionem, ergo licitus est contractus, quo emitur annua pensio, quandiu prædium fuerit saluum, siue fructus in vnoquoque anno ferat, siue non.

Antecedens probatur, quoniam eo contractu nihil aliud emitur, quàm census merè realis, hoc est ius ad partem fructuum illius prædij, tametsi plus iuris ematur pro vno anno, quàm pro alio: quare, si pretium iustum, sit, hoc est, commensuratum toti iuri, quod emitur, contractus est iustus. Consequentia verò ex eo probatur, quoniam celebratio contractu, de quo sermo est in antecedente licita est commutatio, qua vendens ita censum potius eligat, soluere quotannis de aliis fructibus integram pensionem, quam teneri in sequentibus ad incrementum pensionis ex fructibus eiusdem agri: quare licitus erit à principio contractus, de quo sermo est in consequente, qui virtute supponit illam commutationem licitam, vt circa censum pecuniarum supra argumentabamur.

Secundò licitus est hic contractus, emo à te tantam annuam pensionem ex hoc agro, qui longè maiores fructus consueuit ferre, ea lege, vt tenearis quotannis eum integrum seminare, & stercora in eum mittere, vt fructus sufficientes, & superabundantes, ad pensionem quotannis reddat, nihil impediente, quod annus sterilis sit: ergo licitus est contractus emo à te tantam annuam pensionem ex hoc agro, siue illam quotannis reddat, siue non.

Antecedens liquet: consequentia verò probatur quoniam post celebratum contractum, de quo in antecedente est sermo, poterit debitor census eligere, vt sibi liceat cessare aliquando à seminando eo agro, vt ea ratione vberiores fructus ferat; tamen ea lege, vt nihilominus aliunde pensionem soluat: neque enim emptor census tenetur id gratis ei concedere, sed licitè poterit exigere pretium pro pensione, quam eo anno ex prædio illo erat acceptutus.

Tertiò, ex natura rei licitus est contractus, quo quis locat agrum suum pro certa annua pensione, deducendo in pactum; quod si casu fortuito, aut alia ratione, ager non ferat aliquo anno fructus, nihilominus teneatur conductor integram pensionem soluere, modo tamen adeò moderata sit pensio, vt compensetur periculum, quod conductor in se suscipit: ergo pari ratione licitus ex natura rei erit contractus census realis, quo vendens censum teneatur quotannis ad annuam pensionem, siue prædium in quo census collocatur, fructus ferat, siue non, modo pretium, quod pro eo censu datur, competens sit, attento periculo, quod is in se suscipit, qui vendit censum. Quo loco obserua, eo minus valere censum ex natura rei, quo pensio soluenda minus secura fuerit; ac proinde pretium competens pro pensione securissima attenta qualitate, & quantitate prædij, in quo census collocatus esset commensuratum pretium pro æquali pensione in præmio minus securo, suscipiente in se venditore census periculum pensionis.

Quartò, licitum est coniungere contractum assecurationis pensionis à casibus fortuitis, & à quibuscunque aliis euentibus cum contractu censuali reali, ergo si pretium, attento periculo, quod venditor census in se suscipit, iustum sit, licitum erit emere censum realem cum onere, quod pensio soluenda sit, siue prædium, in quo census collocatur, fructus sufficientes quotannis ferat, siue non. Consequentia est manifesta, quoniam in hoc contractu ad summum interuenit solum contractus iustus assecurationis pensionis, coniunctus cum contractu, etiam iusto, emptionis census realis. Et cum quo solutio quotannis pensionis pluribus subiacet periculis, eo census minus valeat, & quo securior est, & plus valeat; certè, quo pretio emeretur iustè modica pensio in re valde fructifera, in qua moraliter nullum esset periculum, quod integra quotannis solueretur, eodem emeretur iustè æqualis pensio in re, in qua aliquod esset periculum

rculum quod aliquando fructus sufficientes non redderet, vnde solueretur, cum pacto, quod venditor census aliunde teneretur soluere integram pensionem, vt in calce præcedentis argumenti dictum est.

Quintò idem confirmatur ex communi vsu, quo census reales ea lege emi consueuerunt, quod interim dum res, in qua census est collocatus, salua manet, pensio solueretur, siue prædium eos fructus redderet, siue non. Verum autem quoad hæc omnia aliquid hodie à Pio V. innouatum sit quoad census, qui post eius Bullæ editionem creantur, patebit inferius, quando eam Bullam exponemus.

14. Ad primum † argumentum in partem negantem, initio huius disputationis propositum, negandum est antecedens. Ad probationem verò, cum Conrad. *de contract. quæst.* 83. in responsione ad primum, & ad duo argumenta sequentia, distinguendum est circa contractum illum, qui similis esse dicitur contractui censuali. In primis quoniam, vel Petrus dat centum illos aureos Ioanni auferendo à se facultatem illos repetendi ac relinquendo Ioanni facultatem illos reddendi, quando voluerit ita quod statim, ac illos reddiderit, extinguatur ius accipiendi annuam pensionem de fructibus prædij Ioannis, vel Petrus reseruat sibi potestatem repetendi centum eos aureos, quando voluerit, aut in aliquo certo termino, itavt interim annuam illam pensionem recipiat, non computandam in sortem.

Deinde distinguendum est circa eundem contractum, quoniam pereunte prædio, in quo Petrus habet ius illud, & simul cum prædio pereunte eodem iure, vel Ioannes tenetur nihilominus soluere Petro centum illos aureos, quos ab eo accepit, vel non, sed remanent Ioannis. His duabus distinctionibus positis, si in contractu illo Petrus sibi non reseruet facultatem repetendi centum illos aureos, sed solum in Ioanne sit facultas illos reddendi, vt extinguatur ius recipiendi annuam pensionem, & præterea, pereunte prædio, extinguatur ius recipiendi pensionem, ita quod Ioannes non teneatur restituere centum aureos, quos accepit, quasi accepti sint in pretium iuris, quod extinguitur, & quod perit emptori illius tunc concedendum est contractum illum similem omnino esse contractui censuali, immo verò dicendum est, esse reuera contractum censualem cum pacto de retrouendendo: quare negandum est, interuenire in eo mutuum, esto mutuum à contrahentibus appelletur.

In contractibus enim potius attendendum est ad id, quod in re celebratur, quàm ad verba, quibus contrahentes vtuntur, *vt habetur l. 3. C. plus valere quod agitur, & per totum titulum.* Quod autem in eo contractu, ita intellecto, mutuum non intercedat facilè patet. Quoniam mutuum in sua ratione includit ius repetendi, quod mutuo datur, vel in termino aliquo certo, vel quando mutuans voluerit. Præterea, quia sors non perit mutuanti, quocunque alio pereunte, contrarium verò cernitur in illo contractu eo modo intellecto. Si autem in eo contractu Petrus sibi reseruet facultatem repetendi centum illos aureos, pereunteque prædio, Ioannes non maneat liber, tam à censu, quàm à restitutione centum illorum aureorum, quos accepit, concedendum est, contractum illum esse vsurarium, Petrúmque computare teneri in sortem pensiones acceptas, negandum tamen est contractum illum similem omnino esse censuali contractui.

In contractu enim censuali, etiam si cum pacto fiat de retrouendendo remanere non solet facultas repetendi pretium in eo, qui census emit, sed in vendente census solet remanere facultas redimendi illum: Præterea, si pereat res, in qua census est collocatus, perit census emptori, neque venditor repetit deinceps restituere pretium, neque item soluere pensiones census.

Secundum argumentum, vt dilucidius soluatur, efflagitat explicetur, posito quod in hoc Castellæ Regno lege publica census cum pacto de retrouendendo taxatus est, ad rationem quatuordecim pro vno, quantum in eo æstimari debeat pretium iustum census realis irredimibilis. De † qua re nihil certum constitui potest, multúmque Doctores ea in re variant quibusdam dicentibus iustum pretium irredimibilis census esse duplum ad redimibilem, aut aliquid amplius, ita vt sit ad rationem triginta pro vno, aliis asserentibus, debere esse maius solum in sex qui altera ferè proportione; ita videlicet, vt si pretium redimibilis census sit ad rationem quatuordecim pro vno pretium irredimibilis sit, ad rationem viginti pro vno iuxta ea, quæ supradicta sunt de emptione aliarum rerum pacto de retrouendendo, si enim pretium irredimibilis census esset ad rationem viginti vnum pro vno, excederet in sexquialtera proportione pretium redimibilis census ad rationem quatuordecim pro vno, quare ad rationem viginti pro vno ferè excedit in sexquialtera proportione, aliis denique asserentibus pretium irredimibilis census eo constitui debere maius, quo in solidioribus, ac vberioribus prædiis, aut iuribus collocaretur. 15.

Et quamuis nihil, quod vsu hac in parte sit receptum, facilè in vnoquoque loco sit improbandum, certè æquum mihi videtur vt quando solum emeretur census perpetuus, ac irredimibilis pretium illius solum excederet pretium redimibilis in sexquialtero, modò in vtroque censu æqua esset stabilitas, ac securitas. Quando autem quis ita venderet prædium suum, vt transferret directum dominium illius in emptorem, venditórque maneret emphyteuta emptoris, cui non solum soluere deberet annuam pensionem, sed etiam laudemium, si alienet prædium, subiiciendo se simul cæteris legibus emphyteutæ, tunc longè maius pretium deberet iudicari iustum, vt ad rationem triginta pro vno, quod in annuam pensionem quotannis esset soluendum, quare si proprietas ius totum, quod in prædium & in emphyteutam habet, venderet alteri accipere iustè posset ad rationem triginta pro vno eorum, quæ soluuntur in pensionem.

Audio in hoc Castellæ Regno, quando census est irredimibilis omnino, atque in re valde solida emi ad rationem triginta pro vno, esto dominium directum in re, in qua collocatur, aut debetur, ad emptorem non transeat, neque id, vt dixi, est improbandum, quoniam propter raritatem, ac securitatem eiusmodi censuum, & emptorum copiam ita ad nonnulla æstimantur.

Hoc ita † constituto, ad secundum argumentum negandum est, vt vendentem censum illo modo cum pacto de retrouendendo, defraudari, non solum dimidio iusti pretij, sed etiam in aliqua

parte pretij iusti census enim cum pacto de retrouendendo totum id minus valet, quàm census irredimilis, propter grauamen pacti illius appositi in fauorem venditoris, vt supra dum de venditione cum pacto de retrouendendo erat sermo circa res alias, quæ cum simili pacto venduntur, est explanatum.

17. Ad tertium neganda est minor. Ad primam vero illius probationem, negandum † est extremum immediatum contractus censualis pecuniarij esse pecuniam ipsam quotannis soluendam. Est enim ius ad illam quotannis exigendam ac accipiendam cum obligatione alicuius prædij, aut rei alterius quæ cum immobilibus computetur, vtinde soluatur, quod proinde ius pendet à permanentia prædij, tanquam pars iuris totalis in id prædium, vt dictum est.

Quocirca, sicut nullum est absurdum, ex prædio aliquo iustè empto percipi temporis successu per partes fructus plures in valore, quàm fuerit pretium datum pro prædio: sic nullum est absurdum, si ex illo census iure in eo prædio successu temporis percipiantur tot pensiones, quæ in valore exuperent pretium, pro eo datum.

Ad secundam verò dicendum est, vendi ius, vt pecunia quotannis soluatur: ius autem illud, nihil impediente, quod eius rationis in se sit, valere pretium illud, non quidem ratione sui entitatiuè, sed ratione pecuniæ quotannis accipiendæ, ad quam est ius: rerum enim valor non attenditur penes entitates, sed penes vtilitates, & commoditates, quas afferunt, vt *disput.* 138. explanatum est.

18. Ad quartum concessa maiori, neganda minor. Ad † probationem verò dicendum est, neque pensiones ipsas, vt sunt in potentia prædij, in quo census est collocatus, ac dependentes à prædij permanentia, neque item ius ad eas percipiendas, vt pendens est ab eodem prædio, maioris esse valoris, quam id pretium, quo emuntur, nihil impediente, quod fieri possit, vt temporis successu pensiones in maiori quantitate sint percepte, quàm fuerit pretium datum, perseuerante forte integra, aut perseuerante iure integro ad pensiones deinceps percipiendas.

Sicut etiam fructus successiuè ex prædio aliquo percipiendi, vt sunt in potentia prædij dependentésque à consistentia illius non plus valent, quàm pretium iustum dari consuetum pro eo prædio nihil impediente, quod temporis successu possint esse percepti in minori quantitate, ac valore, quàm fuerit pretium datum pro prædio, & quod prædium maneat deinceps æquè potens ad fructus absque termino aliquo [illegible]cendos. Quare sicut quod fructus prædij alicuius percipi in infinitum possint, non infert valorem eorum infinitum, vt in potentia sunt prædij, neque item infert valorem prædij infinitum, vt potens est illos producere, ita quod pensiones census percipi in infinitum possint, non infert infinitum earum valorem, vt sunt virtute, ac potentia in censu, neque item infert valorem infinitum census in se, vt pendens est à prædio, in quo est collocatus.

Quo fit, vt in censu reali nullam vim habeat argumentum propositum. Quam autem habeat in personali disput. sequenti dicetur. Admonent verò Ioannes Medina *qu.* 2. *citata*, & alij, non esse legitimam regulam ad iudicandum, an pretium datum pro censu sit iustum, quod eodem pretio emi possit prædium, quod, deductis expensis, tantum quotannis reddat, quanta est pensio census. Prædia enim non reddit fructus iuxta ipsorum valorem. Ea quippe domus quæ iustè emitur mille aureis, aliquando non reddit pensionem triginta aureorum, & tamen alicubi vilrea, quæ iustè emitur mille aureis, iustè locatur quinquaginta. Quo fit, vt sicut ad iudicandum iustum pretium aliarum rerum, standum est communi cuiusque regionis consuetudini, ita ad iudicandum, an pretium census iustum in vnaquaque regione sit attendendum ad communem consuetudinem, qua in ea census emi, & vendi consueuerunt; modò tamen non superueniat lex humana, quæ pretium taxet: nam tunc, nisi de illius iniquitate apertè constaret, illi esset standum.

Ad quintum neganda est maior, cùm enim homines non adeo de successoribus curent, præsertim si valdè distantes sint, vt de seipsis, præterea cum pensiones præsentes magis æstimentur, quàm quæ post longissimum tempus sunt futuræ, tum etiam quod eis de proximo frui, ac negotiari non possint, tum denique aliis de causis, vtique ius ad pensiones in infinitum, paulò plus valebit, quàm ius ad pensiones ad centum annos. Quo fit, vt in taxando pretio iusto pro iure ad pensiones in infinitum sine pacto de retrouendendo, locum habeat communis æstimatio sicut etiam in taxando pretio iusto prædiorum, quæ fructus in perpetuum afferre possunt, eadem communis æstimatio locum habet.

19. Ad sextum dicendum est, ea † omnia, quæ in argumento mala, atque absurda, reputantur, non minus immò plus, ex eo sequi, quod prædia emi iusto pretio possint ex iis, qui pecunia indigent. Qui enim pluribus abundant prædiis, viuere æquè possunt in otio, sudore, ac labore aliorum, ea illis locando atque illi in otio viuunt, qui multos habent census emptos.

Hic etiam, qui prædia vendunt, facilius ad paupertatem rediguntur, quàm qui census in eis vendunt præsertim si redimibiles sint. Quare sicut ob hæc non sequitur, emptionem prædiorum iusto pretio illicitam esse ita nec sequitur, illicitam esse censuum emptionem.

Cætera, quæ de Censu redimibili dici in hac disputatione poterant, commodius dicentur exponendo inferius Bullam Pij V.

Census ad certum annorum numerum tàm realis, quàm personalis, an licitus sit.

DISPVTATIO CCCLXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Census ad certum numerum annorum minori pretio, an licitus, & quando,* cum num. seq. *per totum.*

3 *Census realis perpetuus pro minori pretio, quàm latitudo pensionum licitus.*

4 *Census personalis si pereat cum persona, & bonis soluentis, quomodo pereat etiam emptori.*

5 *Pretium rei ex quibus iudicandum.*

QVoniam ex iis, quæ de Censu ad centum annorum numerum dicemus, sumenda argumenta sunt ad probandum, censum perpetuum personalem illicitum esse, idcirco, antequam

antequam examinemus hoc secundum, expendendum est, num † census ad certum numerum annorum, vt ad decem, viginti, aut triginta annos licitus minori pretio sit, quàm sit quantitas latitudinis totæ pensionum, quæ ex eo soluendæ sunt, verbi gratia, ematur ne licitè annua pensio viginti aureorum ad decem annos, minori pretio, quàm ducentis aureis, puta centum octoginta, aut centum nonaginta, idque non intercedente lucro cessante, aut damno emergente, ex parte emptoris, neque existentes iusto timore probabilitatéve, pensiones malè esse soluendas. 1. Quæst.

Conradus *de contractibus q.*80. affirmat, de rigore scholastico posse licitè emi tametsi subiungat, contractum habere speciem mali dissuadendúmque esse tanquam fiat. Ad eandem sententiam accedit Couarr. *3.var.resol.c.7.num.4.* subiungens, omnino prohibendum, explodendúmque esse eum contractum à Republica. In eadem sententia est Nauarr. *in comment.cap.*1.14.*q.*3.*num.*71. Id suadet Conradus.

Primò quoniam, si is contractus esset iniustus, sequeretur plus valere censum temporalem, quàm perpetuum æqualis pensionis non solùm redimibilem, sed etiam irredimibilem, maiorique pretio esse emendum, vt iustè ematur, quod tamen constat esse falsum. Sequela probatur, quoniam demus iustum pretium census perpetui irredimibilis esse ad rationem triginta pro vno. Tunc, si census ad certum annorum numerum non posset iustè emi minori pretio, quàm sit quantitas totius latitudinis pensionum, quæ ex eo percipiuntur, vtique census ad triginta quatuor annos, non posse iustè emi ad rationem triginta pro vno, sed insuper addendus esset valor quatuor pensionum, quæ vltra recipientur.

Secundò, quoniam, ad commoditatem, atque vsum humanum, plus valent centum aurei in promptu, atque præsentes, quàm centum soluendi per partes ad decem, aut triginta annos: ergo centum aurei, soluendi per annuas pensiones, iustè emuntur minori pretio statim soluto, quàm sit quantitas centum aureorum.

Tertiò, quoniam in aliis censibus valor eorum non æstimatur secundum quantitatem percipiendarum pensionum: alioquin qui censum emit, recipere non posset plures pensiones, quàm quæ pretium datum æquarent, quòd tamen constat esse falsum: sit ergo, vt neque in censu ad certum annorum numerum, valor census æstimari debeat ad æqualitatem cum percipiendarum pensionum quantitate.

In contrarium sententia est Gabr. *in 4.dist.*15. *q.*12. *concl.*3. Censum videlicet ad certum annorum numerum, non posse iustè emi pretio minori, quàm sit latitudo collectionis pensionum, nisi ratione periculi, cui census subiaceat aut ratione alterius similis rei quæ valeat decrementum illud in pretio: in eandem sententiam sunt, Ioann. Medin. *de vsur.q.*3. *de Censibus,* & Sotus 6. *de iust. qu.*5. *art.*2. ad secundum: tametsi hi duo autores aliquantulum trepident propter argumenta Conradi, maximè propter primum.

Illud admonuerim, tam hos autores, quàm Conradum, & Conar. indistinctè loqui de censu ad certum numerum annorum siue personalis sit, siue realis, eandem de vtroque existimantes esse rationem. Vtrúmque etiam improbat Panorm. *in suis qq. quæst.*5. *col.penul.* Nauarr. verò, & alij qui negant licitum esse censum personalem perpetuum longè magis negare debebant, licitum esse eundem censum ad certum annorum numerum minori pretio, quàm sit latitudo pensionum, vt tamen dictum est, Nauarr. licitum eum esse conceditur.

Nostra † verò prima conclusio est. Illicitus, atque iniustus est Census personalis, ad certum annorum numerum pretio minori, quàm sit latitudo quantitatis pensionum, nisi adsit lucrum cessans, aut damnum emergens, vel census periculo solutionis subiaceat, vel ex alio simili capite iustè minuatur de pretio. 2.

Neque tunc potest iustè plus minui quàm medietatur caput, ex quo minuitur. Neque item minui potest ratione lucri cessantis, aut damni emergentis, vel etiam ratione periculi; nisi deducendo id in pactum, hoc est, exprimendo, quod ea de causa minuatur de pretio alioquin iusto, aut nisi intelligatur, vendentem censum ea de re esse contentum.

Conclusio hæc quoad limitationes omnes, quibus arctata est liquet ex dictis *disputat.*361. & aliàs sæpè *in materia de vsura, & de emptione, & venditione.* Quoad id verò, quod præcipuè continet, & de quo est modò controuersia, quamuis satis perspicua etiam sit ex dictis eadem disputatione, vbi efficaciter ostendimus, ius & obligationem personalem ad rem aliquam in futurum soluendam, non minus valere, quàm res ipsa tempore, quo soluetur valeat, eáque de causa obligationem restituendi consurgere, si minori pretio ematur. Probari etiam potest.

Primò, quoniam si emptio iuris percipiendi viginti aureos singulis annis vsque ad decem iustè fieret centum octoginta, aut centum nonaginta aureis, licitus etiam esset hic contractus, accipe nunc centum octoginta, aut centum nonaginta aureos, & in fine decennij restitues mihi ducentos simul consequens autem continet apertam vsuram, ergo, & antecedens.

Sequela manifesta est. Tum qui ad rationem mutui, atque vsuræ ex illo, nihil refert quod mutuatario iniungatur solutionem mutui cum incremento fieri simul, aut successiuè per partes. Tum etiam quoniam in eo, quod annuæ pensiones solui concedantur simul in fine decennij gratia est, quæ mutuatio sit non grauamen; quandoquidem illi quasi mutuo conceduntur vsque ad finem decennij: ergo, si in consequenti vsura cernitur, etiam cernetur in antecedente. Idem argumentum confici potest, si census ematur ad viginti triginta, aut quadraginta annos, pretio minori, quàm sit latitudo omnium pensionum. Atque ex eodem argumento constat quamuis, dum talis census emitur, ius ematur ad annuas pensiones, intercedere tamen vsuram: quia virtute pretium datur pro mutuo, vt per partes reddatur cum incremento ratione expectationis solutionis. Non secus ac quando aliquid certo venditur maiori pretio, quàm res pecunia statim numerata valeat, vsura intercedit, quia perinde est, ac si pretium quod soluendum erat statim, relinqueretur mutuo emptori, vt in futurum cum incremento restitueretur. Secundò si quis, id quod ad summum valet centum octoginta pecunia statim numerata, vendat credito ducentis soluendis per partes intra decennium, committit vsuram, vt ex se liquet, nisi contractus ex lucro cessante, aut ex alio simili capite, iustificetur: ergo pari ratione, si dent pecuniam, vt illam per partes cum eodem incremento recipiat, vsuram committet. Tertiò, si tibi idem ducentos aureos,

interimque dum illos non soluis, accipiam à te pignus reddens quotannis viginti aureos fructuum, qui computandi non sint in sortem contractus est vsurarius perceptisque inde ducentis aureis decennio, debeo illis esse contentus pro toto debito, neque vlterius possum quicquam, vel fructuum, vel capitalis, accipere absque vitio vsuræ, vt habetur *cap. 1. & 2. de vsur. cap. cum contra, & cap. significasti, de pign. & dist.* 320. explanatum est, sed perinde est deducere in pactum vt pro ducentis aureis mihi quotannis vsque ad decennium soluas viginti aureos, ac deducere in pactum, vt percipiam illos ex fructibus pignoris, ergo census personalis pro minori pretio quàm sit latitudo pensionum, illicitus est ac vsurarius.

3. Secunda conclusio. Sicut † licitus est Census realis perpetuus pro minori pretio quàm sit latitudo pensionum quæ percipi sperantur; nihil impediente, quod res, in qua census collocatur securissima sit, vt ingens sylua ad pastum, aut aliud simile, quoddam multum quotannis securè reddat: ita licitus ex natura rei est census realis ad certum numerum annorum pro minori pretio, quàm sit latitudo pensionum, quæ recipi sperantur.

Si tamen Census esset ad paucos annos, vt ad quinque, octo, aut decem, prohibendus esset ob periculum ea via palliandi vsuras, aut emendi eos census multò minori pretio, quàm valeant: præsertim quando census esset pecuniarius, in quo valor pensionum in indiuisibili consistit. Prior pars ex discretione, quod est inter censum realem ad certum numerum annorum, & censum personalem.

In censu enim personali immediatè emitur ius, & debitum personale ad pensiones materialiter sumptas in futurum soluendas quod in valore æquatur quantitati pensionum, *vt hac, & disput.* 361. ostensum est, in Censu verò reali emitur pars iuris in re, seu dominij plenissimi rei, dependenter ab ipsamet re: quare non emuntur pensiones, nisi vt sunt in potentia rei, dependentérque ab ipsa re, ita quod periculum earum, vt sic, ad emptorem census spectat: eaque ratione minus valent, vt sunt sic in potentia, quam valeant in se tempore, quo percipiuntur. Sicut enim integrum rei dominium minus valet, quàm omnes fructus iam collecti, qui deductis expensis, ex ea re in perpetuum sperantur, & sicut pars iuris ad percipiendam ex ea re in perpetuum certam annuam pensionem minus valet; quàm pensiones in se iam perceptæ; quæ tamen tempore emptionis percipi in futurum sperantur, vt *disput. præcedente*, comprobatum est: ita pars minor eius iuris, videlicet ad percipiendas solum pensiones ad certum annorum numerum, minus valet, quàm pensiones ipsæ in se, quæ ex ea re, dependentésque ab illa, percipi sperantur.

4. Dices. Sicut pensiones Census realis pendent à periculo rei, in qua census collocatur: ita † pensiones Census personalis pendent à periculo personæ, in qua census est collocatus, & bonorum illius: si enim pereat à persona, in qua census est collocatus, & simul pereant bona illius, perit etiam census emptori. Primò respondetur, non ex eo solum censum realem minus valere, cæteris paribus, quàm personalem, quod pensiones census realis pendeant à periculo rei sed quod, vt sunt in potentia illius, & vt dependentes ab illa sunt percipiendæ, minus secundum communem æstimationem valeant, quàm ipsemet in se. Secundò respondetur minus esse periculum pensionum, quando solum pendent à periculo vnius rei, in qua census est collocatus quàm quando pendent à persona, & ab omnimoda de fructibus bonorum illius, quæ post mortem personæ obligata manent ad solutionem debitorum illius.

Adde in censu reali, si res, in qua census est collocatus, casu fortuito vno, aut pluribus annis fructus non ferat, non deberi eo anno, aut annis censum, quantum est ex natura contractus, nisi peculiare aliud pactum ei addatur, vt ex hactenus dictis de censu reali constat, dicetúrque infra explanando Bullam Pij V. huic autem periculo non subiacet census personalis. Tertiò respondetur, debitum personale dependere à conseruatione personæ, aut bonorum illius, nihil efficere ad hoc vt minus valeat debitum, quàm latitudo eius in se, quod debetur, nisi solum pro quantitate periculi ne eiusmodi debitum pereat: alioquin licitè per mutuo peti aliquid posset vltra sortem: quandoquidem mutui debitum à conseruatione personæ, & bonorum debitoris pendet, vnde sequeretur licitam esse vsuram quod est hæreticum.

Deinde eadem pars conclusionis probatur argumento primo, quo Conradi opinio est confirmata, quod in censu reali ad certum annorum numerum, comparatione census realis perpetui, omnino conuincit vimque illius satis agnouerunt, ac confitentur Medina, Sotus, & Couar. *locis citatis.* Posterior verò pars conclusionis satis ex se liquet, communisque est inter Doctores.

Ad primum argumentum contrariæ opinionis dicendum est, sufficienter probare institutum de censu reali ad certum annorum numerum, vt dictum est: non verò de censu personali. Quoniam, vt *disput. sequent.* dicetur, nec census personalis perpetuus licitus est pretio finito, nisi id iustificetur ex aliquo è capitibus, ex quibus censum personalem ad certum numerum annorum diximus iustificari posse pro minori pretio quàm sit latitudo pensionum, quæ percipi sperantur, argumentum autem supponit contrarium esse verum.

Ad secundum dicendum est, quamuis centum aureos præsentes plus valeant vtenti illis ad negotiandum, quàm totidem futuri; non tamen valere plus in se, neque item in se esse fructiferos: dans autem centum aureos in præsenti, vendere non potest ei, qui illos accipit, industriam, quam accipiens est appositurus, ac proinde, neque vendere illi potest fructum, seu lucrum, quod illis potest comparare, vt *disput.* 304. & aliàs sæpè dictum est.

Adde, pretium † rei iudicandum esse ex valore rei in se, non verò ex commoditate quam res ementi in particulari est allatura, vt in materia *de empt. & vend. visum est.* Licitè tamen is, qui vendit, accipere potest, pretium, pro commoditate, quam res sibi erat allatura, &. quia se priuat, vt eam alteri tradat, modo tamen in gratiam accipientis se ea priuet, deducátque in pactum valorem commoditatis illius. 5.

Atque ea de causa, si dans centum in præsenti, priuet se, idcirco lucro aliquo deducere in pactum potest tale lucrum cessans, aliquidque potest pro illo accipere. Quo loco obserua, si Conradi argumentum illam vim haberet, probare etiam licitam esse vsuram. Quoniam plus valerent centum, quę mutuo dantur in præsenti, quàm totidem

soluenda in futurum, eáque de causa licitè posset accipi pro mutuo aliquid vltra sortem.

Ad tertium dicendum est antecedens esse verum de censu reali perpetuo, non verò de personali, vt dictum est, & disputatione sequente ostenderur : quare consequentia eius argumenti est optima si in consequenti sermo sit de censu reali ad certum numerum annorum non verò si sit sermo de simili censu personali.

Licitanè sit emptio Census personalis peremptus.

DISPVTATIO CCCLXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio Census personalis perpetui, quomodo licita cum* n. 6. 7. & seq.
2 *Census personalis potest licitè lege statui, &* n. 12.
3 *Decimæ, personales sunt de iure, licèt de consuetudine non soluantur, nisi in aliquibus locis.*
4 *Census realis quando in aliquo prædio constituitur, simul resultat obligatio merè personalis ad eum soluendum pro se, & successoribus suis.*
5 *Persona libera in pignus dari non potest, constituendo in illa ius reale, ita vt vendi, aut in seruitutem redigi ob debitum possit.*
6 *Census merè personalis ex natura rei constitui potest super personam.*
7 *Census personalis perpetuus pro minori pretio quàm sit quantitas pensionum ex quibus capitibus iustificari possit, vt sit licitus.*
8 *Censu reali in aliquo prædio constituto, ad quos effectus potest adhiberi hypotheca aliorum bonorum.*
9 *Contractus mixtus ex censu reali, & personali, quis dicatur.*
10 *Census venditio an iusta sit, quid attendendum.*
11 *Census obligatio vna cum re expirat, ipsa re peremptа.*
12 *Census personalis quando emptori perire dicatur.*

1. SErmo est de Censu perpetuo, siue merè personalis sit, siue adiunctam habeat hypothecam ad census solutionisque illius securitatem, & siue redimibilis sit, siue irredimibilis.

Partem † affirmantem etiam quando Census est pecuniarius, ac merè personalis amplectuntur Conrad. *de contract. q. 74. 75. & 79.* Ioan. Medin. *de vsur. quæst. 1. de Censib.* Sotus *de iust. q. 5. art. 1. concl. 4.* Couarr. *3. var. resol. c. 7. num. 5.* Maior. *in 4. dist. 15. quæst. 44. in vltimis verbis quæstionis*; Gabr. *ibidem, qu. 12. concl. 1. & quidem alij.* Immò ex Doctorib. qui à Nauarr. pro contraria sententia afferuntur, multi non negant licitum esse censum personalem in sensu, in quo authores proximè citati licitum esse affirmant.

Authores quippè citati, non in eo sensu affirmant licitum esse, constituique posse in persona, quasi emptor census comparet ius in re super personam, quæ censum vendit, eo modo quo emptor census realis comparat ius in re, comparatione prædij, in quo is census collocatur, quasi deficientibus bonis, vnde persona, quæ censum personalem vendidit, annuam pensionem soluat, possit venditor redigere in seruitutem personam illam, aut eam cogere, vt pro valore annuæ pensionis ad tempus seruiat, sed in eo sensu arbitrantur posse licitè constitui in persona, quod persona pro pecunia quam in pretium accipiat, possit se obligare ad annuam pensionem eo modo quo qui rem aliquam credito emit, manet obligatus ad pretij solutionem, & quo aliis contractibus assueuerunt homines se obligare ad aliqua, ordo indè iure ad id, ad quod se obligant, in eo, cui se obligant, ratione cuius iuris competit creditoris personalis actio, non realis.

Quia verò eiusmodi actiones, & obligationes transeunt, tàm actiuè, quàm passiuè, ad hæredes eo ipso, quod hæreditatem adeunt; consequens est, vt personalis census ea ratione durare in perpetuum possit. Si tamen extingueretur persona, quæ censum debet, nec relinqueret sufficientia bona, eaque de causa nullus cum tanto onere esse vellet hæres illius, tunc eo ipso expiraret census solúmque ad eum manerent obligata, si quæ bona defunctus relinqueret, sicut & ad reliqua eiusdem defuncti debita.

Potrò ex iis, quos Nauarr. pro sua sententia citat, Panor. *in suis qq. q. 5 col. pen. versic. aut quærimus, & vers. seq.* apertè affirmat, licitum esse censum personalem perpetuum in censu proximè explicato; & fortè alij ex iis, quos Nauar. & Couar. pro eadem sententia citant, id non negant, si attentè legantur.

Hi Doctores suam sententiam probant. Primò, quoniam homo capax est obligationis personalis in censu explicato, eo modo quo potest se obligare personaliter ad pretium pro re, quam creditor emit, & ad similia alia, vt ex se est notissimum, & sicut potest titulo donationis se eo modo ad censum obligare, promittendo annuam pensionem in dotem orphanæ mulieris, aut in subsidium hospitalis atque sicut is cui promittitur potest ius illud, titulo donationis comparatum, iusto pretio vendere : ita is qui se obligauit, potuit à principio inducere in se obligationem illam pro pretio iusto quod est vendere censum personalem.

Secundò, licitè personalis † census potest lege statui. Lege quippe ecclesiastica decimæ, etiam personales, quas iura vocant, persoluuntur, vt ex comparatis artificio, aut negotiatione, militia, & aliis rebus similibus, *vt patet, c. 10. 16. q. 1. cap. Apostolicæ, c. non est, & cap. pastoralis, de decim.* quæ consuetudo ex parte persenerat in aliquibus Ecclesiis. Immò famuli ex stipendio, quod pro suo seruitio, quotannis accipiunt decimas in aliquibus Ecclesiis soluunt, idque hodie seruatur in aliquibus oppidis huius Conchensis Episcopatus. In lege etiam veteri personales decimæ solui videbantur, vt *Deuter. 12.* innuitur. Item *2. Esdræ cap. 10.* fideles constituerunt annuum redditum tertiæ partis sicli per singula capita ad ministeria templi, qui erat census personalis. Principes etiam sæculares iusta de causa inducere possunt personale tributum quotannis soluendum, quod erit personalis census. Atque hunc censum aiunt Doct. Cæsarem Augustum induxisse, Lucæ 2. ergo pari ratione poterit quis vendere similem censum personalem quotannis soluendum ex iis, quæ suis operibus, atque industria comparauerit, aut ex aliis bonis, quæ ad ipsum quoquomodo peruenerint. Couarr. & Sotus *locis citatis* idem vlterius confirmant. Quoniam, inquiunt, quando realis † census in prædio aliquo designato constituitur, simul resultat obligatio merè personalis pro se, & successoribus suis in persona vendentis censum ad eum soluendum est omnino pereat res, in qua census est collocatus : ergo potuit empror

census à principio emere solùm obligationem illam absque obligatione reali prædij in quo census fuit constitutus : cum ergo obligatio illa, ac ius ad ita exigendum à persona annuum redditum, sit census personalis : consequens est, vt personalis census licitè emi, constituique possit.

Primum antecedens probant hi authores ex *extrauagantibus*. Martini V. & Calixti III. dum in eis dicitur vendentes census reales super aliqua prædia cum pacto de retrouendendo, nunquam cogi posse ad redimendum censum, etiamsi perirent prædia super quæ census erant collocati.

Hinc colligunt, destructis prædiis, in quibus census erant collocati, adhuc remanere obligationem in personis, quæ census vendiderunt, ad illos soluendos : alioquin opus non erat dici, cogi non posse ad redemptionem censuum, qui omninò iam essent extincti. Item, si destructis prædiis non remaneret obligatio ad soluendum censum, id explicassent extrauagantes illæ : sicut explicarunt, non posse cogi venditorem census ad illius redemptionem.

Hinc Sotus, & Couarr. cum Carolo Molinæo volunt, quando census in aliquo prædio collocatur, prædium illud se habere solum, vt hypothecam ad census securitatem, ita quod census à prædio non pendeat, sed resultet obligatio personalis in vendente censum ad illius solutionem destructo prædio, esto id in contractu non exprimatur : modò tamen contrarium non exprimatur ac deducatur in pactum. Volunt tamen Couar. & alij, hypothecam hanc esse irregularem, & extraordinarium.

Quia verò ea omnia copiosè à nobis *disp.* 383. relata; atque impugnata sunt, opus non erit hoc loco plura adiicere, solum admonuerim, Sotum *quæstion. art.* 2. ad primum asserere, obligationem personalem quæ ex censu reali in persona eum vendentis resultat ad censum soluendum, esto prædium destruatur, non transire ad hæredes vendentis, eáque de causa censum expirare, si prædium post mortem vendentis censum pereat.

Non tamen video rationem cur, si ea obligatio personalis in persona vendentis censum resultauit, ad hæredes non transeat, sicut transeunt cæteræ, quæ aliis contractus resultant : quare parum sibi ea in re constans Sotus, contrariúmque affirmant Couar. & alij, qui in eadem sunt opinione.

Communior tamen Doctorum sententia est, censum personalem illicitum esse, etiam si merè personalis non sit, sed subnixus hypothecæ ad ipsius securitatem. Eam amplectuntur plurimi, quos referunt, ac sequuntur. Nauar. *in com. c.* 1. 14. *qu.* 3. *num.* 81. *in postrema editione*. Aluar. Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *num.* 10. Greg. Lop. *l.* 28. *tit.* 8. *part.* 5. Lassar. *de decim. vendit. cap.* 10. *à num.* 15. & Gutier. 2. *de pract. qq. q.* 177.

Id verò probant. Primò, quoniam Martin. V. & Calixt. III. solùm approbant census, qui collocantur in prædiis, aut aliis rebus fructiferis, ita quod eis pereuntibus pereat census, neque venditor census maneat deinceps ad eum obligatus : ergo illicitus est personalis census.

Secundò, quoniam ciuili lege cautum est, vt
5. † persona libera in pignus dari non possit, constituendo in illa ius reale, ita vt vendi ob debitum possit, aut in seruiturem redigi, aut cogi ea de causa seruire, quin potius, si quis liberam personam in pignus accipiat amittit debitum, ac incidit in alias pœnas pecuniarias, & corporis, vt constat, *l. ob æs alienum, iuncta authentica sequenti. C. de action. & obligation. l. qui filios, C. qua res pign. oblig. l. vlt. & eod. tit. & authent. vt null. iudicium*, §. *quis verò, iuncto capit.* 2. *de pignori.* ergo longè maiori cum ratione constitui non poterit census in persona libera.

Tertiò, de natura emptionis est, vt perfecto contractu, periculum rei emptæ ad emptorem spectent; vt *disput.* 366. visum est : si autem census in persona constituatur, & non in bonis aliquibus determinatis, periculum census nunquam ad emptorem spectabit; quia semper persona vendentis, atque hæredum ipsius, obligata manebit ad census solutionem : ergo iniqua est emptio census personalis, vtpotè cum emptionis natura repugnans.

Quid de hac re sentiam, paucis explanabo. In primis † censeo, dubitandum non esse, hominem capacem esse census omnino personalis, atque adeo censum merè personalem ex natura ipsa rei constitui posse super personam, ita quod ad eum censum sola personalis actio competat. Quod si ita ex natura rei constitui potest constitui etiam poterit sub nixus hypothecæ quorundam aut omnium bonorum eiusdem personæ, aut alterius. Atque hoc sufficienter probant argumenta propriori sententia proposita. 6.

Quod verò difficultatem continet, est, an licitè emi possit minori pretio, quàm sit latitudo pensionum omnium, quæ ex illo percipi sperantur, & ad quas ius eo comparatur, quando non interuenit lucrum cessans, aut damnum emergens, ementis censum, neque periculum timetur, quod pensiones non soluantur sine sumptibus, & difficultatibus, neque aliud simile, vnde licitè minui posset de pretio alioquin iusto; quemadmodum census realis, nullo eorum capitum intefuenien-te, licitè emitur minori pretio, quàm sit latitudo pensionum, quæ ex ipso percipiendæ sperantur, vt duabus disputationibus præcedentibus ostensum est. Ac sanè mihi nullam difficultatem ingerunt rationes pro opinione posteriori adductæ, quæ, vt videbimus, minimo negotio soluuntur.

Quod autem difficultatem mihi facit, est, emptione personalis census non aliud emi, quàm personale debitum soluendi aliquid successiuè in futurum, & personale ius ad id exigendum, ac recipiendum, vt autem *disput.* 366. *ac disputatione præcedente* ostensum est, debitum personalem in futurum, insve ad illud recipiendum, non minus valet, si nullum timeatur periculum, quàm res ipsa in se; quæ debetur, vt ius ad recipiendum hinc ad annum, vel ad duos, aut tres, vel plures annos quinquaginta, valet quinquaginta : quare sicut census personalis recipiendi ad paucos annos certam annuam pensionem; non potest emi iustè minori pretio, quàm sit latitudo omnium pensionum, vt disputatione præcedente satis dilucidè ostendimus ita personalis census perpetuus, siue is redimibilis, siue irredimibilis, sit, nunquam iustè emi poterit pretio finito, eo quod semper eo minus debitum personale ematur, quàm sit pretium, quod pro eo datur : quæ tamen non habent similiter locum in censu reali, vt duabus disputationibus præcedentibus explanatum, comprobatúmque est.

Cùm autem hoc sit præcipuum fundamentum, vnde census personalis condemnandus sit tanquam illicitus, & vsurarius, siue perpetuus sit siue ad certum numerum annorum, pro minori pretio, quàm sit latitudo pensionum, Nauar. verò,

vt

vt disput. 361. visum est, affirmet debitum in futurum licitè emi posse minori pretio statim soluto, quàm sit quantitas debiti, idque esto nullum inde lucrum ementi cesset, aut damnum emergat, & esto nullum periculum, aut molestia, in solutione timeatur, sanè non video qua ratione defendere valeat, censum merè personalem, etiam ad certum numerum annorum, pro minori pretio, quàm sit latitudo pensionum, illicitum, iniustúmque esse, aut qua ratione sibi ipsi constat.

Hanc ergo statuamus conclusionem. Census † personalis perpetuus pro minori pretio, quàm sit quantitas pensionum, quæ in infinitum percipi sperantur, non ex aliis capitibus iustificari potest, quàm ex iis, ex quibus disputatione præcedente dictum est, iustificari posse similem personalem censum ad certum numerum annorum. Nempe ex periculis, quibus pensiones in infinitum recipiendæ subiacent, ex lucro ementi cessante, aut damno emergente, & ex aliis similibus eo addito, quod is, qui censum emit, non est potiturus illis in infinitum sed successores in bonis ipsius. Quare eiusmodi personalis census perpetuus, quantum est ex se, & ea pretio etiam cum hypothecis, quibus ad securitatem emi consuevit, ex natura rei mihi videtur iniustus, ac vsurarius, eaque de causa nunquam antea definitus iustus à Summis Pontificibus, immo merito hodie à Pio V. in Bulla de creandis censibus prohibitus. Tales tamen interuenire possent circunstantiæ, vt propter illas quantum est ex natura rei reddi posset licitus.

Si enim quis emere vellet possessiones, quæ in perpetuum ei parerent annuos reditus æquè securos, aut emere vellet censum realem perpetuum in magnam, ac securam possessionem alterius, atque alius ab eo peteret, vt potius in gratiam ipsius ab eo emeret annuum censum personalem similiter perpetuum, credo tunc ex natura rei licitè id ex capite lucri cessantis posse fieri: quoniam tantundem ipsi valerent possessiones ac census realis, quæ emere volebat, & tantundem, ac tàm securè, illi quotannis redderent, quantùm ex eo censu personali sperat: vnusquisque autem licitè potest alteri vendere commoditatem suam, quam in eiusdem gratiam amittit, emendo ab illo propter eam commoditatem, quam amittit rem minori pretio, quàm alioquin ipse valeat, vt ex dictis in materia de emptione & venditione liquet.

Item tantum esse posset pretium finitum pro censu personali perpetuo, vt habita ratione lucri ex eo cessantis quod æqualis quantitas longissimo tempore non perueniet ex pensionibus ad manus ementis, qua in discursu temporis verisimiliter empturus erat prædia, aut negotiaturus, si eum censum non emisset tantúmque extenuari potest valor pensionum, quæ ex eodem censu post longissimum tempus sperantur tum quod illius non potietur, emptor census, sed successores remoti ipsius, tum etiam quod tempore longissimo multis subiacent periculis, vt emptio perpetui census personalis iusta esset pretio finito, attenta conditione mentis censum, attentis cæteris circunstantiis concurrentibus.

Verum tamen tunc dico, licitum quoque esse mutuum æqualis quantitatis pecuniæ soluendæ per partes in futurum cum toto eo excessit quoniam excessus ille, syncategorematicè infinitus, iustè acciperetur tunc pro lucro ex eo cessante, quod pecunia illa mutuo eo modo daretur, & pro periculis, quibus subiaceret soluenda ita per partes in infinitum. Quia tamen personales census non solent ita iustificari, iure optimo eorum emptio prohibita, irrita quæ facta à Pio V. vsurariúsque est pronunciatus is contractus. Atque, vt summatim dicam, non secus iudicandum est de emptione census personalis quàm si pretium mutuo daretur, soluendum eo modo per partes quo in censu soluitur.

Præcipuum, quod in hac conclusione asseritur, eisdem ferè rationibus probari potest, quibus similis conclusio de censu personali ad certum numerum annorum disputatione præcedente probata est. Primò, quoniam reuera, quod eo censu emitur est ius, ac debitum personale ad certam pecuniæ, aut fructuum quantitatem successiuè in futurum soluendam debitum autem personale soluendum in futurum tantum valet, quantum res ipsa tempore, quo est soluenda, nisi ex periculis, lucro cessante, aut ex alio simili capite minuatur illius valor, vt *disp.* 361. probatum est. Secundò, quoniam si licitus esset census personalis perpetuus ad rationem triginta pro vno, licitus etiam esset hic contractus, accipe mutuo triginta ea lege, vt in fine triginta annorum ea mihi integra restituas, & insuper renearis mihi soluere in perpetuum vnum quotannis in quo tamen manifestè cernitur vsura, nisi ex capite lucri cessantis aut ex alio, contractus excusetur. Sequela probatur, quoniam ad rationem mutui nihil refert, quod triginta, quæ nunc dantur soluenda iniungantur per partes vsque ad triginta annos, aut quod iniungantur soluenda simul in fine triginta annorum. Et quoniam gratia in ea sit, quod pensiones, quæ singulis annis erant soluendæ, solui concedantur in fine triginta annorum.

Tertiò quoniam si census, de quo disputamus, licitus esset, licitum quoque esset vendere credito, quod valet solum triginta pecunia numerata, pro triginta soluendis hinc ad triginta annos, & insuper pro vno soluendo deinceps in perpetuum, vt disput. præcedente in personali censu ad certum numerum annorum fusius deductum est: Item quoniam nefas est, pro triginta datis accipere plures fructus ex pignore intra triginta, aut quadraginta annos, quàm qui adæquent valorem triginta; ergo nefas est pacisci, vt plures soluantur pensiones, quam quæ in valore adæquent triginta, vt ibidem latius deductum est. Quartò, quoniam, si licitus esset census personalis perpetuus, sequeretur, vel esse licitum censum personalem ad certum annorum numerum pro minori pretio, quàm sit quantitas pensionum, quæ ex illo percipientur, vel æqualiter, immo plus valere censum personalem ad certum numerum annorum, quàm personalem censum perpetuum æqualis pensionis; vt euidenter demonstrat primum argumentum pro opinione Contadi disputatione præcedente propositum, quod merito tantopere Medinam, ac Sotum mouit ad trepidandum, ac licita esset emptio census personalis ad certum numerum annorum pro minori pretio, quàm esset quantitas pensionum, & quod Conradum, & *Conart.* asserere coëgit, licitam in rigore, atque ex natura rei esse, posita eorundem autorum sententia, quod personalis census perpetuus licitus esset: cum ergo ostensum sit, illiciram esse eam census personalis ad certum numerum annorum emptionem, consequens profectò est, vt concedendum etiam sit illicitam esse emptionem personalis census perpetui pro finito pretio eo modo, quo fieri consueuit. Fauent præterea huic nostræ sententiæ exi-

trauagantes Martini V. & Calixti III. Quamuis enim in illis non definiatur, illicitum esse censum personalem perpetuum, nisi tamen censum perpetuum collocari in possessione aliqua seu prædio, quo perueniente, census emptori periret, faceret maximè ad eum iustificandum, sed æquè iustus esset census personalis perpetuus, certè non tam accuratè in illis extrauagantibus fieret mentio, censum, de quo erat illa controuersia, collocari in certo prædio, neque sapientissimi illi Pontifices adeò conditioni illi insisterent. Extrauagans autem Pij V. nostram sententiam apertè statuit, pronuncians census omnes personales fœnerationes, ac nullos, deinceps esse habendos: propter illosque apposuisse videtur verba illa initio illius extrauagantis. *Cùm onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari Censuum contractus, qui nedum non continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiam, quod deterius est, contrariis omnino pactionibus propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt, &c.*

8. Illud obserua, etiam hodie in locis, in quibus Bullâ Pij V. sit recepta, constituto † censu reali in aliquo prædio, aut prædiis determinatis, posse adhiberi hypotheca aliorum bonorum, ad duos effectus. Vnus est, quod prædium, in quo census est collocatus, cuincatur vel dum est in potestate venditoris census, vel postquam transierit ad alium possessorem, venditor soluat interesse, hoc est, valorem census, & interesse, lucri cessantis, ac damna sequuta: Ita Nauar. *in comment. cap. 1. 14. quæst. 3. num. 77.* Alter, quod, interim dum census non fuerit extinctus, saltem destructo prædio, in quo sit collocatus, pensio soluatur.

Cùm autem prædium ipsum, in quo census est collocatus, sufficiens hypotheca si ob solam pensionem soluendam, sanè superflua est quæcunque alia ad hunc secundum effectum.

9. Illud deinde obserua, si in emptione † census realis in aliquo prædio deducatur simul in pactum, quod prædio destructo, venditor census teneatur adhuc ad solutionem pensionis, tunc contractus erit mixtus ex censu reali, & personali, aut potius ex contractu realis census, & ex contractu assecurationis. Quatenus autem is contractus esset census realis, onus census transire in tertium possessorem vna cum re, in qua collocatus est census, illúmque solum posset cogere dominus census ad solutionem pensionum, interim dum prædium integrum perseuerat, atque ad recognoscendum censum.

Quatenus verò in eo contractu admisceretur illa alia personalis obligatio assecurationis census in euentu, quod destrueretur prædium, posset, destructo prædio, cogere venditorem census, hæredésque illius vt soluerent pensionem, & non in alio euentu: atque huic oneri subiectæ essent hypothecæ, si quæ, vltra prædium, datæ fuissent à venditore census in assecurationem contractus. Semper autem consulendæ essent clausulæ appositæ in contractu, vt ex eis intelligatur, quantum onus super se induxerit venditor census, vltra censum realem, neque plus ex illis censendus est obligatus, quàm illæ sonant.

10. Vt verò intelligatur, an † contractus cum eo onere ex natura rei sit iustus, attendendum est, vtrum pretium pro censu datum commensuratum sit cum censu ipso reali præcisè spectato, & cum eo assecurationis onere. Hodie verò, vbi Bulla Pij V. ea in parte recepta erit, nullæ sunt eiusmodi omnes clausulæ, quin potius contractus præsumptione iuris, & de iure, vsurarius censetur, si post eam bullam sit eo modo celebratus. Quod si contractus celebratus esset cum onere, quod in quocunque euentu, etiam perseuerante integro prædio, in quo census est collocatus, venditor census ad solutionem pensionum teneretur, tunc contractus esset mixtus ex censu reali, & personali simul, ac proinde, quatenus censum personalem haberet admixtum, cogere emptor census indifferenter posset ad soluendas pensiones, tum census venditorem, & hæredes illius, tum etiam tertium possessorem, vt Couarr. Carolus Molinæus & Sotus dicebant. Hæc tamen hodie non haberent locum vbi Bulla Pij V. recepta fuerit. Vbi verò recepta non fuerit, videndum est vtrum pretium pro illo censu reali datum, æquale sit comparatione, tum census realis, tum etiam oneris illius personalis simul impositi venditori census. Quod si æquale prudentis arbitrio comperiatur, non videtur damnandus contractus ex natura rei: eo quod principaliter sit census realis, cum subsidio illius alterius oneris, in maiorem securitatem erentis: quod sanè subsidium, cùm non sit, vt venditor de suo teneatur soluere pensiones vltra reditus prædij, eueniétque rarò, vt de suo insuper illas soluat, modico pretio erit æstimabile, ac proinde contractus cum eo onere poterit ex natura rei esse iustus. Authores proximè citati arbitrati sunt, contractus omnes census realis censeri emi, ac vendi cum eo onere, esto id non exprimatur in contractu, modò tamen contrarium expressè non statuatur. Id tamen falsum est, ac liberè, sine vllo solido fundamento, affirmatum: quippe contrarium ex se habeat contractus census realis, vt hac, & disputationibus præcedentibus explanatum, comprobatúmque est, affirmárque communis Doctorum sententia.

Ex hactenus dictis intelligetur facilè, immeritò Sotum vbi supra arguere Ioann. Medinam inconstantiæ, quod, cum *quæstione 1. de censibus* asseruerit, censum constitui non posse, nisi in re fructifera, cuius fructus annuam excedant pensionem, asseruerit postea, licitum esse censum personalem. Si enim ait Sotus, licitus est census merè personalis, licitè etiam constitui poterit census in re, cuius fructus non attingant valorem annuæ pensionis, manente in venditore census obligatione ad reliquum annuæ pensionis. Dicendum tamen est, Medinam solum negare, constitui posse censum merè realem in re infructifera, aut cuius fructus minores sint, quàm pensio soluenda. Confitetur tamen, posse in ea re constitui censum mixtum ex reali, & personali, vt illa eadem quæstione pollicetur se explanaturum postea, réque ipsa explanauit in fine quæstionis vltimæ de Censibus.

Superest vt respondeamus ad argumenta vtriusque opinionis supra propositæ, quatenus cum nostra pugnare videri alicui poterunt.

Ad primum, & secundum pro opinione Conradi, & aliorum, dicendum est, probare quidem hominem capacem esse obligationis census personalis: non verò probare, iustè posse emi personalem censum perpetuum pro pretio finito, nisi contractus ex aliquo è capitibus explicatis licitus reddatur, contra id, quod ex sua natura habet.

Ad tertium Couarr. & Soti, negandum est antecedens, vt ex dictis hac, & duabus præcedenti-

bus

bus disputationibus iunctis iis quæ *disput.* 383. dicta sunt satis liquet. Ad probationem dicendum est, verba illa haberi in narratione ante definitionem, appositáque esse tanquam alleuiantia onus ex parte venditorum census, atque iustificatiua contractus, in eóque censu dictum esse, vendentem censum realem non posse cogi illum redimere, etiam destructa re, in qua est collocatus, quoniam ea destructa, perit census, expirátque obligatio, quæ antea erat quare ex illis verbis sequitur contrarium eius, quod Couarruu. & Sotus inferuut. Ex ipsis † verò extrauagantibus satis perspicuum est, pereunte re, in qua census realis est collocatus, non remanere obligationem ad soluendum censum, idémque dilucidius definiuit postea Pius V. Cùm verò census, de quibus sermo est, in illis extrauagantibus in Germania celebrarentur, vt ex eisdem extrauagantibus constet, sanè, si tales essent, quales Sotus, Couarru. & Carolus Molinens, esse affirmant, id non latuisset Conradum Germanum: qui tamen, tanquam rem à nemine in dubium vocatam, affirmat, eos cum re, in qua sunt collocati, expirare. 11.

Ad primum verò Nauarri, & aliorum, dicendum est nullam vim habere. Quoniam licèt in illis extrauagantibus non approbentur census personales, neque etiam illis reprobantur.

Ad secundum dicendum est, solum probare, ex † disputatione iuris humani non posse ita constitui censum in persona libera, quasi censum comparet ius in re persona libera, vt possit illam vendere aut in seruitutem redigere pro solutione census, & quasi census sit realis, eo modo collocatus in persona, quo in persona mancipij comparati potest ius reale, & dominium: non verò probare, in eo censu posse esse censum personalem, quod persona cum vendens maneat ad illum obligata personali solum obligatione, siue simul subiiciat hypothecæ, in securitatem eiusdem census, alia sua bona, siue non. Addo, in aliquibus euentibus posse hominem redigere in securitatem, vt in materia de mancipiis supra explicatum est, in eisdem vero euentibus affirmant, glossæ, & Doctores, posse in personam constitui obligationem realem ad aliquid soluendum. 12.

Ad tertium dici primò potest, periculum rei emptæ nunquam pertinere ad emptorem, nisi † quando res empta perit, censum autem personalem nunquam, quoad obligationem personalem vendentis perire, nisi vendens pereat, & omnia bona illius, quæ defuncti loco, subiacent obligationibus omnibus personalibus defuncti, eáque de causa non prius censum personalem perire emptori, quam prædicta omnia pereant. Dici secundò potest quamuis id sit de natura emptionis tanquam concomitans consequens, ac consentaneum naturæ illius non tamen esse de essentia illius, aut proprietatem ab eo inseparabilem: quæ autem talia sunt, remitti posse pacto aliquo, quin ea de causa contractus reddatur validus, præsertim si ea de causa fiat iusta compensatio in pretio, neque positiuo iure irritus sit factus talis contractus. 13.

Vtrum emptio vitalitij, seu census ad incertum annorum numerum licita sit.

DISPVTATIO CCCLXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Emptio vitalitij, seu census ad incertum annorum numerum, quomodo licita.*
2 *Vitalitium legari potest aut donari, & ita etiam emi.*
3 *Precariarum contractus licitus iure canonico, & ciuili.*
4 *Vitalitium qua ratione licitum reddatur.*
5 *Vitalitij pretium iustum quomodo taxandum.*
6 *Vitalitium quando est census realis, collocatus in in aliquo prædio, aut redditibus regiis, pretium illius taxandum est prudentis arbitrio.*

HEnricus Gandauensis quod *l.* 1. *quæst.* 38. asseuerat, emptionem annuæ pensionis ad mentis, aut vendentis, vitam, aut ad alium annorum numerum incertum, iniustam, vsurariam esse si eueniat recipi plures in quantitate pensiones, quam fuerit quantitas pretij pro eis dati. Vt si pro centum aureis percipi eueniat vndecim annis centum, & decem, percipiendo decem aureos singulis annis. Neque refert, inquit, si tempore contractus dubium fuerit; an emptor census tot pensiones esset acceptarus. Argumenta, quibus hæc sententia confirmatur, quoniam facilè ex dicendis intelliget nullam continere difficultatem, legi poterunt apud Conradum *de contract. quæst.* 81. apud Medin. *quæst. penult. de Censibus & apud alios.*

Contraria sententia communis est Doctorum. Nempe † licitam esse eam emptionem, modò pretium commensuratum sit iuxta spem, quæ est census, plus minus, esse duraturum, attentísque aliis circunstantiis interuenientibus. Neque obstat, euenire posse, quod plures pensiones recipiantur, quàm sit quantitas pretij pro illis recipiendis dati quandoquidem euenire etiam potest, vt longè pauciores quàm sit pretium, accipiantur, ac proinde periculum est pro vtraque parte. Neque item obstat, eum qui emit, spe lucrandi, accipiendique plures pensiones emere: quoniam cæteri etiam contractus emptionis, & venditionis spe lucri non variantur, lucríque spe, negotiatores ordinariè illos exercent: ita Conrad. *de contract. & Io.* Medin. *locis citatis*, Sotus 6. *de iust. quæst.* 5. *ad finem art.* 2. Couarr. 3. *var. resol. cap.* 7. *num.* 4. Gabr. *in 4. dist.* 15. *quæst.* 12. *concluf.* 3. *& art.* 3. *dub.* 2. Maior. *ibid. quæst.* 44. Nauarr. *in comment. cap.* 1. 14. *qu.* 3. *num.* 71. Panormit. *in suis qq. quæst.* 5. *colum. penult. & multi alij.* *Dubium* 1.

Probari autem potest. Primò, quoniam † potest vitalitium legari, aut dono concedi vt omnes admittunt: postquam ita concessum est, potest licitè emi; eò quòd sit alicuius valoris, & non infiniti: ergo potuit etiam à principio licitè constitui pro pretio commensurato; præsertim cùm in eo contractu, tàm emens, quàm vendens, periculo amittendi se exponant, sicut & probabilitati lucrandi, propter incertitudinem durationis eius census, finicóque censu, nihil de capitali sit restituendum, sed integrum illud amittat emens. Secundò, licitus † est contractus precariarum, quo 2. 3.

Ecclesia

Eccleſia aliquam, aut aliquas poſſeſſiones alicui concedit quoad vſum fructum ad vitam eius, cui conceduntur, pro aliqua eiuſdem poſſeſſione, quam inſuper Eccleſiæ per mortem ſuam reddat, vt conſtat; quoniam approbatus eſt is contractus iure Canonico, & Ciuili, 10. *quæſt. 2. cap. 2. §. ſi œconomus, & c. præcariæ, & in authentica de non alienandis, §. ſi quis autem, & aliis iuribus, quæ citauimus diſput.* 298. eiuſmodi autem contractus non eſt aliud, quàm conceſſio vitalitij pro aliquo prædio. Obſerua tamen, in eiuſmodi præcariis, quas Eccleſiæ eo modo cõcedunt, ſæpè intercedere donationem ex parte eius, qui illas accepit, & quaſi illo modo emit qua, ex Eccleſiæ deuotione, atque in eleemoſynam pro anima ſua, longè plus vult relinquere Eccleſiæ poſt mortem ſuam, quàm ſit ſubſidium ad ipſius ſuſtentationem, quod ab Eccleſia in tempus vitæ ſuæ ea via accipit: quare in eiuſmodi præcariis, quo ſine vllo inuoluntario mixto ab eo ſunt, qui illas accipit, vt licitæ ſint, neceſſe non eſt, vt quod redditur commenſuratum vitalitio ſit: eo quod non ſit merus contractus vitalitij; ſed admixtam habeat donationem, ac eleemoſynam poſt vitam accipientis. Tertiò, *Clementina 1. de reb. Eccleſ. non alienand.* hærede, prælatum; exigente id neceſſitate, aut vtilitate, monaſterij, poſſe pro pecunia concedere alicui poſſeſſionem aliquam, aut annuum reditum monaſterij, ad vitam illius, ſeruatis ſolemnitatibus, de quibus ibi eſt ſermo, & de quibus in materia de emphyteuſi dicetur: id autem eſt concedere vitalitium pro pretio: ergo licitus eſt contractus vitalitij.

Illud eſt obſeruandum, quamuis vitalitium non concedatur in prædio aliquo aut in re alia, quæ pro immobili hærede, ita vt ſit cenſus realis, ſed conſtituatur in perſona cum hypotheca bonorum, aut ſine illa, ſitque proinde perſonalis, licitum ex natura rei eſſe contractum: modo tamen
4. † pretium in hoc ſenſu æquale ſit penſionibus, quæ percipi ſperantur, quod plus minus, æquale ſit periculum vtriuſque contrahentium amittendi, atque ſpes lucrandi. Ratione quippè periculi partis vtriuſque licitus eſt hic contractus. Quando autem longè maior eſſet probabilitas; penſiones recipiendas eſſe quantitatem pretij dati, tunc, ſi cenſus eſſet perſonalis, neque iuſtificaretur ex capite lucri ceſſantis, aut ex alio ſimili, iniuſtus, ac vſurarius eſſet contractus, iuxta ea, quæ duabus præcedentibus diſputationibus de cenſu perſonali dicta ſunt. Quare tarò erit licitus contractus vitalitij, ſi ſit cenſus perſonalis.

5. Difficultas † tota huius diſputationis eſt, quomodo taxãdum ſit pretium iuſtum vitalitij, vtrum ſcilicet attendendo ad vltimum terminum, ad quem moraliter, ac naturaliter peruenire poteſt vita eius, in quam conceditur, & ſumendo dimidium annorum, qui ſunt à die, à qua vitalitium incipit vſque ad terminum illum, ita vt pretium iuſtum ſit, quod in quantitate adæquet penſiones illorum omnium annorum. Vt, ſi vitalitium ſit decem ducatorum quotannis, & is, in cuius vitam conceditur, ſit ſexagenarius ſperetúrque viuere poſſe vſque ad annos octoginta, pretium iuſtum eius vitalitij ſint, centum aurei, qui penſiones æquant decem annorum, atque adeò dimidij latitudinis, quæ eſt à ſexaginta vſque ad octoginta. Et ſi is, in cuius vitam conceditur, ſit quadragenarius, & ſperetur viuere poſſe vſque ad annos octoginta, pretium iuſtum ſint ducenti aurei, & ita conſequenter.

Atque in partem affirmantem poſſumus ita argumentari. Quemadmodum ſexagenarius peruenire poteſt ad octogeſimum annum, ſic poteſt mori primo anno, & ſicut poteſt peruenire ad ſeptuageſimum quintum annum, ita poteſt mori ſexageſimoquinto anno, & ita conſequenter: ergo æqua eſt conditio, tam ementis, quàm vendentis, medio illo pretio, ac proindè illud eſt iuſtum pretium vitalitij illius, & ita de reliquis, ſi pretium ſit æquale penſionibus dimidij illorum omnium annorum.

In partem verò negantem poſſum argumentari. Quoniam, ſi eo modo eſſet taxandum pretium iuſtum, ſequeretur aliquando tantum aut plus, debere eſſe pretium iuſtum cenſus temporalis, qui cum vita alicuius ita ſit finiendus, vt neque capitale reſtituatur, quantum cenſus omnino perpetui: quod conſtat eſſe abſurdum. Sequela probatur, quoniam ſi, qui emit tale vitalitium, ſit viginti annorum, victurúſque ſperetur vſque ad octoginta, pretium erit trecentorum ducatorum, atque adeo ad rationem triginta pro vno, quo pretio, quin & minori, iuſtè emitur cenſus perpetuus irredimibilis. Quod ſi pater filio decennario emat idem vitalitium, pretium iuſtum erit trecentorum quinquaginta ducatorum, ad rationem triginta quinque pro vno: cùm tamen longè minori pretio ematur cenſus omnino perpetuus.

Propter hoc ſecundum argumentum Medin. *quæſt. penult. citata*, Couarr. 3. *var. reſol. cap. 9. n. 7. & multi alij*, reiiciunt regulam illam quæ certè omnino eſt reiicienda, ſi cenſus ſit realis: ſecus autem ſi ſit perſonalis, etiam cum hypotheca, niſi ex capite lucri ceſſantis ei, qui cenſum emit, aut ex aliquo alio iuſtificetur, iuxta ea quæ duabus diſputationibus præcedentibus dicta ſunt. Quare regulariter non arbitror eſſe licitum, ſed potius vſurarium, vitalitium cenſus perſonalis, niſi iuxta eam regulam fiat, eaque de cauſa non eſſe permittendum, arbitrórque comprehenſum eſſe, in Bulla Pij V. vt in prima illius clauſula diſputatione ſequenti videbimus: tametſi non arbitrer Pium V. in ea bulla loquutum fuiſſe de vitalitio cenſus realis, quod non erat cur prohiberet, vt ſuo loco dicemus.

Quando autem vitalitium † eſt cenſus realis 6.
collocatus in aliquo prædio, aut in reditibus regiis, vel in alia ſimili re, tunc pretium iuſtum illius taxandum non eſt iuxta illam regulam, ſed prudentis arbitrio eſt conſtituendum, attenta ætate, complexione, & periculis vitæ eius, pro qua vitalitium emitur deſcendendóque de pretio quo in eadem regione iuſtè emeretur cenſus realis perpetuus æqualis penſionis, quantum par eſt, vt deſcendatur, non ſolum attentis illis circunſtantiis, ſed etiam attento, quod vitalitium ita ſit finiendum, vt capitale omnino amittatur, ac maneat ementis illud: quare non ſolum de pretio cenſus realis irredimibilis eſt deſcendendum, ſed etiam de pretio redimibilis. Illud verò non probo, vitalitium pro æquali pretio æmi, aut vendi, ſiue is, ad cuius vitam emitur, adoleſcens ſit, ſiue ſenex, & ſiue ſit valetudinarius, ſiue ſanus, & robuſtus: quoniam eo minus valet, quo mors illius citius merito timeri poteſt. Standum autem erit, in iudicando prætio iuſto vitalitij realis, conſuetudini regionis quoad pretium, quo communiter emi, ac vendi conſueuit, non ſecus atque ſtare conſueuimus in iudicando pretio iuſto cæterarum rerum, modo tamen non conſtet communiter emi pretio

valde

valde diminuto aut valde excessiuo. Gutier. *pract. qq. lib. 2. in calce quæst. 17.* ait pragmaticã huius Castellæ Regni esse taxatum, vt ad rationem septem pro vno vitalitium æstimetur, ac vendatur. Illud admonuerim in emptione vitalitij locum non habere pactum de retrouendendo, saltem æquali pretio, quo fuit venditum quoniam quo plus est trãsactum de vita, ad quam fuit emptum, pluréſque solutæ sunt pensiones, eo minus valet nisi ergo pactum esset, quod pro portione aliqua prudentis arbitrio statuenda, minueretur temporis progressu, quo census esset redimendus, iniquus esset talis contractus.

Ex eo autem, quod euenire possit, debitorem census mortem ei desiderare, ad cuius vitam est concessus, sanè non est, quod improbetur contractus, non solum tanquam iniustus, vt est notissimum, sed neque tanquam illicitus. Tale quippe vitium, non contractus, sed contrahentium esset. Quemadmodum autem ex eo, quod filij desiderare possint mortem parentibus, vt eis succedant in bonis, non improbatur lex, quæ statuit, vt filij succederent parentibus: sic ex eo capite improbari non debet vitalitij contractus.

De conditionibus vt Census perpetuus cum pacto de retrouendendo sit licitus. Bulla etiam Pij V. quoad primam clausulam exponitur.

DISPVTATIO CCCLXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Census perpetuus cum pacto de retrouendendo, vt sit licitus, quæ conditiones requirantur.*
2 *Conditiones requisitæ in contractu census redimibilis in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. reperiuntur.*
3 *Clausula prima, seu conditio Bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
4 *Et quid de iure Lusitano, & Castellæ.*
5 *Hypotheca in censu reali an habeat locum post bul. Pij V.*
6 *Census ante bullam Pij V. creati quomodo iudicandi liciti.*

CEnsum perpetuum, redimibilem, seu cum pacto de retrouendendo, licitum esse, si sit realis, pretiúmque sit commensuratum, *disp. 395.* est ostensum. Personalem verò illicitum ex natura rei esse, ac vsurarium, eo modo, quo celebrari consuenit, atque ex quibus capitibus ex natura rei, secluso iure humano reddi possit licitus, *disp.* 1. 387. est dictum. Nunc † examinandæ sunt conditiones, quæ ab aliquibus traduntur, vt census cum pacto de retrouendendo sit licitus. Et simul exponenda erit Bulla Pij V. vt intelligatur, in locis, vbi illa fuerit recepta, quæ conditiones sint insuper hodie necessariæ, vt is contractus licitus sit, ac validus. Ex eius verò bullæ expositione res hæc tota de Censibus dilucidior redderetur.

Miranda in sua conciliorum summa, proximè post Concilium Florentinum, prius compendio 2. realis extrauagantibus Martini V. & Calixti III. ex suo subiecit conditiones, sine quibus, ait tolerandam nullo modo esse emptionem census cum pacto de retrouendendo, affirmátque omissionem quarundam earum, reddere contractum ex natura rei vsurarium. In eadem sententia est Nauarr. *in comm. cap. 1. 14. q. 4. à num. 72. vsque ad 79.* Vtrque autem loquutus est ante bullam Pij V. collegerúntque conditiones illas ex extrauagantibus Martini V. & Calixti III. tametsi Nauarr. postea auxerit commentarios illos, subiecerúntque expositionem bullæ Pij V. conditiones verò sunt, quæ sequuntur.

Prima, quod census collocetur in aliqua, aut in aliquibus rebus determinatis quæ solæ census solutioni maneant obligatæ, & non persona, nisi ratione rei, neque alia bona personæ.

Secunda, quod census iusto, commensuratóve pretio ématur.

Tertia, quod pretium integrè soluatur tempore, quo contractus celebratur.

Quarta, quod venditori census facultas in contractu concedatur censum in totum, aut in partem, quandocunque voluerit, pro eodem pretio redimendi.

Quinta, quod venditor non obligetur ad censum aliquando redimendum, sed liber semper maneat ab obligatione illum redimendi.

Sexta, quod pereunte re in qua census est collocatus, census pereat omnino emptori, ita quod venditori deinceps, nec censum soluere teneatur, nec reddere pretium.

Septima, quod res, in qua census collocatur, tantum, vt minimum reddat quatenus est census soluendus: eo quod, censum collocari in aliqua re, sit emere ius percipiendi de fructibus illius in ipsomet, aut in aliquo illius quoad valorem æquinalenti, tamen, vel tantum, pensionis.

Parum autem refert, quod Mirand. conditiones has redegerit ad sex. Nauarr. verò diuiserit in octo.

Hæc conditiones, præter vltimam, continentur quidem in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. non tamen quasi ab eis Summis Pontificibus reprobentur censuales contractus, de quibus in eis extrauagantibus consulti narrantur, & quos in eisdem approbarunt propositi referuntur celebrati cum illius conditionibus quo fit, vt ex illis extrauagantibus minimè colligatur, censuales contractus, qui eis caruerint conditionibus, illicitos esse, vt Nauarr. vbi suprà *num. 78.* confitetur dictúmque à nobis est disputationibus præcedentibus. Quare examinandum restat, an ex natura rei omissio eorum reddat contractum illicitum, vel non.

Quia verò postea Pius V. in bulla de creandis censibus, ad iniustitias, vsurárumque palliationes tollendas, atque ad consulendum animarum saluti, irritos réddidit contractus censuum redimibilem, qui sine illis, ac aliis conditionibus post eam Bullam celebrarentur, pœnáſque non leues statuit non seruantibus, simúlque contractus sine eis conditionibus ante eam Bullam celebratos suis naturis reliquit, illos non damnans, idcirco exponendo conditiones eius Bullæ examinabimus, quæ earum reddant ex natura rei contractum illicitum, vt simul notum fiat ex contractibus ante eam Bullam sine eis conditionibus celebratis itemque eis iis, qui post eam Bullam, vbi illa non est recepta, celebrantur, qui iusti sint, & qui iniusti.

CLAVSVLA PRIMA. Bullæ Pij V.

PRima clausula, seu conditio Bullæ Pij V. sic habet. *Hac nostra constitutione statuimus, cen-*

sum,

sum, seu annuum reditum creari, constituiue nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quæ nominatim certis finibus designata sit.

3. Per hanc † autem clausulam coadiuuantibus; quæ in eadem Bulla sequuntur, excludit censum personalem, & approbat solum realem. Et quamuis institutum huius Bullæ potissimum sit loqui de censu cum pacto de retrouendendo, vt videbimus atque ex Bulla ipsa liquet, de quo etiam solo fermo est in extrauagantibus Martini V. & Calixti III. quippe magis, quàm cæteri, effigiem vsuræ habet; eo quod quando redimitur, integrum capitale seu pretium, quo fuit emptus, restituatur, emptórque census ob pretium, quo venditor medio illo tempore potitus est, lucrum pensionum receptarum consequatur nihilominus censendum est, omnem omnino personalem censum per hanc clausulam esse exclusum, siue irredimibilis sit, siue ad certum annorum numerum, eo quod omnes ex natura rei illiciti, atq; vsurarij sint, vt disputationibus præcedentibus est ostensum, ratóque ex circunstantiis adiunctis iustificatur; aptique sint ad conscientias grauandas, variaque mala inducenda, atque clausula ipsa, vt sonat, omnes comprehendat.

Quare etiam vitalitium, quando census est personalis, arbitror esse comprehensum nisi in eo pretium ita constitueret, vt æquaret medietatem pensonum omnium, quæ percipi sperant, ita vt æqualis spes lucrandi esset ex parte ementis, & vendentis; iuxta ea quæ disputatione præcedente dicta sunt, quo pacto celebrato eo contractu, nullum esset periculum vsuræ, aut iniustitiæ. Cæterum non ita consueuit celebrari, atque adeo prohibitus est censendus eo modo, quo celebrari consueuit.

Quatenus autem in ea clausula dictum est, *aut quæ pro immobili habeatur*, expresè approbauit Pius V. realem censum, qui in iuribus, & reditibus annuis, aut menstruis collocatur, vt in iure gabellarum, & in aliis reditibus perpetuis in aliqua ciuitate, oppido, sylua, piscatione macello, aut alia simili re, sitis, & in quibuscunque aliis pro rebus enim immobilibus habentur, & cum eis computantur, vt constat *ex clementina, exiui de paradiso, §. cùmque annui reditus de verb. signific. & ex alijs iurib.* affirmétque communis Doctorum sententia.

Verum autem census vnus collocari possit in alio reali maiori censu. Respondendum est cum Nauarr. *vbi suprà num.* 87. non solum in maiori, sed etiam in æquali, posse constitui. Admonuerim tamen censum, in quo alius potest collocari, debere esse irredimibilem: alioquin, censu redempto periret census in eo collocatus, aut transiret in personalem, si venditor secundi census teneretur adhuc illum soluere: quod tamen Pius V. hac clausula, & sequentibus prohibet. Postquam verò census vnus collocatus esset in alio reali irredimibili, vendi primus non posset sine onere alterius census similiter realis in eo collocati: quare nec redimi posset, & aboleri à prædio, in quo esset collocatus, quia semper retinere debet onus alterius census, interim dum res, in qua primus census fuit collocatus, salua perstiterit.

Quia verò census, de quo in hac Bulla est sermo perpetuus est, tamerſi redimibilis, inde merito effectum est, vt à numero rerum, in quibus collocari possit, excluſæ sint res omnes mobiles, eo quod perpetuæ non sint. Et quamuis aliquæ longissimæ sint durationis, maximique valoris, & quasi perpetuæ, vt gemmæ, quia tamen reditus non habent, ac proinde dominium earum non continet, ius percipiendi ex illis annuum reditum, cuius quasi quædam pars esse deberet census realis, qui in eis collocaretur: inde etiam effectum est, vt hæ quoque res mobiles, quantumuis pretiosæ, & diuturnæ à numero rerum, in quibus census perpetuus collocaretur, sint excluſæ.

Quatenus verò in eadem clausula additur de sui natura fructifera, excluſit census, qui in re quidem immobili collocarentur, sed quæ ex sui natura esset infructifera, hoc est quæ, etiam culta, vel nullos fructus fieret, vel ràm modicos, vt pro ratione census, qui in ea collocaretur, pensionisve soluendæ, sufficientes non essent ad censum ex ea soluendum, deductis laboribus, & expensis in fructibus colligendis. Eiusmodi quippe census simul crearentur cum hypotheca aliorum bonorum, atque obligatione personali: quod iure optimo Summus Pontifex excludit. Atque hic sanè est legitimus sensus horum verborum, vt rectè Nauar. *in comm. cap. 1. 14. quæst. 3. num. 79. & 85. ait.* Neque enim quisquam emeret censum merè realem in re, quæ culta, non tantum redderet quanta esset pensio, quoniam cessione eius rei, liber maneret debitor census à solutione census, atque id supponit Summus Pontifex. Ne ergo census personales admiscerentur quos omnino excludere intendit tanquam vsurarios, & iniquos apposuit verba illa, quæ sanè eum habent sensum, quem tradidimus.

Non desinit, qui arbitraretur, eis verbis Pij V. intendisse excludere censum eius pensionis, cuius non esset ferax res, in qua census collocaretur, vt censum tot mensuratum vini in olineto, tot modiorum tritici in vinea. Cæterùm cum ea verba non significent, rem debere esse fructifera eorundem fructuum in specie; qui soluendi sint, sed solum debere in genere esse ex natura fructiferam, & census realis in fructibus alterius speciei ab eis, quo res, in qua collocatur, immediatè ferat, licitus ex natura rei sit, & approbatus extrauagantibus Martini V. & Calixti III. *vt disput. 385.* ostendimus; dicendum proculdubio est, eiusmodi census ea extrauaganti non excludi. Accedit, constitutionem à iure communi, & à naturis rerũ, exorbitantem extendendam non esse, sed coarctandam potius, quantum sensus ipsius id patitur, explanatúmque esse longè alium fuisse intentum Pij V. illis verbis. Illud obserua, quamuis † Lusitaniæ ordinationes *lib. 4. tit. 65. §. vltim.* prohibeant dari domos, aut solum earum, in emphyteusim sub pensione tritici, olei, vini, aut alterius fructus, solúmque permittant pensionem pecuniariam, aut simul etiam aliquarum auium, irritúmque reddant contractum emphyteusis aliter circa domos, aut illarum solum celebratum, non proinde censeri prohibere collocationem census panis, vini, aut alterius similis rei, in domibus, aut in earum solis. Quoniam dispositio illa exhorbitans est à iure communi, neque extendenda est ad alium casum: ordinationes verò ibi, solum loquuntur de contractu emphyteutico, non verò de censuali. Memineris hoc loco, *disput. 385.* dictum esse, in hoc Castellæ Regno non admitti contractum censualem cum pacto de retrouendendo, nisi qui pecuniarius sit, hoc est, cuius pensio in nulla alia resolui possit, nisi in pecunia.

4. *Ius Lusitanum.*

Ius Castellæ.

Vltima illa clausulæ pars, *& quæ nominatim certis finibus designata sit:* fuit addita ad excludendum

dum census, qui super omnia bona, tàm præsentia, quàm futura, eius, qui vendit censum, collocatur. Tunc enim bona solum videntur subire rationem hypothecæ, censúsque videtur esse personalis, atque census periculum reiicitur in venditorem. Ne ergo locus esset eiusmodi censibus, periculúmque illius ad emptorem spectaret, si pars bonorum, in qua sola census collocaretur periret (vt inferius in quadam alia clausula subiiciuntur) voluit Pius V. vt non aliter census collocari posset, quàm in re certa, & determinata à cuius periculo penderet etiam emptori periculum census. Hoc loco obserua, neque posse constitui censum super aliqua re, designata, addendo, & super cæteris rebus vendentis censum, etiam futuris: quoniam similiter esset reiicere periculum census in venditorem, vt Nauarr. *in comment. citato, n.* 129. *&* 130. *ait* Inde verò census constitutus ante eam bullam non redderetur inualidus vt Nauarr. *num.* 130. *citato* subiungit. Ratio est quoniam cùm verè esset realis super re illa particulari collocatus, additio collocationis super cæteras res, non esset aliud, quàm admixtio contractus assecurationis census realis in re illa constituti, qui licitus est secluſa bulla Pij V. vt supra dictum est modo tamen pretium sit æquale, & commensuratum, attenta ea assecuratione. Cum autem audis, certam, & determinatam rem intellige, vnam, vel plures, vt bene Nauar. *in comment. cap.* 1. 14. *quæst.* 3. *num.* 15. *ait.* Intentum quippe Summi Pontificis non fuit prohibere censum vnum collocari super plures immobiles certas, & determinatas, quæ solæ essent obligatæ solutioni census, & à quibus solis census penderet, sed solum id
5. quod expositum est. Vtrum † autem post hanc Bullam Pij V. locum habet hypotheca in censu reali. Guttier. 2. *pract. qq. quæst.* 177. *affirmanter respondit.* Quod intellige, ad effectum, vt euicta re, in qua collocatus est census, dominus census agat ad interesse aduersus venditorem census, securíque id obtineat ad pensiones verò obtinendas, interim dum res censui subiecta salua perseuerat, licet illicitum non sit exigere aliam hypothecam, superfluum tamen est, & nullius emolumenti, cum sufficiat res ipsa in qua census est collocatus.

6. Quod † attinet ad census ante bullam Pij V. sine conditionibus huius primæ clausulæ creatos, cùm ea solum reprobentur census personales, siue cum hypotheca, siue sine illa, sint celebrati, & siue merè personales sint, siue admixti cum realibus collocatis in rebus, quarum reditus ad solutionem census non sufficiant, iudicandum de illis est, licitúne, an illiciti sint, ex iis, quæ *disp.* 386. *de censibus personalibus* dicta sunt.

Exponuntur quinque clausulæ in eadem bulla sequentes.

DISPVTATIO CCCXC.

SECVNDA CLAVSVLA. Bullæ Pij V.

SEcunda clausula, seu conditio sic habet. *Rursum, non nisi verè in pecunia numerata, præsentibus testibus, ac notario, & in actu celebrationis instrumenti, non autem prius, recepto integro iusto pretio.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula secunda, seu conditio bullæ Pij V. quid operetur, cum eius declarationibus.*
2 *Censualis contractus quomodo nullus iudicatur ex clausula secunda bullæ Pij V.*
3 *Census ante bullam Pij V. aut vbi recepta non est, quomodo validi iudicandi, &* numero 5. 7. 9. & 11.
4 *Clausula tertia bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
Item clausula quarta, quinta, & sexta, cum earum effectibus, & declarationibus, num. 6. 8. & 10.
Et quid circa clausulam sextam de iure Castellæ, num. 12.

CLausula † hæc apposita est ad tollendas iniustitias quæ sæpè sunt in contractibus censualibus, dum ementes census, quando conspiciunt vendentes necessitate pecuniæ pressos, eos cogunt, interdum sumere partem pretij in pecunia, & partem in mercibus, quibus non indigent, & quas immoderato pretio eis vendunt: interdum vero sumere in præsenti quandam pretij partem, postea verò eis soluunt reliquum per partes temporis decursu. Quæ sanè duo iniquissima sunt, cum restituendi onere; in primo quidem euentu damna omnia, quæ venditoribus census ex eo sequuntur, quod maiorem censum ea via illo vendere cogant, quam alioquin pecunia numerata essent venditori, & quod maiori illo atque immoderato pretio cogant eosdem merces illas emere, quas vili retendant: in secundo verò cum restituendi onere id pensionis, quod accipiunt, pro parte pecuniæ nondum traditæ, neque enim vlla patiatur æquitas, vt ex censu vlla pensio accipiatur, nisi à tempore, quo pretium fuerit pro illa parte census solutum, neque venditor census illam deberi, ac solui consentit, nisi inuoluntariè mixtè eo modo, quo vsuræ soluuntur, eò quod non aliter is, qui censum ita vendit pecuniam, qua indiget, inueniat nisi vendito censu pretio partim credito vt inter alios rectè Nauarr. *in comment. cap.* 1. 14. *q.* 3. *num.* 78. *ait.* Apposita etiam videtur eadem clausula in reipublicæ bonum, ne propter debita antiqua cogerentur debitores sumere illa ad censum à creditoribus, illíque soluere annuos reditus interim dum non soluitur, atque ad similia alia damna vitanda, quæ nimium grauare solent bona aliorum oneribus censuum, atque in paupertatem illos redigere. Quia ergo clausula hæc apposita est tanquam solemnitas ac forma requisita, ita vt si non seruetur, contractus sit ipso iure nullus, nihil impediente quod alioquin iustè ex natura fiat, vt ex iis liquet quæ Summus Pontifex post has omnes clausulas, ac conditiones in eadem bulla subiungit, sanè vbi hæc bulla, etiam quoad hanc clausulam, fuerit vsu recepta, nullus erit contractus tàm in exteriori, quàm in conscientiæ foro, si solemnitas in ea præscripta omissa fuerit, vt quoad clausulam hanc in particulari inter alios affirmat Lassarte *de decim. vend. cap.* 10. *num.* 49. 1.

Ex hac † clausula constat, vbi hæc bulla vsu quoad eam clausulam fuerit recepta, illicitum, nullúmque esse contractum censualem, quo quis emat annuum censum realem à suo debitore cum pacto de retrouendendo pro pecunia, quam iam ei debet, atque est in mora soluendi esto pretium alioquin sit iustum. Hunc tamen censum ex natura rei secluso positiuo iure, non arbitror 2.

esse damnandum. Constat deinde illicitum, nullúmque esse contractum, quis rem iustè æstimatam mille, v.g. quadringentis aureis, tradat, alicui pro censu reali cum pacto de retrouendendo centum aureorum quotannis ad rationem quatuordecim pro vno: aut quo prædium iustè, vendat mille quadringentis aureis acceptóque pretio sexcentorum aureorum: reliqua parte emat ab emptore eiusdem prædij censum in eo, aut ab alio prædio, quinquaginta aureorum quotannis ad rationem similiter quatuordecim pro vno, cum pacto de retrouendendo: eo quod emptor prædij non habeat integrum pretium, quod statim soluat. Hic tamen contractus non est etiam cur damnetur ex natura rei secluso positiuo iure. Constat item nullum esse contractum, nisi in præsentia tabellionis, & testium pretium integrum verè in pecunia numeratum tradatur ipsi venditori census in actu celebrationis, seu confectionis instrumenti contractus, & non prius; vt non continent verba clausulæ, quam explanamus.

Tutum autem erit, vt pecunia coram tabellione, & testibus numeretur, & tradatur quamuis si verè numerata antea sit, atque integra in præsentia tabellionis, & testium tradatur non auderem condemnare contractum, non solum in conscientiæ, sed etiam in exteriori foro. Quando autem solum pars pretij ostenderetur, ac traderetur coram tabellione, & testibus confitente venditore census; se integrum pretium recipere, retinentéque emptore partem aliam, quam venditor census ei debebat, id non sufficeret, vt ait Nauarr. *in comment. citato num.* 88. Si verò integrum pretium traderet, attamen conuentione facta cum venditore census, vt continuo ex illo solueret partem, quam illi debebat, certè non auderem id damnare quoniam verè emptor census solueret in pecunia numerata integrum valorem census coram tabellione, & testibus; quòd autem ea intentione, & pacto soluat, vt inde quod verè debet, eidem emptori census soluatur, vt venditor reuera, tenetur, certè nihil mali, aut fraudis continet.

Illud admonuerim, quamuis solemnitas huius clausulæ ex zelo sancto statuta, ac sanctissimo Pontifici Pio V. fuerit suggesta, fortasse expedire vt aboleretur. Paucissimi enim sunt, qui illam seruent, etiam vbi bulla illa in multis aliis accipitur, ac seruatur: partim quia ea solemnitas à contrahentibus necessaria esse ignoratur vt validus sit contractus: partim verò, quia molestissimum illis est, neque sine sumptibus fieri potest, vt pecunia sex, aut octo, mille aureorum, coram tabellione, & testibus numeretur, aut etiam illis tota in ipsa confectione instrumenti tradatur. Neque ea omnia statuenda sunt, quæ in spectata, ad aliquem bonum finem iudicantur expedire, quando, spectata fragilitate humana, difficile, & à paucis implebuntur, occasióque esse possunt illaqueandi conscientias, & dubitandi, an contractus, alioquin iusti in se irriti sint, & nulli, cum onere restituendi, aut computandi in pretium pensiones acceptas, præsertim cum experientia sit compertum occasione solemnitatum eius bullæ plurimas ortas esse lites, tam in seculari, quàm in Ecclesiastico foro, circa multos census bona fide post eam bullam celebratos, atque in se iustos, vnde sequitur, plurimos, ob ignorantiam tot solemnitatum; detrimentum non modicum in suis bonis pati.

Illud postremo admonuerim; Nauarr. *in comm. citato num.* 88. & dilucidius *num.* 121. asseruare, emptorem census iusto pretio, tutum esse in conscientia, etiam si neque, coram tabellione, aut testibus illud soluerit, neque in pecunia numerata, sed in mercibus, quæ id valeant, aut in recompensationem antiqui debiti. Quod sanè mihi videtur durum: qui non videtur id sonare bulla ipsa, quæ irritum reddit, ac nullum contractum, neque videtur fundari in præsumptione, vt Nauar. *num.* 88. *citato velle videtur.* Nisi dicas, ea omnia statuta esse in pœnam, atque adeo locum non habere ante latam sententiam. Aut omissionem eam esse leuem, ac proinde, esto ad formam datam pertineat non vitiare actum iuxta ea, quæ cum Aluar. Valasc. Bart. *& aliys, disputatione* 218. *dicta sunt.* Attamen reuera non videtur hæc appellanda, neque in foro exteriori vitiaret contractum: cuius contrarium *Nauarr.* affirmat.

Quod † attinet ad censuales contractus ante eam bullam celebratos, aut post illam, vbi non est recepta, aut vbi quoad eam solemnitatem non est recepta, constat validos esse, si non alium defectum patiantur, quàm omissionis earum solemnitatum. Quando autem pretium non est iustum, quia non attingeret limites infimi pretij iusti, arbitror in re, proposita teneri emptorem ad moderandum censum, ita vt minor pensio deinceps soluatur, hoc est, quæ æqualis iudicetur pro quantitate pretij dari pro censu, & simul teneri emptorem restituere incrementum maius pensionum, quod vsque ad id tempus accepit. Neque est eadem ratio hac in parte in censu empto cum pacto de retrouendendo, quæ est in prædiis similiter emptis, vt non eodem modo restitutio fiat excessus pretij, iuxta ea, quæ *in calce disputationis* 375. dicta sunt. Etenim si prædium, & census in eo collocatus, pereant, in nullo releuatur venditor quoad partem illam maiori pensionis, quam illucusque soluit præterea fructus omnes prædij, præter ius ad partem, quod emptor iustè emerit, ad venditorem solum, qui est prædij dominus, toto tempore præterito spectabant: longè autem aliter res habet in prædio empto cum pacto de retrouendendo. 3.

TERTIA CLAVSVLA.

TErtia sic habet. *Solutiones, quas vulgò anticipatas appellant, fieri, aut in pactum deduci, prohibemus.*

Vt hæc † clausula intelligatur, obseruandum est. Quamuis aliud sit de rebus aliis, quæ cum pacto de retrouendendo emuntur, quoad fructus, earum à tempore emptionis vsque ad tempus redemptionis, vt *disputat.* 374. explanatum est; in contractu tamen censuali nisi aliud peculiare deductum sit in pactum, hanc regulam generalem esse seruandam. Si pensio annua, verbi gratia, constituta sit tot modiorum tritici, tot mensurarum vini, aut olei, tantæ quantitatis pecuniæ, aut cuiusuis alterius rei, soluendæ tali die, pensionem deberi solum pro rata temporis anni elapsi. Vt si census sit duodecim modiorum tritici soluendorum in fine Augusti, emptúsque fuit census, ac solutum pretium illius quatuor mensibus ante finem Augusti aduenientes primo fine Augusti, debentur solum quatuor modij, si autem fuit emptus duobus mensibus ante finem Augusti, debebuntur duo modij, & ita in eadem proportione temporis elapsi, modij debebuntur. Quod si contractus celebratus sit cum pacto de retrouendendo, ac redimatur mense vno post finem Augusti, debebitur 4.

bitur solum vnus modius, si duobus mensibus post finem Augusti debebuntur duo modij, & ita consequenter pro rata temporis elapsi: ita affirmant Couar. 1. *var. resol. c.* 15. *n.* 10. & 11. & multi alij quos citat. Ratio est quoniam, cum annua pensio empta sit, soluenda erit pro rata temporis anni, in quo census durat, præsertim cum non maiori tempore venditor census potius fuerit pretio quod *Couar.* eo in loco idem confirmat.

Hoc ita constituto, quamuis multi dubitauerint quod hac clausula Pius V. intenderit, variique varia asseruerint, non dubito appositam fuisse ad prohibendum, ne aliquid amplius pensionis accipiatur, aut deducatur in pactum, quàm sit id, quod ex natura contractus debeatur, si absolutè absque vllo alio pacto celebraretur, atque adeo, quam sit, id quod pro ratione temporis elapsi debetur; quicquid enim pensionis soluendum insuper deduceretur in pactum vtique id anticipata solutio pensionis, aut partis pensionis esset. Iuxta hæc ergo, anticipata solutio esset, non solum, si deducatur in pactum, vt in principio emptionis census pensio vna integra soluatur, & deinceps annuæ pensiones integræ soluantur, sed etiam, si census ematur quatuor mensibus ante terminum solutioni præfixum, & deducatur in pactum, vt in primo termino integra pensio soluatur. Denique solutio anticipata erit, si quicquam soli statuatur, antequam pro rata temporis elapsi sit debitum, quoniam propriè dicetur solutio anticipata si ad naturam ipsam contractus, & ad id, quod in eo seruari consueuit spectes.

5. Contractus ante † hanc bullam celebrati aut vbi ea non est recepta, ex defectu huius conditionis iudicandi non sunt iniusti, & multo minus nulli, quando pretium datum pro censu cum eo grauamine latitudinem iusti non egreditur. Cum enim inter pretium, & mercem inæqualitas non cernatur sanè non est cur talis contractus ex natura rei iudicetur iniustus. Si autem egrederetur latitudinem iusti quoad solum grauamen additum, remittendum esset grauamen, aut restituendum, si iam esset acceptum.

QVARTA CLAVSVLA.

QVarta habet. *Conventiones directè, aut indirectè, obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs ex natura contractus non teneatur, nullo modo valere volumus.*

6. Voluerunt † aliqui clausulam hanc intelligendam esse de re, in qua census est collocatus, quasi Summus Pontifex ea annullare intendat pacta apposita, quod si res, in qua census est collocatus, pereat teneatur nihilominus venditor soluere censum, non verò esse intelligendam de casu fortuito circa fructus eius rei, quasi intenderit annullare pacta, quod si fructus aliquo anno casu fortuito pereant, teneatur nihilominus soluere pensionem census. Ducuntur, quoniam, inquiunt, sicut in emphyteuta interim dum res emphyteutica salua manet, ex natura contractus soluere tenetur pensionem nihil impedientem, quod fructus illius casu fortuito pereant, ita venditor census soluere tenetur pensionem interim dum res, in qua est collocatus salua manet esto fructus illius casu fortuito pereant.

Contrarium tamen est proculdubio affirmandum. Tum quia inferius subiicit Summus Pontifex peculiarem clausulam, qua annullat pacta, quibus debitor census obligatur ad casus fortuitos circa rem, in qua census collocatur ad quod sanè non apponeret hanc & aliam peculiarem clausulam. Tum etiam quoniam falsum est de natura realis census, quem solum Pius V. in hac bulla approbat, esse pereuntibus fructibus casu fortuito aliquo anno, teneri nihilominus census debitorem ad pensionis solutionem. Cum enim emptio census merè realis, non aliud sit, quam emptio iuris ad recipiendum partem fructuum quos res censui subiecta quotannis reddiderit, idque vel in ipsismet fructibus, vel in quo æquialenti, vtique pereunte re casu fortuito debitor census ex natura contractus deinceps non tenetur ad solutionem census: ita pereuntibus fructibus casu fortuito aliquo anno non tenetur ex natura contractus ad solutionem pensionis eo anno, sed satis erit, si emptori census relinquat, si quos fructus eo anno retulerit deductis inde expensis, & industria: eo quod hæc non sint fructus, sed expensæ domini prædij. Quare, si census in domo aliqua sit collocatus: eaque ob pestem, aut bellum, habitari non possit aliquo anno, nulla pensio eo anno debetur ex tali censu. Duo hoc loco obserua. Vnum est. In fructibus rei, in qua census est collocatus, emptorem census ex natura censualis contractus esse præferendum domino rei illius, ita quod primum quod ex fructibus est detrahendum, est pensio, & solum quod remanserit, pertinet ad dominium rei quæ eos fructus affert. Secundum est. Eo ipso, quod Pius V. circa fructuum defectum solum irritauit pactum, quando fructus ob casum fortuitum deficiunt, tacitè approbasse pacta, quando ex aliis capitibus deficiunt, nempè ex negligentia debitoris census, vel quia melius ipsi erat cessare vno anno à cultura agri, in quo census est collocatus, vt alios vberiores fructus redderet, vel alia simili de causa. Immò verò eiusmodi pacta ex natura contractus censualis intelliguntur, esto in eo non exprimantur.

Quod † attinet ad Census ante hanc bullam creatos cum pactis in hac clausula redditis nullis, aut post hanc bullam, vbi non est recepta, dicendum est. Si pretium datum non egrediatur limites iusti comparatione census cum eo onere: non esse cur ex natura rei damnetur, vt *disput.* 385. ostensum est, ac proinde licitos esse iudicandos. Si verò pretium datum limites iusti ob defectum egrediatur, habita ratione eius oneris, tunc tenebitur emptor census restituere, quod de pretio vsque ad latitudinem iusti ob id onus, deest. 7.

QVINTA CLAVSVLA.

QVinta clausula ita habet. *Quemadmodum nec volumus valere pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam. Quia volumus rem ipsam semper & liberè, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter vinos, quàm in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum censui aliis omnibus præferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari.*

Clausula † hæc apposita fuit, quoniam cum ex censuali contractu, nec vtile, nec directum dominium rei in qua census collocatur, ad emptorem census spectaret, vt ex dictis præcedentibus disputationibus liquidò constat, sed solùm ius accipiendi de fructibus illius pensionem, sanè ex natura contractus censualis, integrum debitori census 8.

est, alienare quocunque titulo, cuicunque, & quandocunque voluerit, rem in qua census est collocatus, sicut integrum cuicunque alteri est alienare suum prædium, cui libuerit, nihil impediente, quod quidam alius seruitutis in eo habeat, quoniam integrum tertio illi suum ius manet. Longè verò maiori cum ratione integrum est debitori census alienare rem eandem, quin ex pretio soluere teneatur laudemium domino census, vt soluere illum tenetur emphyteuta proprietario in recognitionem dominij directi, si ius suum emphyteuticum quod in re proprietarij habet, alteri vendat vt suo loco inferius dicetur. Quia ergo ementes census, cernentes venditores eorum necessitate pecuniæ præssos, sæpè, non solum extra id, quod natura censualis contractus habet, sed etiam aliquando iniustè, habita ratione pretij, eis iniungebant onus non alienandi rem, in qua census collocabatur, sine ipsorum ementum facultate, & quod si de ipsorum facultate eam alienarent, tenerentur soluere eis laudemium hoc est partem pretij aliquotè, puta quinquagesimam, trigesimam, aut aliam similem eo modo, quo emphyteuta laudemium soluere tenetur, ad censualem contractum intra suos limites continendum, atque ad occurrendum conscientiarum periculis, hac clausula Pius V. irritum reddit omne pactum auferens, aut restringens, potestatem, quocunque titulo alienandi rem censui subiectam, aut obligationem imponens soluendi laudemium ex pretio pro ea accepto. Tamersi, quando res, secluso censuali contractu, obnoxia erat, vt si venderetur solueretur ex pretio laudemium, id non prohibeat hoc loco Pius V. vt Nauar. *in suo comment. cit. num. 93.* notauit, atque ex se erat notissimum. Cæterùm Pius V. in recompensationem annullationis horum pactorum, & vt citius census extinguerentur venditori census iniunxit onus, quod si rem censui subiectam vendere veller teneretur denunciare id domino census, vt si is pretio eodem, atque cum eiusdem conditionibus emere eam velit, præferatur cæteris emptoribus præterea venditor census iniunxit, vt à die denunciationis, atque significationis pretij, & cõditionum, cum quibus rem vendebat, factæ domino census, teneretur expectare per mensem, an illam vellet. Quod si debitor census rem alteri vendat non admonito domino census, arbitror non incidere in cõmissum, quasi rem amittat domino census, quemadmodum emphyteuta in commissum incidit, si rem emphyteuticam vendat, non admonito proprietario. Ratio discriminis est, quoniam, neque in bulla hac, neque alibi, apponitur ea pœna venditori census, sicut in iure apposita est emphyteutæ: pœnæ autem extendendæ non sunt extra casum, in quo à iure sunt impositæ. Vtrum autem, si debitor census rem censui subiectam post hanc bullam vendat, ac tradat alicui, non requisito prius domino census, venditio valida sit, *disputat.* 372. discussum hoc fuit dictumque est grauamen, vt debitor census admonere, præferréque teneatur dominum census cæteris emptoribus, illúmque expectare per mensem à puncto admonitionis esse maximum, neque teneri principes sæculares illud admittere in suis Regnis eo quod natura contractus censualis, qui merè sæcularis est, id non efflagitet, neque illo periculis animarum obuietur. Nauar. *in comm. c. 1. 14. q. 3. n. 92.* ait, iustè potuisse omitti, introducerèque illud, esse efficere, de contractu censuali, contractum emphyteuticum.

Non defuit, qui affirmaret, nihil impediente hac quinta clausula, licitum esse apponere pactum, quod res vendi non possit alicui potentiori. Ducitur, quando emphyteuta vendere non potest, ius suum emphyteuticum alicui potentiori, vel ex priuilegiis, vt sunt Monasteria, & Ecclesiastici, vel ex aliis capitibus, vt sunt potentiores sæculares, à quibus difficilius recuperabitur pensio, vt suo loco dicetur. Contrarium tamen arbitror esse dicendum. Quoniam ius censuale neque ex natura rei, neque ex dispositione iuris humani, habet, quod res censui supposita non possit vendi, aut quouis alio titulo transire in potentiorem sine cõsensu domini census: sicut neque quodcunque aliud ius in re, vt seruitutis, aut quoduis aliud habet, quod res in qua est collocatũ, transire non possit in potentiorem sine consensu habentis id ius. Quod si proprietarius ex dispositione iuris humani comparatione rei, in qua alius habet ius emphyteuticum, id habet, sanè idcirco est, quoniam proprietas est præcipuum, quod est in ea re, si autem ius emphyteuticum in potentiorem transiret, periclitaretur, non sola pensio, sed etiam proprietas, quæ longè præstantior est. Porrò, si censuale ius, neque ex ipsa rei natura, neque ex iuris dispositione habet, quod res censui supposita transire non possit in potentiorem sine consensu domini census certè negari non potest, tale pactum appositum restringere facultatem alienandi eam rem, ac proinde prohibitum esse hac quinta clausula.

Quod ad census † attinet creatos ante hanc bullam aut vbi illá non est recepta; cum pactis hac clausula irritis, Ioan. Medin. *quæst. vlt. de vsur.* meritò affirmat, improbandos non esse, modo pretium sit commensuratum censui cum eiusmodi grauaminibus. Rectè verò obseruat eo plus valere censum, quo vel ex possessionibus, in quibus collocatur vel ex grauaminibus appositis, tutior redditur. Item in spem recipiendi laudemium, eo minori pretio esse dignam quo mains laudemium, & pluries vendant: atque ad hæc omnia, & ad alias similes circunstantias est attendendum, ac iudicandum, an contractus ex parte pretij iustus sit, vel iniustus, atque adeo adiudicandum, an emptor census restituere teneatur, quod de pretio defuerit vsque ad limites iusti, vel remittere grauamina. Sotus *6. de iust. q. 5. art. 2. ad secundum*, in re non videtur dissentire à Ioan. Medin. ait tamen grauamina hæc videri iniqua, intellige, nisi pretio iusto compensentur, vt frequenter compensari non solent.

9.

SEXTA CLAVSVLA.

SExta habet. *Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas, merò iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem, amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitum perdere, aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita sint, & nulla. Immò, & censum augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re, in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ, pro censibus temporis, vel præteriti, vel futuri, omnino prohibemus.*

Nam quemadmodum, si emphyteuta per duos, aut tres annos non soluat pensionem incidit in commissum, amittítque rem emphyteuticam proprietario, vt suo loco dicetur, si debitor census,

si

si pensiones non soluat, in commissum incidit: & nihilominus extra id quod natura censualis contractus postulat, emptores censuum grauamen incidendi in commissum, si pensiones non soluerent, & quædam alia imponebant emptoribus
10. censuum, idque sæpè iniustè. Hac † ergo clausula Pius V. irrita reddit pacta quibus ob non solutam pensionem venditor census obligabatur ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium pro illa pensione non soluta, vel ad certas expensas, aut ad certa salaria pro recuperanda pensione vel ad salaria, aut expensas, qua creditor in ea recuperanda feciſſe iurauerit, vel ad amissionem rei, in qua census collocatur, aut partis illius, vel ad amissionem alicuius iuris vndecunque acquisiti, vel denique ad quamcunque aliam pœnam.

Circa hæc obserua, Summum Pontificem non prohibere exigere expensas rationabiles, ac moderatas, quas dominus census ob moram debitoris fecerit in exigenda, & recuperanda pensione. Atque vt summatim dicam, non prohibere exigere ab illo qui secluso quocunque pacto, licitè exigere poterat, sed solum vera exigere quippiã aliud virtute pacti contractui censuali additi.

Circa interesse lucri cessantis obserua, non prohibere interesse lucri cessantis intrinsecum ex non soluta pensione, vt si pensio soluenda erat in tritico, tempore quo mensura valebat duos aureos, & dominus census venditurus illam erat statim, aut si illa excusare debebat emptionem alterius illo eodem pretio, posteáque soluatur pensio tempore, quo solum valet dimidium aurei, non prohibet exigere lucrum illud cessans, quoniam illud ex natura rei debet secluso quocunque alio pacto addito censuali contractui, solùm ergo prohibet accipere lucrum cessans extrinsecum rei soluendæ, vt si dominus census mercator erat, & quod pensio tempore debito non fuerit soluta, lucrum ei cessauit ex mercatura; tale quippe lucrum extrinsecum dicitur rei illi, vt *disp. 368. concl. 1. & 5.* explanatum est. Itaque cùm censualis contractus pars subiecta emptioni, & venditioni sit: solutio verò pensionis sit quasi partialis quædam traditio mercis emptæ, atque ex eo, quod venditor in mora soluendi mercem sit, solum teneatur ad interesse intrinsecum merci, & non ad extrinsecum, disponente id ita in re ciuili. *l. si sterilis, §. cum pro venditorem, ff. de act. empt.* & aliis iuribus quæ *disput. cit.* retulimus: consequens profecto est, vt ex natura censualis contractus, non debeatur lucrum cessans extrinsecum, atque adeo vt debeatur necesse esse adhiberi peculiare aliud pactum quod Pius V. hoc loco nullum reddit.

In secunda parte eiusdem clausulæ Summus Pontifex prohibet censum creari super eandem rem, aut super quamcunque aliam, tam in fauorem domini census, quàm cuiuscunque alterius ex pensionibus non solutis in præteritum, aut etiam ex soluendis in futurum. Ne videlicet, per censuum incrementa expensionibus censualibus, in paupertatem redigantur censuum debitores, bonáque sua amittant, sicut ex vsurarum vsuris, atque ex recambiis, consueuerunt redigi in paupertatem. Hæc tamen pars clausulæ in secunda clausula supra proposita continetur, neque enim emptio talis census esset in pecunia numerata coram testibus, & tabellione soluta.

11. Quod † attinet ad contractus censuales ante hanc bullam celebratos, aut post illam, vbi non est recepta, dicendum est. Non esse cur damnetur, apponi in eis pacta, quæ conuentionales pœnas contineant, si pensiones tempore constituto non soluantur: modò tamen pœnæ moderatæ, pro qualitate culpæ sint, nec exigantur, si nulla culpa intercesserit, & modò reliqua seruentur quæ *disp. 317. iuncta disp. 97.* dicta sunt debere seruari, vt pœna conuentionalis licitè, ac iustè exigi possit. Neque enim vlla est ratio, cur potius hæc pacta ex natura rei apponi non possint morosо debitori pensionis census, quam cuicunque alteri debitori ex quouis alio contractu consentiúntque Conrad. *de contract. quæst. 85.* Ioan. Medin. *de vsur. qu. vlt. de Censib.* Sot. 6. *de iust. qu. 5. art. 2. ad 2.* Nau. *in comment. cap. 1. 14. qu. 3. num. 110.* & Doctores *communiter*, meritò tamen à Pio V. prohibita eiusmodi pacta in hoc contractu sunt propter excessiuas pœnas, quæ à multis in eo imponebantur, & iniustitias, quæ fiebant. Ac sanè imponere pœnam amissionis rei censui subiectæ, si pensio biennio, aut triennio non soluant excessiua, atque iniusta pœna est, quando res censui subiecta multo maioris valoris est, quàm census nihil † impe- 12.
diente, quod in hoc Regno *l. 68. Taur.* ea pœna *Ius Castella*
approbetur, adiudicaríque in exteriori foro domino census, præcipiatur, quam proinde legem Medin. *loco cit. & alij*, iniustam merito censent, miniméque in conscientiæ foro seruandam: & Couar. 3. *var. resol. cap. 7. n. 1.* Aluar. Valasc. *de iur. emphyt. qu. 32. num. 31.* Gutier. *de iuram. confir. p. 1. c. 31. num. 10. & lib. 2. de pract. qq. qu. 168. & alij, quos citant*, asseuerant, legem illam in praxi quoad eam pœnam non esse receptam, nisi quando census est reseruatiuus. Sicut enim in emphyteusi ea pœna idcircò locum habet, quod cum proprietarius rem emphyteutæ tradat quoad dominium vtile, licitè potest non aliter velle illud ei concedere, nisi sub conditione, quod si intra biennium, aut triennium pensionem non soluat, incidat in commissum, dominiúmque illud vtile ad proprietarium reuertatur: ita cum in censu reseruatiuo, qui rem alteri in censum tradit, eam illi concedat quoad vtile, & directum dominium simul, licitè poterit non aliter illi vtrumque dominium velle concedere, quàm sub conditione, quod si intra biennium, aut triennium, possessionem non soluat, vtrúmque dominium ad ipsum reuertatur. In censu autem consignatiuo, de quo loquimur, & de quo *l. 68. Taur.* est sermo, non eadem est ratio, vt Nauar. *num. 110. cit.* etiam ait. Quoniam qui censum alteri concedit, neque vtile, neque directum dominium accipit ab emptore census, sed solum pro pretio concedit emptori censum hoc est ius accipiendi quotannis certam annuam pensionem ex ea re, non est autem æquum, tantam pœnam illi statui, quanta est, quod si pensionem intra biennium, aut triennium, non soluat amittat vtile, & directum dominium rei suæ propriè, quæ longè plus valeat, quàm census.

Quod attinet ad alia pacta hac clausula 6. nulla reddita, nempe, quod ex pensionibus, tanquam ex pretio augeatur census, aut creetur alius de nouo, aut quod non soluens censum, teneatur ad lucrum cessans non video illa ex natura rei esse iniusta, si inter pretium, & censum cum his grauaminibus, æqualitas seruatur. Quare condemnare non auderem censum ante eam bullam creatum cum his grauaminibus, aut creatum post illam, vbi ea non sit recepta: tametsi merito ea grauamina nulla sint reddita ob incommoda, & mala, quæ ex illis nata sunt sequi.

Quinque sequentes clausulæ exponuntur. Et num Census reales sine pacto de retrouendendo, in ea comprehendantur.

DISPVTATIO CCCXCI.

CLAVSVLA SEPTIMA.

SEptima clausula sic habet. *Sicut etiam annullamus pacta continentia solutionem onerum ad eum spectare, ad quem aliàs de iure natura contractus non expectarent.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula septima, seu conditio bullæ Pij V. & eius effectus, & declarationes.*
Item octaua, & nona, num. 3. & 5.
2 *Census creati ante clausulam septimam bullæ Pij V. vel vbi non est recepta, quomodo validi, &* num. 4. 6. 8.
Et quid de iure Castellæ, num. 7.
9 *Census omnes reales irredimibiles, an censeantur sublati per clausulam nouam bullæ Pij V. & solum redimibiles sint admissi.*
10 *Census reales irredimibiles, quare semper in Ecclesia iusti sunt iudicati à viris doctis.*
11 *Clausula, seu conditio decima, & eius effectus & declarationes bullæ Pij V.*
Item clausula vndecima num. 13.
12 *Census debitor ad quid censeatur teneri per clausulam decimam bullæ Pij V.*

NAuarr. *in comment. cap. 1. 14. quæst. 3. num. 94.* exemplum ponit, vt si emptor census in pactum deducat, quod venditor recipere teneatur venditor recipere teneatur hospitio familiares emptoris census. Obserua † tamen, soluere ex re, in 1.
qua census collocatur, ea tributa quæ imponuntur pro ratione bonorum cuiusque, aut pro quantitate reditum prædiorum, ex quibus tributa exiguntur, partim expectare ad dominium prædij, & partim ad dominium census, pro quantitate iuris, quod ad fructus eius prædij habet. In hac ergo clausula Pius V. irrita reddit pacta quibus hæc, & his similia onera, quæ ex parte ad dominum census spectant, reiiciuntur in censibus debitorem. Non autem hac clausula prohibuit accipere fideiussores, quod res, in quâ census collocatur, sit venditoris census, aut quod pensio debito soluetur tempore, vt quidam sunt arbitrati. Neque enim id inualidum, aut illicitum est post hanc bullam, vt supra dictum est. Tametsi illicitum, atque irritum sit, fideiussores accipere, quod si res censui subiecta perierit, solueretur census: sicut etiam illicitum, atque irritum est id exigere à venditore census.

2. Quod ad † census attinet ante hanc bullam, aut vbi illa non est recepta, creatos cum pactis hac clausula redditis nullis, dicendum est. Si pretium limites iusti non egrediatur, comparatione sensus cum his grauaminibus, non esse cur damnentur. Si autem pretium ad limites iusti non pertingant, obligationem esse reducendi pretium vsque ad limites iusti, vel remittendi grauamina.

CLAVSVLA OCTAVA.

OCtaua habet. *Postremo censui in futurum creandos, re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire.*

Hac † clausula Pius V. statuit, in censibus post 3.
hanc bullam creatis, pereunte re tota, in qua census est collocatus, aut infructuosa in totum reddita, perire totum censum: pereunte verò eadem re parte, aut reddita omnino infructuosa in parte, vt quia dimidiũ, tertia, quarta, aut alia pars, periuit, aut omnino infructuosa reddita est, perire censum in eadem proportionali parte hoc est in dimidio, tertia, quarta, aut in alia simili etiam parte. Quo loco obserua, non ex eo rem dici redditam infructuosam, quod duobus, tribus, aut pluribus annis, fructus non ferant; sed ex eo, quod impotens facta sit ad fructus in futurum reddendos: vt quia prædium; non ad tempus vi tempestatis; sed simpliciter, atque absque ipe remedij, à mari occupatum est, aut quia fluuius cursum suum mutauit, aliumque per eum alium locum fecit, vel qua census erat collocatus, corruit, tota, aut exusta est. Obserua deinde, longè diuersa esse rem in qua census est collocatus, propter sterilitatem, aut alium casum fortuitum, non producere fructus consuetos, sed longè pauciores, & eandem rem in parte perire, aut infructuosam reddi. In priori enim euentu, integra pensio debetur ex iis fructibus, si ad id sufficiant, etiamsi nihil domino prædij remaneat, vt disputat. præcedente in quarta clausula dictum est, in posteriori verò, solum debetur pensio pro rata eius, quod ex re, in qua census est collocatus, remanet, vt in hac clausula habetur; éstque hoc verum, esto quod remanet ex re censui subiecta, longè plures fructus ferat, quàm qui ad pensionem integram soluendam sufficiant. Ratio diuersitatis est, quoniam census est ius in re censui subiecta, atque realis obligationis totius illius rei ad pensionem eruendam primo ex fructibus quos tulerit siue tota tollatur, ac fructificet, siue pars, quia tamen obligatio illa extensa est in tota, ita quod tota est in re tota, & pars in parte inde efficitur, quod perunte parte rei illius, aut omnino infructuosa reddita pereat etiam pars obligationis illius, atque adeo iuris ad pensionem, vna cum subiecto, in quo obligatio illa erat, quandiu verò res integra manet, pensio integra debetur, siue res secundum se totam fructificet, siue secundum partem, & siue debilior ad fructificandum sit reddita, siue potentior, siue in eodem statu permaneat. Itaque, quia census extensus est in re in qua census est collocatus, pereunte parte rei, perit pars census interim verò dum integra manet, totus persistit, ac debetur hinc constat, quantum est ex natura rei diuisa re censuali in plures hæredes, aut emptores, singulos solum debere censum contribueréque teneri ad solutionem illius, pro rata partis rei, quam possident, quod autem dominus census agere possit ad integrum censum aduersus singulos eorum, ortum habuit, quoniam nullus emere censum vellet, nisi cum eo grauamine, vsusque obtinuit (nullo iure hactenus refragante, vt contractus cum eo grauamine, & priuilegio ementis censum, censeretur celebrari, vt *disp.* 383. dictum est.

Quod † attinet ad census creatos ante hanc 4.
bullam, aut vbi illa non est recepta, dicendum est. Si simpliciter collocati sint in aliqua re, nullo addito

dito pacto, quod pereunte re, aut parte illius teneatur, nihilominus debitor census ad integram pensionem, habere locum, quæ in hac clausula disponuntur, siue census redimibilis sit siue irredimibilis. Ratio est quoniam dispositio huius clausulæ naturæ census realis innititur vt explanatum est, quando nullum aliud pactum illi additur. Quoad census autem qui in posterum creabuntur, irrita censetur Pius V. hac clausula reddere pacta, quæ aliquid in contrarium addiderint. Si autem census ita collocati sint, in aliqua re, vt additum sit pactum, quod pereunte re, adhuc debitor census ad integram pensionem teneatur, sanè, cùm eiusmodi pactum non aliud sit, quàm contractus assecurationis rei, permixtus cum contractu censuali, qui assecurationis contractus ex natura rei validus est, & licitus, modò pretiũ, quod pro censu cum eo grauamine est datum, æquale ac commensuratum vtrique rei sit, dicendum est, iustum esse contractum, si pretium ad limites iusti peruenit, vt *disputat.* 189. in prima clausula dictum, ostensumque est: iniustum verò esse, cum onere augendi pretium vsque ad limites iusti, aut remittendi grauamen, si ad limites iusti non peruenit. Atque esse posse validum, & iustum ex natura rei, apertè innuit Pius V. dum clausulam hanc expressè arctauit ad census post hanc bullam creandos.

CLAVSVLA NONA.

NOna habet. *Volumus etiam posse pro eodem pretio extingui non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabilis, immo centum, & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè, aut indirectè, talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis aut clausulis concepta sint.*

5. Hac † clausula, iuncta sequenti, statuit Pius V. censum redimi semper posse pro eodem pretio. Neque præscriptionem cuiuscunque temporis in quo census non sit redemptus, posse id impedire. Neque item posse impedire quocunque pacto quibuscumque verbis contractui censuali appositio. Prima pars apposita est ad irritum reddendum pactum, quod census maiori redimatur pretio, quam fuerit emptus. Secunda ad excludendam eorũm sententiam, qui asserebant, ius ad redimendum, quod ex pacto de retrouendendo oritur, præscribi 30. annorum spatio, cuius contrarium, *disp.* 374. ostendimus esse verum, atque affirmat Couar. 1. *var. resol. cap.* 9. peculiariter in censu, vbi rem hanc latè disput. Tertia verò pars apposita est ad reddenda irrita pacta, quibus tollitur, vel restringitur facultas redimendi censum. Quo fit, vt census post hanc bullam creati, vt illa recepta sit, redimi quocunque tempore possint, absque vlla restrictione.

6. Quod ad † contractus attinet ante hanc bullam, aut post illam, vbi recepta non est creatus cum pacto quod vltra tantum tempus redimi non possint, vt vltra quadriennium, aut septennium, vel quod intra tantum tempus redimi non possint, & postea possint. Quidam, quos Couarr. 3. *var. resol. cap.* 8. *num.* 7. & 8. refert, ac sequitur, peculiariter improbant in censu omne aliud pactum de retrouendendo præter illud, quo vendenti censum plena, ac perfecta facultas relinquitur redimendi censum quãdocunq; voluerit absq; vlla restrictione, tã à parte ante, quàm à parte post. Addit *Con.* in Granatensi prætorio sæpius pronunciatum esse sententiam, omnem talem restrictionem in eo contractu adhibitam, pro non apposita esse habendam, manereque venditori census liberam facultatem redimendi semper censum, non secus ac si ea restrictio apposita non fuisse.

Dicunt hi autores. Primò, quoniam emptio censuum de se est odiosa, maioremque similitudinem habet cum mutuo vsurario quàm emptio cuiuscunque alterius rei.

Secundò, quoniam Martinus V. *in extrau.* 1. & Calixtus III. *in extraug.* 2. *de empt. & vendit.* inter communes, quibus census cum pacto de retrouendendo approbarunt solum faciunt mentionem, solúmque approbant census, cum libero pacto eos redimendi quandocunque libuerit sine vlla restrictione.

Arbitror tamen dicendum esse cum Conrad. *de contr. quæst.* 83. & 84. Medin. *de vsur. quæst. vlt.* & Soto 6. *de iust. quæst.* 5. *art.* 3. ea pacta ex natura rei non esse illicita si censui apponantur, modò tamen quo plus restringitur libertas redemptionis, eo plus emptor census accrescat in pretio quatenus, quo plus periculi imminet, ne census in irredimibilem cuadat, eo plus valet census: quandoquidem census irredimibilis longè maioris est pretij, quàm redimibilis. Neque hoc alia indiget probatione, quàm quod in eo nulla inæqualitas cernitur inter pretium, & id, quod emitur cum eiusmodi onere, cum quo emitur. Meritò tamen, propter pericula palliandi ea via vsuras, committendíque iniustitiam, irrita reddi possunt ac debent, eiusmodi pacta positiuo iure.

Ad primum ergo contrariæ opinionis dicendum est, quamuis materia odiosa, & periculosa sit, si tamen debitæ seruentur circunstantiæ in appositione earum restrictionum pacto de retrouendendo, nullam esse rationem cur ex sola natura rei damnentur.

Ad secundum dicendum est, quamuis in eis extrauagantibus solùm fiat mentio de censibus cum omnimoda libertate eos redimendi quandocunque libuerit, non propterea damnari cæteros census, de quibus in eis mentio non fit, neque illos approbando, neque damnando. Neque Pius V. in hac bulla eiusmodi census, ante eam celebratos, damnat.

Illud † obserua, cum in hoc Regno census redimibiles sine illa restrictione non possint iustè emi minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, iniustam in eo esse emptionem eorundem censuum cum restrictione facultatis ad redimendum pro eodem pretio, ac proinde merito in tribunalibus huius Regni pronunciari nulla pacta restringentia facultatem eos redimendi, si census solum sint empti ad rationem quatuordecim pro vno, vt emi regulariter consueuerunt. 7.

Quoad † contractus ante hanc Bullam aut vbi illa non est recepta, celebratos cum pacto vt census maiori pretio redimatur, quàm fuerit emptus, dicendum est. Quamuis pretium census redimibilis in indiuisibili non consistat, vbi lege non est taxatum, ac proinde facilè damnanda non sint pretia censuum in diuersis regionibus, aut in eadem diuersis temporibus, quando taxa lege publica non est posita, si sint ad rationem quatuordecim, sexdecim, duodecim, aut aliis intermediis pretiis; modò tamen commune pretium id tunc sit in ea regione: id quod vel inde confirmari potest, quod Martinus V. commemorantis in extrauaganti citata maioribus aliis pretiis, non damnat tanquam iniustum, immo verò vt iustum ap- 8.

probare videtur pretium ad rationem decem pro vno in regione aliqua consuetum quamuis item negandum non sit cum Medin. *q. citat.* de rigore scholastico non minus in censu licitum ex natura rei pactum de illo redimendo maiori pretio, quondam verisimile est tempore redemptionis plus valiturum, quàm sit licitum in aliis rebus, in quibus *disput.* 376. licitum esse ostendimus quando tempore redemptionis sperantur plus valituræ, nihilominus, quia rarissimè sperandum est, censum plus valiturum in eadem regione tempore redemptionis, quam tempore emptionis atque res ex se speciem mali, & vsuræ habet, regulariterque in ea vsura interueniet, proculdubio simpliciter est ad id damnandum, meritóque irritum redditum fuit à Pio V. tale pactum; secluságue Bulla Pij V. tanquam vsurarium esset condemnandum, tàm ab ecclesiasticis, quàm à sæcularibus iudicibus. Non tàm ergo ex extrauaganti Martini V. damnandum est tale pactum, vt Couar. 3. *var. resol. c. 9. ad finem num.* 4. vult, quàm ex natura ipsa rei, ac dispositione huius clausulæ Pij V.

9. Dubium † est hoc loco, vtrum Pius V. hac clausula auferre à Rebuspublicis Christianis intenderit census omnes reales irredimibiles, statuerétque, vt in posterum soli redimibiles crearentur.

Pars quæ affirmat, suaderi potest. Tum quia de censu indistinctè, atque vniuersim loquutus est tota hac Bulla: quare dispositio huius clausulæ, & totius bullæ, etiam ad irredimibiles sese extendit. Tum vel maximè, quoniam hæc, & præcedens clausula, vno orationis ductu prolatæ sunt, adeò vt potius vna clausula, quàm duæ videantur: si ad connexionem verborum in Bulla Pij V. attendas: nos verò, vt dilucidiorem doctrinam traderemus, eam diuisimus in duas auferentes à prima clausula verba hæc, *non solum*; & in principio secundæ loco dictionis, *sed*, repetentes verbum, *volumus*. Vnde verba Pij V. sic habent. *Postremo census omnes futurum creandos, non solùm re in totum, vel in parte, peremptæ, &c. sed etiam posse pro eodem pretio extingui, &c.* Vbi vides de omnibus vniuersim censibus in futurum creandis voluisse, & perire cum re, in qua collocarentur, & posse redimi proeodem pretio, quo emerentur, ac proinde creari in posterum, non posse censum irredimibilem.

Pars tamen quæ negat, est proculdubio alcerenda; quam etiam per epicheiam amplectitur Nauar. *in comm. cap.* 1. 14. *qu. num.* 98. nempe censum irredimibilem, qui iusto pretio emi consueuit, non comprehendi hac clausula, neque illum intendisse Pium V. auferre à Rebuspublicis Christianis. Idem intelligo de vitalitio censu reali, immo, & de reali censu ad certum numerum annorum, qui redimibiles non sunt, sed omnino expirant finito numero annorum constituto, siue certo, siue incerto, pendentésque à fortuna. Neque enim erat vlla causa cur vitalitium, & census omnino perpetui à Rebuspublicis ablegarentur.

Atque vitalitium admittere videtur Nau. licitum esse post Bullam Pij V. *in comment. cap.* 1. 14. *q.* 3. *num.* 128. tametsi de illo loquatur, vt de contractu celebrato in modum mutuæ donationis pretij, & pensionum.

10. Ducor primò quoniam census reales irredimibiles † semper in Ecclesia iusti sunt iudicati à viris doctis, absque vllo scrupulo, aut dubio, neque eam habent vsuræ effigiem, quam habent redimibiles. Ratio autem est, quoniam cùm in eis non restituatur pretium quod pro iure leuandi annuas pensiones ex prædio, in quo census est constitutus, fuit datum, nulla est in eis effigies mutui cum lucro ob tempus, in quo emptor pretio caruit, atque adeo neque vsuræ, sicut est in censibus redimibilibus. Quod ergo contractus census realis irredimibilis, semper in Ecclesia iustus, ac licitus est iudicatus absque periculo, aut vmbra peccati, non secus ac contractus emptionis aliarum rerum locationis, ac similium; sanè censendum non est, Pium V. intendisse illos comprehendere hac clausula, priuatéque absque vlla legitima causa sæculares Christianas Respublicas contractu veri, ac iusto. Neque ad id iurisdictio ipsius se extendit: quippè quæ in temporalibus, comparatione rerum publicarum principum sæcularium ipsi subditarum, solùm se extendat, quantum postulat solus animarum finisque spiritualis, vt *disput.* 29. ostensum est.

Secundò, quoniam, vt constat ex initio ipsiusmet bullæ, Pius V. in ea solùm intendit loqui de censibus de quibus Martinus V. & Calixtus III. fuerant loquuti, maioríque vi incumbere ad tollendos, ac impediendos abusus, qui circa illos fuerant oborti, & augebantur: vt autem ex ipsorum extrauagantibus constat. Martinus V. & Calixtus III. solum loquuti sunt de censibus redimibilibus, qui vsuræ effigiem habent, & in quibus facilè palliari vsura potest, non verò de irredimibilibus. Huic rationi accedit, Pium V. solùm fuisse loquutum de quibus aliqui apud ipsum fuerant conquesti, & quorum pijs petitionibus ait, se in ea bulla satisfacere, nullus autem vnquam fuit coram eo conquestus de censibus realibus irredimibilibus, sed solùm de censibus cum pacto de retrouendendo sine conditionibus, cum quibus Martinus V. & Calixtus III. eos approbarunt. Accedit etiam, odiosas sanctiones, atque exorbitantes, quales essent quæ contractus euidenter iustos ac sine periculo, aut specie peccati, prohiberent, non esse extendendas; sed arctandas attendendo potius in eis, ac sequendo mentem, quam verba legislatoris: persuasum autem mihi omnino habeo, si Pius V. consuleretur, num hac clausula comprehendere intenderet census reales irredimibiles, eosque abolere à Rebuspublicis, neganter responsurum.

Tertiò, quoniam emere censum realem irredimibilem, non est aliud, quàm emere ius quod eam perpetuum, & obligationem ex parte rei, quæ censui subiicitur, quod non est aliud, quam emere quasi partem quandam dominij rei illius, non secus, ac quando seruitus emitur in prædio alieno, vt hæc omnia *disput.* 383. *ac seqq.* explanata sunt: quis autem sibi persuadeat, legislatorem mente præditum, nedum Sanctissimum Pium V. prohibere intendisse, ne seruitus, ac ius, quod quasi pars rei esset, emi posset sine pacto de retrouendendo? Idque propter effigiem, & periculum vsuræ, cum tamen in ea emptione nulla omnino sit effigies vsuræ, aut alterius iniustitiæ: in ea verò quæ cum pacto fieret de retrouendendo, facilè vsura palliari posset.

Quartò, quoniam Rex concedere potest alicui annuum reditum in perpetuum in prædio aliquo, aut in reditibus alicuius ciuitatis, vel propter obsequia, & merita illius, vel donatione liberali omnino, vt frequenter fit: quis autem dicat Pium V. suo motu proprio prohibere intendisse, ne hic etiam de licentia regis, vendere posset irredimibiliter eum annuum reditum, si vel emigrare alio vellet, vel alia iusta, ac legitima de causa expediens

illi

illi esset id ita vendere? Pius autem V. quos census de nouo creari prohibet, eosdem etiam, postquam fuerint creati, similiter vendi, ac emi inhibet.

His tamen nihil impedientibus, simul arbitror, quæ in hac Bulla Pius V. de censibus redimibilibus potissimum statuit, de quibus præcipuè in ea est sermo, si ad hoc præcisè statuta sint, vt merè reales sint, & vt legitimo pretio, ac sine admixtione alia iniustitiæ fiant, etiam ad irredimibiles census esse per epicheiam extendenda: quoniam si ea de re consuleretur, dubitandum non est, enim affirmantet responsurum, & sermo in sua bulla vniuersalis est, ac sine restrictione, in legibus autem interpretandis, ad mentem legislatoris est præcipuè attendendum. Eiusmodi autem sunt, quod census collocari debeat in re certa, quod non exigantur solutiones anticipatæ, quod debitor census non obligetur ad casus fortuitos circa fructus, quod alienare possit rem censui subiectam, quandocumque voluerit, ac sine solutione laudemij quod non obligetur ad pœnam, nec census augeri possit ob pensiones non solutas, aut in posterum soluendas, & quod pereunte, aut infructuosa reddita re censui subiecta in totum, aut in parte, in eadem proportione census pereat.

CLAVSVLA DECIMA.

DEcima sic habet. *Cùm verò traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui pretium dandum erit, & post denunciam, intra annum, etiam ab inuito, pretium repeti posse. Et vbi pretium, neque volens intra bimestre soluat, neque ab inuito intra annum exigatur volumus nihilominus quandocunque reditum extingui posse, præuia tamen semper denuncia, de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra. Idque obseruari mandamus, etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, neq; vnquam effectus sequutus esset.*

11. Hæc † clausula Pius V. statuit, quando census erit redimendus, per bimestre ante redemptionem debere census debitorem id denunciatione facta, posse dominum census, si velit, cogere debitorem intra annum à die denunciationis censum redimere. Si autem neque debitor census intra duos menses censum redemerit neque in reliquo anni illum redimere cogatur, statuit, redire rem ad pristinum statum, ita quod integrum ei sit, illum redimere eodem pretio quandocunque voluerit facta simili denunciatione, manentéque simili modo facultate domino census cogendi illum redimere censum intra annum à denunciatione quoties imposterum fuerit facta.

12. *Dubium.* Dubium † circa hoc esse potest num Pius V. dispositione hac intenderit, debitorem census reneri perseuerare in censu per duos menses à die denunciationis factæ, ita quod ante illos elapsos redimere eum non possit, si ita dominus census velit. Negantéque arbitror respondendum. Solùm quippe intendere videtur concedere duos anni menses à die denunciationis, in quibus fas debitori census sit redimere illum in quacunque parte eorum voluerit, id quod apertè sonant verba illa, quæ subiungit, *Et vbi pretium neque volens intra bimestre soluat*, & reliquum anni relinquere domino census, vt cogere debitorem possit eum redimere, quandoquidem dixit se velle illum redimere. Arbitror autem Principes sæculares non teneri admittere in suis Rebuspublicis grauamen hoc debitoribus censuum impositum: sed posse simpliciter liberos illos relinquere, vt quando voluerint, censum redimant aut non redimant; vt ante hanc bullam consuetum in Hispaniis erat. Atque ita Nauarr. *in comment. cap. 1. 14. q. 3. n. 106.* affirmat, neque hoc neque illud, quod scilicet is, cui census debetur, debeat præferri cæteris emptoribus rei, in qua census est collocatus, ligare eos, qui extra temporalem iurisdictionem sunt Pontificis Summi; ac proinde extra terras dominij temporalis Ecclesiæ necesse non esse fieri tales denunciationes.

CLAVSVLA VNDECIMA.

VNdecima habet. *Pacta etiam continentia, pretium census, extra casum prædictum ab inuito, aut ob pœnam, aut ob aliam causam, repeti posse, omnino prohibemus.*

Cum aliarum rerum emptio cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris, scilicet venditor rem redimere teneatur, quandocunque emptor voluerit, illicita sit, si pactum sit, vt res pro eodem pretio, quo fuit empta, redimatur, vt *disputatio. 377.* visum est, raróque admodum, aut nunquam ita in praxi fiat, vt sit licita, vt ex iis, quæ ibidem dicta sunt, constat, sanè longè maiori cum ratione idem in censu erit dicendum, nihil impediente, quod, si res censui supposita pereat, interim dum census emptor non postulat, vt census redimatur census ex natura rei emptori pereat, quando aliud deductum non fuit in pactum. Hac igitur de causa, ad palliationes vsurarum, ac iniustitias tollendas, meritò Pius V. in hac clausula statuit, vt census non solum simpliciter creari non posset cum redimere quandocunque emptor vellet, sed etiam cum pacto, vt in pœnam, si venditor pensiones non solueret, aut ex quacunque alia causa, cogi posset illum redimere Med. *de vsur. q. vlt. de consib.* & Olanus, à Gutier. 2. *de pract. qq. q. 175.* relatus, non reputant ex natura rei illicitum pactum, quo onus redimendi censum venditori, an iungitur in enentu, quod pensiones non soluar: quod nèque ego condemnare audeo, tametsi sanctissimè, ac prudenter à Pio V. id sit prohibitum. Illud propter Couar. 3. *var. resol. cap. 9.* & Gutier. *vbi supra* admonuerim, ex extrauagantib. Martini V. & Calixti III. non colligi, censum cum pacto de retrouendendo in fauorem emptoris illicitum esse: quoniam licet census, qui in eis extrauagantibus approbantur non crearentur cum huiusmodi pacto inde non sequitur census, qui aliter celebrantur, ibi reprobari, vt sæpè in superioribus, dictum est.

Reliquum Bullæ exponitur, præter clausulam vltimam.

DISPVTATIO CCCXCII.

CLAVSVLA DVODECIMA.

DVodecima habet. *Contractus sub alia forma post hac celebrandos, fœneratitios indicamus. Et ita, illis præterea non obstantibus, quicquid, vel expressè, vel tacitè, contra hac nostra mandata duri, remitti, aut dimitti contingat, à fisco volumus posse vendicari.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Clausula, seu conditio duodecima Bullæ Pij V. cum eius declarationibus, & effectibus.*

2 *Censualis contractus contra aliquid eorum, quæ in Bulla Pij V. sunt disposita, celebratus an iudicandus sit in totum nullus, an verò solum in id, quod contra dictam bullam reperitur.*

3 *Clausula decimatertia, & decimaquarta, cum earum dispositionibus, declarationibus, & effectibus, & num. 4.*

5 *Census creati ante Bullam Pij V. quoad clausulam 13. & 14. quomodo validi iudicandi etiam in Castella Regno.*

1. HAc clausula Pius V. statuit † pœnas celebrantibus contractus censuales sub alia forma, quàm quæ hac bulla hactenus est tradita. Atque in primis pronunciat eos contractus vsurarios esse iudicandos, ac proinde pœnis vsuriorum subijcit celebrantes eos. Deinde contrahentes condemnat ad amissionem ipso facto fisco omnium quæ contra formam traditam tacitè, vel expressè, fuerint data, remissa, aut dimissa, concedítque fisco rei vendicationem illorum omnium, ad cuiuscunque manus, aut potestatem deuenerint. Cum autem hos contractus vsurarios iudicat, intellige, præsumptione iuris, & de iure, seu potius positiua vsura ad effectum, vt perinde vsuriorum pœnæ incurrantur, ac si in se vsurarij ex natura rei essent. Sicut enim duplex simonia distinguitur, vna ex natura rei, standóque intra solos limites iuris naturalis, ac diuini, & alia positiua, ad effectum incurrendi pœnas simoniacis impositas: sic etiam duplex vsura est post hanc bullam distinguenda, vna ex natura rei, stando intra limites iuris naturalis, ac diuini, altera positiua introducta à Pio V. ad effectum incurrendi pœnas vsuriorum. Vt enim ex ipsamet bulla, & ex hactenus dictis constat, non omnes contractus celebrandos in futurum quos hoc loco fœneratitios esse iudicat, tales ex sola natura rei esse arbitratur, alioquin, qui ante hanc bullam similiter essent celebrati, tales quoque ex eadem definitione essent cuius contrarium ipsemet Summus Pontifex in eadem bulla apertè vult. Quæ ex dispositis in hac bulla de iure sint naturali, & quæ non item, à nobis est explicatum. Ea autem sola tenentur ex hac bulla admittere Principes sæculares in suis Regnis, quorum apposita contra ius sunt naturale, vel periculosa valdè saluti animarum. Quod autem census creari non possit, nisi in pecunia numerata contra tabellione & testibus, & quod creari non possit ex permutatione rei, vt mancipij, æqui prædij aut alterius rei, pro censu, non arbitror teneri recipere. De hac re copiosè *disput.* Nauarr. *in commentar. cap.* 1. 14. *qu.* 3. *n.* 10.

Quæst. 2. Dubium est, vtrum si contractus censualis † celebratus sit contra aliquid eorum quæ in hac bulla disposita sunt contractus ipse censualis sit iudicandus fœneratitius, ac proinde ipso iure nullus an verò solùm id quod in eo contractu contra dispositionem huius bullæ comperitur: Gutier. 2. *de pract. qq.* 9. 176. censet solùm id esse iudicandum fœneratitium, ac nullum quod in contractu censuali repertum fuerit contrarium dispositioni, ac formæ huius bullæ, non verò contractum ipsum in se. Excipit *num.* 4. & 6. nisi pactum aliquod contra dispositionem huius bullæ adiunctum ad petitionem emptoris, seu domini census, mandatum esset exequutioni; nam tunc, inquit, corruet totus contractus. Item, si pretium census solutum non esset in pecunia numerata coram tabellione, & testibus: quia tunc similiter censet contractum ipsum censualem esse nullum. Arbitror tamen, vbi hæc bulla recepta sit, quocunque contra dispositionem illius appositum, vitiare contractum censualem, illúmque fœneratitium iuris præsumptione efficere, ac nullum: idque sentire videtur Nau. *in comment. cit. num.* 89. tametsi meritò addat, in hac bulla solum esse sermonem de contractibus oneroſis emptionis, & permutationis census pro pretio, aut aliqua alia re, solúmque approbari contractum emptionis cum conditionibus in hac bulla traditis. Non verò esse in illa sermonem de censu testamento, donatione, in dotem, aut in donationem ad nuptias, institutum, ac proinde necesse in eo non esse seruari conditiones in hac bulla præscriptas. Confirmari autem potest, hac bulla solum censeri fœneratitium, ac nullum pactum, quod contractui censuali fuerit appositum contra ipsius dispositionem, sed etiam contractum ipsum censualem. *Decis.*

Tum quia id apertè sonat bulla ipsa. Tum etiam, quoniam, nomine, contractus fœneratitij, in re proposita, non intelligitur pactum appositum, sed integer censualis contractus illo modo celebratus. Tum denique quoniam in hac clausula nomine *dati, remissi, aut dimissi, contra hæc nostra mandata*, hoc est, contra dispositionem huius bullæ, sanè non aliud intelligitur, quàm datum pro censu, & quàm pensiones census solutæ, aut dimissæ, quæ omnia fisco adiudicantur. Ac sanè irrationabile, ac liberè dictum videtur esse, si pactum mandatum sit exequutioni, etiam censum fœneratitium, ac nullum esse iudicandum: secus autem, si pactum sit appositum, & non mandatum exequutioni ad petitionem domini census. Illud admonuerim, cum ea, quæ in hac duodecima clausula continentur, in pœnam statuta esse videantur, sanè quando contractus censualis ex ipsamet rei natura non esset vsurarius, habendus in foro conscientiæ non esset vsurarius, ac nullus ante latam sententiam, ac proinde licitè in eo posset perseuerari, retinerique licitè possent pensiones non computandæ in sortem: id quod sentire videtur Nau. *in loco cit. num.* 88. Lege quæ de similibus pœnis ipso iure latis *disputat.* 96. dicta sunt.

CLAVSVLA DECIMATERTIA.

DEcimatertia habet. *Hanc autem salutiferam sanctionem, nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocunque tempore alienando, modò post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus.*

3. Hæc † clausula Pius V. statuit, dummodo census à principio creatus sit post huius bullæ publicationem, in eo alienando titulis oneroſis, de quibus cum Nauarr. clausula præcedente dictum est, seruari debere, quæ hactenus dicta sunt, debere seruari, in eo de nouò constituendo.

CLAVSVLA DECIMAQVARTA.

DEcimaquarta habet. *Declarantes pretium simul censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu aliud accidens, nec quoad vltimo contrahentes, minui, vel augeri.*

Hac

4. Hac † clausula statuit Pius V. pretium semel alicui censui constitutum, non solum non posse minui, vel augeri, ex temporum aut aliorum accidentium varietate, ex quibus pretia rerum solent variari, sed etiam dominum census non posse censum vno pretio emptum vendere cuidam tertio maiori pretio, etiamsi tempora, aut aliæ circunstantiæ, varientur: neque etiam tertium posse illum ab eo emere minori pretio. Atque in hac clausula finit Pius V. formam creandi census in futurum.

5. Quod attinet † ad census ante hanc bullam creatos, aut qui creabuntur, vbi illa recepta non fuerit, dicendum est. Si taxa pretiis censuum eo in loco non fuerit statuta, cum pretia censuum in indiuisibili non consistant, illicitum non esse, censum minori pretio emptum vendi pretio maiori cuidam tertio; neque item emi, aut redimi, minori pretio ex partium conuentione, quando pretia latitudinem iusti non egrediuntur, habéntque locum circa census, vbi pretia eis lege non sunt taxata, sicut circa res alias, circunstantiæ illæ vnde naturale rerum pretium variatur, de quibus *disput.* 348. dictum est, vt quod vtroneæ merces vilescunt & alia ibi explanatæ. Ad tollendas autem iniustitias, atque oppressiones, quas censuum emptores facere solent, emendo census vili ab iis, quos pressos pecuniæ necessitate conspiciunt, eosdémque reuendendo maiori pretio, videtur, hæc clausula statuta. Vtrum autem ea Pius V. impedire intenderit, ne census minori pretio emi possit, ac vendi, etiam quando ex se minoris valoris efficitur, vt quia res periclitari incipit in qua census est collocatus, vel quia difficilè, & cum laboribus, ac expensis soluitur pensio, ob potentiam debitoris, aut alia simili de causa. Arbitror neganter esse respondendum. Quoniam hic euentus per epicheiam excipiendus videtur de quo si legislator fuisset interrogatus an eum comprehendere ea lege intenderet, dubitandum non est, neganter fuisse responsurum. Atque ita Doctores communiter affirmant, vbi pretium census lege est taxatum, vt in hoc Castellæ Regno pretium redimibile censuum statutum est, minus esse non posse, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, licitum nihilominus esse, ex capite, de quo modo loquimur emere censum minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, nihil impediente lege, quæ pretium id taxauit.

Vtrum Census (præsertim in hoc Castellæ Regno,) redimi, aut emi ex prioribus emptoribus, possint minori pretio quàm fuerint empti. Et num conditio, quod redimi non possint per partes licita sit. Additur etiam vltima clausula bullæ.

DISPVTATIO CCCXCIII.

SVMMARIVM.

1 *Census redimibilis in Regno Castellæ, an emi possit minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno.*
2 *Census perpetuus, & irredimibilis plus valet quàm redimibilis.*
3 *Census redimibilis semel constitutus, an possit licitè emi minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno.*
4 *Census redimibiles non sunt in bulla Pij V. comprehensi.*
5 *Clausula, seu conditio, vt census per partes redimi possit, an sit necessario addendam ad bullam Pij V. vt census redimibilis vsurarius, aut iniustus non sit.*
6 *Census vt redimi possit per partes, ita grauamen est sicut cum per totum.*
7 *Census vt redimi possit per partes, non venit ex natura pacti de retrouendendo, sed est specialiter in pactum deducendum.*
8 *Census redimibiles, vt possint per partes etiam magnas redimi, in Hispanis non seruatur.*

SVnt verò occasione clausulæ præcedentis non- 1.
nulla hoc loco examinanda. Primum, quod ad cætera aditum aperiet, est. Vtrum † in hoc Regno fas sit emere censum redimibilem minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno. Rem disputat Couarr. 3. *var. resol. c.* 10. *n.* 1. *&* 3. quando solum in hoc Regno erant tres sanctiones, quæ referuntur, ac statuuntur *lib.* 5. *nouæ collect. tit.* 5. *l.* 4. Et quamuis non admodum firmus, propondere videtur cum Ioann. Med. licitum id esse, nihil ea lege impediente, quæ solum loquitur de censibus, quorum pensiones non erant pecuniariæ, sed tritici, olei, aut aliarum rerum; præcipitque ea lex pensiones reduci ad pecunias ad rationem quatuordecim pro vno comparatione pretij, quo à principio census fuit emptus. Atque Ioan. Medin. & Couar. arbitrantur dispositionem illius legis extendendam non esse ad census à principio emptos pecuniariæ pensionis consuetósque eo tempore in multis locis districti Granatensis prætorij ad rationem duodecim, aut etiam decem, pro vno, referúntque latas fuisse in Granatensi prætorio sententias, quibus hi census, nihil ea lege impediente approbati sunt. Quia tamen Rex Philippus po- *Decis.*
stea anno 1563. *lege* 6. *tit.* 15. *lib.* 5. *nouæ collect. tulit*, quæ omnia Castellæ loca complectitur, & qua sanciuit, nullos census redimibiles vendi deinceps, aut imponi, vel constitui posse, minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, & quod aliter venditi, aut constituti, nulli sint quoad excessum maioris pensionis, pœna addita tabellioni, qui instrumentum talis census confecerit, aut fidem de illo dederit, amissionis officiis, & insuper statuit, vt census ante eam legem creati minori pretio, reducerentur ad rationem quatuordecim pro vno, cósque eo ipso ad id pretium reduxit, addens, nihil impediente quod antiqui sint, & à longo tempore impositi, & quod celebrati fuerint in loco, aut prouincia, in qua fuerit consuetum minori pretio vendi: quia, inquam hoc ita à Rege Philippo sancitum est, neque ad hanc vsque diem est, aut esse potuit, consuetudo in contrarium, quæ legi illi præiudicium attulerit, sanè dicendum est, illicitum id hodie esse, cum restituendi onere pensionum excessum, qui acceptus fuerit. Atque hoc ipsum post tertiam editionem additur in Couarr. *num.* 3. citato in Cæsaraugustana editione minórque quosdam ex scribentibus id ita hodie in dubium reuocare, quasi res hodie dubia esse possit.

Quod si in hoc Regno prædium tradatur æstimatum centum quadraginta (verbi gratia) aureis, & qua emptor pretium statim non habet, constituatur, in eo, aut simul etiam in quibusdam aliis bonis emptionis census annuus redimibilis plus quàm decem aureorum, ita vt pensio maior sit, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, con-

tractus

tractus est nullus quoad excessum, propter legem 6. citatam id enim est emere censum minus, quàm ad rationem quatuordecim pro quo: ita Gutier. 2. *de pract. qq. qu.* 7 2. Si verò prædium in emphyteusim tradatur, aut in censum reseruatiuum, constituta certa annua pensione, & cum pacto, quod redimi possit minus, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, non erit pactum hoc contra *l.* 6. vt rectè cum aliis Gutier. ibidem affirmat.

Sicut enim quod in contractu emphyteutico, aut censualis reseruatiuo, pensio in fructibus, vt tritico vino, aut oleo constituatur, non est contra legem 4. eiusdem tituli, neque necesse est eam pensionem reducere ad pecuniariam ad rationem quatuordecim pro vno, quoniam in ea lege, sicut etiam in motu proprio Pij V. solùm est sermo de censu redimibili consignationi: ita quod pensio illa alia redimi possit minus, quàm ad rationem quatuordecim pro vno non est contra *l.* 6. citatam, in qua similiter non est sermo de contractu emphyteutico, aut censuali reseruatiuo, sed solum de consignatiuo pecuniario, ac redimibili. Nisi forè contractus initus esset in fraudem eius legis animo quidem vendendi prædium centum, verbi gratia quadraginta aureis tradendique illos ad censum emptori prædij pro maiori pensione, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, atque ad id palliandum, celebratus esset contractus emphyteuticus, aut census reseruatiui, annuæ illius pensionis cum pacto facultatis illam redimendi centum quadraginta aureis; in quo euentu pensio esset nulla quoad excessum eius pensionis plus, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, cum onere restituendi excessum talis pensionis accepti.

2. Quo loco † obserua, si contractus emphyteuticus aut census reseruatiui, iustè esset celebratus pro certa annua pensione sine facultate illam redimendi, tunc eam pensionem longè plus valere, quam ad rationē quatuordecim pro vno, eo quod sit perpetua, censúsque perpetuus, atque irredimibilis plus valeat, quàm ad rationem quatuordecim pro vno. Adde, in contractu emphyteutico eo ipso, quod pensio redimi pro aliquo pretio concedatur, non solum vendi ius ad illam pro eo pretio, sed etiam directum dominium, quod cùm iure ad illam perseuerabat apud venditorem, redemptáque pensione extinguitur quare plus valet pensio illa: quàm si esset census consignatiui irredimibilis. Hinc iam facilè intelliges, in redemptione talis pensionis pro minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, nullum imminere periculum iniustitiæ contra ementem, seu redimentem eam pensionem pro eo pretio, sicut quando census redimibilis emitur minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno est periculum iniustitiæ aduersus census venditorem, eáque de causa inhibitum in hoc Regno est; quod non minori pretio, quam ad rationem quatuordecim pro vno ematur.

Dubium. 3. Dubium est, vtrum in hoc Regno, nihil impediente *l.* 6. citata, census postquam † semel est constitutus possit licitè emi minori pretio quàm ad rationem quatuordecim pro vno. Quidam quos Gutier. 2. *de pract. qq. q.* 173. refert affirmanter respondent. Arbitrantur enim eam legem solum esse intelligendam de prima census redimibilis emptione.

Vt verò nostram subiiciamus sententiam obseruandum est. Quamuis census redimibilis in hoc Regno post eam legem licitè non possit emi minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, posse tamen licitè vendi maiori pretio, & sæpè vsu euenire, vt maiori pretio vendatur, nempe ad rationem quindecim, aut sexdecim, pro vno. Ratio est, quoniam lex illa in solius venditoris fauorem est lata, vt non possit emi ex illo minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, ipse verò vendere possit maiori pretio, si emptorem inueniat aliquando autem euenit, vt maius pretium inueniat quia sunt multi emptores censuum, & pauci venditores, aut quia census, qui venditur est valde securus, & in loco emptori magis accommodato, & quod ematur maiori pretio cum minori periculo, quod citò, & facilè redimatur.

Hoc ita constituto, dicendum est. Quamuis, si *Duff.* redimibilis census emptus fuit maiori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, licitè possit postea emi ad rationem quatuordecim pro vno, eo quod egressio non fiat à pretio lege illa 6. constituto nefas tamen in hoc Regno esse, emere secundo, aut tertio, censum redimibilem minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno, quin potius contractum esse nullum quoad excessum pensionis, cum onere eum restituendi, si accipiatur. Ita multi, quos refert, ac tandem sequitur Gutier. *loco citato.*

Probari autem potest. Primò, quoniam *l. illa* 6. (vt supra retulimus) habet, non posse vendi censum minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno: venditio autem census, quæ secundo, aut tertio fit, verè est venditio census: ergo neque secundo neque tertio, fieri potest minori pretio quàm ad rationem quatuordecim pro vno. Secundò, quoniam census minori pretio antea venditos præcipit lex illa reduci ad rationem quatuordecim pro vno: ergo non permittit visum censum deinceps vendi, etiamsi iam antea constitutus sit, minori pretio, quàm ad rationem quatuordecim pro vno.

Tertiò, quoniam eo ipso, quod frumenti aut cuiusvis alterius rei, pretium est taxatum, nefas est eam rem secundo, aut tertio, vendere maiori pretio: ergo idem erit in censu redimibili. Neque est dubitandum, si legislator dum eam legem condidit, interrogaretur, an liberum relinqueret postquam semel census eo pretio esset constitutus, minori pretio illum emere; neganter fuisse responsurum: præsertim, cùm census non minorem valorem habeat, quando secundo, aut tertio, venditur quàm quando venditur primo. Hoc ipsum confirmat clausula Pij V. circa quam hæc examinamus, quæ statuit, pretium semel censui constitutum, nec minui posse, etiam ab vltimo contrahentibus quare si hæc bulla in hoc Regno fuisset recepta nefas in eo, propter hanc clausulam esset, emere ad rationem quatuordecim pro vno censum redimibilem iam antea venditum ad rationem quindecim, aut sexdecim, pro vno. Non est tamen in eo recepta.

4. Quod verò attinet † ad census irredimibiles in hoc Regno emptos ad rationem triginta pro vno, aut quouis alio pretio dicendum est, licitè posse emi postea minori pretio, dummodo, attentis circunstantiis concurrentibus, & modo vendendi, limites iusti non egrediatur. Ratio est quoniam huic censui nullum pretium in hoc Regno est lege taxatum, neque de hoc censu loquitur motus proprius Pij V. *dissuas.* 390. ostensum est. Lege hac de re Nauarr. *in comment. cap.* 1. 14. *quæst.* 3. *num.* 113.

Cùm

5. Cum Pius V. in tota hac bulla non meminerit conditionis illius, vt † census pro partes redimi possit, dubium est, an illa necessaria sit, vt census redimibilis vsurarius, aut certè iniustus, non sit. Conueniunt omnes, si in pretio census tantum augeatur, vt compensetur grauamen illud, quod censu redimi non possit per partes, sed totus simul contractum neque vsurarium esse, neque iniustum: ita Sot. 6. *de iust. q. 6. art. 3.* Nauarr. *in comment. c. 1. 14. q. 3. num. 78. in 5.* conditione, & aliis quos Gutier. 3. *de pract. qq. q. 174.* refert ac sequitur. Censet verò Gutier. in hoc Regno iniustum esse contractum census redimibilis ad rationem quatuordecim pro vno, etiam pacto, vt census redimi non possit per partes, sed censum cum eo pacto emi debere ad rationem quindecim, aut sexdecim, pro vno.

Vtrum autem, si pactum illud, apponatur, neque in pretio augeatur, contractus dicendus sit vsurarius, an iniustus, quia inæqualis, sine vitio tamen vsuræ Nauarr. vbi supra, vsurarium arbitratur esse appellandum. Sotus verò, quem Gutier. & alij sequuntur vitio vsuræ carere existimant, solúmque esse iniustum quia est inæqualis.

Ego cum domino Francisco Sarmiento 7. *selectarum interpr. cap. 1. num. 27.* & aliis, dicendum
Decis. arbitror, Censui redimibili non magis ex natura rei esse, vt redimi per partes possit, quàm cæteris rebus quæ cum pacto de retrouendendo enumeretur, de quibus omnes conficentur, nisi in pactum deducatur, vt redimi possint per partes, non posse redimi, nisi simul.

6. Fateor † quidem censum aptiorem ex natura rei esse, vt per partes redimatur, quàm res cæteras, sed quod nego, est, interesse ex natura rei censuali contractui, si cum pacto de retrouendendo celebretur, quod in facultate cum vendentis sit, redimere illum per partes, secluſa consuetudine loci, quæ vnum, aut alterum habeat: quin potius arbitror, secluſa consuetudine in contrarium, non esse in potestate illum vendentis, redimere eum per partes, nisi in pactum deducatur.

7. Quare sicut † grauamen esset temporis aliarum rerum cum pacto de retrouendendo si in pactum deduceretur, quod redimi possint per partes, minúsque valerent appositio eo pacto, quàm si absolutè venderentur solum cum pacto de retrouendendo, eáque de causa minuendum esset de pretio, alioquin iusto, quo venderentur cum pacto, quidem de retrouendendo, sed sine eo grauamine sic etiam, quod censui redimi possit per partes, grauamen, est mentis illum, licet minus, quàm quod reliquæ res redimi per partes possint; ac proinde minus aliquid valet census cum eo grauamine, quam si absolutè vendatur cum solo pacto de retrouendendo. Nostra hæc sententia confirmari potest. In primis quoniam nulla legitima potest reddi ratio, cur vna venditione cum pacto de retrouendendo habeat ex natura rei secluſa alio pacto, aut consuetudine loci vnum illorum, quàm alia. Deinde, quoniam quando venditur census cum pacto de retrouendendo, quod venditur, non sunt pensiones ipsæ materialiter, hoc est, pecunia soluenda quotannis, sed ius ad illam accipiendam ex re, in qua census collocatur: eiusmodi autem ius totum quoddam est minus habens partes comparatione latitudinis soluendæ pensionis, quam respicit, quàm habeant prædia, & res aliæ, quæ cum pacto de retrouendendo emuntur, ergo non magis censui cum pacto de retrouendendo empto, ex natura rei inest, secluſo alio pacto, & consuetudine, quod in facultate illum vendentis sit redimere eum per partes, quam insit cæteris rebus similiter venditis.

Tertiò, quoniam sicut grauamen est emptoris, quod census ei vendatur cum pacto de retrouendendo, eáque de causa minus valet census cum pacto de retrouendendo, quàm sine illo; ita grauamen eiusdem emptoris est, quod insuper redimi possit per partes, minúsque adhuc valet cum eo grauamine, quam cum solo pacto de retrouendendo, difficilius quippe emet quis ius ad annuam pensionem cum pacto, quod redimi possit per partes, etiam magnas, quales sunt dimidium, tertia, quarta, aut quinta pars, quam sine eo grauamine, eo quod pecunia ad ipsum per partes reuersa, minus vtilis ei sit ad prædia, aut ad alios reditus, emenda, faciliúsque insumatur, quam tota simul accepta, & quoniam reditus exigui, atque ea diuersis exigendi, minus vtilis, valdéque molesti sint: cum pacto verò quod census redimi per quascunque partes possit etiam minimas, vt redimendo sigillatim singulos aureos pensionis, est longè maius grauamen, quod multum de pretio minuet, vixque venditor census reperiret, qui cum eò grauamine velit censum emere, Doctoréſque cum quibus disputamus affirmant non esse in facultate vendentis censum cum pacto de retrouendendo illum redimere per partes adeò exiguas, sed solum per magnas, vel per tertias, aut quartas partes, ac proinde conficebuntur, non inesse ex natura rei contractui censuali vendito cum pacto de retrouendendo, quod redimi per partes exiguas possit, sed ad eam facultatem necessarium esse pactum expressum superadditum.

Quod si contractus censualis venditus cum pacto de retrouendendo ex natura rei non habet, quod secluſo pacto, & consuetudine redimi possit per partes exiguas, sanè neque ex natura rei habet, quod redimi possit per partes maiores, sed ad id necessaria est consuetudo, iuxta quam celebratus censeatur contractus, vel pactum expressum. Adde, cum ostensum sit, quemadmodum pactum de retrouendendo in censuali contractui grauamen est emptoris, sic etiam, quod possit redimi per partes, esse grauamen aliud eiusdem emptori superadditum, grauamina verò, quæ ex natura rei emptioni, & venditioni non insunt, non censeantur debita, nisi in pactum deducantur, aut consuetudine sint recepta, ac proinde nisi tacitè in pactum deducta censeantur, sanè sicut, quod census redimi possit, non ineſt ex natura rei contractui censuali, sed vt facultas censum redimendi sit, necesse est id in censuali contractum in pactum deduci: ita, quod per partes, siue magnas, siue paruas, redimi possit, eidem contractui non ineſt sed necesse est, vt tacite, vel expressè, in pactum deducatur.

In † Hispanis verò consuetudo non est, vt cen- 8.
sus redimibiles per partes etiam magnas, redimantur, sed simul. Quod si aliquando, raro per partes est redemptus, sine pacto expresso, quod eo modo redimi posset, illud sanè est, liberè consentiente domino census aut certè consulentibus Doctoribus contrariæ opinionis, eum teneri consentire. Ea autem opinio ortum habuisse videtur ex Extrauagantibus Martini V. & Calixti III. quatenus in eis proponitur, census cum pacto de retrouendendo, de quibus in eis est sermo, & qui ibi approbantur celebratos fuisse cum conditione, inter alias vt redimi per partes possent.

Ex eo autem quod illi ita celebrarentur non rectè colligitur, omnes ita deberi celebrari, & alioquin esse iniustos, eámve esse necessariam conditionem, vt contractus cum pacto de retrouendendo licitè possint celebrari, vt Miranda, & Nauarr. colligunt. Vt enim sæpè dictum est ex eo, quod in illis extrauagantibus contractus in eis propositi celebrati cum illis conditionibus, & pactis approbentur, non sequitur reliquos, aliter celebratos in eisdem extrauagantibus reprobari. Atque in re proposita, non sequitur, omnes illas conditiones inesse ex natura rei contractui, cum pacto de retrouendendo, aut vbique esse consuetudinem, vt eodem modo celebrentur. Ac sanè Pius V. eius conditionis non meminisse, signum est manifestum, eam necessariam non esse, vt iustus sit contractus.

Ex dictis infero, falsum esse, quod Gutier. affirmat, nempe iniustum hoc Regno esse censum cum pacto de retrouendendo ad rationem quatuordecim pro vno, si exprimatur, quod census redimi non possit per partes. Etenim, cùm contractus id habeat ex natura rei, quod id exprimatur, pretium census non auget, neque, si augeret, tantum esse grauamen, vt augere deberet vnum supra quatuordecim, nedum duo. Imò verò, quod deducatur in pactum redimi posse per partes, minuere debetet de pretio ad rationem quatuordecim pro vno lege taxato, eo quod vt ostensum est, id sit grauamen emptoris, quod de pretio census, alioquin iusto, ex natura rei minuit, sicut minuit etiam pactum de retrouendendo.

CLAVSVLA VLTIMA.

POstrema clausula habet. *Et licèt legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamen omnes, in quos sub alia forma census perunerunt, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subiiciant, & animarum saluti consulant. Non obstantibus, &c. Datum Romæ anno 1568. 14. Kalend. Februarij.* Hæc clausula satis perspicua neque expositione indiget.

Decisio quorundam dubiorum:

DISPVTATIO CCCXCIV.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus ad certam pecuniæ summam soluendam an si statim eam non soluit, teneatur ad annuum censum, donec eam soluat, non obstante bulla Pij V.*

2 *Censum vendens, an possit dare partem pretij cuidam tertio, vt soluat partem pensionis, quæ ei parti pretij respondet.*

3 *Census an debeatur ex domo de nouo constructa super fundo in quo erat domus vetus deruta, subiecta censui.*

4 *Census si ematur in re non libera, an pensiones licitè recipiantur.*
Et quid de iure Castellæ, num. 5.

6 *Emptor rei, in qua, eo ignorante, erat census legitimus, an possit se aggrauare, & sic venditionem rescindere.*

7 *Census an possit redimi, & extingui etiam in aliis rebus loco pecuniæ quibus dominus contentus sit.*

8 *Census dominus in venditione rei, an præferatur etiam habentibus ius retractus.*

9 *Census quando imponi possit in re aliena.*

DVbium primum est. Vtrum, nihil impediente bulla Pij V. quando † aliquis condemnatur ad solutionem summæ alicuius pecuniæ, neque illam potest statim soluere, damnari sub disiunctione possit, ad illam soluendam, vel ad annuum censum, interim dum ea non soluit: quod Nauar. *in comment. cap. 1. 14. qu. 3. num. 99.* ait consuetum esse in hoc Castellæ Regno Nauarr. *ibid. num. 10.* affirmanter respondet, modò tamen in interesse lucri cessantis ex eo creditori, quod pecunia illa non soluatur statim atque in pœnam iustam contumaciæ debitoris, ea sententia feratur. Ducitur, quoniam bulla Pij V. solum intelligitur de Censibus ex contractu & conuentione partium creatis non verò de creatis iustis aliis titulis, de quorum numero est iusta sententia iudicis. Excipit, nisi debitum esset ex rebus in pondere, numero, aut mensura, consistentibus. 1. Quæst.

Arbitror tamen impertinens esse, vnde summa pecuniæ debeatur, modo verè debeatur, essétque fraus, ac dolus. Licèt enim pœna conuentionalis tempore contractus statuta, magis suspecta sit; quando aliquid est debitum ex rebus in pondere, numero, aut mensura, consistentibus, quàm quando ex aliis rebus est debitum, hæc tamen, de qua loquimur, non est pœna conuentionalis, sed iudicialis, ortum habens ex pecunia verè iam debita, nec suo tempore soluta: postquam autem pecunia iam est debita, & in pœnam contumaciæ, quod non soluatur, atque ob interesse, quod ex dilatione solutionis creditori cessat, à iudice sub disiunctione iniungitur, vt soluatur, vel annuus census ex illa reddatur, impertinens est, vnde debitum habuerit ortum. Curare tamen debet iudex, ne simulatio aliqua interueniat, ad ea via ex partium conuentione censum personalem, aut fine conditionibus, vt sit licitus necessariis, creandum. Adde, in hoc regno receptam non esse bullam Pij V. Dub.

Secundum est; vtrum, qui † Censum vendidit, possit dare partem pretij cuidam tertio ea lege, vt soluat partem pensionis, quæ ei parti pretij respondet. Nauarr. *loco citato num. 113.* Neganter respondet. Credo tamen affirmanter esse respondendum. Præsertim in Nauarri opinione, qui censet, redimi posse census quoad partem. Cum enim venditor census ea parte pretij quam alteri tradit, redimere posset partem census vtique beneficium illi impendit, concedendo illi eam pretij partem cum onere, cum quo ipse illam accepit, relinquendo census collocatum in bonis suis. 2. Quæst. Dub.

Adde ratione damni ex eo ipsi emergentis, quod ea parte pretij non redimat partem census, licitum id esse: præsertim cum venditor census, nullum lucrum inde reportet. A principio etiam, quando census vendebat, poterat dimidium vendere, vt ipse eum soluceret, & alterum dimidium, vt solueret illum is: qui ea pecunia indigebat, collocando totum census in re aliqua sua: quod est beneficium conferre illi alteri, sine vllo proprio lucro in quo neque vsura, neque alia iniustitia, cernitur. Quando autem, qui census vendidit, partem pecuniæ haberet otiosum, neque ea fas illi esset redimere partem census, tunc vsura vtique esset tradere illam alteri ea indigenti, cum onere, vt partem census soluere, & fortè in hoc solo euentu loquitur Nauarr.

Tertium,

3. Tertium, si res, in qua census † erat collocatus erat, verbi gratia, domus atque illa omninò corruat, aut exuratur, iterúmque in eadem area alia similis erigatur, an debeatur census. Respondendum est cum Nauarr. *loco citato*, *num.* 118. non deberi. Quoniam pereunte re, in qua census est collocatus, perit omnino census; esto autem area domus maneat, simpliciter verum est dicere, periisse domum. Quando autem res in qua census erat collocatus culpa debitoris census periret, teneretur collocare illum in re alia, in qua census æqualis esset valoris, aut soluere teneretur valorem census. Ita Nauar. *ibidem*.

4. *Dubium.* Quartum est, si Census † ematur in re non libera, seu in qua census collocari non poterat, quia alligata erat vinculo maioratus aut erat aliena, vel alia simili ratione, an pensiones licitè recipiantur.

Decis. Ad hoc distinguendum est cum Nauarr. *vbi supra*, *num.* 118. Quoniam, vel emptor census sciebat rem esse realem, in qua census non poterat collocari, vel id ignorabat. In posteriori euentu, licitè recepit pensiones, interim dum ea ignorantia perseuerabat, neque tenetur computare illas in partem pretij, idque siue venditor census scierit, rem illam esse incapacem census illius, siue non. Ratio est, quoniam emptor census bona fide illas recepit, sibíque erant debitæ vi contractus emptionis census. Quod si venditor conscius fuit rem incapacem fuisse illius census, dolus interuenit in contractu iuxta ea quæ *disp.* 352. & 353. dicta sunt tenebitúrque vitium detegere, neque dolus patrocinari illi debet, vt eo tempore

5. *Ins Castella.* immunis sit à pensionibus soluendis. Quin † in hoc Regno, esto res vinculata non sit ac sit propria vendentis censum, si tamen onerata erat aliis prioribus censibus, aut tributis, neque venditor census id emptori detexit punitur amissione dupli eius pretij, quod pro censu acceperat, & cogitur iterum collocare censum in re secura, vt census ex illa soluatur. Ita habetur *l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 5. *nouæ collect.* Atque *l.* 3. *sequenti*, ad lites vitandas, quæ ex occultatione onerum rerum, in quibus census collocantur, sæpè oriuntur, statutum est, vt in vnoquoque loco, in quo caput sit iurisdictionis, deputata sit persona, quæ librum habeat, in quo in catalogum redigantur contractus omnes quibus onus hypothecæ, census, aut tributi, rebus imponitur, & vt celebrantes eiusmodi contractus teneantur, intra sex dies à contractu celebrato, eos in hoc libro scribi curare, sub pœna, vt aliter confecti, fidem non faciant, neque iuxta illos iudicetur, neque tertius earum rerum possessor, ad aliquod propter tale onus teneatur. Præcipitur verò eum librum non ostendi sed eum, cui incumbet in catalogum redigere eos contractus, debere fidem facere, num aliquod onus habeat res quæ vendenda, aut in qua onus est constituendum, quando, ad petitionem vendentis rem, aut collocantis in ea onus, id ab eo exigetur. Gutier. *tamen* 1. *de practic. qq. quæst.* 169. ait dispositionem huius legis tertæ nunquam mandatam fuisse executioni quare, interim dum persona non deputatur, quæ id muneris habeat, ea lex non obligat.

Esto autem venditor census tempore venditionis illius ignorauerit rem, in qua collocabatur, incapacem esse illius, iustè tamen emptor census accepit pensiones non computandas in partem pretij toto eo tempore, quo ipse id etiam ignorabat, quoniam venditor census tenetur de euictione illius eo ipso, quod competitur rem non fuisse capacem illius, atque adeo tenetur ad interesse emptori census, iuxta ea, quæ *disp.* 380. dicta sunt. Quando autem census esset redimibilis, quoniam in potestate venditoris est, illum redimere quandocunque voluerit, totum interesse sufficienter soluitur si vltra omnes pensiones illucusque ex censu debitas, integrum pretium restituatur, vel census iterum collocetur in re æquè bona, ac secura.

Quando verò Census esset irredimibilis vltra pensiones illucusque debitas cogendus esset venditor census collocare illum in re alia æquè bona, ac secura, si illam haberet, atque id emptor census eligeret, vel si id fieri non posset, cogendus esset soluere integrum, ac iustum pretium talis census quoniam id etiam esset integrum interesse illius. In priori autem euentu, quando scilicet emptor census sciebat rem esse talem, in qua census non poterat collocari, dicendum est, non posse accipere eas pensiones si autem illas accipiat, teneri eas computare in partem pretij.

Ratio est, quoniam in eo euentu locum non habet euictio, vt *disput.* 380. ostendimus, quoniam talis census reuera non existit: eius autem quod non existit, non possunt esse reditus, ac proinde nec percipi iustè ab illo possunt, qui conscius erat censum non existere. Quod si accipiantur, obnoxij restitutioni erunt. Imò verò si in exteriori foro constet eo modo esse perceptos, pœnis vsuariorum in eo plectetur, qui illos acceperit, vt Nauarr. *vbi supra num.* 119. affirmat: quandoquidem tunc nullus alius titulus erit, quo accipiantur, quam vi mutui.

E contrario, † si res, in qua census legitimè 6.
erat collocatus, alicui vendatur, non manifestato *Quæst.*
illi, eam rem tale reale onus habere, dubium est, an emptor, comperto illam id oneris habere, rescindere possit venditionem. Pars, quæ affirmat suaderi potest, quoniam res cum eo onere vitiosa censetur, non secus ac si in se haberet seruitutem qui autem, conscius rem, quam vendit, habere seruitutem, eam vendit, seruitute non detecta, censetur conscius vendere rem vitiosam, vitio minimè detecto ac proinde emptor, detecta seruitute, rescindere potest contractum, quod si venditor, seruitutem ignorans, rem vendat, datur emptori actio quanto minoris aduersus illum, vt *disputat.* 353. ostensum est: ergo idem erit in re proposita.

Dicendum tamen est cum Gutier. 2. *de pract.* *Decis.* *qq. q.* 169. In primis venditorem rei illius non incidere in pœnam legis secundæ *tit.* 15. *lib.* 5. *nouæ collect.* Quoniam illi solum statuit pœnam venditori census in re grauata alio censu, aut tributo, grauamine non detecto, pœnæ autem cedendæ non sunt ad casum diuersum etiamsi consonantius rationi esset, vt potius in illo alio casu statueretur.

Deinde dicendum est, si census redimibilis sit, non posse agere ad dissolutionem contractus, neque etiam actione quanto minoris, sed solum vt census redimatur, soluantúrque pensiones ex illo debitæ: eo enim facto quod in potestate venditoris est, res manebit libera à tali censu, ac proinde à vitio; quando autem vitium tale est, quod potestate vendentis est illud tollere non procedunt, quæ disputatione citata dicta sunt, sed cogi debet venditor vitium, seu defectum tollere, interim tamen dum census non tollitur, retinere emptor poterit pretium si illum non soluit.

Hæc omnia confirmantur quoniam quando res venditur, quæ hypothecæ specialiter erat subiecta, comperto postea onere illo reali, agi non potest ad rescissionem venditionis, sed vt res ab eo, oneréque à venditore liberetur si id in ipsius sit potestate. Ita colligitur apertè *ex l. ex prædiis Cod. de euict. & ibi notant* Glos. Bart. & alij, *quos* Gutierez *vbi supra refert.* Quando autem census esset irredimibilis, locum haberent, quæ argumentum in partem affirmantem confectum probat.

7. *Dubium.* Quintum dubium est, vtrum † vbi bulla Pij V. est recepta, quamuis nefas sit emere censum, nisi in pecunia numerata, fas tamen sit eum redimere, atque extinguere, non in pecunia numerata, sed in aliis rebus, quibus dominus census contentus sit loco pretij. *Resp.* Respondendum est cum Nauar. *in comment. c. 1. 14. qu. 3. num. 123.* licitum id esse. Quoniam bulla illa solum loquitur in emptione census, éstque exorbitans à iure, neque extendenda est ad redemptionem. Neque sanè ea fuit mens Pij V.

Tum quia in extinctione census non erat periculum ea via palliandi vsuras, atque iniustitiam committendi, sicut in illius emptione. Dum etiam quoniam in ea bulla minui, atque extingui, census curauit. Addit ibidem Nauar. Extingui etiam posse, compensatione æqualis debiti liquidi quod dominus census debeat censui debitori; idque non solum ex consensu mutuo vtriusque, sed etiam domino census renuente, debitoréque census id coram iudice petente, aut etiam protestante coram testibus, se velle æquali eo debito redimere censum, neque deinceps teneri ad pensionem soluendam. Ex eo autem, quod æquale cum pretio census illo modo debeatur, non censetur census redemptus, nisi id petat, aut protestetur, debitor census, *vt ibid. numer. 125. rectè subiungit* Nauarr.

8. Sextum, vtrum si bulla Pij V. recipiatur alicubi, etiam † quoad eam clausulam, quod in venditore rei censui subiectæ præferatur dominus census cæteris sit præferendus, etiam habentibus ius retractus ratione communionis in eadem re, aut ratione consanguinitatis, vt est ius retractus in hoc Regno. *Dubium.* Respondet optimè Nau. *vbi supra n. 127.* neganter.

Quoniam gratia, ac priuilegium domino census in hac bulla concessa, neque tollit, neque impedit, priores gratias, ac priuilegia ritè in ea concessa. Quare dominus census solum præferretur cæteris communis eiusdem rei emptoribus, non vero habentibus priuilegium prælationis.

9. Septimum, vtrum † census imponi possit in re aliena. *Dicit.* Respondet benè Nauarr. *vbi supr. n. 131.* affirmanter, si consentiat dominus talis rei. Quoniam illa est, quæ deuincta manet tali censui, licèt is, in cuius commodum census constituitur; teneatur soluere pensiones interim dum ea res salua manserit: éstque consuetum in Hispanis ita imponi reales census.

* * *

De Censibus multis mensibus, post Bullam Pij V. Romæ editam, celebratis sine conditionibus in ea contentis in diœcesibus, vbi publicata non fuit, & communiter ignorabatur, quid censentur.

DISPVTATIO CCCXCV.

SVMMARIVM.

1 *Lex, & Canones ligant omnes etiam ignorantes in omni prouincia post duos menses à die eorum publicationis.*

2 *Immo etiam vim haberet post duos menses à publicatione facta, etiam contractus inualidos reddendos.*

Declara tamen plenè & intellige, vt n. 4.

3 *Census contractus post publicationem Bullæ Pij V. multos menses ab ignorantibus celebrati, quando validi sunt.*

5 *Contractus celebratus ante duos menses à legis publicatione, irritantis contractum ab habente notitiam illius, quando sit nullus, etiam in foro conscientiæ.*

6 *Et quid de iure Lusitano.*

POst multos menses, quin & post aliquot annos, à die publicationis bullæ Pij V. Romæ factæ, celebrati in quadam Lusitaniæ diœcesi fuerunt contractus multi censuales cum pacto de retrouendendo sine conditionibus in ea bulla præscriptis, vt liciti, ac validi essent; cum tamen in ea diœcesi; non solum publicata non esset ea bulla, sed etiam communiter ignoraretur, neque vllus esset, qui scrupulum circa eos contractus moneret.

Contractus tamen tales erant; quod secluſa bulla Pij V. stándóque eam in sola natura rei, validi erant; esto in aliquibus in conscientiæ foro esset necesse remittere onus aliquod venditori census, aut augere aliquid in pretio, quo census fuerant empti. Lites circa eos contractus moueri in tribunali Ecclesiastico cœperunt, contendentibus censuum debitoribus, contractus fuisse nullos, vtpotè contra bullam Pij V. celebratos pensionésque receptas, restituendas, ac computandas esse in partem pretij pro eis censibus dati.

Consulti ea de re fuere varij docti viri, multíque affirmarunt, contractus celebratos post duos menses à publicatione Romæ facta, fuisse nullos, nihil impediente communi ignorantia eius bullæ in ea diœcesi, & quod bona fide essent celebrati, ac proinde pensiones ex eis censibus acceptas restituendas esse, aut computandas, in partem pretij dati.

Id verò suaderi potest. Quoniam, licèt de iure communi, vt † leges Imperatorum ac Regum ita vim habeant, vt non præsumatur illarum ignorantia, & vt nihil impediente contrahentium ignorantia nulli sint contractus, quos inualidos reddunt, requiratur, in Curia quidem, & Metropoli Regni, vt transeant duo menses à die publicationis in ea factæ, in reliquis verò Prouinciis eidem Regno, ac Metropoli subiectis, vt transeant duo menses à publicatione in vnaquaque earum facta vt haberent in authentico, vt factæ constitutiones collocat. 5. consentítque communis Doctorum sententia, nihilominus, vt Summi Pontificis 1.

tificis leges eam vim in tota Ecclesia habeant, invalidósque reddant contractus, nihil impediente invincibili contrahentium ignorantia, satis est, si transeant duo menses à publicatione Romæ facta, vt multi affirmant, neque est necessaria peculiaris publicatio in vnaquaque Metropoli, aut diœcesi. Id quod suadent.

Primò, ex discrimine, quod est inter Ecclesiam, & Regnum habens multas Prouincias, seu regna, sibi subiecta. Etenim, Ecclesia est vnica Respublica spiritualis, multa autem regna eidem Regni subiecta, sunt multæ Respublicæ dependentes ab vna præcipua, cui subiiciuntur: quare, cùm in distinctis Prouinciis requirantur diuersæ publicationes, eo quod Respublicæ diuersæ sint & in vnaquaque earum sufficiat vna publicatio comparatione omnium, qui de ea prouincia sunt, esto ad distincta oppida, aut ciuitates, eius prouinciæ spectent: ita in Ecclesia, vt pontificiæ leges post duos menses vim habeant, satis erit vna solemnis publicatio in Curia Romana effecta.

Secundò, quoniam fortè nulla constitutio Summi Pontificis, eam ex iis, quæ in corpore iuris sunt insertæ, publicata est in singulis Prouinciis, seu Diœcesibus: quare si, vt vnaquaque earum singulas prouincias ligaret, necessaria esset publicatio illius in singulis prouinciis, nulla earum ligaret vniuersam Ecclesiam, quod nulla ratione est affirmandum.

Tertiò, quoniam Pius IV. in bulla super declaratione temporis ab obseruanda decreta Concilij Tridentini, referens de iure communi sancitum esse, vt constitutiones nouæ vim non obtineant, nisi post certum tempus ait. *Prout rationi, iuri, & æquitati conuenire censuimus, duximus declarandum quod decreta, ad reformationem, & Iuspositiuum pertinentia, omnes cœperint obligare à Kalend. Maij, neque post eam diem excusationem cuiusquam, quod ea ignorauerit, admittendam.* Cum tamen publicata Romæ fuerint, cœperintque Romæ obseruari in fine Ianuarij: subiungitque, *quod si in contrarium aliquid fuerit iudicatum, totum sit irritum, & inane.* Ecce solos tres menses designat post publicationem Romæ factam, nullam aliam publicationem exigens in particularibus diœcesibus, incrementum verò illud, vltra duos menses designare videtur, propter moram factam in typis mandando, ac mittendo Concilio ad prouincias, cuius moræ in eadem bulla mentionem facit.

2. Ex his eruitur hoc argumentum. Leges Summi Pontificis vim habent, etiam ad contractus inualidos reddendos post duos menses à publicatione Romæ facta, nihil impediente, quod in particularibus diœcesibus publicatæ non sint, & quod contrahentes invincibili ignorantia laborent earum legum: ergo licet ignorantia invincibilis bullæ Pij V. excuset eos à culpa, & pœnis eiusdem bullæ, qui contra formam illius celebrauerunt censuales contractus post duos menses à publicatione facta Romæ, nihilominus contractus sunt ipso iure nulli, ac proinde emptores censuum restituere tenentur pensiones quas vt eorundem contractuum acceperunt tanquam acceptas titulo ipso iure nullo.

Quo loco obserua, quod dicitur, censuarios videlicet esse duos menses à die publicationis, vt leges Summi Pontificis, aut aliorum Pontificum, vim habeant ad inualidandos contractus, irritáque reddenda alia, nihil impediente ignorantia contrahentium, aut quoduis illud efficientiúmque aut obtinentium contra legis dispositionem, limitari à Doctoribus communiter, vt intelligatur, modo aliud in particulari eisdem legibus non disponatur, sed absque alia declaratione hac in parte proponantur. Si enim in illis plus temporis concedatur à die publicationis, vel tempus minuatur, aut etiam dicatur, quod ex tunc, quando publicantur, valere incipiant, standum est ipsarum dispositioni: ita Pan. & Felin. *cap. 2. de constitutione,* & Doctores *communiter.*

Arbitror tamen, contrarium † esse affirmandum, etiam vbi bulla Pij V. plenè reciperet. Nempè, contractus illos, in ea diœcesi celebratos ab ignorantibus validos esse, neque emptores censuum restituere teneri pensiones, aureas computare in partem pretij. Ducor, 3.

Negans soluere censum ei qui non habet se pro spoliato, dicitur illum in sua possessione, vel quasi, turbare. q.91.num.17. 242

Limitatur si simpliciter solutionem differat, non tamen neget se teneri ad soluendum. q.91.n.18. ibid.

Negatoria.

Agens nil tenetur probare, sed negatione est tutus. q.90.num.10. 259

Negligentia.

Creditoris conditionalis non potest considerari, nisi post purificatam conditionem. q.118.n.24. 336

Negligentia non potest opponi illi, cui diligentia nihil potuisset proficere. q.97.n.61. 270

Negotiatio.

Consideratur tantum respectu illius mercantiæ, quæ est exposita periculis, & laboribus. q.88. sub n.15. 237

Negotium.

Negotiis præteritis & præsentibus tripliciter prouideatur, hempè per modum consilij, declarationis, & constitutionis. add. ad glos.36. 360

Nemo.

Nemo potest super re propria ad sui commodum ius imponere. q.7.num.9. 12

Nemo præsumitur immemor salutis æternæ. qu.47. num.87. 108

Nemo inuitus cogitur incidere in communionem, & societatem. q.110.num.14. 315

Nemo cogi potest ad contrahendum. q.105.n.14 288

Nemo est dominus membrorum suorum. q.34. numer.23. 67

Nemo potest sibi propria auctoritate ius dicere, sed Iudicem pro iustitia debet adire. q.94.n.4. 286

Nisi.

Hæc particula posita post negatiuam, ponit id quod exprimitur in casu sequenti. q.32.n.5. 62

Nobilis.

Nobiles debent incumbere artibus liberalibus; add. *Census de Censibus.* ad glos.sum. 342

Nomen debitoris

Quod sit exigibile conferuntur. q.72. sub n.22. 192

Limit. quando cedens non concedit promissionem copulatiuè, sed alternatiuè, videlicet nomen esse verum vel bonum. ibid.

Limit.2. si cessionarius tempore cessionis habebat notam qualitatem dicti nominis *Cessit.* ibid.

Limit. Si cessionarius exigat à debitore nouam obligationem. ibid.

Nomen debitoris non dicitur exigibile si non sit facilis exactionis. ibid. 192

Nomen debitoris periculosum, & non tutum potest distrahi minori pretio, quàm sit ipsum debitum. ibid.

Nomen debitoris cedi potest non solum ignorante sed etiam inuito debitore. ibid. 189

Nomen debitoris an possit vendi minori pretio remissiuè. glos.23. 354

Nominatio.

Personæ debet fieri ab ipsomet emptore, nec potest fieri ab eius hærede. q.67.sub num.17. 175

Nominatio auctoris sit vel ad effectum, vt nominatus assistat Iudicio, vel ad declinandum iudicium. q.94.num.33. 252.

Nominatio auctoris facta ad declinandum liberat nominantem, & eximit ne teneatur esse in iudicio. ibid.

Nominatio auctoris non habet locum in interdictis & actionibus personalibus. n.29. ibid.

Secus in actionibus realibus. n.31. & infra. ibid.

Ac in actionibus personalibus in rem scriptis. n.32. 252

Nominatio debet fieri intra annum. q.67. sub n.14. 175

Nominatio personæ pro qua fuit facta emptio non debet intimari venditori. n.17. ibid.

Nominatione facta, ius nominantis resoluitur. sub num.14. ibid.

Nominatione auctoris facta ad declinandum iudicium, est renouanda petitio contra nominatum. 253

Nominatione auctoris à reo facta iudicium quo ad ipsum dicitur finitum. q.94.sub n.35. ibid.

Si tamen nominatus iudicium accipiat. n.35. ibid.

Ampl. tam in petitorio, quàm in possessorio. ibid.

Nominans auctorem si post nominationem compareat in iudicio, non tamen lis dicitur cum eo durare. ibid.

Nominandi ius non transit ad hæredes. q.67. sub n.17. 175

Nominatus in iudicio possessorio comparens non potest opponere exceptiones requirentes altiorem indaginem. q.94.n.36. 253

Nisi possint incontinenti probari. quæst.94.num.37. ibid.

Nominatus non acquirit rem emptam, pro persona nominanda si non ratificet nominationem vino nominante. q.67. sub n.17. 175

Notarius.

Scribens in contractu census aliquod pactum illicitum potest puniri, non tamen pœna falsi sed alia. q.61.num.1. 153

Limit. si in loco contractus vigeret consuetudo apponendi talia pacta illicita in contractu census, quia tunc nulla pœna punitur. q.62.n.2. ibid.

Notarius rogatus de instrumento non potest aliquid addere, vel supplere circa formam. qu.49. sub n.16. 115

Et multò minus notarius, qui etiam de mandato Iudicis

Iudicis rogationes notarij defuncti publicat. qu. 49. sub num. 16. ibid.

Notarius in instrumento aliquando dicit pecuniam esse solutam ante instrumentum, & an hoc est contra Bullam, aliquando in contractu ipso, & hoc secundum Bullam, aliquando dicit simpliciter esse solutam, & hoc casu intelligitur contractum esse legitimum. addit. ad glos. 7. 346

Nouatio.

Nouatio inducitur per veram dationem insolutum. q. 107. num. 19. 297

Per translationem census de vno fundo ad alium nihil innouatur quoad ipsas obligationes in præiudicium venditoris census, & fideiussorum. qu. 41. num. 26. 87

Nullitas.

Nullitas ista sanari, & reparari non potest per renunciationem. d. pacti. q. 55. n. 12. 130

Nullo modo, hæc verba habent in ventre negatiuam. q. 31. num. 2. 61

Quæ ab initio sunt nulla, tractu temporis non conualescunt. q. 45. n. 20. 98

Numeratio.

Numeratio realis in contractu census non probatur ex sola confessione venditoris census ex quo illa requiritur pro forma substantiali. q. 51. num. 27. & 32. 125

Numeratio in contractu census debet probari non per fictas sed per veras, & necessarias probationes. q. 51 num. 36. 124

Realis numeratio probatur deposito facto apud campsorem qui in suo libro scribat pro creditore in dicta summa venditorem census. q. 51. n. 25. 123

Numeravit, hoc verbum significat actum hominis, & realem numerationem. q. 51. n. 4. 121

Intelligitur de numeratione facta tunc tempore contractus. num. 5. ibid.

Licitum si constaret numerationem non fuisse factam. num. 6. ibid.

Numerus.

Singularis est conuertibilis in pluralem. quæst. 41. sub num. 15. 86

Numerus singularis verificatur in pluribus quando militat eadem ratio. q. 41. n. 15. ibid.

Numerus singularis, non adaptatur ad plures. q. 66. num. 12. sed quando secus. n. 18.

O

Oblatio.

Oblatio verbalis non impedit cursum vsurarum. q. 111. sub num. 30. 321

Etiam si creditor taceret, & non recusaret recipere. ibid.

Limit. si creditor expresse recusaret recipere. ibid.

Oblatio prerij census etiam realis non suffragatur absque deposito. q. 111. n. 22. & n. 30. 321

Oblatio bonorum facta per hæredem cum beneficio l. & inuentarij idem operatur quod oblatio pecuniarum. q. 107. num. 35. 299

Oblatio bonorum facta in iudicio ab hærede cum beneficio l. & inuentarij idem operatur quod realis depositio facta extra iudicium. quæst. 107. n. 36. ibid.

Oblectatio.

In prædio parato ad amœnitatem, idem operatur quod fructus in prædio, quod paratur ad fruitionem perceptionem. q. 35. sub n. 17. 75

Oblectatio, quæ percipitur ex prædio ad amœnitatem parato, est pretio æstimabilis. sub numer. 17. ibid.

Obligatio.

Est mater actionis. q. 96 n. 24. 259

Obligationis natura, non mutatur ex mutatione personæ. q. 118. n. 22. 336

Obligatio plurium facta insolidum, quo ad effectum est vnica. q. 52. n. 21. 127

Obligatio in contractu census ab initio est pura, sed exactio differtur ad certum emptus. q. 118. n. 14. 335

Declaratur, vt n. 17. ibid.

Obligatio reuendendi censum, quando vnquam inferri grauamen domino census. quæst. 64. num. 13. 156

Obligatio soluendi censum cessat in aliquibus, casibus etiam quod census non fuerit redemptus nec aliter extinctus. q. 107. n. 1. 295

Obligatio personalis in censu principalis est. q. 97. num. 44. 214

Obligationi soluendi censum, præscribi potest. q. 117. num. 1. 332

Obligationi soluendi censum præscribitur lapsu decem vel viginti annorum. q. 117. n. 4. ibid.

Obligationis conditio non mutatur ex facto debitoris. q. 80. sub n 12. 216

Obligatione principali cessante, cessat & accessoria. q. 77. num. 3. 08

Supponere rem censui nil aliud est quàm illam obligare. q. 21. num. 2. 44

In contractu census principalis obligatio consistit in persona, res autem est loco hypothecæ secundum Couar. q. 34. n. 9. 66

Sed contra. n. 10. 3. & seqq. 66. 67

Ex contractu censuali oritur obligatio, quæ parit actionem realem. q 90 n. 5. 239

Distributio temporum non inducit pluralitatem obligationum, nisi fiat expressa dinumeratio temporum. q. 118. n. 12. 335

Obligatus soluere in scutis auri in auro boni, & iusti ponderis, non potest soluere in moneta alterius materiæ, sed sunt soluenda scuta aurea boni & iusti ponderis. q. 85. n. 23. 228

Limit. vt supra. n. 10. & 11. 227

Obligatus in instrumento habente executionem paratam habetur pro condemnato. q. 75. numer. 18. 205

Obligatus vendere non tenetur expectare emptorem per duos menses secundum Iacob. Cancer. qui tamen fatetur communem opinionem esse in contrarium. q. 111. sub n. 3. 319

Obligatus soluere quid annuum ex prædio, potest se liberare tradendo prædium ipsum creditori. q. 108. sub num. 12. 302

Obligatus renouare fideiussores in contractu census liberatur si dominus census lapso termino præfixo ad renouandum, recipiat fructus census. q. 106. sub num. 12. 292

Obligatus vendere alicui, si alteri vendere velit tenetur illi denunciare futuram venditionem, & per duos menses expectare. q. 111. n. 4. 319

Obligatus ad factum tenetur facere cum primum potuerit. q. 106. sub n. 15. 293

Obligatio de retrouendendo alia est legalis, alia conuentionalis. glos. 23. 354

Obligatio de retrouendendo censum præscribi non potest. glos 24. 355

Obligatio de retrouendendo in censu apposita ex parte emptoris de iure est licita, ex parte venditoris, vt teneatur redimere est illicita. addit. ad gl. 14. ibid.

Obligatus quis dicitur tribus modis, purè, in diem, & sub conditione. glos. 9. 347

Obseruantia.

Non inducitur ex iis quæ fiunt ad cautelam, & ad bene esse. q. 47. num. 92. 108
Obseruantia debet plenè, & concludenter probari. num. 93. ibid.
Obseruantia non inducitur nisi ex actibus vniformibus. num. 94. ibid.
Obseruantia interpretatiua non dicitur ea, quæ induxit aliquid diuersum à constitutione interpretata. d. q. 47. n. 95. & num. 108
Obseruantia non inducitur ex gestis ab officialibus ignorantibus gesta ab officialibus antecessoribus. q. 47. num. 102. 109
Obseruantia longæua facit licitum id, quod de se esset illicitum. q. 11. num. 8. 19
Obseruantia longæua dat fidem scripturæ minus solemni, & non autenticæ. q. 43. sub num. 33. 92
Obseruantia subsequuta facit præstari fidem scripturis & iuribus informibus. quæst. 81. sub num. 14. 219
Obseruantia generalis iustificat contractum. qu. 11. num. 6. 19
Etiam quod aliàs de iure non subsisteret. numer. 6. ibid.
Obseruantia requisitorum dupliciter consideratur, & quomodo. glos. sum. 341

Occasio.

Peccandi est penitus amputanda. quæstion. 46. numer. 14. 99

Officium.

Officialis nouus præsumitur ignorare gesta per antecessores. q. 47. num. 101. 109

Omissio.

Solemnitatis, quæ non debet interuenire in ipso actu non vitiat. q. 66. num. 50. 166

Onus.

Totius census impositi super pluribus fundis sustinebit super vno fundo, si alij non sint capaces. q. 41. num. 21. 86
Maximè si in constitutione, & venditione talis census fuerit adhibita clausula, coniunctum, diuisim & insolidum, vel alia similis. quæstion. 41. num. 22. ibid.
Onus denunciandi Domino census venditionem fundi censiti, & illum aliis præferendi est fundatum super iure, quod ipse habet in dicto fundo. q. 64. num. 15. 156
Onus census super re impositi transit cum ipsa re ad quemcunque rei possessorem. quæstion. 73. num. 15. 197
Onus siue intrinsecum, & perpetuum, siue extrinsecum à quo potest res liberari transit in rei possessorem. q. 79. n. 41. 214
Onus reale super re aliena nemo potest constituere. q. 13. num. 8. 49
Onus reale constitutum super re, transit ad quemcunque possessorem. q. 78. n. 3. 209
Onus probandi solutionem census, pertinet ad debitorem. q. 87. n. 1. 232
Onus inhærens rei æstimandæ, est pars pretij illius. q. 47. num. 12. 102
Onera realia ad eum pertinent, qui rei fructus percipit. q. 58. num. 3. 142
Onera vt soluantur ab eo, qui de iure non tenetur in contractu census paciſci non potest. gl. 20. 353

Operas.

Suas quilibet potest sub certa pensione locare. q. 34. num. 8. 66

Census de Censibus.

Vide num. 27. & seqq. 67

Origo.

Origo rei in primis est inuestiganda. q. 5. n. 1. 8

Otium.

Otij mala, quæ non sint. add. ad glos. sum. 341

P

Pactum.

DE reficiendo interesse damni emergentis est licitum in contractu census. q. 57. n. 5. 138
Pactum quod venditor census morosus teneatur ad interesse lucri cessantis est illicitum, contra Couarruuiam. num. 6. ibid.
Limitatur respectu interesse intrinseci. n. 7. ibid.
Intelligitur, quando tempore venditionis census conuenitur de interesse certo, vel de incerto liquidando per iuramentum emptoris census. num. 8. ibid.
Pactum quod census redimi non possit nisi intra certum tempus, est illicitum. q. 59. n. 19. 139
Potest tamen de vtriusque partis consensu effici redimibilis. ibid.
Pactum quod si venditor census illum redimat intra certum tempus, restituat emptori omnes expensas quas tempore emptionis fecit est illicitum. nu. 20. 144
Pactum quod census non possit redimi intra certum tempus est illicitum. n. 21. ibid.
Pactum ex quo emptor census sit securus de lucro vltra sortem, est vsuratium. n. 22. ibid.
Pactum quod census redimi non possit nisi post certum tempus est illicitum. n. 23. 144
Non est tamen vsurarium. n. 25. ibid.
Pactum quod venditor non possit redimere rem venditam cum pacto nisi post certum tempus est licitum. num. 24. ibid.
Pactum restringens facultatem redimendi censum ad certum tempus, non erat prohibitum ante Bullam Pij V. num. 29. 145
Pactum auferens facultatem redimendi censum appositum ad fauorem alterius quàm emptoris census, non esse illicitum, volunt aliqui. q. 57. num. 27. 140
Contrarium probat Auctor. num. 28. ibid.
Pactum quod volens redimere censum teneatur restituere eandem speciem monetæ quam recepit est illicitum. quæst. 5. num. 29. 145
Pactum per quod redimere volens subiicitur alicui oneri soluendi aliquid vltra sortem, est illicitum. num. 30. ibid.
Pactum quod debitor census teneatur illum redimere intra certum tempus, est illicitum. q. 60. num. 34. 149
Ampl. etiam si tale pactum non deducatur in stipulationem. num. 36. ibid.
Limit. in censu impositio secluſa Bulla Pij V. super censibus. num. 35. ibid.
Pactum quod debitor census teneatur infra certum tempus censum redimere, aliàs census remaneat perpetuus, est illicitum. num. 37. ibid.
Pactum quod debitor census teneatur censum redimere intra certum tempus, quo elapso sit in arbitrio domini census sortem repetere, est illicitum. num. 38. 150
Non tamen contra substantiam contractus. num. 39. ibid.
Non omne pactum quod est contra Bullam Pij V. est contra substantiam contractus censualis. q. 60. num. 40. 156

Pactum quod fundus census sit locatus domino census, & non possit reuocari locatio donec census non extinguatur, est illicitum. quæst.60.num.41. ibid.
Non est tamen contra substantiam contractus. q.60. num.42. ibid.
Pactum quod domino census liceat locare fundum censitum, vt pensiones cedant in solutionem fructuum census, & residuum in extinctionem census pro rata anno quolibet est illicitum. q.60. sub num.42. 150
Pactum quod dominus census retineat loco pignoris fundum census pro quantitate redditus venditi, donec census redimatur, est prohibitum.q.60.n.43. ibid.
Pactum quod dominus census retineat pignora vendibilia æquiualentia sorti, donec census redimatur, non est illicitum.q 60.n.44. ibid.
Pactum inter venditorem census, & fideiussorem quod venditor teneatur ad census redemptionem intra certum tempus est illicitum, quando insurgit suspicio collusionis, & quod tale pactum fiat contemplatione domini census. q.60 sub num.53. 151
Pactum quod si venditor census vendat rem censitam, liceat domino census illam retrahere, valet. q.56. num.12. 136
Pactum quod venditor census non possit rem censitam vendere vitiatur, & non vitiat contractum. quæst.56.num.13. ibid.
Pactum quod dominus census possit illius debitorem cogere ad redemptionem inspecto iure communi, est contra substantiam contractus. quæst.60. n.7. 147
Pactum quod trãsformat vnum contractum in aliam speciem, est contra substantiam contractus transformari. q.60 num.8. ibid.
Pactum quod dominus census possit quandocumque sortem repetere quod ex dispositione Bullæ Pij V. sit contra substantiam contractus censualis, vult Boccac.q.60.num.9. ibid.
Contraria opinio est verior, & placuit Rotæ. qu.60. num.10. 147
Pactum quod dominus census possit sortem repetere si debitor fideiussorem vel fundum non renouauerit, quod sit licitum, sentiunt aliqui. q.60. num.12. ibid.
Aliqui volunt quod sit licitum, si debitori census non sit difficile dictam renouationem facere quæst.60. num.12. 148
Alij quod sit simpliciter illicitum. num.13. ibid.
Immo vsurarium. ibid.
Aliqui quod sit iniquum. num.14. ibid.
Pactum quod sit debitor census est morosus in renouanda fideiussione, teneatur sortem restituere est illicitum tanquam contra formam Bullæ Pij V. q.60.num.15. 148
Non tamen est vsurarium, & hoc respectu dicitur esse licitum.q.60. num.16. ibid.
Pactum, quod debitor census illum pro tertio tempore soluat puta ad rationem quinque, & dicto tempore lapso, & censu non redempto soluat ad rationem octo iuxta consuetudinem regionis secundum aliquos, est illicitum.q.60.sub n.54. 151
Contrariam sententiam probat Auctor, quod tale pactum sit licitum. ibid.
Pactum vnum contra naturam contractus censualis, non vitiat totum contractum, sed pactum ipsum vitiatur.q.53.num.13. 130
Pactum vnum contra substantiam contractus censualis non vitiat totum, quando transformat illum in alium contractum siue sit eiusdem, siue alterius nominis. q.53. num.14. ibid.
Pactum quod dominus census possit pretium census repetere ad sui libitum est illicitum. quæst.60.n.1. 146
Ampliatur etiam quod dictum pactum non sit deductum in stipulationem, sed dominus census sit aliundè securus. num.5. 147
Pactum hoc est illicitum etiam si fiat ab ipsomet emptore sed per interpositam personam. qu.60. sub num.1. 146
Pactum, quod pretium census reperi possit, si illius venditor efficiatur decoctus est illicitum. q.60 sub num.1. ibid.
Pactum quod domino census liceat repetere sortem dummodo in eam imputet quidquid recepit ex fructibus dicti census, esse illicitum volunt aliqui. quæst.60.num.24. 149
Pacta contra substantialia contractus censualis annullant, & vitiant contractum. quæst. 53. n.35. 131
Pacta quæ non sunt contra substantiam contractus censualis non vitiant, sed vitiantur. q.53. num.33. ibid.
Limit. nisi dominus census velit obstinatè vti dictis pactis. q.53.n.35. 132
Pactum quod res censui subiecta indistinctè alienari non possit, est nullum ex Bulla Pij V. q 56. num.1, & num.4. 135
Secus de iure communi ex Roderico. num.4. in fine, ibid.
Contrarium tamen est verius etiam de iure communi ex Nauarro. d.q.59.num.2. 145
Etiam si velit per partes alienare. d.quæst.56. num.5. 135
Limitatur si pactum concipiatur, vt non possit vendi, nisi domino census. num.7.& seqq. 136
Contrarium tenent aliqui,& malè. num.6. ibid.
Pactum quod res censita non possit alienari habens clausulam resolutiuam contractus, impedit dominij translationem.q.56.n.9. 136
Pactum quod res censita non possit alienari absque consensu domini census, vel eo irrequisito, non est iniquum nec vsurarium. q.56.n.10. ibid.
Pactum quod census redimi non possit non iustificatur etiam quod adiiciatur pactum de augendo pretio, contra Felician. q.59 n.38. 145
Pactum restringens facultatem redimendi censum licet sit illicitum, non est tamen vsurarium. q 59. num.39. ibid.
Pactum de solutione census anticipatè facienda, est omnino reprobatum. qu.54. n.4.132. Contrarium vult Bon. num.5.& malè. ibid.
Rationes habentur. num.9.& seqq. d.q.54. ibid.
Limitatur secundum aliquos si anticipata solutio non deducatur in pactum, sed sponte fiat. n.12.d. quæst.54. 135
Sed limitatio impugnatur. num.14.& 15.d.quæst.54. ibid.
Pactum liberans emptorem census indistinctè à casibus fortuitis, est illicitum secundum aliquos, alij distinguunt.vt.q.55.n.3. 134
Pactum liberans emptorem census à casibus fortuitis contingentibus circa fructus, sit licitum in contractu census.q.55.n.4. 134
Licet contrarium teneat Molina, & malè. ibid.n.5. ibid.
Limitatur si contingat casus insolitissimus, & qui non fuit excogitatus. d.q.55.n.6. ibid.
Pactum quod debitor census si sit morosus in soluendo per aliquot annos teneatur sortem restituere, non

non est vsurarium, nec contra substantiam contractus. q.60.n.18. 148
Pactum quod venditori census liceat illum redimere potest opponi à minore absque solemnitatibus etiam extra instrumentum census. quæst.59.n.24. 144
Pactum quod venditor teneatur ad onera, quæ ex natura contractus spectant ad emptorem census, vitiatur,& non vitiat. q.58.n.6. 142
Pactum anticipatæ solutionis annullat contractum ipso facto. q.54.n.11.133.Contrarium. num.18.& seqq. ibid.
Pactum quod volens redimere censum teneatur reddere quidquid emptor soluit in gabellis, est illicitum. q.59.num.31. 145
Siue census redimatur statim,siue ex interuallo,contra Folletium. n.32. ibid.
Pactum quod debitor redimens censum reficiat emptori omnes expensas,est illicitum.quæst.59.n.33. ibid.
Sunt tamen reficiendæ expensæ ad quas debitor de iure tenetur. n.34. 145
Pactum, quod in euentum in quo census redimatur pretium debeat erogari in emptionem bonorum stabilium,est permissum. q.59. n.35. ibid.
Pactum anticipatæ solutionis non est contra substantiam contractus censualis. quæstion.54.numer.19. 133
Pactum anticipatæ solutionis non vitiat contractum sed vitiatur. q.54.n.20. ibid.
Pactum quod debitor census illum soluat liberum ab omni onere etiam ab eo quod ex natura contractus pertinet ad emptorem,est illicitum. quæst.58. num.1. 142
Pactum quod venditor census illum soluat liberum simpliciter conceptum,non est reprobatum. q.58. num.2. ibid.
Pactum quodlibet restringens facultatem redimendi censum est illicitum,& contra substantiam contractus censualis. q.59.n.19. 144
Pactum auferens venditori census facultatem redimendi,vel relinquens illam arbitrio emptoris, est illicitum. q.59.n.17. ibid.
Pactum liberans emptorem census à casu contingente circa fundum subiugatum, est illicitum. q.55. num.7. 134
Limitatur si contingat facto venditoris.n.14. 135
Pactum quod si redemptio census fiat soluto semestre dominus census non teneatur compensare fructus indebitè perceptos cum sorte est illicitum. q.119.num.12. 338
Pactum quod si iuxta certum tempus non soluantur fructus census, vel fideiussores renouentur possit reperi sors principalis, defenditur. quæstion.10. num.11. 11
Pactum quod venditor census volens illum redimere teneatur denunciare per certum tempus antea,valet. q.103.num.19. 185
Pactum quod census non possit redimi nisi in totum, & nisi restituto integro pretio,credit illicitum Felician. q.110.n.31. 317
Sed quod pactum istud sit licitum sequitur Auctor & comprobat respondens contrariis. q.110. n.32. ibid.
Hæc secunda opinio limitatur si debitor census sit adeo pauper vt manifestè appareat esse impossibile, vt totum vnica solutione redimat, secundum Lopez. q.110.n.33. ibid.
Sed Sotus hanc limitationem non amplectitur.q.110. num.34. 317
Ea tamen non displicet Auctori attenta æquitate.numero 36. ibid.
Pactum resolutiuum conceptum verbis directis operatur resolutionem ipso iure. quæstion.106. sub num.12. 29
Secus si sit conceptum verbis obliquis,quia tunc requiritur declaratio. q.106.sub n.12. ibid.
Pactum quod census soluatur etiam quod fundus supposítus reddatur infructuosus,non est licitum. q.102.num.5. 281
Pactum quod si debitor census non soluat conuento tempore teneatur ad duplum est inane. quæst.57. num.29. 140
Pactum quod si debitor non soluat tempore debito censeatur datus in solutum creditori fundus pro iusto pretio valet. q.57.n.30. ibid.
Quod aliqui admittunt in contractu census. num.31. 140
Sed in isto contractu contrarium est verius.num.32. ibid.
Pactum, quod ob moram debitoris in soluendo,distrahi possit fundus census etiam pro sorte, est nullus. q.57.n.33. ibid.
Pactum quod dominus census ob moram debitoris in soluendo possit propria auctoritate capere fructus fundi censiti, est prohibitum,si sonet in pœnam.q.57.n.34. 141
Secus si tendat ad expeditiorem exactionem census. q.57.num.35. ibid.
Maximè si adsit clausula præcarij. quæst.57.num.36. ibid.
Pactum in quo debitor census in casu moræ obligat creditori aliqua bona cum licentia distrahendi,est licitum si non sonet in pœnam.quæst.57.num.37. 141
Pactum quod debitor census obligetur ad solutionem in forma cameræ non est licitum secundum aliquos. q.57.n.38. ibid.
Contrarium probat Auctor vbi de ratione. d. q.57. num.39. ibid.
Pactum de reficiendis expensis factis in sustinenda lite pro defensione census venditi, non est illicitum. q.57.num.16. 139
Pactum quod ob moram debitoris in soluendo censum cadat in commissam fundus censitus,vel eius pars prohibetur. q.57.n.17. ibid.
Prohibitio huiusmodi pacti est indistinctè amplectenda. q.57.n.18. ibid.
Limitant aliqui vt sit licitum inter venditorem census,& fideiussorem, qui pro eo accedit. ibid. n.19. 139
Contrarium tamen etiam in hoc Scribentes communiter recipiunt. d.q.57.n.20. ibid.
Pactum quod venditor census morosus in soluendo teneatur ad aliquam pœnam, est prohibitum. q.57.num.21. 140
Limitatur si à principio census sit venditus pretio viliori, cum pacto quod si non soluatur debito tempore debeat solui pretio iusto. n.28. ibid.
Pactum in quo debitor census ob moram in soluendo subiicit se perpetuo carceri est inutile. qu.57. num.22. ibid.
Pactum quod census possit quandocunque redimi in eius venditione est necessarium. quæst.59.n.3. 143
Pactum quod venditor census morosus teneatur ad expensas,de quibus expensis sit illicitum.quæst.57. num.13. 139
Pactum quod debitor census deferat annuas responsiones ad domum creditoris est illicitum, licet in aliis contractibus permittatur. q.84.n.17.
Pactum,quod impositor census teneatur manutenere subdum

fundum in bono ſtatu,& colifacere non eſt illicitum. q.102.n.11. 282

Pactum, quod pereunte fundo cenſus cenſeatur impoſitus ſuper aliis bonis, eſt vſuratum. quæſt.99. ſub num.19. 277

Pactum quod peremptofundo ſubiugato cenſus cenſeatur impoſitus ſuper aliis bonis imponentis,non eſt licitum. q.99.n.17. 276

Pactum de redimendo poteſt exercere contra tertium,& vlteriorem poſſeſſorem rei cum tali pacto venditæ q.109.ſub n.26. 308

Maximè quando pro obſeruantia dicti pacti res illa fuit ſpecialiter hypothecata. ibid.

Pactum quod ſi res ſuppoſita deregatur non libera venditor cenſus nihilominus teneatur ad ſolutionem cenſus eſt illicitum. q.42.n.3. 88

Pactum reſolutiuum conceptum verbis obliquis non operatur retro tranſlationem dominij ipſo iure. q.106.ſub n.12. 291

Limit.Si adiecta ſit clauſula eo ipſo,vel ſimilis.d.numero 11. ibid.

Pactum, quod ſi fundus cenſus deregatur non liber, poſſit reperi pretium, eſt licitum. q.106. ſub n.21. 293

Pactum de redimendo quod non poſſit exerceri contra ſecundum emptorem rei cum dicto pacto venditæ, volunt aliqui. q.109.n.15. 307

Contrarium magis communiter tenetur. numer.27. 308

Pactum de renouando fideiuſſores in contractu cenſus in caſu mortis alterius ex fideiuſſoribus valet. q.52.ſub n.30. 128

Pactum,vt aliquid operetur recedituir à regulis iuris communis. q.72 ſub n.22. 192

Pactum quod cenſus poſſit quandocumque redimi in eius venditione neceſſarium. quæſt.59. num.3. 143

Immo eſt ſubſtantiale in contractu cenſus. ibid.n.4. ibid.

Non expreſſum ſubintelligitur. ibid. n.5. ibid.

Pactum inter emptorem, & venditorem cenſus de illo non redimendo niſi lapſo biennio eſt illicitum. q.119.n.15. 338

Pactum in caſum euictionis conceditur dominio cenſus, & illius fideiuſſoribus contra bona debitoris cenſus. q.94.n.12. 251

Pactum quod venditori cenſus liceat illum redimere per partes.eſt licitum. q.110.n.37. 317

Pactum quod venditor cenſus teneatur de eius euictione,eſt licitum. q.55.n.14. 135

Pactum,quod in reuenditione cenſus pretium erogetur in emptionem ſtabilium,cum nec directè, nec indirectè tollat facultatem redimendi eſt licitum. q.50.ſub num.36.

Pactum imponens neceſſitatem redimendi cenſum factum inter venditorem, & eum qui pro eo in dicto contractu fideiuſſit, non eſt illicitum. q.60. num.52. 151

Pacta omnia quæ ſunt illicita in venditione cenſus fundati ſuper re frugifera, ſunt etiam illicita in venditione cenſus fundati ſuper alio cenſu. q.60. num.46. 150

Immo quod ſint vſuræ labe inuoluta, vult Felician. num.49. ibid.

Contrarium tamen ibi probat Auctor. ibid.

Pactum vnum præter, vel contra formam Bullæ Pij V. vitiat totum contractum cenſualem, ſecundum aliquos. q.53.n.1. 129

Pactum de intereſſe recipiendo, non eſt contra ſubſtantiam contractus cenſualis, & ideò vitiatur,& non vitiat. q.57.n.12. 138

Pactum quod dominium rei venditæ non tranſeat in emptorem, niſi ſoluto pretio valdum eſt. q.26. num.1. 53

Pactum reuerſiuum non poteſt apponere tutor ſuper iuribus pupilli. dec.431.n.4. 311

Lim. ſi apponatur in eodem contractu, & correſpectiue ad acquiſitionem iuris quod remittitur. n.5. ibid.

Pactum quod quis in venditione debeat requiri, & aliis præferri, eſt de iure validum. quæſt.64.n.17. 156

Pactum vnum contra ſubſtantiam contractus,totum contractum vitiat, & annullat. quæſt.53.num.11. 130

Pactum addictionis in diem quid ſit. quæſt.60. n.30. 149

Pacta illicita vitiantur, &non vitiant.q.117. num.7.

Pactum legis commiſſoriæ quid ſit. q.60. num.31. 149

Pactum poteſt inſeri etiam in inſtrumento,vel apoca confecta extra inſtrumentum venditionis cenſus. q.59.num.6. 143

Dummodo fiat incontinenti, vel modico interiecto interuallo. n.8. ibid.

Pactum manuum iniectionis validum eſt in iure. q.94.num.10. 251

Pactum hoc poteſt mandari exequutioni etiam contra tertium poſſeſſorem. n.11. ibid.

Pacta à lege damnata vitiant contractum, ſecus non damnata. gloſ.3. 344

Pacta præter legem, vel ſupra legem an ſint ſeruanda. addit. ad gloſ.10. 348

Pacta continentia moroſum cenſus debitorem teneri ad aliquid,nullius ſunt roboris. gloſ.15. 350

Ampliatur octo modis. ibidem.

Pactum de anticipata ſolutione facienda in inſtrumento cenſus deductum vitiat contractum,& reddit vſurarium, gloſ. & addit. ibid.

Pactum quo diminuitur facultas alienandi rem cenſui ſuppoſitam eſt omnino illicitum. gloſ.11. 348

Pactum contra naturam contractus, illum vitiant. addit. ad gloſ.11. 349

Pactum non fieri poſſit, vt moroſus teneatur ad certum intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis. addit. ad gloſ.15. 351

Pactum in contractu cenſus appoſitum, vt qui teneatur ſoluere onera, ad quæ de iure non tenetur, non valet. gloſ.20. 353

Pactum quod ſi quis non ſoluat pretium rei emptæ intra certum tempus debeat cum illo conſtituere cenſum,eſt contra Bullam addit.ad gloſ.20. ibid.

Pactum quod cenſuarius poſſit redimere cenſum pro parte, eſt licitum. gloſ.23. 354

Pactum de retrouendendo poteſt præſcribi. gloſ.24. 355

Pactum factum contra legem non valet. add.gloſ.25. 356

Pactum quod venditor poſſit cogi ad pretium reſtituendum eſt prohibitum. gloſ.31. 357

Pactum in contractu cenſuali appoſitum, quod debitore non ſoluente intra certum tempus incidat in commiſſum,quo caſu valeat. diſput.381. num.5. 364

Pactum nudum de retrouendendo in fauorem venditoris veſtitum cohærentia contractus parit actionem præſcriptis verbis contra emptorem, vt ſtet illi pacto. diſput.382.n.4. 367

Pactum vt cenſus per partes redimi poſſit an ſit neceſſariò addendum ad Bullam Pij V. vt cenſus redimibilis, vſurarius, aut iniuſtus non ſit. diſput.393.num.5. 401

Notabiliorum.

Panes.

Panes ciuiles, quid? addit. ad glos. summ. 342

Parsimonia.

Parsimoniæ bona quot, & quæ sunt. addit. ad glos. summ. 342

Papa.

Papæ autoritas non est ab homine. q.47.n.100. 108

Pars.

Pars fundi non perempta, si ferat tot fructus, qui sufficiant ad soluendum integrum censum, census in nulla sui parte extinguitur. quæstion.100. num.3. 278

Partis appellatione intelligitur de dimidia. q.100. num.22. 316

Partem census an quis possit redimere inuito domino. glos.23. 354

Participium.

Resoluitur in relatiuum, & verbum sui temporis. q.47.num.26. 103

Participium sine copula restringit dispositionem. num.18. ibid.

Limit. respectu eorum quæ ob identitatem rationis comprehenduntur in dispositione. ibid.

Participium dans, & soluens, respicit confessionem partis. q.51.n.10. 122

Pater legitimus administrator bonorum filij, solus reuendit censum filij. q.109.n.67. 312

Pater solus potest reuendere cēsum filiorum, in quibus habet vsumfructum. sub n.67. ibid.

Pater est legitimus administrator tantum eorum bonorum filij, quorum habet vsumfructum. num.67. ibid.

Pater habet vsumfructum super peculio aduentitio sui filij. q.17.n.5. 33

Limit. in certis casibus, numera.6. & 7. remissiue. ibid.

Patris præsentia in contractu filij integrat illius personam. q.15.n.12. 27

Patrimonium.

Ad quod Clericus fuit ordinatus ad Sacros Ordines non efficitur quid Ecclesiasticum. quæst.24. sub num.4. 50

Patrimonium istud tanquam accessorium gaudet priuilegio fori, pro vt Clericus, dum illo fruitur. ibid.

Peccatum.

Fuit per legem cognitum. q.47.n.83. 107

Peccat, qui dolosè contrahi. q.15.sub n.39. 30

Pecunia.

Pecuniæ cæteræ res æstimantur, non ipsa est suimet æstimatio. q.45.n.3. 96

Pecunia est de rebus quæ vsu consumuntur. q.34. num.20. 67

Pecunia pecuniam parere non potest sine labe vsurarum. num.21. ibid.

Pecunia est de rebus, quæ vsu consumuntur. quæst.2. num.9. 5

Pecuniæ vsus non potest ab ipsa pecunia separari. qu. 32.num.13. 62

Pecuniæ depositatæ, ne possint leuari sine consensu Titij, eo non consentiente non possunt erogari pro pretio census. q.48.n.20. 111

Pecunia quæ ex testamentorum dispositione, vel contrahentium conuentione est in bonis immobilibus eroganda potest conuerti in impositionem census. q.30.n.27. 59

Pecunia consumitur distractione, & vsu. quæst.32. num.12. 62

Pecunia debet esse numerata in celebratione census. glos.6. 345

Pecunia quando non est specificarum cuius sit qualitatis, intelligitur de consueta. glos.6. ibid.

Pecunia potest considerari ex parte pretij, & ex parte census. addit. ad glos.6. 346

Pensio.

Debita, ex beneficio Ecclesiastico pro anno sterili soluenda est ex fructibus sequentis anni vberis. q.37.num.14. 77

Pensiones censentur res mobiles postquam dies solutionis cessit. q.30.sub n.25. 59

Pensiones non solutæ, non dicuntur pendere. q.40. num.14. 82

Quilibet potest annuam pensionem gratis concedere sub obligatione suæ personæ. q.34.n.7. 66

Pensio quibus modis accipiatur. disp.383. n.3. 368

Peremptio.

Vel infructuositas fundi censiti quod contigerit culpa venditionis census debet probari à domino illius. q.101.num.20. 16

Ob peremptionem fundi supposita pereunt etiam census impositi ante Bullam Pij V. quæst.99.n.19. 277

Nisi aliter sit conuentum inter partes ex sententia Ludouici Molinæ. n.20. ibid.

Sed hæc opinio Molinæ displicet Auctori. numer.21. ibid.

Perire res dicitur, si vsus illius impediatur in perpetuum. q.99.n.8. 276

Periculum.

Periculum census spectat ad emptorem, non ad venditorem census. q.55.n.8.& 10. 135

Periculum rei venditæ perfecto contractu spectat ad emptorem. n.9. ibid.

Periculum rei venditæ non pertinet ad venditorem, nisi de tempore venditionis. q.72. sub numer.22. 192

Periculum rei venditæ post perfectum contractum pertinet ad emptorem, absque spe repetendi pretium solutum. q.99.n.3.& 12. 275

Periculum nominis ad cedentem, non ad cessionarium pertinet. q.107.sub n.16. 296

Periculum, vbi est maius, ibi cautius est agendum. q.46.num.16. 98

Periculum rei emptæ spectat ad emptorem. quæst.40. num.7. 80

Peritus.

Periti ad quos est recurrendum debent esse talis professionis, qualis est casus occurrens. addit. ad gl.36. 360

Perpetuum.

An quid sit, spectatur tempus præsens, non quod potest in futurum contingere. q.2.n.7. 5

Perpetuum dicitur id quod habitu habet vitam perpetuam. q.30.n.20. 59

Persona.

Persona hominis liberi principaliter obligati non potest. q.34.n.18. 67

Melius est incumbere rei, quàm in personam agere. q.40.num.9. 82

Personalis obligatio in censu non prohibetur ad effectum, vt dominus census facilius fructus census consequatur. q.34.sub n.10. 66

Personalis actio oriens ex contractu potius attenditur quàm realis. q.79.n.7. 212

Maximè in contractu annuæ præstationis. numer.8. ibid.

Ex contractu census oritur actio meré personalis ex stipulatu, & actio in rem scripta ex ipso censu. q.97.

q.97.num.1. 260
Persona libera an in pignus dari possit, constituendo in illa ius reale, ita vt vendi, aut in seruitutem redigi ob debitum possit. disput. 387. n. 5. 382

Permissio.

Permissa censentur ea, quæ non reperiuntur expressè prohibita. q. 72. sub n. 12. 189

Petitio.

Partis debiti est valida, sed apposita exceptione quod totum petatur, reiicitur. quæstion. 72. sub num. 2. 189
Pro censibus hæreditariis competit petitio hæreditatis. sub n. 22. q. 90. 240
Petitorium iudicium est, quando agitur de dominio, vel quasi. q. 90. n. 3. 239

Pignus.

Pignus liberatur solutione debiti principalis. q. 98. num. 53. 270
Pignora æquiualentia credito data creditori, censentur data in solutum pro debito. q. 60. num. 45. 150

Pœna.

Pœna adiecta non soluenti debitum intra certum tempus, non euitatur per solutionem partis debiti. q. 110. num. 6. 314
Pœna caducitatis incursa ob impositionem census, an per redemptionem euitetur. q. 22. n. 16. 48
Pœna caducitatis apposita solutioni quantitatis præsumitur in fraudem vsurarum. q. 57. sub numer. 18. 139
Pœna est imponenda secundum constitutionem, quæ vigebat tempore delicti, & non secundum superuenientem. addit. ad glos. 34. 359

Pœnitentia.

Non datur in contractu nominato, secus innominato. q. 8. num. 13. 13
In contractu census non est locus pœnitentiæ. q. 3. num. 12. 7

Possessio.

Possessio venditoris census de tempore venditionis probatur ex instrumento venditionis fundi censuati cum clausula constituti. quæst. 98. numer. 18. 265
Possessio impositoris census probatur ex clausula constituti per ipsum apposita etiam in alio instrumento celebrato cum tertia persona. sub num. 18. ibid.
... Impositoris census probatur ex ipso instrumento venditionis maximè adiecta hypotheca bonorum pro manutentione libertatis fundi venditi. ibid. sub num. 18. 265
... Probatur etiam ex cessione census facta à domino illius. ibid.
... Item ex locatione dicti fundi sequuta exactione pensionis. ibid.
... Vel concurrentibus aliis adminiculis. ibid.
Possessio rei conuenti in Saluiano probatur per sustentationem litis. q. 98. n. 19. 265
Possessio probatur ex instrumento possessionis adeptæ. ibid. sub n. 19. ibid.
Dummodo possessio ex tempore esset vacua. ibid.
Possessio non perditur negligentia decem annorum nisi alius ingrediatur possessionem vacuam. q. 93. sub num. 2. 247
Possessio vel quasi exigendi probatur ex præcedentibus solutionibus. n. 3. ibid.
Dummodo sint veræ, & reales n. 4. ibid.
Et non per aliquam satisfactionis speciem. numer. 5. 247
Puta per compensationem. n. 6. ibid.
Possessio defuncti non transfertur in hæredem absque noua apprehensione. quæstion. 92. sub num. 1. 244
Etiam quod sit suus hæres. ibid.
Neque etiam in singularem successorem. ibid.
Possessio cedentis in iuribus incorporalibus, transit in cessionarium absque apprehensione. q. 92. n. 8. 245
Possessio omnis transfertur per constitutum. quæst. 9. num. 6. 14
Limita, si res quam quis constituit pro alio possidere sit incerta. num. 7. ibid.
Possessio posterior præsumitur clandestina. q. 93. ante num. 1. 247
Possessio regulariter ad hæredem non transit. q. 94. num. 25. 251
Possessio præsumitur continuata, nisi probetur contrarium. q. 93. num. 2. 247
Possessio vel quasi solo animo retinetur. q. 91. n. 16. 242

Possessor.

Possessor rei hypothecatæ coactus à domino census aliquid soluere, repetit à suo auctore. q. 98. num. 79. 272
Possessor fundi censiti non potest actione personali in rem scripta conueniri nisi pro rata correspondente fructibus fundi à se possessi. q. 80. sub num. 6. 216
Possessor bonæ fidei ex titulo inualido facit fructus suos secus si titulus si reprobus. q. 118. numer. 16. 335
Possessor fundi supposiri tenetur soluere fructus maturos etiam antequam adipisceretur possessionem dicti fundi. q. 78. n. 10. 210
Declaratur hoc procedere si ipse conueniatur actione hypothecaria, vel Saluiano Interdicto. num. 15. ibid.
Secus si conueniatur actione personali in rem scripta. num. 12. ibid.
Possessor fundi supposiri potest conueniri duplici actione, videlicet actione personali in rem scripta, & actione hypothecaria, vel remedio vtili Saluiani Interdicti. q. 78. n. 11. 210
Possessor prædij hypothecati, potest liberare se à iudicio contra ipsum intentato, dimittendo fundum. q. 98. num. 87. 275
Possessor bonorum hypothecatorum ad aliud non tenetur nisi ad rei traditionem. n. 81. ibid.
Possessor conuentus hypothecaria qui bona meliorauit bona illa retinere potest, oblato illorum valore, detractis melioramentis. quæst. 98. sub n. 81. ibid.
Etiam quod valor illorum non ascenderet ad integrum creditum actoris. ibid.
Possessor antiquior debet manuteneri. quæst. 93. sub num. 26. 248
Etiam si alius doceat de antiquiori titulo. ibid.
Possessor rei censuatæ est tutus præscriptione decem vel viginti annorum aduersus creditorem census agentem actione hypothecaria, vel remed. Salu. Interd. q. 98. n. 46. 269
Siue habeat causam à tertio, siue ab ipso debitore census, vel eius hærede. n. 47. ibid.
Possessor bonorum censui supposiorum potest conueniri hypothecaria, vel Saluiano, tàm pro censibus decursis, quàm pro decurrendis. q. 98. n. 27. 266
Etiam pro maturatis antequam ipse nanciscetur possessionem dictorum bonorum. n. 28. ibid.
Possessor fundi censuati non potest se liberare ab onere soluendi censum, opponendo exceptionem excussio

executionis q.97.n.6. 261
Neque nominando auctorem. n.7. ibid.
Sed tamen dimittendo possessionem bonorum censui suppositorum. n.9. ibid.
Possessor rei censitæ tenetur censum soluere dumtaxat donec possidet. q.97.sub n.8. 261
Possessor bonorum censitorum, si illa alienet, liberatur ab onere soluendi censum. n.9. ibid.
Possessor fundi censui suppositi potest conueniri actione personali in rem scripta. q.97.n.2.260. & num.4. 261
Intellige pro censibus decursis postquam ipse cepit possidere. num.5. ibid.
Possessor fundi censuati videtur quod teneatur soluere censum dumtaxat ex fructibus natis vel satis tempore impositionis census, vel tempore quo fundus ad eius manus peruenit. quæst.78.num.6. 209
Possessor soluens, si obtineat iurium cessionem, poterit ex dictis iuribus reperere ab aliis possessoribus quidquid solutis dempta parte, quæ rei à se possessæ proportionabiliter contigerit. quæst.80. num.19. 217
Possessor quilibet potest in solidum pro integro credito conueniri. q.80.n.10. 216
Possessor conuentus Saluiano potest opponere quod fundus non erat imponentis censum. qu.98. sub num.83. 273
Possessor rei censui suppositæ, potest conueniri actione hypothecaria. q.98.n.3. 264
Possessio defuncti non transit ad illius hæredes absque noua apprehensione. quæstion.67. numer.18. 176
Possessio hæredis cum possessione defuncti non est eadem sed est alia. n.19. ibid.
Possessor rei censuatæ potest conueniri actione hypothecaria vel Saluiano interdicto recta via, nulla facta executione principalis debitoris, q.98. n.20. 265
Possessores plures fundi censuati per partes diuisas quod quilibet teneatur insolidum ad solutionem census, volunt aliqui. q.80.n.1. 13
Contrariam sententiam amplectitur Couar. num.2. Quam sequitur Auctor. d. quæstion.80. numero 4. 216

Possessorium.

Iudicium est, quando agitur de mera possessione vel quasi. q.90.n.3. 239
Possessorium non oritur ex actibus facultatiuis, sine allegatione causæ, & probatione possessionis ex dicta causa. q.81.sub n.14. 219
Possessorium iudicium dicitur summarium, & ideo in multis priuilegium. q.91.n.1. 279
Possessoria remedia competunt pro iuribus realibus, & pro præstationibus personalibus quæ debentur ratione alicuius rei immobilis. quæst. 91. num.10. 280

Possidens.

Bona censuata si habeat hypothecam anteriorem, non potest molestari à creditore census habente hypothecam posteriorem. quæstion.98. num.42. 168
Etiam quod prioritas consistat nedum in hora immo in puncto. n.43. ibid.
Possidens vnam ex pluribus rebus censuatis, non potest in solidum conueniri actione personali in rem scripta pro toto censu. q.80.n.7. 216
Possidens vnam ex pluribus rebus suppositis, potest in solidum conueniri pro toto censu actione hypothecaria, vel Salu. Interd. n.8. ibid.
Non vt soluat totum, sed vt annotetur possessio retinenda per creditorem, donec fuerit satisfactus. num.9. ibid.

Præcipuè.

Hæc dictio præsupponit adesse alios casus. quæst.48. sub num.17. 111

Præfatio.

Præfationum vtilitates quantæ sint remissiuè. addit. ad glos.2. 344
Ius prælationis concessum per Bullam Pij V. competit ei qui emit censum cum pacto reuendendi. q.66.num.116. 171

Præmissa.

Ista dictio operatur idem ac si præcedentia essent specificè expressa. q.47.n.77. 107

Præscriptio.

Decem, vel viginti annorum, quod incipiat à die quo possessor nactus fuit possessionem, volunt aliqui. q.98.n.48. 269
Alij quod à die qua cessatum fuit in solutione, & hanc Auctor amplectitur, & comprobat. num.seq. ibid.
Præscriptio non currit non valenti agere. numer.50. ibid.
Maximè si sit impedimentum iuris. ibid. numer.56. 270
Limitatur quando creditor potuit remouere impedimentum, & non remouit. n.41. ibid.
Præscriptio in obligationibus conditionalibus incipit currere dumtaxat, à die purificatæ conditionis. q.118.num.5. 334
Præscriptio sicut habet locum respectu totius census ita etiam respectu partis illius. q.117. numero 4. 332
Præscriptio in contractu census, quod vnica sufficiat etiam respectu temporis futuri, volunt multi. q.118.num.16. 335
Contrarium respectu temporis futuri, voluit Rota. num.17. ibid.
Etiam respectu tertij possessoris conuenti Saluiano. num.21. 336
Præscriptio longi temporis est inducta odio creditoris negligentis, & fauorem possidentis. q.118.n.23. 336
Præscriptio non currit à quacunque persona solutus fuerit. q.117.n.16. 333
Præscriptio cessat, vbi negligentia creditoris considerari non potest. n.17. ibid.
